720067







185.

IO. AVGVSTI ERNESTI

CLAVIS CICERONIANA

SIVE

INDICES

RERVM ET VERBORVM

PHILOLOGICO-CRITICI

IN

OPERA CICERONIS

ACCEDVNT

GRAECA CICERONIS

NECESSARIIS OBSERVATIONIBVS

ILLVSTRATA.

EDITIO SECVNDA LONGE AVCTIOR.

GRÓF DESSEWFFY CSALÁD
KÖNYVTÁRA
BÚD-SZT-MIHÁLY

HALAE

IMPENSIS ORPHANOTROPHEI.

M DCC LVII.

Cúr Jos. Dessewffy.

EGYETEMI KÖNYVTÁR DEBRECEN

GRÓF DESSEWFFY CSALÁD KÖNYVTÁRA BÜD-SZT-MIHÁLY

PRAEFATIO
EDITIONIS PRIMAE.

Quæ nos cauſæ ad hos Indices conficiendos impulerint, quodque ſimus in iis conſilium ſecuti, expoſitum eſt a nobis tum, cum univerſus Ciceronis operibus ante hoc biennium præfaremur. Nempe, cum his inprimis conſultum hac Ciceronis editione vellemus, qui propter rei familiaris anguſtias, non poſſunt iis Ciceronis editionibus uti, quæ doctorum hominum curis illuſtratæ ac perpolitæ prodierunt, eaque de cauſa & carere Ciceronis libris plerisque coguntur, & ab iis legendis retinentur: ipſarum porro editionum illarum, ut quæque eſt præſtantior, ita minus eſt eorum uſibus accommodata, qui non multum in hoc eruditionis genere profecerunt; propterea, quod fere plus doctiorum uſibus ſunt, quam reliquorum comparatæ: illud relictis omnibus efficiendum nobis ſumſimus, ut & verbis & rebus, quantum quidem indicum ratio pateretur, explicandis & illuſtrandis, faciliorem tironibus Ciceronis lectionem efficeremus, & plures ad eam invitaremus, qui nunc & verborum & rerum ignoratione ea, cui mederi ipſi non poſſunt, ab ea rejiciuntur. Equidem quo magis de ratione edendorum veterum auctorum illuſtrandorumque cogito, hoc mihi magis videtur difficile, quæ ſit optima, definire. Quo tempore docti in hoc literarum genere homines, depulſa ſcholaſtica barbarie, incipiebant e tenebris

eruere, & tineis blattisque eripere veterum auctorum reliquias, propter summam omnium in hoc genere ignorantiam, consentaneum, uti erat, ita putabant, omnia explicare & illustrare, in quibus hærere inscitia hominum posset. Itaque magna pars animadversionum in rebus levibus, in singulis verbis occupabatur, multaque afferebantur ejusmodi, quæ nunc in vulgatis Lexicis reperiuntur, nec tironibus sunt ignota. Postea, cum major in dies lux affulgere cœpisset bonis literis, in primisque his nostris temporibus, cum summa ingenia in hoc genere illustrando elaborarunt, vulgaria multa, facilia, & tironibus nota evaserunt, quæ superioribus illis renascentium literarum temporibus nova & obscura jure putabantur. Itaque consequens fuit, aliam illustrandorum auctorum rationem inire. Hinc exorti sunt, qui hunc sibi modum statuerent, ut quæ se aut primos observasse & vidisse existimarent, aut quæ ab aliis essent sparsim explicata, aut non satis illustrata, ea tantum afferrent. Ac profecto, si quis, ut vere Burmannus judicat, omnia ab aliis centies dicta & repetita, recoquere, & ad quemvis auctorem, sua cura edendum, adlinere velit, ut nostris temporibus quidam, in his Pitiscus ad Suetonium, facere sustinuerunt; non nisi obscuræ diligentiæ & putida quadam variæ eruditionis ostentatione sibi, fortasse etiam indoctis aut semidoctis, non autem eruditis placere possit. Sed hæc ratio, consentanea per se & probabilis, eruditisque satis accommodata, tamen non parum incommodi habet. Nam primum ea res nobis hanc necessitatem imponit, ut quot sunt unius auctoris a doctis hominibus editiones curatæ, tot sint habendæ uni & coëmendæ, ut, quicquid ad eum illustrandum allatum sit, scire possit: ut illud taceam, fieri in hac imbecillitate nostra, & vitæ humanæ angustiis non posse, ut quæ in bonos auctores, aut de literis græcis latinisque scripta sunt, unus omnia legere & meminisse queat, atque

que ita, quid nondum explicatum, dictum, illustratumve sit, scire. Ex quo necessario consequitur hoc, ut sæpe repetantur ante dicta, etiam cum non putamus; quemadmodum in doctissimorum hominum commentariis animadverti factum esse, & facile possem probare. Et ad illud quidem incommodum melius fecerunt, qui, quæ sibi in aliquo auctore emendanda explicandaque restare credebant, non ad novam editionem contulerunt, sed peculiaribus libellis prodiderunt, ut Lipsii, Schotti aliique fecere. Sed illud est maximum in hac ratione incommodum, quod ea perpaucis consulitur. Nam eorum, qui in hoc genere excellunt, & supra mediocritatem se attollunt, mira semper fuit & nunc quoque est paucitas. Et his tamen comparantur ejus generis editiones. Mihi autem hoc videtur esse doctorum hominum, ut etiam eorum imbecillitati prospiciant, qui auctores veteres cognoscere, & eruditionem ex iis haurire cupiunt, neque tamen sine aliena ope, & interpretis auxilio, possunt ea, quæ eruditioribus vulgata & facilia videntur, intelligere. His fortasse subvenire voluerunt hi, qui Variorum notas, aut excerptas, aut integras, suis adjunxerunt. Quorum alterum habet hoc commodi, quod sic sub conspectum subjicitur, quicquid docti homines ad unum auctorem illustrandum emendandumque contulerunt: sed simul etiam hoc incommodi, quod multa ne tironibus quidem ignota, multa ad intelligendum non necessaria, multa falsa, melius hodie perspecta, & a posterioribus interpretibus aut confutata jam, aut confutanda tamen, legenda sunt, tantaque notarum moles congeritur, ut ipse auctor tamquam cymba in oceano natare videatur. Neque tamen altera ratio magis probanda est, propterea, quod delectus ille difficilis est, neque facile omnibus in hac ratione satisfieri potest. Quod si tantum Gronovii, Grævii, Burmanni, & his similes hoc instituto uterentur, quorum est in hoc genere

notio, qui discernere bona a malis, necessaria ab inutilibus possent, esset fortasse, ut ista ratio magis illa superiori posset probari. Nunc cum oppido pauci sint ex ea classe, non est committendum, ut, hac licentia semel facta, male & inepte mutilandi laboris alieni consuetudo invalescat, & orbis eruditus Schrevelianis, Knippingianisque similium editionum copia inundetur, quibus parum profecto huic studio consultum foret. Optima sine dubio ratio edendorum auctorum esset ea, cujus leges expositas nuper a Creverio, in præfatione Liviana, legimus. Earum summa hæc est, ut primo critica subtilitas adhibeatur, totusque auctor e Codd. MSS. primisque editionibus constituatur: a doctorum virorum ingeniis profectæ emendationes, prout ratio tulerit, aut recipiantur in contextum, aut commemorentur: loci depositi, aut nondum constituti, indicentur: in explicando autem is modus servetur, ut obscura e judicio intelligentum hominum, & in quibus viri in hoc genere docti aut editor ipse hæserunt, aut quorum e vulgatis lexicis interpretatio hauriri non potest, ea explicentur & illustrentur. Sed cum hujus Livii Creveriani censuram in Actis Eruditorum nuper ageremus, satis, ut opinor, docuimus. facilius esse, ut in omni genere, ita in hoc, bonas leges scribere, quam ad usum transferre, & ad eas in emendandis illustrandisque veterum libris se accommodare. Age vero ῥῆσιν illam, quia de genere universo est, huc transscribamus: In hoc consilio non est profecto, quod reprehendi possit: neque dubium est, quin omnes, qui ad auctores edendos accedunt, eo uti velint; modo recte uti eo omnes possint. Nam primo plerisque, etiam satis doctis, accidit, id quod sibi accidisse sæpe numero, ni fallimur, Casaubonus fatebatur, ut, cum legeret librum, sibi facillima viderentur, quæ difficilia explicatu & obscura esse intelligeret tum demum, cum aliis eorum sensus accurate

te perſpicueque explicandus eſſet. Hoc omnibus, pæne dicam, accidit, qui auctores ediderunt, quos non aliquoties aliis ſunt interpretati, ut facile poſſemus multis exemplis demonſtrare, ſi locus pateretur. Omnino difficile eſt, quid ſit obſcurum, ubique poſſe definire; dubiumque nobis videtur, utrum indocto an docto obſcuriores libri veteres videantur. Quid enim? ὁ πάνυ Grævius plusne difficultatis in epiſtolis Ciceronianis explicandis vidit ante, quam in Gronovii diſciplinam venerat, an, poſtquam ad ejus auctoritatem ſe contulerat? Quid? libros ſacros, quinam facilius intelligere ſibi videntur? doctiores an indoctiores? Quod ergo huic rei dicemus eſſe remedium? Nobis mallemus dici. Sed, ſi, quid ſentiamus, dicendum ſit, mature defæcandum eſt ingenium, & dialectica mathematicisque diſciplinis ita ſubigendum, ut clara ab obſcuris diſcernere diſcat: ita conſueſcere debemus, ut, ſingulis verbis formulisque utrum jungamus ideas, nec ne, judicemus & judicare poſſimus. Conſtituendum etiam eſt, & definiendum, cui ſcribamus, quo profectu eſſe lectores noſtros velimus, ut, quid iis obſcurum eſſe poſſit, eo facilius intelligamus. *Hæc ibi.* Age vero, ſi ita ſis ingenioſus, acutus, doctus, exercitatusque, ut, cum conſtitueris, quam late patere editionis adornandæ uſum velis, conſilio ſatisfacere poſſis ita, ut neque intra conſilii tamquam metas conſiſtas, neque poſitos ratione limites tranſilias; illud tamen reſtat, quomodo efficere poſſis, ut eandem rem in eodem auctore non, ut in docendo fieri adſolet, ſæpius neceſſe ſit explicare. Hic vero fatemur nobis nunc quoque placere eam rationem, quam in præfatione Ciceroni noſtro præmiſſa nobis oſtendimus placere, & Viris ſummis, Facciolato, in Ciceronis orationibus aliquot, Geſnero in ruſticis edendis, aliisque nonnullis placuit, ut verborum & formularum interpretatio, quoniam

ad Lexicon pertinet, in indices conjiciatur, quos, ubi opus est cuique, adire lector possit. Sed de hac ratione, quoniam eo loco satis dictum est, nunc iterum aut plura dicere, quamquam habemus quædam, tamen non attinet. Veniamus potius eo, quo nos jamdudum vocat & brevitatis studium, & temporis inopia. Illud modo, quoniam ad judicandum de opusculi ratione opus est, monemus, ut, quibus prodesse voluerimus, meminerint lectores nostri. Non eruditissimis, certe non solis, neque solis his, qui jam longe sunt in hoc studio versati, multumque profecerunt, ut & ipsi doctis annumerari possint, sed etiam, atque in primis, talibus, quales sunt, qui in gymnasii bene instituti classe prima, aut in Academiis, doctoribus, enarrantibus auctores veteres, operam dant, non plane illi quidem rudes, sed aliquantum provecti, neque tamen eruditi; verbo iis, quibus consulere voluisse Facciolatus videtur.

Quinque Indices hæc Clavis Ciceroniana, quemadmodum ausi sumus appellare, complectitur, cum quatuor tantum promiserimus. Accessit enim Græcus, de quo dicere tum, nescio quomodo, eramus obliti. Primum locum obtinet *Index Legum*, quarum a Cicerone facta est mentio, cui explicationem ipsius *legis* verbi & quarundam formularum, in quibus legis verbo utimur, præmisimus. Ipsæ autem leges collocatæ illæ quidem sunt literarum ordine, sed tamen illud quoque accommodatum memoriæ tironum juvandæ censuimus, si, quæ leges sub uno genere continentur, ut Frumentariæ, Agrariæ, Tabellariæ &c. uno loco ponerentur, aut saltem commemorarentur; quod etiam propterea fieri consentaneum fuit, quod sæpe hæc legum genera apud Ciceronem, aliosque auctores, occurrunt. Ceterum eæ tantum leges hic exhibentur, quarum nomen est in Ciceronis libris; neque plus promisimus: quamquam facile intelligimus fore, qui earum etiam

nomi-

nomina commemorata vellent, quarum vis tantum & ſententia Ciceronis libris, non adjecto nomine, continetur. De ipſarum legum auctoribus, ætate, ubi quidem de ea conſtabat, ſententiaque, in primis ex Cicerone, ſed interdum etiam ex aliis, cum veteribus, tum recentioribus auctoribus, breviter diſputavimus: in quo quædam reperient harum rerum intelligentes, ab aliis, aut non dicta, aut non ſatis illuſtrata, tamquam de ætate legis Aciliæ de repetundis, & alia.

Sequuntur *Geographicus*, nominibus tribuum Rom. ſubjectis, & *Hiſtoricus*, in quem omnia nomina propria conjecimus, non ſolum hominum, ſed ſectarum philoſophicarum, feſtorumque dierum. In his illuſtrandis primo ea commemoravimus, quæ de iis in Cicerone memorabilia occurrunt, deinde alia, quæ nobis neceſſaria videbantur, aut a nobis obſervata erant. Illud autem in primis operam dedimus, ut familias Romanas, tamquam Appiorum, Marcellorum, Scipionum, Pompejorum, Metellorum &c. accurate, quantum poſſemus, digereremus, diverſos ejusdem nominis homines, adjecto aut pronomine, a Cicerone omiſſo, aut cognomine, aut parentum nominibus diſtingueremus, quo neglecto, neque Cicero ſatis intelligi, neque hic index ad hiſtoriam Romanam & ceteros auctores illuſtrandos prodeſſe poſſet. In quo nobis, ſi quid erratum eſt, aut in univerſo hoc genere aliquid aut perturbatum aut quacunque ratione peccatum, veniam dabunt æqui rerum harum æſtimatores, aut amice monebunt, ut in poſterum, cum ipſorum monitis, tum noſtra retractatione emendatior hic index & plenior fieri poſſit. Quam veniam hoc confidentius & rogamus & ſperamus nobis eos eſſe daturos, quod & ſua ſponte ſciunt & ex ipſius hujus indicis plurimis locis intelligi poteſt, quantum & quoties in hoc genere propter difficultatem obſcuritatem-

que rerum a summis hominibus sit peccatum. Ipse Cicero, cui Familiæ Rom. melius, quam nobis, poterant esse & debebant cognitæ, tamen sæpe, ut ex epistolis ad Atticum constat, in iis hæsit, & sibi necessitatem vidit impositam, peritos ejus rei homines consulendi. Nomina Romanorum hominum apud Ciceronem sæpe ita ponuntur, ut ex ipsis rebus, temporumque ratione demum, de quo capienda sint, interdum conjectura valde obscura & lubrica, sit divinandum. In quo quam facilis sit error, nemo non videt. Itaque etiam nos, si cujus interpretis, aut alius, errorem in hoc genere commemoravimus, nulla acerbitate verborum usi sumus. Sed nobis etiam hanc ob causam venia debetur, quod in eas temporis angustias concluſi eramus ab librario, impatiente moræ, cum hunc indicem conficeremus, ut vix relegendi & retractandi tempus relinqueretur. Quod si liberum nobis temporis spatium fuisset concessum, multa fortasse accuratius scripsissemus, multa certe plenius, pluribusque observationibus, & ex eruditorum hominum libris collectis, & nostris illustrata. Nam etsi multa huc pertinentia habebamus notata in litturariis nostris, tamen nondum neque erant satis excussa, & ita quasi matura, ut iis uti possemus, neque tempus excutiendi liberum concedebatur. Quædam etiam aut omissa, aut errata, dum obiter percurrimus hunc indicem, ipsi observavimus, quæ in addendis commemorata sunt & emendata.

Paullo plus diligentiæ adhibuimus in *Latinitatis Indice*. Nam cum ita accideret, ut, exscripto typis historico, cessarent operæ, plus etiam temporis ejus conficiendi dabatur. Elaboravit olim in latinitate Ciceroniana in Indicem colligenda Nizolius, cujus Thesaurus sæpius est, nuper etiam in Italia, curam operis suscipiente Facciolato, recusus. Cujus operis de utilitate non est, ut hic multa dicamus. Verum

rum hoc opus non tam ad intelligendum Ciceronem, quam ad latine scribendi facultatem comparatum scimus: in qua re magnam ejus utilitatem esse posse, idem Facciolatus in præfatione demonstrat. Illud etiam, dum opus excutimus, & in hoc indice nostro concinnando comparamus, infinitis in locis observavimus, in nova hac editione corruptas lectiones veterum editionum, etsi doctorum hominum opera dudum sublatas tamen esse servatas, neque ad illud opus emendandum adhibita esse, quæ post Nizolii tempora rectius intellecta sunt & explicata. Multis verbis, multisque formulis alienæ ab iis locis, quæ laudantur, potestates tribuuntur, diversi significatus confunduntur, quædam etiam, ad cognoscendam omnem latinitatem Ciceronianam necessaria, prætermittuntur Sed fortasse etiam nobis interdum accidit, non modo hoc, sed etiam illud, ut leviora, neque de consilio nostro & instituto necessaria, admitteremus. Verum quis est, quin hic subinde incuria aliqua, quæ nobis sæpe obrepit nec opinantibus, peccet aut qui omnibus satisfacere possit. Hoc possum vere dicere, cum Ciceronem sæpe perlegissem, tamen hujus latini indicis causa totum diligenter iterum excussisse, curamque adhibuisse, ne quid elaberetur, quod locum in indice nostro postulare posset. Sed nihilo minus facile video, potuisse accidere, ut interdum aliquid mihi facillimum videretur, quod esset aliis obscurum, interdum autem contra ejusmodi, ut tirones in eo hærere posse putarem, in quo nemo hæreat. Idque adeo, dum excerpta loca digero, factum esse in notandis locis vidi. Mihi ita constitutum erat, ut mallem quædam non adeo necessaria irrepere, quam necessaria excludi. Illud etiam, dum interpretor veteres auctores hominibus, non sane adeo rudibus latinitatis, sæpissime mihi usu venit, ut quæ facilia, & iis dudum cognita putaram, in iis hæreant, neque satis distincte eorum vim explicare

plicare posſint. Cujus rei qui nullum uſum habent, facile iniquius de hoc genere judicant. In primis autem operam dedi, ut diſtinctas verborum notiones traderem, atque ita abducerem tirones ab illa puerili ratione, & nimis in ſcholis noſtris pervagata, cum ſe putant intelligere auctorem, ubi verba latina totidem verbis Germanicis interpretari posſunt. Hujusmodi ſunt *auctoritas*, *humanitas*, *res publica*, *lex*, *cupiditas*, *monumentum* & infinita alia. Invenient etiam in hoc indice lectores noſtri quasdam disputatiunculas, * quibus ſuperioribus interpretibus, aliisque, non recte, aut non ſatis intellecta & explicata, aut in vulgus non ſatis nota, aut nondum diſtincte ſatis tradita, illuſtrantur: multa etiam Critica, ſed ea pleraque in defendenda vetere lectione occupata; quæ eruditioribus non injucunda ſperamus fore. Vere Cel. Geſnerus in præfatione ad Scriptores Ruſticos judicat, multas falſas interpretationes & emendationes non neceſſarias in auctoribus veteribus inde ortas eſſe, quod viri docti, qui eos attigerunt, non uno quaſi tenore perlectis ſemel iterumque, ante omnia eorum orationi & ſententiis ita adſueviſſent, ut illos, tamquam amicos ſuos, & de ſententiis & de verbis noſſent. Idque adeo cum aliis interpretibus, tum Grævio accidit. Itaque ille interdum emendanda cenſet, quæ ſæpius apud Ciceronem occurrunt: idem verbum alio loco tolli vult, aliis relinquit: alio loco verbum mutat, deinde ejusdem loci vetere & a ſe correcta lectione alio loco ad ſuam ſententiam ſtabiliendam utitur. Cujus generis exempla paſſim docti viri reperient. ** Neque vero hoc eo dictum volo, ut de gloria Grævii, ſummi hominis, & in hoc literarum genere inter principes numerandi, detractum quicquam velim; ſed eo potius, ut

* vid. v. c. *ara*, *herciſcere*, *impluvium*, *conſecratio*, *inſcientia*, *ſenatus auctoritas*, *imperium*, *jurisdictio* &c. &c.

** vid. v. c. *educere*, *efficere*, *concoquere*, *honor*, *decedere*, &c.

ut primo fiant hujus criticæ disciplinæ studiosi in sollicitandis veterum auctorum locis cautiores, & in legendis ipsis auctoribus diligentiores, atque ita intelligant, quantæ diligentiæ sit hæc Critica ars, & quam temere faciant, qui, ut aliquid concoquere non possunt, aut non satis vel analogiæ respondens, vel Dialecticis præceptiunculis suis conveniens putant, ita mutare sustinent: quæ temeritas est, cum a multis, tum a Cel. Burmanno in primis, in Præfatione aurea Phædri reprehensa; cujus ego præfationis uti tamquam normam mihi semper propositam habui, ad quam, quicquid est hujus facultatis, dirigerem, ita lectionem omnibus his vehementer commendatam esse cupio, qui in hoc genere elaborare volunt. Sed etiam hanc ob causam istud hic commemoro, ut eo facilius & nos veniam peccatorum nostrorum consequamur a doctis hominibus, cum cogitent, eum etiam virum in his rebus lapsum esse interdum, qui præceptore usus sit J. Fr. Gronovio, & quocum me nec ingenio audeam, nec ætate, quæ vix juventutem excessit, comparare. Ceterum hunc indicem ad Ciceronianam, atque ita optimam Latinitatis & maxime necessariam partem cognoscendam percipiendamque, tironibus vel maxime commendo, ut eum non solum, ubi hærent, consulant, sed etiam, cum otium est ab ipsorum auctorum lectione, in qua sunt hic omnia, ipsum totum perlegant, & ita tamquam uno tenore Ciceronianam latinitatem percipiant. Ipsum autem Ciceronem si recte penitusque cognoscere velint, cujus totius cognoscendi, quæ hic traduntur, parva tantum pars habenda, iis auctor sim, ut Lipsii illud consilium sequantur, qui Ciceronem biennium saltem ita legendum esse dicebat & relegendum, ut nullum diem de manibus ponatur.

Latinitatis indicem excipiunt, & ultimum locum obtinent, *Græca Ciceronis:* quorum indicem Gronovianæ

vianæ editioni & Grævianæ subjectum dum excutio, mirari satis non potui, quare commiserint excellentissimi viri, ut eum non recognoscerent, sed ita relinquerent, uti in superioribus editionibus repererant. Nam etiam verba corrupta & e suis editionibus sublata, in eo reperiuntur prætermissis iis, quæ substituerant ipsi. Nos operam dedimus, ut sublatis his verbis, primo ex quibus auctoribus, quorum verbis usus est Cicero, ea petita sint, indicaremus, & necessariis observationibus hæc Græca illustraremus.

Constitutum etiam erat, *Corradi Quæsturam*, libellum omnibus, qui Ciceronem legere volunt, utilem lectu, quem J. Fr. Gronovius Clavem Ciceronis appellare solebat, & Grævius suæ editioni subjicere decreverat, his indicibus adjungere: & erat jam ante hunc annum paratum & correctum a nobis exemplum, librarioque traditum, quod sequi operas volebamus: eaque de causa in Indice historico nihil de ipso Cicerone, nihil de Quinto Fratre, nihil de Terentia, aliisque, diximus, de quibus accurate exposuit Corradus, ex quo de his cognosci volebamus: sed mutavit librarius, ut fit, consilium. Dabimus tamen operam, ut separatim & hic libellus, & Perizonii animadversiones prodeant, ad quas sæpe in Indice historico provocavimus, & harum literarum studiosis valde necessarias putamus. Ita vale, humanissime lector, studiis nostris fave, & si quid a nobis peccatum repereris vel hoc nomine condona, quod in hoc opusculo conficiendo multæ nobis, tum propter ipsius laboris difficultatem & tædium, tum propter alias causas, de quibus hic dicere non est necesse, molestiæ devorandæ fuerunt. Scriptum Lipsiæ in ipso mercatu vernali anni Christi

CIↃ IↃ CC XXXVIIII.

PRAE-

PRAEFATIO
EDITIONIS SECVNDAE.

Quam nos ausi sumus spem concipere tum, cum primum hanc Clavem Ciceronianam edebamus, fore, ut opera nostra neque doctis hominibus improbaretur, nec studiosis literarum latinarum ad Ciceronis libros intelligendos, Ciceronianamque latinitatem accurate cognoscendam, inutilis reperiretur; ea adeo non fefellit, ut non modo non pœnituerit nos laboris, quem haud parum molestum, sumseramus, sed etiam fructum ejus satis magnum ceperimus. Quo libentius hoc fecimus, ut, cum altera editio libri pararetur, eum diligenter totum recognosceremus, & emendatiorem locupletioremque redderemus. Id locis propemodum innumerabilibus factum esse, vere nobis licet dicere. Et indigebat historicus maxime Index plurima vel emendatione, vel accessione. Nam & major multo quam in ceteris, difficultas erat, in digerendis maxime, & vero etiam illustrandis personis Ciceronianis, quam in latinitate, vel colligenda, vel explicanda, & ad eum conficiendum longe brevius, quam pro difficultate rei, temporis spatium datum fuerat. Itaque ab illo statim tempore, quo primum e manibus dimissus est liber, cœpimus, & in ipsis Ciceronis libris legendis interpretandisque, & in ceteris lectionibus nostris, sive Græcos historicos tractaremus, sive Latinos scriptores quoscunque, denique virorum doctorum Commentariis, ad aliquem talem scriptorem, aut omnino ad literas humaniores pertinentibus, cognoscendis, notaremus diligenter, si quid occurreret, quod prodesse aliquando Clavi nostræ posset. Has a nobis per tot annos congestas copias cœpimus accurate recensere, cum ad recognoscendum opus vocabamur, ut eas vel emendandum, vel augendum conferremus. In quo tamen hic modus a nobis ser-

servatus est, ut maxime uteremur iis, quæ consilium operis postularet, quod totum ad intelligendum pertinere voluimus in his, quæ nec vitio aliquo scripturæ, nec difficultate ex obscuritate sententiarum, aut alia tali causa, laborarent. Nam quæ loca habent difficultatem hujusmodi, ea vero emendandi magis & interpretandi solertiam, quam Indicum talium diligentiam desiderant. Diu est, cum agitare cœpimus consilium edendarum in universos Ciceronis libros Observationum, quibus tales etiam difficultates, per veterum librorum, & qualiscunque doctrinæ nostræ, præsidia, tollere tentaremus: nec ab eo consilio nunc alieni sumus. Sed alia ex aliis occupationum impedimenta nos ad hanc diem ab illo instituto retandarunt, &, ut nunc est, parva spes ostenditur majoris otii, quam nobis superioribus annis contigit. Raro otium venit ad hos, qui eo ad utilitatem communem uti vel possint, vel velint. Est igitur in manu Dei eventus consilii nostri, nec quicquam audemus, quamquam cupientes, hoc tempore promittere. Voluntas quidem, & hac ratione, & quacunque alia, divinis humanisque literis operam navandi aliquam, non inutilem studiosis, etiam cum molestia nostra, nunquam nobis deerit. Quid enim melius facere possumus, atque etiam jucundius, quam faciliorem & munitiorem reddere juventuti, præsertim cupienti, aditum ad divinarum humanarumque literarum intelligentiam, hoc est, ad sapientiam divinam & humanam? pro qua etiam vota facimus, ut in dies longius ac latius propagetur, & uberrimos pietatis in Deum, virtutisque omnis, publice privatimque profuturæ, fructus edat.

Scr. Lipsiæ, Idibus Martiis, a. C.

CIↃ IↃCC LVII.

INDEX

INDEX LEGVM QVARVM IN LIBRIS CICERONIS NOMINATIM MENTIO FIT.

LEX proprie nihil aliud est, *nisi formula quædam verborum*, a Græco λέγειν. Nam quis credat esse a *ligando*, aut, ut Cicero existimat, de Leg. I. 6. a *legendo*? Eaque significatio in multis loquendi formis permansit. *Lex carminis* est formula, modus edicti Liv. l. 26. Nam *carminis* verbum, quod ipsum pro formula verborum dicitur, v. c. pro Muren. c. 12. h. l. est ipsum regis edictum, *legis* adjectum verbum, significat formulam modumque verborum: ut in musicis *lex carminis* est modus. Si *lex* esset h. l. edictum, *legis carmen* dicendum erat, non *lex carminis*. *Leges Manilianæ venalium vendendorum* de Orat. I. 58. quid sunt, nisi formulæ a ICto conceptæ, quibus uti in emendis vendendisque rebus liceret. *Lex pactionis*, vel *fœderis*, vel *juris jurandi* porro, quæ dicitur, est formula verborum, quibus concepta pactio est, aut fœdus, aut jus jurandum. *Lex Censoria* in Verrinis L. I. c. 51. 55. nihil aliud est, nisi *formula locationis*, ex qua manceps s. redemtor ædis, extruere & tradere ædem debebat. vid. *Leges Censoriæ*: unde et *leges antiquarum ædium* ap. Plin. H. N. XXXVI, 23. antiquæ locandarum ædium formulæ. Ipsa deinde *lex Verris* l. c. c. 55. init. erat formula, quæ continebat modum conditionesque, quibus locari columnas volebat, unde *lex* pro *conditione* dicitur. Hoc cum non satis intelligeret Hotomannus, perperam scripsit ad Orat. de Prov. Cons. c. 51. *Lex apud ICtos sæpe pro pactione usurpatur*. *Lex Mancipii* de Or. I. 39. est formula venditionis. Cum ergo *Lex fertur s. promulgatur* a magistratu quocumque ad populum, quæ & *rogatio* dicitur, non fit, quod putant, qui interpretantur, *es wird ein Gesetz gegeben*: sed formula proponitur populo, qua res aliqua juberi possit: quam cum approbat populus, *lex jubetur*, cum rejicitur, *antiquatur lex*. Hujusmodi formulam no-

ſtri vocare posſunt: *einen Vorſchlag zu einem Geſetz oder Verordnung.* Nam populus rogatur: *Velitne, jubeatne?* &c. aut, *ut velit jubeat.* Leges omnes, quæ ad jus civile aut publicum pertinent, dici posſunt: *Vorſchlæge zu Geſetzen:* in quibus autem de ſingulis rebus, aut hominibus conſtituitur, tamquam *Lex de Cicerone revocando* ad Att. IV, 1. *lex Manilia*, qua ſuaſit populo Manilius, ut Pompejum bello Mithridatico præficeret; eæ profecto non ſunt *Vorſchlæge zu Geſetzen*, ſed *zu einer Anordnung, zu einem Befehle.* Nam edictum, quo reges noſtri v. c. Imperatorem belli conſtituunt, non appellatur *ein Geſetz.* Oratio ergo Ciceronis *pro lege Manilia* non eſt defenſio aut ſuaſio, *des Geſetzes des Manilii*, uti vulgo interpretantur, ſed defenſio *des Vorſchlages, den Manilius gethan hat*, de Pompejo imperatore conſtituendo. Contra *lex Domitia* eſt *ein Vorſchlag zu einem Geſetze*, quia eſt juris publici. Cum autem *legem ferre centuriatam curiatamque* dicunt latini; nihil aliud dicunt, niſi, e formula ſolemni interrogare populum, quem velit magiſtratum creare? velitne alicui, rei militaris adminiſtrationem committere, nec ne? velit (in lege curiata) adoptionis facultatem dare &c. in quibus nullo modo vocabulum noſtrum *ein Geſetz* locum habet. Jam quia, quæ his legibus rogabantur, cum a populo juſſa eſſent, tenebant populum, propterea factum eſt, ut *lex* diceretur deinde, *quicquid tenet populum.* Et hoc eſt, quod nos dicimus: *ein Geſetz.* Illud etiam attinet dicere, cum Imperatores Romani aut Reges de jure civili publicoque conſtituunt, non leges proprie dici, ſed *edicta, conſtitutiones*, ut e libris Juris Civilis, Codice Theodoſiano &c. intelligi poteſt; cum autem alicui concedunt aliquid muneris vel beneficii, eam *legem* appellari poſſe. v. c. pro vulgari: *ex Privilegio Cæſ. Majeſtatis, aut Regis*, dicetur Latine: *ex Lege Cæſarea, Regia*, aut, *quam dixit Cæſar vel Rex.* Nam quod, auctore Pomponio, ajunt *legem* eſſe Patricii magiſtratus tantum, plebejorum, i. e. tribunorum, *plebiſcita*, id uſus omnis antiquitatis refellit, quæ de utrisque

que promiscue legem dicit. Hæc præfari placuit, quod intelleximus usu, nostris hominibus hæc vulgo satis nota non esse, neque in lexicis vidimus satis distincte tradi. Sequitur deinceps ipsarum Legum commemoratio.

ACILIA lata a Manio Acilio Glabrione Tribuno plebis, ejus patre, qui in causa Verrina A. V. DCLXXXIII. quæsitor fuit Act. I. in Verrem c. 17. & Cos. A. V. DCLXXXVI. Fuit *de pecuniis repetundis*, qua licuit, semel dicta causa, condemnare reum, aut absolvere, nisi ampliarent judices. in Verr. I. 9. Ceterum in hoc loco hæsit Hotomannus Obs. I. 14. qui negat, *Aciliam* hic locum habere; in cujus rationibus refellendis longus est Grævius ὁ πάνυ ad l. c. Omnis Hotomanni disputatio hoc uno concidet, si probare poterimus doctis, falsum esse, quod vulgo omnes sumunt, *Aciliam* esse posteriorem *Servilia:* quæ opinio negotium nobis in loco illo facessat necesse est. Nam paraphrasis Græviana non tribuit sententiam facilem & naturalem. Duas leges commemorat Cicero, *Aciliam* & *Serviliam*, cujus caput de comperendinatione in *Corneliam* translatum erat, quod acerbiora judicia efficeret; quod sane non fecisset, si acerbius esset, semel dicta causa, pronuntiare. Acerbitas autem legum, uti constare poterat Grævio, non solum posita est in pœnis, sed etiam in forma judicii, qua arctius constringitur reus; quod ex multis legibus intelligi potest, in quibus sola forma judicii mutata est & severior constituta. Jam, pergit Cicero, *utram putas molliorem?* quod ita intelligatur necesse est, *Aciliamne putas an Serviliam molliorem?* Neque enim de alia dixerat. Ex quo illud quoque cogitur, ut pronomina, *illam*, *illa*, *hac*, ad has duas leges referantur. *Illa* ergo cum ad *Aciliam* pertineat, *hac* ad *Serviliam* referatur necesse est, non ad *Corneliam*, nisi, quatenus hoc caput commune habuit cum *Servilia*. Jam Cicero statim post *utram* dicit: *opinor illam veterem*. Sed hanc veterem paulo post appellat *mitiorem;* quod qua formam judicii in Aciliam convenit. Item, sumto hoc, *illam veterem* molliorem esse, sub-

jungit: *Atqui ego tibi illam Aciliam restituo*, ut non sit, quod conquerare. Manifestum est, *illam veterem*, & *illam Aciliam* eandem esse. Nam quod Grævius per *veterem* aliam superiorem *Servilia* & *Acilia* intelligi putat, non vero simile est. Dicit enim *illam* veterem. pronomen *illam* necessario ad aliquid, de quo jam dictum, pertinet. Sed de nulla alia dictum, nisi de *Acilia*, ad quam referri possit. Hæc explicatio ex regulis Grammatices & naturali verborum consecutione ita certa mihi videtur, ut nemo dubitare possit. Itaque vel ex hoc mihi videtur confici, *Aciliam* esse *Servilia* priorem. *Aciliæ* legi nemo horum, quos consului, de hac lege scriptores annum certum tribuit. Vnde igitur constat, *Servilia* posteriorem? Nec tempus, nec ratio repugnat, quo minus *Acilia* prior *Servilia* sit. Ipsa autem forma judicii, quæ acerbior est in *Servilia*, vero simile etiam facit. Lex *Servilia* lata est a. V. DCLIII. v. in *Servilia Lex*. Filius Acilii ejus, qui hanc legem tulit, consul fuit A. V. DCLXXXVI. Tum temporis ad minimum quadraginta & tres annos natus erat. Inter hunc consulatum ergo & annum legis *Serviliæ* interjecti sunt anni omnino XXXII. Quid impedit *quo* minus Acilius pater, ante hoc tempus, Trib. Pl. esset? Nam tribunitiam hanc legem esse, non dubitant, quod sciam. Quod Cicero Act. I. in Verr. c. 17. ex ea lege, dicit, severissimis judicibus usum populum, ipsamque legem *severissimam* appellat Asconius: fuit severa, quando severitatem *Calpurniæ* & *Juniæ* auxit. sed quod hanc rationem addit Asconius, *ut qua ne comperendinari quidem liceret reum*: nonne potuit accidere Asconio, quod multis Grammaticis accidisse docti sciunt, atque etiam Asconio, (v. *leges Sacratæ*,) ut in rationibus reddendis aliquando aberraret a vero? & æquum ne est, propter hanc explicationem Asconii, vim facere legibus Grammatices in explicando loco Ciceroniano, quem locum, nisi tenebras offunderet locus Asconii, omnes ita interpretarentur, ut, semel causa dicta, pronuntiari posse, mitius sit comperendinatu, atque ut adeo ipsa *Acilia* mi-

tior

tior sit, quam *Servilia*; quando in omnibus aliis legibus comperendinatio majus reo periculum creat. Cicero, ut hoc etiam addam, non dicit: *ereptum esse lege Acilia comperendinatum*, ac necessario, primum causa dicta, pronuntiatum esse, non licuisse ampliare; sed, primum causa dicta, *licuisse* pronuntiare. Quod si post *Serviliam Acilia* lata esset, & severitatis causa comperendinatus ademtus reis, dicendum fuisset necessario, *oportebat* primum dicta causa pronuntiari. Ceterum juventutis causa illud monendum etiam est, quod in Lexico Fabri dicitur lex *Acilia* esse eadem, quæ *Aquilia*, de qua apud Cic. de Off. III. 14. id falsum esse, neque *Acilii* iidem, qui *Aquilii*.

ACILIA CALPVRNIA. vid. *Calpurnia Acilia*.

ACILIA DIDIA pro Sext. c. 64. Numquam cum Didio Acilius Consul fuit, sed Cæcilius. Itaque docti viri ibi legendum recte censent: *Cæcilia Didia*. Nam leges *Ælia*, *Junia*, *Licinia*, *Cæcilia*, *Didia*, fuere de comitiis habendis & legum ferendarum modo. Itaque sæpe apud Ciceronem junguntur. vid. v. c. ad Att. II. 9. & sic hoc loco junguntur *Cæcilia*, *Didia*, *Licinia*, *Junia*.

AEBVTIA: lata est ab Æbutio, incertum quo, & quo tempore. cavit, ne quis sibimet ipsi aut collegis potestatem aut curationem ferret. Ejus mentio in Agraria II, 8.

AELIA ab auctore Q. Ælio Consule a. V. C. DLXXXVI. *de Comitiis*, ad Tribunorum seditiosas legum lationes coërcendas comparata. Pighius autem tribunitiam putat a. V. DXVI. latam: quod per locum orationis in Pison. credi non potest. Ea cautum est, ut, quoties comitia essent, 1) *de cœlo servare liceret:* 2) *obnuntiare liceret, obnuntiationique cedere necesse esset:* 3) *intercedere magistratus pares & Tribuni possent:* ut intelligitur ex Or. pro Sext. c. 15. & de Prov. Cons. c. 19. Ejus mentio porro pro Sext. c. 53. Red. in Sen. c. 5. Har. resp. 27. Vat. 9. Pis. 4. ad Att. II. 9. Eam in Pison. 4. centum annis ante Pisonis & Gabinii Consulatum latam ait Cicero: quod etsi non ad litteram accipiendum, tamen non multo longius tempus interceSSisse

clarum est: idque convenit satis cum anno, quem nos posuimus. Nam locus ad Att. I, 16. ubi Lurco cum Lege Ælia iniisse magistratum dicitur, haud dubie est corruptus, de eoque alibi dicemus. Sed de primis duobus legis capitibus aliquid monendum. Primo, hæc lex tantum ad comitia legibus ferendis pertinet. Nam in comitiis magistratibus creandis non licet servare de cœlo, nisi quis ante ostenderit, se servaturum, ut e Philippica secunda constat. Deinde *servare de cœlo*, ut mea fert opinio, non ad omne auspiciorum genus pertinet, sed ad unum certum. Jove fulgente non possunt fieri comitia. Itaque *servare de cœlo*, est *cœlum contemplari, si qua parte fulgur existat aut tonitru.* Cum Consul in auspicio est, v. c. nocte, quæ est ante diem, qua procedit, non dicitur *de cœlo servare*, sed *auspicari*, neque de ullo auspicii genere invenies, nisi de hoc uno, dici: *servare de cœlo.* Jam, quia, qui servabat de cœlo, ostendebat, se velle impedire comitia, & quia, si vellet, poterat, nuntiato sive vero sive ficto auspicio: eo ipso comitia tollebantur, quod quis, de cœlo se servare, aut servaturum, dicebat. Itaque nunquam servatum de cœlo, quin comitia tollerentur. Cic. in Vatin. c. 7. *Num quem post urbem conditam scis tribunum pl. egisse cum plebe, cum constaret servatum esse de cœlo.* Phil. II. 32. *quisquamne divinare potest, quid vitii in auspiciis futurum sit, nisi quis de cœlo servare constituit.* Nam qui hoc constituit, eo animo facit, ut impediat comitia, unde facilis divinatio. cf. p. Dom. 15. Hæc confirmantur egregio loco Dionis Cass. L. XXXVIII. p. 66. extr. (ed. Reimar. p. 160. init.) de lege a Clodio lata, qua solutus est a lege Ælia. Porro *servare de cœlo*, est magistratuum, &, si magistratus jubeat, augurum: unde male non nulli primum caput legis Æliæ sic concipiunt, *ut augures de cœlo servarent.* Itaque et tribunus pl. Sextius de cœlo servasse traditur. Sext. 36. Augures porro *nuntiare* vitium auspiciorum possunt magistratui, sed non *obnuntiare* h. e. dicere *alio die:* hoc est magistratibus proprium. Phil. II. 32.

AELIA SENTIA. Topic. c. 2. jubet *asſiduo vindicem aſſiduum eſſe*, h. e. locupletem locupleti, ex interpretatione Ælii. *Lex Ælia Sentia* de manumiſſionibus ſatis nota eſt ICtis; ſed ea eſt Conſulum A. V. DCCLV. adeoque poſt mortem Ciceronis, tempore Auguſti, lata. Porro, Conſules Ælium & Sentium quendam ſimul, ante Topica ſcripta, fuiſſe, aut prætores, aut tribb. pl. (nam & a duobus tribb. pl. leges nominari, lex Carbonis & Silvani docet) non reperimus. Itaque cum a melioribus Codd. nomen hujus legis abſit, eaque lex, quæ aſſiduo jubet aſſiduum vindicem eſſe, ſit e XII. Tabb. petita, hoc legis nomen non putamus eſſe a Cicerone. Corruptioni locum dedit nomen Ælii, quod apud Ciceronem ſtatim ſubjicitur. Nam quod Noriſius Cen. Piſ. Diſſ. III, 9. *Sentiam* eſſe putat a librario, *Æliam* eſſe jus Ælianum; quod valde placebat Heineccio: id probari propterea non poteſt, quia lex commemorata eſt vera lex e XII. tabulis.

AGRARIAE. *Flaminii, Sempronia, Thoria, Rulli, Flavii, Philippi, Plotia, Cæſaris Julia*, de quibus ſ. l.

ANNALES ſunt, quibus conſtitutum eſt, quo anno cuique magiſtratus petere liceret: quo ſi quis creatur, v. c. Conſul, *anno ſuo* Conſul factus eſſe dicitur vid. Agr. II. 2. Eas leges attulit ambitio, ut gradus eſſent petitionis. Tulit primus accuratius *Villius*, tribunus pl. A. Poſtumio Albino & Q. Fulvio Flacco Coſſ. qui inde *Annalis* dictus eſt, quod nomen familiæ hæſit. Liv. L. XL. c. 44. & Manut. de Legg. c. 6. Nam etſi Livius l. c. primum ab eo de ea re latum eſſe dicit: tamen idem, jam ante eum de tempore honorum petendorum leges fuiſſe, dubitare nos non ſinit XXV, 2. Sed anni ſingulorum non definiti erant, ut lege Villii, verum univerſe, quæ ætas matura eſſet honoribus petendis. Vid. Sigonius & Pighius, inpr. Dukerus, ad Liv. l. l. c. c. Anni autem conſtituti ſunt Villia lege, quæſturæ 31. ædilitati 37. præturæ 40. Conſulatui 43. Nam his annis Cicero hos magiſtratus geſſit, qui, *ſuo* ſe quemque *anno* geſſiſſe, prædicat: nec audiendi, qui aut annum 27.

ut Zamoscius de Senat. p. m. 25. aut annum 25. ponunt, ut Dodwell. Prælect. Camd. Dicuntur hæ leges etiam *Annariæ* apud Festum & Lamprid. in Commodo c. 2. *Annalem* tulit etiam M. Pinarius Rusca Trib. pl. vid. Cic. de Or. II. 65. ex qua nihil restat: nec ætas ejus satis certa.

de AMBITV. *Calpurnia, Cæcilia, Fabia, Julia, Licinia, Tullia.*

ANTONIAE ep. XII. 14. si vera lectio, de iis legibus loquitur Cicero, de quibus multa dicuntur, in Philippica prima & secunda, quas in Consulatu secundo per vim & contra auspicia tulit; item quas e tabulis Cæsaris dicebat se proferre, quod convenerat in Senatu, quietis causa, acta Cæsaris rata habere. Nominatim memoratur *judiciaria*, quam in Consulatu cum Cæsare tulit Phil. I, 5.

APVLEJA, *L. Saturnini*, tribuni pl. *de Majestate.* Cic. de Orat. II. 25. 49. A. V. DCLI. lata, occasione motuum, qui Romæ exorti sunt, cum Cimbri superatis Alpibus, Q. Catuli exercitum invasissent, & equites Romani relictis præsidiis Romam fugissent, qua re imminuta populi Rom. majestas videbatur. v. Pighius ad h. a.

APVLEJA, ejusd. *L. Saturnini* trib. pl. A.V. DCLIII. pro Corn. Balbo. c. 21. ea tulit *de coloniis in Siciliam, Achajam Macedoniamque deducendis*, simul detulit Mario, ut in singulas colonias ternos cives crearet, hoc consilio, ut eo minus huic rogationi C. Marius Consul resisteret. Sed ea lex perlata non est, ut e Cicerone l. c. intelligi potest, de ceteris legibus Apuleji popularibus, jam a Gracchis promulgatis v. Flor. III. 16. Cic. de Leg. II. 6. Nieuport Hist. Rom. VII. 8.

APVLEJA FRVMENTARIA. vid. *Frumentariæ.*

AQVILLIA (forte *C. Aquillii Galli* Trib. pl.) *de damno injuria dato.* Ea est, quam Cic. in Bruto c. 34. extr. appellat *de Justitia:* pro quo quidam, non probante Grutero, legunt: *injuria*, vel *injustitia.* Omnibus, de damno injuria dato, legibus, quæ ante erant latæ, derogavit, ut ait Vlpianus L. XVIII. ad edictum. Ejus reliquias a Cajo & Vlpiano

Vlpiano servatas illustravere Balduinus, Noodt & docti viri ad Cajum in Schultingii Jurispr. Ante-Justin. p. m. 179.

AQVILLIA *C. Aquillii Galli*, Ciceronis familiaris, *de dolo malo*, quem tum teneri putabat, cum aliud esset simulatum, aliud actum. Omnium malitiarum everriculum hanc legem appellat Cicero de N. D. III. 30. cf. de Off. III. 14. De hac lege est Comm. J. Svaresii Mendozæ in Thes. Meermanni T. II. qui putat auctorem esse *M. Aquilium* Cons. a. V. DCXXV. Sed hic Ciceroni familiaris esse non potuit.

ATINIA in Verr. L. I. c. 42. *de rebus furto surreptis non usu capiendis:* cujus hæc verba fuerunt, *quod surreptum erit, ejus æterna auctoritas esto.* v. Gell. XVII, 7. Verbum *surreptum* explicat Gothofredus ad XII. tabb. & *surreptum* latius esse *re furtiva*, cui jam in XII. Tab. æterna auctoritas tribuitur. Tulit Tribunus quidam *Atinius*. Ejus in Institutionibus & Pandecte aliquoties fit mentio. Vid. Menardus ad Cicer. l. c. Quæstio fuit inter JCtos veteres, auctore Q. Scævola, utrum ea lex in præteritum etiam, an in futurum tantum valeret. vid. Gellius l. c. Balduinus Jurispr. Mucian. p. 281. 282. Menardus l. c. Cicero quidem diserte, loco citato, eam his legibus annumerat, quæ in posterum statuunt, ex iisque docere suscipit, non posse a Prætore edici in præteritum.

AVLI Lex. ad Att. VI. 2. vid. *Gabinia.*

AVRELIA est judiciaria *L. Aurelii Cottæ.* Cum, a primis temporibus judiciorum, ea penes senatum fuissent, C. Gracchus (v. *Sempronia lex*) tulit, ut propter avaritiam senatorum ad equites transferrentur. Hi ita severe judicabant, ut ipso Cicerone teste in Verr. Act. I. c. 13. numquam eques in judicium aut suspicionem captæ pecuniæ propter rem judicandam vocatus sit. Sed erant tamen iniquiores Senatui, & reos senatores nimis cupide condemnabant, in primis, si quem constabat, aut in Senatu, aut in magistratu provinciali, publicanis impudentibus non satis indulsisse. Itaque cum frustra lege *Livia* & *Plautia*

latum esset, ut equitibus & senatoribus essent communia judicia; C. Sulla tandem restituit senatoribus judicia. Sed ne tum quidem, ut e Cicerone, in primisque Verrinis, intelligi potest, recte judicabant. Itaque, cum diu plebs de judiciis esset conquesta; & verendum esset, ne seditiosus Trib. aliquis inde seditionis movendæ occasionem arriperet; legem judiciariam tulit Cotta, Prætor Pompejo & Crasso II. Coss. in qua hoc temperamento usus est, ut omnibus ordinibus satisfaceret, quod nulli judicandi potestas eriperetur. Itaque ex illa lege judicarunt *Senatores, Equites* & e plebe *Tribuni ærarii.* Nam quod Vellejus II, 32. duobus ordinibus judicia a Cotta data dicuntur, id fit, quia tribunorum ordo non numeratur, ut sexta Classis census Tulliani. v. Interpretes ad l. c. Ejus legis sæpe mentio apud Ciceronem. v. c. Phil. I. 8. Agrar. I. 2. Corn. Fr. 31.

AVRELIA lex commemoratur ad Q. Fr. I, 3. extr. quæ videtur, quantum e contextu judicare licet, *de ambitu* sanxisse: quod etiam videbatur Manutio ad l. c. Ea cujus Aurelii fuerit, nondum reperi.

AVRELIAE, fratris *C. Aurelii Cottæ.* vid. *C. Cottæ leges.*

CAECILIA. *L. Cæcilius* trib. Pleb. Consule Cicerone A. V. DCXC. tulit *de ambitu* legem, qua ejus pœna imminueretur, & ea constitueretur, quæ ante proximam legem fuisset. Nam cum frater ejus de ambitu reus factus condemnatusque esset, adeo ægre tulit eam pœnæ acerbitatem, quæ fratri perferenda erat, ut de ea lege mitiganda cogitaret. Itaque videbatur ea lege res judicatas rescindere velle. Sed, quantum e Cicerone colligere licet, non est perlata. pro Sulla c. 22. 23.

CAECILIA DIDIA lata a *Q. Cæcilio Metello* & *T. Didio Vivio* Coss. a. V. DCLV. utilissima civitati Rom. unde inter remedia Reip. refertur a Cic. ad Att. II. 9. Ejus duo capita apud Ciceronem invenio, alterum, *de modo legum promulgandarum.* Phil. V. 3. *Tribuni pl. tulerunt de Provin-*

Provinciis -- num etiam hanc legem populus Rom. accepit? quid? promulgata fuit? quid? nonne ante lata quam scripta? nonne ante factum vidimus, quam futurum quisquam est suspicatus? Ubi lex Cæcilia & Didia? ubi promulgatio, trinundinum? alterum *de duabus rebus non una lege conjungendis*, quod dicebatur, *per saturam* ferre, pro Domo c. 20. *Quæ est quæso alia vis, quæ sententia legis Cæciliæ & Didiæ, nisi hæc, ne populo necesse sit in conjunctis rebus compluribus, aut id quod nolit accipere, aut id quod velit, repudiare?* Manutio autem de Legg. placet duas fuisse leges, quod non absurdum est, ceterum conf. h. l. ACILIA DIDIA.

CAESARIS LEGES vid. *Juliæ.*

CAEPIONIS judiciaria lex de Invent. I. 49. est *Servilia judiciaria.*

CALPVRNIA *L. Calpurnii Pisonis* trib. pl. Verr. IV. 25. Off. II, 21. Ea primum latum est A. V. DCIV. *de pecuniis repetundis*, ut si quis provincialis magistratus contra leges pecuniam in provincia cepisset, ab eo repeti eæ judicio possent. Hac lege prima quæstio perpetua constituta est. Ea ergo fuit de pec. repet. quam aliæ secutæ sunt. Cic. in Bruto.

CALPVRNIA alia fuit *C. Calpurnii Pisonis, de ambitu.* Lata est A. V. DCLXXXVI. eo & *M' Acilio Glabrione* Coss. auctore senatu, quod eo anno magnus ambitus apparebat, & C. Cornelius Tr. Plebis de ambitu ferebat, graviores-que justo pœnas ei constituebat. v. pro C. Cornelio p. 632. 633. Ejus mentio pro Mur. c. 23. In eadem oratione c. 32. hæc dicuntur: *Senatus Consultum esse factum, si mercede corrupti obviam candidatis issent, si conducti sectarentur, si gladiatoribus vulgo locus tributim, & item prandia si vulgo essent data; contra legem Calpurniam factum videri.* Et post: *si factum sit* sc. hujusmodi quid, *quin contra legem sit dubitare nemo potest.* Dicitur etiam ACILIA *Calpurnia*, sed apud Ciceronem simpliciter *Calpurnia.* Senatus Consultum factum est paullo post, quo lex Calpurnia

purnia abrogaretur, pro Corn. I. p. 631. ad q. l. vid. Aſcon. De ea intelligendus Salluſtius B. Cat. 18. Inprimis accurate de ea narrat Dio Caſſ. XXXVI. p. 18.

CAMPANA ad Att. II. 18. eſt *Julii Cæſaris*, quam in Conſulatu tulit de agro Campano dividendo. vid. Agraria JVLIA.

CARBONIS *tribunitia:* ut populo eundem tribunum creare liceret, quoties vellet. Ei reſtiterunt Scipio & Lælius. Læl. 21. Eſt *C. Carbonis* trib. pl. de quo v. Ind. Hiſt.

CARBONIS (ejusdem) & SILVANI lex tribunitia a. V. DCLXIV. lata *de civitate*, ut, qui fœderatis civitatibus adſcripti eſſent, &, cum hæc lex ferretur, in Italia domicilium haberent, & ſexaginta diebus apud prætorem profiterentur, ii cives Rom. optimo jure eſſent. pro Archia c. 4. Dicitur etiam *Plautia* vel *Plotia* a Silvano qui e familia Plotia fuit.

CARBONIS *tabellaria* vid. *Tabellariæ leges.*

CASSIA, *de ſenatu:* quæ *populi judicia firmaſſe dicitur*, laudatur in Cornelianæ I. fragm. p. 634. Eſt ejusdem *L. Caſſii Longini* trib. plebis, a quo tabellaria profecta eſt, C. Mario & C. Flacco Coſſ. lata, ut Aſconius ad l. c. tradit, propter ſimultates cum Q. Cæcilio, cui populus imperium, ob res male cum Cimbris geſtas, abrogaverat. Nam ea lege ſancitum eſt, ut, quem populus damnaſſet, cuive imperium abrogaſſet, is in ſenatu non eſſet.

CASSIA *tabellaria* vid. *Tabellariæ leges.*

CASSIA TERENTIA *frumentaria* v. *Frumentariæ.*

Q. CATVLI *de vi* vid. *Lutatia.*

CENSORIAE in Verr. I. 55. ſunt 1) formulæ, quibus Cenſores veteres templa, aut alia opera publica, ædificanda locabant, ut ex iis a redemtoribus extruerentur & traderentur. Ex eo loco intelligi poteſt, iſtas formulas ſemper retentas fuiſſe, ſed ita, ut e re ipſa quædam Cenſoribus *corrigere* liceret. h. e. *addere: Corriguntur Leges Cenſoriæ. Quid enim? Video in multis veteribus legibus. Cn. Domitius, L. Metellus &c. addiderunt &c.* 2) De Provinc. Conſ.

Conſ. c. 5. autem *Lex Cenſoria* eſt formula, qua publicanis a Cenſoribus vectigalia locata ſunt, quæ & vectigalia ipſa, quæ locabantur, & conditiones, quibus locabantur, continebat, ut & populo & redemtoribus proſpiceretur. Hinc Cicero: *Si qui* ſc. Publicanus, *publico frui non potuit per hoſtem, tegitur ipſa lege Cenſoria.* conf. ad Q. Fr. I. 12. Verr. II. 7. pro *lege Cenſoria* eſt *locatio Cenſoria* Verr. III. 6. Hoc ſenſu etiam in libris Juris Civ. occurrit, & fragmenta legis cujusdam Cenſoriæ ſunt in Pandecte. vid. Bald. de Jurispr. Mucian. p. m. 114. ſeq. CENSORIAE leges ſunt 3) conſtitutiones & edicta Cenſorum, *de ærario & vectigalibus Pop. Rom. de ædificiis publicis, de populi in tribus & centurias deſcriptione*, & ſimilibus rebus. In his erat etiam conſtitutio, qua cautum erat, *ne carnifex in urbem ingrederetur*, cujus mentio pro Rabirio Perd. c. 5. ad quem locum vid. Turnebus. Hinc cauſæ etiam ad Cenſores agi dicuntur, ex his ſcil. legibus Varr. R. R. I. 7. extr. Ipſa etiam *Lex Clodia* de notis Cenſoriis, docet cauſas quasdam apud eos actas eſſe.

CENTVRIATA LEX Agr. II. 11. dicitur, quicquid in comitiis centuriatis ad populum fertur, etiam de magiſtratibus creandis, ut l. c.

CICERONIS vid. *Tulliæ.*

CINCIA a *M. Cincio Alimento* Tr. Pl. A. V. DXLIX. Cornelio & Sempronio Coſſ. lata, ſuaſa autem a Q. Maximo, Cic. de Senect. 4. *Fuit de donis & muneribus, ne quis ea ob cauſam orandam caperet*, quæ ſunt Taciti verba Annal. XI. 5. unde a Plauto *Muneralis* dicitur. Ejus mentio ap. Cic. de Orat. II. 7. ad Att. I. 20. Notus eſt doctus Fr. Brummeri Lipſ. de hac lege Commentariolus, conf. Schultingii Jurisprud. Ante-Juſt. p. 561. ſeq.

De CIVITATE *Licinia, Papia, Gellii, Carbonis, Silvani, Cœlia &c.*

CLODIAE ſunt *P. Clodii* trib. pleb. Coſſ. Gabinio & Piſone latæ, de quibus eſt locus claſſicus pro Sext. 25. 26. In his plurimum turbarum dedit ea, qua tulit, *ut Ciceroni aqua*

aqua & igni interdictum esset, & ne intra quingenta millia passuum ab Italia tecto reciperetur: ac ne quis de eo revocando mentionem neque in Senatu neque ad populum faceret. de qua lege multa in Or. pro domo, de Har. Resp. pro Sext. ad Quir. & in Senat. post redit. in Pisonem &c. Aliam improbissimam tulit *de Cypri rege Ptolemæo, ut bona ejus publicarentur, & Cyprus in provinciæ formam redigeretur, eaque res Catoni mandaretur*, de qua Cic. pro Sextio c. 26. Ejus legis hæc caussa fuit, ut primum regem ulciscereturi, qui sibi a piratis capto olim pecuniam, qua se redimeret, negârat, deinde Catonem a republica removeret, ne ab eo impedirentur conata sua, v. Dio XXXVIII. p. 79. Ei similis, qua *Sacerdoti Pessinuntio sacerdotium ademit*, ibid. Nec melior ea, qua *Gabinio & Pisoni provincias Syriam & Macedoniam* dedit: quod illi pacti erant, ne ipsum in Cicerone relegando impedirent. De *frumentaria* v. *Frumentariæ*. Tulit etiam, *ne quis eo die de cœlo servaret, quo cum populo agi posset;* nec intercederet quisquam tribunorum: quo Cicero legem Æliam Fusiam sublatam dicit pro Sext. l. c. quod tamen Tunstallus Ep. ad Midleton. p. 68. existimat tantum pertinuisse eo, ut ipse ea lege solutus esset, ut factum in Lurcone; ad Att. I, 16. Alia fuit *de collegiis novis instituendis:* (quæ deinde Cæsar sustulit. Sueton. c. 42.) Denique tulit *ne Censores in Senatu legendo præterirent, nisi qui apud eos accusatus & Censoris utriusque sententia condemnatus esset:* quam legem sustulit Scipio, Pompeji socer, ut patet e Dione Cass. XL. p. 147. vid. in Pison. c. 4. & ibi Ascon. orat. pro domo. de Har. Resp. pro Sextio passim.

COCTIA est *L. Aurelii Cottæ* judiciaria. ad Att. IV. 16. v. AVRELIA. Neque vero erat, quare Malaspinæus dubitaret, a Cotta posse Coctiam fieri. Nam eodem modo a regulo Cottio Alpium pars dicitur *Alpes Cottianæ & Coctianæ* ap. Tac. Hist. IV. 68. add. Varias Lect. in Sueton. Ner. 18. Liv. XXIX, 38. Cic. Off. II, 17. Sed inusitatum hoc, quod a cognomine legis nomen ducitur; quamquam

quam etiam Asconius legem *Serviliam* de repetundis vocat *Glauciam* ad Act. I. in Verr. & est Lex *Metella* ap. Plin. XXXV, 17. ubi tamen corrigunt *Metilia*. v. Harduin. ad l. c.

COELIA *Tabellaria*. vid. *Tabellariæ leges*.

CORNELIAE Leges. de his v. Pighius ad a. DCLXXII. Apud Ciceronem hæ occurrunt:

CORNELIA *L. Cornelii Sullæ de sententia ferenda*. Ea cautum erat, ut, antequam iretur, causa cognita, in consilium, Quæsitor interrogaret reum, palam an per tabulas vellet sententias ferri. Ex Cluentianæ c. 20. intelligitur, eam legem valuisse adhuc tempore celebris illius judicii Juniani, paullo post autem, cum Cicero Cluentium defenderet, obsoletam fuisse, neque amplius observatam.

CORNELIA *judiciaria* ejusdem: qua judicia equitibus ademta & Senatui restituta sunt. Ascon. in Divinat.

CORNELIA pro Cluent. c. 56. ejusdem Sullæ est *de veneficiis*, quæ ante *Sempronia* fuit. Ea cautum est primo de sicariis, deinde de veneficiis, de coitionibus, de falso, &c. ut quæstiones capitales haberentur, & pœna his constituta est & deportatio & bonorum proscriptio. vid. Sigon. de Judiciis II. 31. p. m. 664.

CORNELIA *de proscriptis*, ejusdem: qua inter alia cautum est, ne quis proscriptum juvaret, vid. in Verr. L. I. c. 47. ut proscriptorum bona venirent ad Kalend. Junias & in Tabb. publicas ad ærarium pecunia redacta referretur: pro Rosc. Amer. c. 43. 44. Agr. III. 3. In eadem, ut opinor, lege fuit, ut iis, qui suas partes in bello secuti essent, honores ante tempus legitimum capere liceret. Acad. II, 1. Sed aliis placet, peculiarem legem *de magistratibus* fuisse: quod ipsum non absurdum.

CORNELIA *Testamentaria*, contra testamentorum subjectores & corruptores. in Verr. I. 42. Sed eadem item alia genera falsi complexa est, unde & *de falso* laudatur. v. Jul. Pauli recept. sententiarum L. V. Tit. 25. & ibi viros doctos ap. Schulting. p. 513. s.

COR-

CORNELIA *nummaria*, qua cautum est, ne quis privatus nummos adulterinos faciat, infuso deteriori ære in nobilius, aut alio modo quocumque. in Verr. I. 42. Continebatur hoc falsi genus lege de falso; sed quod nil pestilentius est Reip. quam adulterari nummos, lege peculiari de hoc crimine sanciendum putavit Sulla. v. Gravinæ O. J. p. 451.

CORNELIA *de repetundis* secuta est *Serviliam*, ex qua cum alia, tum hoc in suam transtulit Sulla, ut, si ex bonis rei condemnati non tantum redigeretur, quantum ei lis æstimata esset, persequi ab iis liceret, ad quos ea pecunia, quam cepisset is, qui damnatus esset, pervenisset. Ex quo legis capite accusatus est, damnato Gabinio, L. Rabirius Postumus. vid. Or. pro Rab. Post. c. 4.

CORNELIA *de provinciis ordinandis*. Hujus legis capita apud Ciceronem hæc reperio: Sumtus definiebat, quos liceret civitatibus provincialibus facere in legatis publice Romam mittendis, ut eos in Senatu laudarent, qui provinciæ præfuissent. ep. ad Div. III. 8. 10. Sanciebat, ut, qui provincias ex S. C. lege *Sempronia* haberent, imperium retinerent, quoad in urbem introissent. Quod sine dubio non hanc vim habebat, ut ex lege hac imperium haberent, & rem militarem attingere possent prætores, quod e Curiata lege habebant; sed ut, si per Curiatam legem imperium haberent, id non tam diu haberent, quoad e provincia decessissent, sed, quoad in urbem introissent. Ceterum quomodo in hac lege calumniatus sit Appius, vid. ep. ad Div. I. 9. conf. Sigon. de A. J. P. III. 11. circa fin. Ut tricesimo die, postquam in provinciam veniisset successor, de provincia prætor decederet. ibid. III. 6.

CORNELIA *de civitate*. Ea lege Volaterranis jus civitatis Rom. ademtum est, ita tamen, ut nexa atque hereditates non tollerentur, h. e. ut & hereditates capere possent, & per nexum s. per æs & libram abalienare, quæ vellent. Hanc legem negat Cicero valere posse, quia sit contra

tra jus Romanum, quo civitas nemini invito adimi posſit. v. pr. Cæcin. c. 33. ſ.

CORNELIA *de ſacerdotiis.* ap. Aſcon. in Div. v. *Lex Domitia.*

CORNELIA *majeſtatis*, in eos, qui majeſtatem pop. Rom. minuiſſent. Ea dicitur in Piſonem c. 21. vetare hæc: educere e provincia exercitum, & bellum ſua ſponte gerere, in regnum injuſſu populi & ſenatus accedere -- & pro Cluentio c. 21. Legiones ſollicitare; in Verrem L. 1. c. 5. vivos dimittere hoſtes populi Rom. accepta pecunia. Ep. ad Div. III. 11. ne in quemvis impune declamare liceret. Quicumque amplitudinem dignitatemque populi Rom. læſiſſe convinci poterat, is majeſtatis convictus putabatur, ut docet Auctor libr. ad Herenn. II. 12.

CORNELIA *tribunitia*, Verr. I, 60. multa petita eſt a Q. Opimio, -- quod, cum tribunus plebis eſſet, interceſſit contra *legem Corneliam.* Hujus legis ſæpe fit apud veteres mentio. Caput ejus, ad quod hic locus pertinet, fuit de interceſſione tribunitia. Ex h. l. videatur colligi poſſe, tribunis ademtam fuiſſe poteſtatem intercedendi, quam tamen unam relictam diſerte tradit Cicero de Leg. III, 9. Cæſar B. Civ. I, 5. Eam difficultatem ſic tollere tentat Manutius, ut Opimium putet oppoſuiſſe ſe legi Corneliæ, ut ea abrogata lex C. Aurelii Cottæ de reſtituenda tribunitia poteſtate perferretur. Sed quis unquam legit ita dici, *intercedere contra legem aliquam.* Latinitas quidem hæc verba non aliter accipi patitur, quam, *intercedere vetante lege, aliter, quam lex juſſerit, intercedere.* Res autem ſic ſe habet: Lex Cornelia ademerat tribunis interceſſionem, non tamen omnino, ſed ut in cauſis quibusdam relinqueretur, aut iis finibus circumſcriptus eſſet ejus uſus, ut raro intercedere liceret. Locus Cæſaris videtur indicare, licuiſſe intercedere, ſi quis ſua ſponte intercederet: Reprehendit enim Senatum, qui talem Antonii interceſſionem ſuſtulerit: non cum appellatus eſſet. Nam ſi omnis dignitas ademta eſt, etiam hæc ablata fuerit neceſſe eſt, ne ap-

pellari possent tribuni: in quo maxima dignitas. Pighius ad a. 672. tradit, cautum lege Cornelia fuisse, ne appellantibus opem ferrent, nisi jurassent, se aliter æquo jure uti non posse. Id unde hauserit, nescio: non tamen est absurdum. Illud certum est, culpam ab Opimio commissam eo, quod alieno loco intercesserat.

Cn. CORNELII & L. GELLII. vid. *L. Gellii & Cn. Cornelii.*

CORNELIAE C. Cornelii, qui trib. plebis a. V. DCLXXXVI. fuit, memorantur ab Asconio Pediano in Argum. Orationis pro Cornel. quod fragmentis præmittitur p. 626. s. & in ipsis fragmentis. In iis legibus ferendis, quum multum turbarum ortum esset, intercessio collegæ neglecta, fasces consulis fracti, &c. majestatis reus factus est, Prætore Cicerone defendente. v. inpr. Dio Cass. XXXVI. p. 18. 19. In duabus, quæ perlatæ sunt, fuit hæc: *ut Prætores ex edictis suis perpetuis judicarent* h. e. edicto annuo, nisi quis malit legere *perpetuo*, i. e. sine varietate, quod valde probabile facit J. A. Bachius, V. Cel. in Hist. Jur. p. 208. Sed prætoribus videtur licuisse etiam ex tempore quædam edicere, cujusmodi edictum commemoratur, sed provinciale Verr. III, 14. Saltem id sibi videntur quidam arrogasse: cui generi perpetua opponuntur. Ejus legis quæ vis fuerit v. ap. Perizon. de Lege Vocon. p. 193.

C. COTTAE fratris L. Aur. Cottæ, leges memorantur in fragmentis Cornelianæ I. p. 630. de iisque ipse abrogandis ad senatum retulisse dicitur. Eæ quorsum pertinuerint, non constat. v. Ascon. ad l. c. qui commemorat hanc, qua tulit, ut iis, qui tribuni plebis fuissent, alios quoque magistratus capere liceret, quod L. Sullæ lege nefas erat. Eam autem legem non contineri putat iis, de quibus abrogandis ad Senatum retulerit.

C. COTTAE ejusdem *de judiciis privatis* memoratur l. c. eamque abrogavit frater M. Cotta, anno postquam lata est.

CRASSI *de Civitate* vid. *Licinia.*

CVRIA-

CVRIATA dicitur, quicquid in comitiis Curiatis ad populum fertur. Sed tempore Ciceronis, inductis tributis, cum obsoleviſſent Curiata (vid. Gron. Obſerv. IV. 1. Agr. II. 11.) per lictores in duabus cauſis habebantur, primo *de re militari*, deinde, *de adoptione*. Nam, ut Cicero ait in Agraria II. 12. rem militarem continebant, neque cuiquam licebat eam attingere, ſine lege curiata. cf. Lex *Cornelia de prov. ord.* Hinc *lege Curiata ornari* ibidem c. 10. eſt, comitiis Curiatis accipere imperium, & poteſtatem rei militaris adminiſtrandæ. De *adoptione* autem, exemplum extat P. Clodii, qui comitiis Curiatis a plebejo adoptatus eſt.

DIDIA & CAECILIA vid. *Cæcilia Didia.*

Lex *de DOLO malo* vid. *Aquillia.*

DOMITIA *de Sacerdotiis* ad Brut. ep. 5. Eam tulit a. V. DCXLIX. Conſulibus C. Mario & C. Fimbria, *Cn. Domitius Ahenobarbus*, trib. pl. Ex ea lege ſacerdotes, h. e. Pontifices, augures, Quindecimviri ſacr. fac. qui ante a collegio quique ſuo cooptabantur, comitiis populi Rom. electi ſunt, ut ita ſacerdotia hæc ab illo tempore beneficia pop. R. facta ſint. Nam qui jam ante, ut Pontifex M. Curio M. & alii a populo creati fuerant, (Liv. XXV. 5. XXVII. 8.) ad eos Lex haec non pertinebat. v. Gruch. de Com. II. 2. 3. Sed quod religio obſtare videbatur, quo minus populus hos ſacerdotes faceret, eamque ob cauſam eadem lex antiquata eſſet, cum eam Q. Maximo, fratre Scipionis, & L. Mancino Coſſ. tuliſſet C. Licinius Craſſus, de Amicit. c. 25; hanc religionis calumniam ut vitaret Domitius, hoc legi adjecit, ut XVII. tantum tribus ſorte ductæ ſacerdotes crearent. v. Agr. II. 7. qui eſt locus de hac re claſſicus. Sublata eſt hæc lex a Cornelio Sulla, *lege Cornelia de Sacerdotiis*, nobilitatis amore lata, a quo multæ aliæ ejus leges profectæ ſunt. Sed hæc quoque paullo poſt a Labieno Trib. pl. A. V. DCXCI. ſublata & *Domitia* reſtituta eſt. E Phil. II. 2. autem patet, hoc temperamentum adhibitum eſſe, ut duo e collegio nominarent, populus ex his, qui nominati eſſent, legeret. Eam confirmavit C. Julius Cæſar, donec M. Antonius lege lata

collegiis jus ſuum reſtituit v. Guther. de Jur. Pont. l. 8. P. Manutius de Legibus & ad Epiſt. ad Brut. 5.

DVODECIM TABB. LEGES a Decemviris Conſulari poteſtate ex *lege Terentia* latæ ſunt A. V. CCCIII. & CCCIV. de qua re non eſt ut multa dicamus. vid. Liv. III. 31. ſ. Pomponium de O. J. & ad hunc Cujacium, (ad calcem Obſervatt.) & Bynckershœkium in Opuſculis: ut ceteros mittamus, qui juris Rom. hiſtoriam ſcripſere. Ipſarum Tabb. fragmenta e libris veteribus multi collegere, quos omnes vicit Jac. Gothofredus in præſtantiſſimo libello de quattuor fontibus juris. Has tabulas fontem omnis cum publici tum privati juris Romani recte appelles, iisque inſigne pretium Cicero ſtatuit. Eas, ſi quid ex iis definiri non poſſe videbatur, ſupplere poterant Prætores edictis, e quibus Jus honorarium ortum eſt, uti appellatur v. c. in Inſtitut. Juſtin. L. II. 4. 10. Supplementa fecere etiam Trib. Plebis aliique magiſtratus legibus de Jure Civili ferendis. Cujusmodi ſunt Voconia, Furia, Falcidia, Aquillia & omnes, quæ juris privati ſunt.

EBVTIA vid. *Æbutia.*

FABIA *de ſervis alienis retentis* ſ. *de plagiariis*, ut in veteribus Juris libris citatur. Ejus hæc vis fuit, ne quis aut ingenuum, aut libertinum, aut ſervum alienum, invitum ſecum haberet, aut invito, aut inſciente domino, venderet, aut emeret ſciens. Ejus mentio apud Ciceronem pro C. Rabirio Perd. c. 3. ad quem locum vid. Turnebus. cf. Paullus Sent. Rec. V. 30. 6. Gravina Orig. Jur. p. 462.

FABIA *de numero ſectatorum*, pro Murena c. 34. *Sectatores* qui dicantur vid. ap. Quintum Fr. de petitione Conſulatus, ubi ab *Salutatoribus* & *Deductoribus* diſtinguuntur. Ei rei, quoniam ad ambitum pertinere videbatur, modum ſtatuere viſum eſt Fabio, hujus legis latori.

FLACCI *de Sullæ actis* vid. *Valeria.*

FLAMINII de *agro Gallico & Piceno.* Acad. II. 5. aliquot annis ante ſecundum Punicum bellum, invito ſenatu, a *C. Flaminio* Trib. Pleb. lata, de agro Piceno & Gallico viritim dividendo. in Bruto c. 14. cf. de Invent. II. 17. ad h. l. alludit Cato in Origg. ap. Varr. R. R. l. 2. ubi male in vulgg. nonnullis legitur:

gitur: *jubente Cæsare*. Nam is ager diu antè Cæsarem hac lege divisus est. *Gallicus* autem *ager* qui sit, v. Ind. Geogr. Ceterum hanc legem initium & causam corruptæ plebis fuisse docet Polybius, L. II. p. 152.

L. FLAVII *Agraria* ad Att. I. 18. 19. qui tribunus pl. eam tulit Metello Celere & Afranio Coss. auctore Pompejo, sed non pertulit. Nam de agris dividendis Pompeji militibus &c. ferebat, magnorumque motuum causa fuit. Videndus Dio Cassius inprimis, XXXVII. p. 52.

FRVMENTARIAE sunt, quibus largitio frumenti plebi ex ærario facienda proposita & sancita est. de iis vid. *Lipsium* Elect. I. 8. qui tamen non omnes leges frumentarias commemoravit; & Vincentii *Contareni* de Frumentar. Rom. largitione librum, in quo Lipsiana examinantur: quibus addas licet collecta *Hortensii* in ed. Ciceronis Olivetana p. 431. s. Eæ autem hæ sunt:

SEMPRONIA *C. Gracchi* trib. pl. qua sancitum est, ut inopi plebi singuli modii venderentur a senatu triente cum semisse, idque frumentum, plebi dividendum, ex ærario emeretur. Ejus sæpe mentionem facit Cicero, v. c. pro Sextio c. 48. Tusc. Dispp. III. 20. Brut. c. 62. ubi M. Octavius Cn. F. eam populi frequentis suffragiis abrogasse dicitur, (qui locus Lipsium fugiebat) de Off. II. 21. Eam instaurare conatum esse aliquem de tribunis C. Marii A. V. DCXXXIV. collegis, colligo e Plutarcho in Mario p. 407. ed. Sylb. qui dicit, C. Marium opinionem popularitatis, lege de ambitu lata concitatam, perdidisse, repugnando fortiter legi frumentariæ, quæ ferebatur. Ceterum tirones notent, in lege dici *semisses & trientes* pro dextantibus: quia dextantes numos non habebant, ut bene docet Gronov. de Sestert. IV. 12. Frustra Chapmannus ap. Pearcium ad Cic. Off. II. 21. corrigit semisse *aut* triente, interpretaturque vilissimo pretio.

APVLEJA *Saturnini* ad Herenn. I. 12. quæ non fuit, nisi instauratio aut confirmatio *Semproniæ* a. V. DCLIII. lata. Ei se opposuit Quæstor urbanus, Cæpio, Senatumque docuit, ærarium tantam largitionem ferre non posse.

Itaque perlata non est. Hæc continetur legibus Apulejis, quæ memorantur de Legibus II. 6.

LIVIA *M. Livii Druſi*, A. V. DCLXII. lata, quæ continetur legibus *Liviis*, a Cicerone de Legg. II. 6. memoratis. conf. Aſcon. in Cornelianam, & Flor. III. 17. Hæc lex ipſa *Sempronia* erat, quæ jam aliquandiu intermiſſa erat. Non eſt perlata.

CASSIA TERENTIA, lata a duobus Coſſ. *C. Caſſio* & *M. Terentio* A. V. DCLXXX. conſenſu Senatus, qui aliter placari plebem, in Senatum nimis vehementer coortam, non poſſe intelligebat. Ea quini modii ſingulis in ſingulos menſes conſtituti videntur. vid. Sall. Hiſt. p. 974. ed. Cortii. niſi id ipſum e Sempronia repetitum eſt. Caput ejus invenio hoc in Cicerone in Verr. III. 70. ut quotannis ex ærario pecuniæ ſumma decerneretur SCto, qua frumentum in Sicilia, frumentaria pop. Rom. provincia, a prætore emeretur, & quidem eodem omnibus annis pretio, nempe quaternis ſeſtertiis ſinguli tritici modii, duobus autem hordei. vid. Argument. L. III. in Verr. Ceterum, utrum ad Siciliam ſolam iſtud caput pertinuerit, an vero alias etiam provincias complexum ſit, de eo non convenit inter eruditos. Illud nobis videtur e Ciceronis loco laudato colligi poſſe; hoc contendit Contarenus l. c. Atque hoc caput, cum nonnullis aliis fortaſſe, de modo comportandi diſtribuendique frumenti, Sempronie additum eſt. Nam uti in ceteris rebus, de quibus aliquoties ad populum latum, tamquam de ambitu, de repetundis, ſemper ſumma primæ in eo genere legis ſervata eſt, nempe ut agi in hominem poſſet, ut pœna eſſet crimini conſtituta, cetera autem de perſonis, de modo judicii, de genere pœnæ mutata ſunt: ſic in frumentariis legibus ſemper illud e Sempronia ſervatum eſt, ut ſemiſſibus & trientibus populo venderentur modii ſinguli, in ceteris autem rebus quædam addita ſunt aut mutata. Id ex eo intelligi poteſt, quod a Clodio remiſſos eſſe populo trientes cum ſemiſſibus tradunt auctores rerum Rom. Ceterum ex dictis intelligitur, Sempronium legem ſæpe intermiſſam eſſe, repe-

repetitam autem vel rogationibus tribunorum, auram popularem captantium, vel ab ipsis optimatibus auctoritate senatus, cum interesset senatui, ut se populo gratiosum redderet, eoque facilius tribb. pl. seditiosas leges rogantibus resistere posset. v. Plutarch. in Catone & Civil. monitis. Atque de hac ipsa lege, aut certe de Clodia, sermo est ap. Cic. ad Att. II. 19. ubi Cæsar minatus esse dicitur legi *Roscia* & *Frumentariæ*, quod mortuo plausu in theatro ab equitibus ac plebe acceptus erat, Curio autem filius summo, quod unus Cæsaris & Pompeji nimiam potentiam libere insectaretur. Nam sic ulciscí equites putabat, si honorem in XIV. sedendi adimeret, plebem autem, si frumentum, quod exiguo pretio e Sempronia lege a Terentio & Cassio ac paullo ante a Senatu Catonis auctoritate in consuetudinem & usum revocata acciperent. Manutius ad eum locum non satis accuratus est.

CLODIA *P. Clodii* trib. pl. A. V. DCXCV. Hac Semproniæ legis beneficium auctum est. Tulit enim, ut gratis daretur frumentum, quod antea semisse ac triente dabatur. Sext. 25. Ascon. in Pis. 4.

OCTAVIA, *M. Octavii* Cn. F. qui legem frumentariam, incertum quando, tulit, ex qua modica largitio & illis temporibus necessaria fiebat, quod, ut Pighio videtur, majus pretium in modios singulos statuebat. Cic. Off. II. 21. Ad eum pertinet locus Brut. 62. unde patet, ætate M. & L. Luculli floruisse.

L. PHILIPPI tribuni A. V. DCXLIX. pernicioſa sed non perlata. l. c.

FRVMENTARIA Siculorum, quæ & HIERONICA dicitur. vid. *Hieronica*.

FVFIA lex juris publici & reip. Rom. saluberrima fuit. Male in plerisque vulgatis libris *Fusia* dicitur. In Græviana quoque hic varietas est, & interdum, v. c. in Vat. 7. 9. *Fusia* errore operarum expressum est. Tulit eam tribunus quidam *Fufius*. Est autem, ut *Ælia* & *Cæcilia Didia*, de

modo comitiorum & legum ferendarum (unde cum iis sæpe apud Ciceronem conjungitur) & inter remedia furorum tribunitiorum refertur. in Sen. p. Red. c. 5. in Vat. c. 7. 9. Sancitum erat hac lege, *ne omnibus diebus fastis legem ferri liceret*, de prov. Conf. c. 19. pro Sext. c. 15. Ejus etiam mentio ad Att. IV. 16. Har. R. 27. in Pison. 4.

FVFIA lex, lata a *Q. Fufio Caleno* (non *Fusio*, nam ap. Dionem dicitur Φούφιος) tribuno pleb. M. Messala & M. Pisone Coss. a. V. DCXCII. Ei occasionem dedit Clodius. Qui cum sacra Bonæ Deæ polluisset, & de ea re e SCto Consularis rogatio facta esset, ex qua a prætore in judicio Clodiano judices legerentur, amicusque Clodii Fufius videret, ea lege perlata, ægre servari posse Clodium; tulit ipse, ut judices sorte ducerentur, quod ita facilius putaret judices ejusmodi fore, qui se corrumpi sinerent. Ejus legis defensor fuit Hortensius, quod a rogatione Consulari solo genere judicum differret, putaretque, nullis illum judicibus absolvi & vel plumbeo gladio jugulari posse. ad Attic. I. 14. 16. in quo vehementer deceptus est.

FVRIA s. FVSIA; nam idem nomen est, & *Furii* iidem & *Fusii* sunt appellati. v. Liv. III, 4. Quintil. I. 10. & Hotomann. ad Verr. I. 42. ubi male vulgo legunt *Furias Fusias*. Ea est *de testamentis*, unde *testamentaria* appellatur. Ex legibus duodecim tabularum licebat legata facere de re sua, quot quis vellet. *Uti quisque legassit suæ rei, ita jus esto.* Sed cum sæpe tantum legaretur, ut aut non sufficeret res mortui, aut saltem absumeretur ita legatis, ut heredi nihil relinqueretur; noluerunt multi hereditates cernere. Quare, cum interfit reip., valere voluntates morientium, cœperunt quidam *de modo legatis constituendo* cogitare. Itaque tulit ad populum primus C. Furius, *ut non liceret plus, quam mille asses legati nomine capere, isque quadruplum solveret, qui plus cepisset.* Menardus ad Cic. l. c. Theophilus ad Instit. L. II. c. 22. Ejus legis mentio est ap. Cic. in Verr. I. c. 42. pro Balbo. c. 8.

FVRIA ATILIA, est *L. Furii* & *Sext. Atilii* tribb. pl. a. V.

V. DCXVII. de Mancino hostibus dedendo, quibuscum injussu Senatus & populi pacem fecerat. Off. III, 30.

GABINIA est *A. Gabinii* tribuni pl. ejus, qui postea Consul cum L. Pisone fuit, unde etiam *Auli* Lex dicitur ad Atticum VI. 2. Ea cautum est, *ne provincialibus liceret Romæ versuram facere*, h. e. pecuniam fœnori sumere: *quod si quis pecuniam provinciali dedisset, ne ex syngrapha ejus rei causa facta jus redderetur a magistratibus provincialibus.* Hoc clarissime apparet ex ep. ad Att. V. 21. VI. 2. Nihilo minus in hac lege explicanda doctissimi viri P. Manutius, Jac. Cujacius aliique errarunt. conf. Dissertatiunc. nostr. de negotiatoribus.

GABINIA *tabellaria* vid. *Leges Tab.*

GABINIA alia est ejusdem trib. pl. in Or. pro L. Manilia c. 19. Ibi conqueritur, non licere Pompejo per obtrectatores, A. Gabinium secum inter legatos educere in bellum, adeoque expertem esse gloriæ ejus imperatoris atque exercitus, qui ejus consilio, periculo ac lege constitutus sit. Ex quo intelligi potest, Gabinium pertulisse legem *de Pompejo Piratico bello præficiendo*, quod c. 17. diserte dicit. Clarius de hac lege Plutarchus loquitur in Pompejo p. 631. ed. Wechel. Ἔγραψε δὲ Γαβίνιος εἰς τῶν Πομπηΐου συνήθων νόμον, ἀ ναυαρχίαν, ἀντικρυς δὲ μοναρχίαν αὐτῶ διδοντα, καὶ δύναμιν ἐπὶ παντας ἀνθρώπους ἀνυπέυθυνον. Ἐδίδα γὰρ ἄρχειν ὁ νόμος αὐτῶ τῆς ἔντος ἡρακλείων σηλῶν θαλάσσης, ἠπειρᾳ δὲ σαδίες τετρακοσίες ἀπὸ θαλάσσης - - πρὸς δὲ τὐτοις ἐλέσθαι πεντεκαίδεκα πρεσβευτὰς αὐτὸν ἐκ τῆς βυλῆς ἐπὶ τὰς κατὰ μέρος ἡγεμονίας. Χρήματα δὲ λαμβάνειν ἐκ τῶν ταμείων καὶ παρὰ τῶν τελωνῶν, ὅσα βύλοιτο, καὶ νᾶυς διακοσίας κύριον ὄντα πλήθυς καὶ κατὰ λόγε στρατειας καὶ πληρωμάτων ἐρετικῶν. Ei legi se Catulus, Roscius, aliique, sed frustra, opponebant, & tandem, invito senatu, perferebatur. vid. inpr. Dio Cass. XXXVI. p. 10.

GABINIA alia ejusdem *A. Gabinii* est, legi *Pupiæ* similis, de qua suo loco. Ea sancitum est, *ut mense toto Februario quotidie*, h. e. omnibus diebus, quibus Senatus haberi posset, *Senatus legationibus daretur* ad Qu. Fr. II. 12.

L. GELLII & Cn. CORNELII lex a. V. DCLXXXI. tempore belli Mithrid. de senatus sententia sanxit, *ut cives Romani sint optimo jure, quos Cn. Pompejus Imperator de Consilii bellici* (ut Cic. appellat in Vat. c. 15.) *sententia sigillatim civitate donarit.* Or. pro Balbo. c. 8. 14.

GLAVCIA v. *Servilia de repetundis.*

C. GRACCHI *frumentaria* v. *frumentariæ.*

C. GRACCHI lex *de judicio capitis civis Rom.* v. *Semproniæ leges.*

HELIA, quæ a nonnullis e Cicerone laudatur, v. c. in Nizoliano lexico, est AELIA. de qua suo loco. *Heliam* gentem nullam Romæ fuisse docet Perizonius de num. Consul. p. 235. in Triga Disf. p. 151.

HIERONICA sæpe in Verrinis memoratur v. c. II. 13. III. 7. 51. IV. 22. Lex fuit Siculorum, ex qua inter aratores (h. e. qui agros publicos pop. Rom. hac conditione ac lege tenerent, ut decimas quotannis darent pop. Rom.) & decumanos (h. e. publicanos, qui decumas redemerant) judicia fierent. Verr. II. 13. Eam dederat Hiero rex, pop. Rom. amicus, suis aratoribus & decumanis. Similis autem erat legibus locationum pactionumque Censoriis. Nam ea constitutum erat, *quibus conditionibus aratores Siculi agros Regis obtinerent. Scripta ita diligenter est*, ait Cicero, Verr. III. 8. *ut eum scripsisse appareat, qui alia vectigalia non haberet, ita severe, ut tyrannum; qua lege Siculis tamen arare expediret. Nam ita diligenter constituta sunt jura decumano, ut tamen ab invito aratore plus decuma non possit auferri.* Cum igitur Rupilius prætor Siciliam in provinciæ formam redigeret, eam de consilii sententia retinuit, & aratoribus agri Romanorum publici dedit, quod ejus æquitatem perspexerat.

HIRTIA, lata jussu Cæsaris a prætore *A. Hirtio*, qua sanctum est, ne quis Pompejanus, qui vivat, teneat dignitatem. Phil. XIII. 16.

HOSTILIANAE ACTIONES. v. Ind. Histor.

IVDICIARIAE sunt, quibus constituitur, penes quem ordinem judicia sint, *Sempronia, Plotia, Cornelia, Pompeja,*

peja, *Aurelia*; de quibus suis locis. in Pison. 39. vide inprimis *Aurelia* Lex. Sigon. de Antiqu. Jur. C. R. II. 18.

JVLIAE LEGES, de Haruſp. reſp. c. 23. memorantur *leges Juliæ* contra auſpicia latæ. Eæ ſunt, quas in Conſulatu primo tulit. vid. Plut. in Cæſare. p. 713. ed. Wechel.

AGRARIA JVLIA, primo conſulatu, quem cum Bibulo geſſit, lata, qua *Campanum agrum & Stellatem XX. millibus civium, quibus terni pluresve liberi eſſent, diviſit*; eique rei XXviros conſtituit ex iis, qui maximos honores geſſiſſent, unde etiam Ciceroni is honor, ſed fruſtra, oblatus eſt. Ep. ad Att. II. 2. 19. ceterum conf. Fr. Fabric. in vita Ciceronis, de hoc XXviratu. Ei cum Bibulus obnuntiaret, quam poteſtatem lex *Ælia* dabat, armis foro expulſus eſt. Suet. in Cæſ. c. 20. de ea conf. ad Att. II. 16. 18. Ea lex ut valeret, hoc adjectum habebat caput, ut candidati ſe ipſi jure jurando exſecrarent, ſi, impetrato, quem peterent, magiſtratu, mentionem feciſſent de agro Campano aliter poſſidendo atque ex hac lege; unde Laterenſis eo anno tribunatum petere deſtitit. vid. pro Planc. c. 5. & ibi Manut. hæc lex etiam memoratur Phil. V. 19. ejus fragm. vide apud Gœſium in ſcript. R. Agr. p. 350. Ceterum multa ad hanc legem, & Ciceronis ad eam pertinentia loca, inprimis de XXviratu, illuſtranda habet Mazochius de Amphith. Campano p. 14. ſqq. E veteribus inprimis legendus Dio Caſſ. XXXVIII. init.

JVLIA *de provinciis ordinandis*, lata in primo Conſulatu, qua repetita & aucta eſt *Cornelia*, de qua ſupra. Jubebat duas rationes in provincia apud duas civitates deponere, easdemque totidem verbis ad ærarium referre. Ep. ad Div. V. 20. II. 17. ad Att. VI. 7. ne prætoriæ ultra annum, conſulares ultra biennium obtinerentur. Phil. I. 8. Quæ autem lex *Julia* Phil. III. 15. commemoratur, ex qua Brutum, Plancum, aliosque provincias obtinere placebat Ciceroni, privilegium fuit, quo his provinciæ iſtæ datæ ſunt, contra legem *Semproniam*, quæ SCto decerni Coſſ. & Prætt. deſignatis provincias jubebat.

JVLIA

JVLIA de *repetundis*, lata in primo Consulatu, post *Calpurniam*, *Aciliam*, *Serviliam*, *Corneliam*, acerrima & justissima. in Pis. c. 16. pro Rab. P. c. 4. in Vatin. c. 12. *Ausus est Gabinius*, *mitto exire de provincia*, *educere exercitum*, (quod olim lege prohibitum non fuisse docent Duker & Drakenb. ad Liv. XXVII. 43.) *bellum sua sponte gerere*, *in regnum injussu populi aut senatus accedere*, *quæ cum plurimæ leges veteres*, *tum lex Cornelia majestatis*, *Julia de pecuniis repetundis planissime vetant &c.* Lex *Cornelia* vetat, quatenus majestas pop. Rom. his rebus minuitur: *Julia*, quia talia fieri solent, pecuniæ acceptæ causa. conf. argum. Or. pro Rab. Posth. De hac lege est etiam locus in Pison. c. 21. Eadem lex est, quæ ibi nominatur c. 37. & in universum ex hac oratione plurimum lucis capit, quod in ea objiciuntur Pisoni & Gabinio, quæ contra hanc legem fecerant. Constitutum erat ea lege, quid & a quo accipere in provincia liceret, ad Att. V. 10. & 16. *Scito non modo nos fœnum*, *aut*, *quod lege Julia dari solet*, *non accipere*, *sed ne ligna quidem*, *nec præter quattuor lectos & tectum quemquam accipere quicquam &c.* Jubebat etiam post *Serviliam* & *Corneliam*, si e bonis, de repetundis condemnati, non tantum redigeretur, quanti ei lis æstimata esset, reliquias ab iis persequi, ad quos ea pecunia pervenisset; ex quo legis capite Rabirius Posth., condemnato e Lege *Julia* Gabinio, accusatus est. vid. c. 4. Ea autem oratione ostendit, hoc capite legis equites, ut tota lege, non teneri. Ceterum multa hujus legis capita fuisse intelligi potest e Cœlii epist. 8. qua unum & centesimum caput laudatur; quæ epistola multum facit ad hujus legis rationem cognoscendam. Ex iis legis capitibus multa servata sunt in Pandecte L. XLVIII. tit. 11. v. de hac lege Lipsius ad Tac. A. XIV. 28. & Interpp. Suetonii ad Cæs. 43.

JVLIA, *de sacerdotiis* lata, in qua lex *Domitia* repetita, & ei quædam addita sunt. Ex ea licebat etiam absentis rationem habere in creandis sacerdotibus. ad Brut. ep. 5.

JVLIA *Sumtuaria*, ad Att. XIII. 7. a Dictatore Cæsare lata. Quamquam enim P. Manutius ad Cic. ep. ad Divers. VII. 26. plane vocat in dubium hanc legem, atque etiam Gellius II. 24.

Octaviano tribuit Juliam sumtuariam: tamen ex l. c. satis apparet, superiores sumtuarias leges ab eo repetitas & severius sancitas fuisse. Nam propterea ex Hispania scripsit, se postea Romæ mansurum, ne leges suæ negligerentur, ut neglecta esset illa, quam de sumtibus faciendis tulisset. Si ab alio lata sumtuaria neglecta esset, ut placet Manutio, unde timet Cæsar, ne suæ quoque contemnantur? Aliorum leges sæpe neglectas scimus (vid. v. c. *frumentariæ leges*) sed non facile, vivo latore, in primis eo, qui potens esset, & legem suam conservatam vellet. Itaque Cæsar non putasset, hoc in his legibus ausurum quemquam, & propterea in Hispaniam abiit. Nunc cum aliter videt evenisse, & jam initium negligendarum legum suarum factum esse in *sumtuaria*, Romæ manere vult, ut præsentia sua absterreat homines a tali re audenda. Denique si alius legem neglectam dicere voluit, cur sumtuariam potius nominat, quam quamcumque aliam? De hac lege Cæsaris intelligendus sine dubio est etiam locus ad Div. IX. 15. nam ea epistola scripta est paullo ante, quam Cæsar in Hispaniam iret post bellum Africanum. Ceterum is neglectus legis eum movisse videtur, ut postea severe eam exerceret. vid. Sueton. c. 43. & ibi Torrent.

JVLIA de *Legationibus liberis*. *Liberæ legationes* dicuntur, cum Senatoribus, privatæ rei causa, tamquam voti solvendi, hereditatis aut syngraphæ persequendæ, extra Italiam abeuntibus, jus nomenque legati pop. Rom. SCto datur, ut eo majori cum dignitate, securitate &c. ubique versari possint. Harum tempus olim infinitum fuit. Namque hanc ipsam ob causam liberæ dici videntur, quod exire & redire liceret, cum placeret. Sed quoniam multi nimis abutebantur legationis nomine ac jure, Cicero Consul retulit ad Senatum, de tollendis legationibus liberis Senatus Consulto. In quo cum ei tribunus plebis quidam intercessisset, effecit tamen, ut annuum tempus esset, quod antea infinitum erat, de Legib. III. 8. Julius Cæsar postea de his legationibus tulit, *ut quinquennium tantum durarent*. ad Att. XV. 11. Ceterum de legationibus liberis, nulla necessitas mihi videtur esse statuendi, peculiari lege sancitum esse. Nam potuit legis de provinciis

caput

caput esse, de legationibus liberis, quod eæ in primis ad provincialium injuriam pertinebant.

JVLIA *de publicanis tertia parte pecuniæ debitæ relevandis*, lata est in primo Consulatu, quam primus scivit Plancius. Cic. pro Plancio c. 14. Ea lege sibi equestrem ordinem Cæsar adjunxit; cum Cato contra, publicanis nimis acerbus quod erat, a Senatu equites abalienaret.

JVLIAE *judiciariæ*. Phil. I. 8. His abrogavit Aureliam de judiciis cum tribus civitatis ordinibus communicandis, sublatis e numero judicum Tribunis ærariis. Sueton. c. 41. deinde de judicibus legendis, eorum censu, ætate, sanxit eadem lege.

JVLIA *de vi & majestate*. ea sancitum est, ut de vi & majestate damnatis aqua & igni interdiceretur. Phil. l. c. Ea non est confundenda, cum *Julia* altera de majestate, cujus fragmenta sunt in libris juris civilis. Nam ea est Augusti. De lege *de vi* vid. Jul. Paull. Sentent. Rec. V. 26. ap. Schulting. Juris Prudent. Ante-Justin. p. 520. s.

JVLIA *L. Julii Cæsaris*, qui consul fuit cum P. Rutilio Lupo, bello Sociali A. V. DCLXIII. *de civitate cum Sociis & Latinis communicanda*, pro Corn. Balb. c. 8. Cujus legis hoc caput erat, ut ad eos tantum populos hoc beneficium pertineret, qui fundi (ei legi sc.) facti essent, h. e. ut liberum cuique civitati sociorum Latinorumque esset, utrum vellent hoc beneficio uti, nec ne? Itaque etiam Heraclienſium & Neapolitanorum multi hoc beneficium repudiabant, h. e. ei legi fundi fieri nolebant. Nam, quemadmodum donatio nullam vim habet, nisi is, cui sit, ei donationi fundus fiat, s. uti loquuntur JCti, accipiat donationem. Sic nulla lex Romana, qua beneficium sociis aliisque populis tribuitur, rata esse potest, & ex ea lege beneficio quisquam uti, nisi eam legem probaverit, h. e. professus sit, se beneficio legis uti velle. Hæc quamquam jam ab aliis, tamquam Grævio, dicta sunt, tamen placuit repetere, quod in hac formula, *fundi facti sunt populi*, explicanda etiam nunc errare doctos viros invenio.

JVNIA *de peregrinis*, v. *Penni de peregrinis*.

JVNIA LICINIA, v. *Licinia Junia*.

LAETORIA (pro quo in multis vulgg. Ciceronis libris male

male est *Plectoria, Lectoria, Pletoria,* solenni librariorum aberratione v. Drakenb. ad Liv. XXXIV, 45.) *contra circumscriptiones adolescentum.* de Off. III. 15. vid. Manut. ad Cic. locis infra citatis, Salmasium ad Capitolinum in Anton. p. 330. & Gruterum ibidem. Ea minorennitatis, ut vocant, anni definiti sunt. Ea enim cautum est, *ne XXV. annis minores stipulari possent,* auctore Sueton. L. IV. Rhetor. ap. Priscian. & inter fragmenta Suetonii: unde *Quinavicennaria* Plauto dicitur in Pseud. I. 3. 68. Hac lege rei privatæ judicium, publicum factum est, ut Cic. ait de Nat. Deor. III. 30. Alia ejus capita collegit Heinecc. H. J. C. p. 84. in quo non videtur locum in Capitolini Marco inspexisse. Nam V. Cl. dicit, ibi tradi, minoribus petentibus, causa cognita, datos curatores e lege hac. Capitolinus dicit: *Curatores datos ex ea propter lasciviam & dementiam,* Antonium autem statuisse, *ut omnibus adultis curatores darentur, non redditis causis.* Sed dudum ante Heineccium sparsa legis hujus capita collecta sunt a Gothofredo ad *l.* 2. *Cod. Theodos. de donat.* Tulit *M. Lætorius Plancianus* Trib. Pl. A. V. CCCCXC. cf. doctos viros ad Caji Instit. I. 8. de Curationibus.

LICINIA MVCIA, lata a *L. Licinio Crasso* Oratore & *Q. Mucio Scævola* a V. DCLVIII. *de civitate, ne quis sit pro cive, qui non sit civis.* de Offic. III. 11. pro Balbo 21. 24. pro Cornelio majestatis reo, ubi *lex de civibus regundis* dicitur, ad qu. l. v. Asconius. Licebat autem ex ea lege his, ex quorum civitate erat, qui pro cive Rom. esse haberique volebat, eum repetere, quod & lege *Papia* licebat: quod intelligi potest e Brut. c. 16. Hanc legem causam præcipuam belli Italici fuisse tradit Cicero de Off. III. 11. atque hac sine dubio de causa pernicioſam appellat in Cornelianæ I. fr. Ceterum de hac lege vid. in primis Balduini Iurispr. Muc. p. 100. ubi de toto hoc legis genere, quod est de civitate, agit.

LICINIA JVNIA, a *L. Licinio Murena* & *D. Junio Silano* Coss. a. V. DCXCI. lata. Lege *Cæcilia Didia* sancitum erat, ut lex ferenda per trinundinum promulgaretur. Hoc legis illius caput novis severioribusque pœnis sanxit *Licinia Junia,*

Junia, unde utraque lex sæpe jungitur a Cicerone. Phil. V. 3. pro Sext. 64. ad Attic. IV. 16. II. 9. Vatin. c. 14.

LICINIA *Crassi* Oratoris, similis *Æbutiæ*, qua cautum est, ne ei, qui de aliqua curatione ac potestate ferret, collegis, cognatis, affinibus eam potestatem curationemve mandare liceret. Agr. II. 8. pro Domo 20.

LICINIA de *ambitu*, & quidem *de sodalitiis*, lata Cn. Pompejo & M. Crasso Coss. A. V. DCXCVIII. vid. Argum. Or. pro Plancio. Nam ex ea lege accusatus est a Laterense Plancius. Erat autem lex severissima, & *editicios judices* concedebat, h. e. eos, quos accusator edidisset, cum in ceteris judiciis, qui præerat judicio, sortiretur judices, reus & accusator, quos vellent, rejicerent, quod multo æquius videtur. Sed senatus, cujus bona voluntate hæc lex lata est, propterea in hac causa editicios judices edi volebat, quod existimabat, si reo judices ab accusatore ederentur, accusatorem eos editurum ex iis tribubus, quas reus largitione devinctas haberet. Ita fore, ut iidem & testes & judices essent. Neque vero cuiquam melius de largitione facta constare posse, quam tribulibus. Itaque Cicero Laterensem reprehendit, qui, cum Plancium ex hac lege accusaret, non eas tribus edidisset, quas maxime clamaret corruptas esse, sed longe alias: ex quo intelligatur, eum non tam legem de sodalitiis, quam editicios judices secutum esse. vid. pro Plancio. c. 15. 16. sqq. ex quo loco, aut oratione, hujus legis ratio unice cognoscenda est. De hac lege capit etiam P. Manutius locum Cœlii ep. 2.

LIVIAE leges, quarum mentio ap. Cic. de Legg. II. 6. & in Corneliana I. fragmentis, sunt *Livii Drusi* Trib. plebis seditiosi A. V. DCLXII. non perlatæ. Tulit autem *frumentariam*, de qua supra, *judiciariam*, qua judicia communia essent senatoribus & equitibus, item *Agrariam* de Coloniis deducendis per Italiam & Siciliam, & alias. Cicero autem loc. cit. dicit has leges & Apulejas Titiasque *uno Senatus versiculo* sublatas esse h. e. permissa Coss. republica, hac formula: Videant Consules, ne quid detrimenti capiat respublica. cf. l. c. c. 12.

LVR-

LVRCONIS lex de *ambitu* lata est ab *Ausidio Lurcone*, unde *Ausidia* dicitur, a. V. DCXCII. Pisone & Messala Coss. quæ qualis fuerit, cognoscitur ex Ep. ad Att. I. 1.

LVTATIA vel LVCTATIA, lata *Q. Lutatio Catulo* & M. Æmilio Coss. A. V. DCLXXV. de *vi*, acerbior *Plotia*, qua sancitum est, ut etiam festis diebus ludisque, quibus judicia nulla erant, (vid. Act. I. in Verr. 10.) de vi quæri posset. pro Cœlio c. 1. (ubi Pighius ad a. DCLXIV. legi vult *retulit* pro *tulit*) & 29. Propterea autem adeo severe de vi sancitum est, quod eo tempore arma in ipsa urbe versabantur civilia, adeoque severissimis legibus coërcenda vis erat. l. c.

MAENIA, lata a *Mænio* trib. pl. A. V. CCCCLXVII. ut patres ante inita a populo suffragia fierent auctores ejus rei, quam populus jussurus esset, neque adeo reprehendere comitia, h. e. irrita facere, possent. in Bruto c. 14. Ad hanc legem respicit Livius I. 17. *Decreverunt, ut, cum populus regem jussisset, id sic ratum esset, si Patres auctores fierent, hodieque in legibus magistratibusque rogandis usurpatur idem jus, vi ademta. Priusquam populus suffragium ineat in incertum comitiorum eventum patres auctores fiunt.* Ceterum lex Mænia confirmavit tantum & repetiit legem *Publiliam* in eandem sententiam jam a. V. CCCCXIV. a Q. Publilio Philone Dictatore latam. Liv. VIII. 12. vid. Gronov. obs. I. 25. qui locum illum Ciceronis egregie illustrat.

Lex MAJESTATIS, Corn. Sullæ, in Pison. c. 21. v. *Cornelia de majestate*. Præter eam de majestate laudantur apud Ciceronem *Apuleja, Varia, Julia*, de quibus suis locis.

MAMILIA de *regundis finibus agrorum* h. e. fundorum; qua constitutum est, ut in finibus agrorum, quinque pedes in latitudinem relinquerentur, ut Legg. XII. tabb. constitutum esset, & singuli arbitri regendis finibus darentur, cum e Legg. XII. tabb. tres essent, si de finibus orta controversia esset. de Legg. I. 21. Hunc locum non vidit Cl. Heineccius H. J. C. R. p. 85. 86. ubi pluribus de hac lege (ex Gœsio) disserere instituit, quod a paucis intelligatur. Nihil igitur de arbitris. Ceterum de hac lege vid. Gœsius ad script. Agrim. p. 339. & in

not. p. 182. 191. &c. Primus fragmentum ejus protulit Lipsius Elect. I, 15. Lata est A. V. DCXLII.

MAMILIA in Bruto c. 33. 34. In edd. vulgg. est *Manilia*, quæ nomina confunduntur sæpissime in libris. Est rogatio ea, de qua Sallust. B. Jug. c. 40. *Inter ea C. Mamilius Limetanus trib. pl. rogationem ad populum promulgat, uti quæreretur in eos, quorum consilio Jugurtha Senati decreta neglexisset, quique ab eo in legationibus aut imperiis pecunias accepissent; qui elephantos, qui perfugas tradidissent, item, qui de pace aut bello cum hostibus pactiones fecissent.* Ibi optimi Codd. & plerique habent *Mamilius;* sed nonnulli tamen *Manillius* & *Mallius.* Item apud Gellium VI. 11. *Mamilius* defendit etiam Pighius Annal. T. III. p. 123. vid. plur. ap. Cortium ad Sallust. l. c. de nominum illorum confusione vid. & Gruter. ad Cic. de Or. l. 58. Interpp. ad Liv. XXVII. 35. & mox in *Manilianis* Legg.

MANILIA, a Trib. pl. C. Manilio lata & a Prætore Cicerone defensa, qua *Pompejo Mithridat. belli reliquiæ persequendæ traditæ* sunt. vid. Arg. Orat. pro Lege Manil. Orat. c. 29. Plutarchus in Pompejo. p. 634. ed. Wechel.

MANILIA de *suffragiorum confusione*, pro Mur. c. 23. a *C. Manilio* trib. pl. A. V. DCXXCVII. lata. Hæc est eadem, quæ in Corneliana dicitur, *de libertinorum suffragiis.* Ea enim lege, cujus ei auctorem Cornelium fuisse dicebat accusator, sancitum est, ut libertinis in omnibus tribubus suffragium esset, ut Asconius in Milonianam prodidit. Ante enim libertini omnes in tribubus quattuor urbanis suffragia ferebant, in quas cum reliqua fece conjecti erant a Censore Fabio, qui hoc salubri instituto Maximi cognomen meruit.

MANILIANAE Leges *venalium vendendorum*, in L. I. de Orat. c. 58. erant formulæ, quibus uti possent in rebus vendendis emendisque, qui se decipi nollent: unde *Actiones* vocantur a Varrone R. R. II. 5. 11. unde & verbosiores fuisse discimus. Exemplum talis legis est apud eundem II. 3. 5. Auctorem habebant *Manium Manilium*, JCtum eum, qui A. V. DCIII. consul cum L. Marcio Censorino fuit.

fuit. de Scriptura, utrum *Manil.* an *Mamil.* v. Victor. ad Varr. l. c. variant enim libri.

MARIA lata a *C. Mario* trib. pl. eo, qui postea sæpe Consul fuit. A. V. DCXXXIV. ambitum coërcet & libertatem suffragii ferendi auget. Jussit enim *ut pontes angustiores fierent*, quos suffragium ferentes transibant, de Legg. IV. 17. ne quis scil. inspicere tabellam posset, ne rogare de suffragio, aut appellare ferentem. Ea lex, quia potentiæ procerum opposita erat, a Cotta & Metello Coss. oppugnata SCto est, sed frustra. vid. Plutarch. in Mario. p. 407. ed. Wechel.

MEMMIA, quæ ex Orat. pro S. Roscio laudatur, rectius *Remmia* dicitur, de qua suo loco.

MVCIA LICINIA. vid. *Licinia Mucia.*

MILITARES LEGES, pro Flacco c. 32. *Si justas inimicitias putabas, cur, cum trib. mil. Flaccus esset, in ejus legione miles fuisti, cum tibi per leges militares effugere liceret iniquitatem Tribuni.* Ap. Lipsium de Re milit. XV. 15. de legibus militaribus agitur, sed de legibus furti tantum, nihil de ceteris, aut de ea, ad quam respexit Cicero. Ea autem hæc fuit, ut, si quis forte in ejus tribuni legionem miles allectus esset, quem sibi putaret inimicum, eamque rem plane facere posset, ut is, inquam, ex ea legione in aliam transire posset, ne iniquitati inimici obnoxius esset.

NVMARIA, Cornelii Sullæ. vid. *Cornelia numaria.*

OTHONIS lex, quæ laudatur pro Murena c. 19. est *Roscia.*

PAPIA, lata a *C. Papio* trib. pl. a. V. DCLXXXVIII. Cotta & Torquato Coss. v. Dio Cassius XXXVII. p. 33. Eam pluribus locis commemorat Cic. pro Archia c. 5. pro Balbo 23. ad Attic. IV. 14. Offic. III. 11. Sanxit, *ut peregrini urbe pellerentur, & socii Latini nominis in suas civitates redigerentur.* Peregrini ea ætate qui dicti sint, docet Spanhem. in Orb. Rom. p. m. 363. Hi primo capite legis ex urbe exire jussi sunt, ne se pro civibus Rom. gererent, quod a multis fiebat, ut olim Gracchorum temporibus a Penno jam sanctum erat, teste Cic. de Off. III. 11. qui hanc crudelitatem valde improbat. Alterum caput fuit, ne socii Latini Romæ

essent, ne urbes sociorum Latin. vastæ fierent, quod jam ante A. V. DLXXVI. lex *Claudia* Consularis rogatu ipsorum sociorum sanxerat, neve se pro civibus Romanis gererent. v. Liv. XLI. 8. 9. & paullo post L. Postumius Consul ut servaretur edixerat. ibid. XLII. 10. Itaque ex hac lege Mamertini M. Crassum quendam repetere susceperunt, a quo tamen incepto postea recessere. pro Balbo c. 23. In hujus legis tempore graviter errat Sigonius, qui eam latam esse paullo post Claudiam ait, de J. Prov. III. 1. eumque secutus Balduin. Jurispr. Muc. p. 101. aliique, cum plus centum annis inter utramque interfit. Itaque Cicero de Off. III. 11. a Penno, qui post legem Claudiam vixit, & legem suam A. V. DCXXVII. promulgavit, peregrinos exterminatos dicit *apud patres nostros, a Papio nuper.* Quidam vero duas leges putant latas a Papio. v. Manut. ad Agrar. I. 4.

PAPIRIA, *C. Papirii Carbonis*, qua tulit, *ut eundem trib. pleb. toties creare liceret, quoties populus vellet.* Eam dissuasere P. Africanus, Lælius, alii. Nocte sequente ob hanc legem interfectus est. Cic. in Lælio, c. 25. & aliis locis. cf. Epit. Liv. L. CIX.

PAPIRIA, lex tribunitia incertæ ætatis, qua sancitum est, *ne quis ædes aut quamcumque rem, terram, aram, lignum, injussu populi consecraret.* Cic. pro Domo c. 50.

PEDVCAEA *de incestu*, de Nat. Deor. III. 30. lata a *Sexto Peducæo* trib. pl. A. V. DCXL. Hanc legem frustra audet e legum numero eximere Bohierius ad l. c. cum Cicero diserte dicat, *rogationem de incestu:* quæ verba interpretationem Viri summi plane respuunt. Nam actio Peducæi in Metellum, de qua hunc locum ex Ascon. in Milonianæ c. 12. interpretatur, non fuit rogatio de incestu, sed rogatio potius, ut, quoniam Metellus male judicasset, extra ordinem judex Cassius constitueretur. Neque hæc rogatio tantum indicat corruptionem humani ingenii, quam illa de incestu, ex qua intelligitur, etiam pœnis esse homines a tantis sceleribus absterrendos.

M. JVNII PENNI trib. pl. temporibus C. Gracchi a. V. DCXXVII. quam tulit *de peregrinis ex urbe ejiciendis.* Hanc

Hanc legem intermissam instauravit Papius. v. *lex Papia.* de Off. III. 11.

PHILIPPI lex *Agraria* Off. II. 21. Est L. Marcii Philippi, qui legem talem tulit in tribunatu a. DCXLIX. similem Gracchanæ. Sed cum ei resisterent optimates, facile vinci se & antiquari legem passus est.

PISONIS *de repetundis.* vid. *Calpurnia de repetundis.*

PLAVTIA vel PLOTIA *agraria*, tribunitia incertæ ætatis, sed paullo ante Flavii rogationem lata, quæ ei similis fuit, auctore Cicerone ad Att. I. 18.

PLOTIA *judiciaria,* cujus mentio pro *Cornelio maj. reo.* I. Lata est a *M. Plautio Silvano*, Strabone & Catone Coss. a. V. DCLXIV. Ea lege judicia cum equitibus & senatoribus communicata sunt, quod Q. Servilius Cæpio & L. Drusus frustra tentaverant. Nam tum e *Sempronia* lege equites soli judicabant. vid. Ascon. ad l. c.

PLOTIA, ejusdem trib. *de vi armatis hominibus*, ut de ejus capite quæreretur, qui vim fecisset. Ejus sæpe mentio apud Ciceronem. v. c. pro Mil. c. 13. ad Div. VIII. 8. ad Att. IV. vid. Sigon. de Jud. II. 33. Sed ibi graviter errat vir doctus, cum eam legem auctoritate Catuli latam dicit, adeoque duas leges confundit & pro una habet, quæ apud Ciceronem sæpe distinguuntur. Lex *Lutatia Catuli*, de qua supra, severior fuit *Plotia*, & sanxit præterea, ut quibuscumque diebus, etiam festis, quibus nulla exercebantur judicia, de vi quæri posset ex *Plotia* lege. Itaque non de *Plotia*, sed de *Lutatia* capiendus est Cicero pro Cœlio ab init. cum legem esse dicit, quæ quotidie quæri jubeat de, vi armatis hominibus. Ceterum quid sit *vis*, docet Cicero pro Cæcina. Cœlius ep. 8. scribit, Sempronium Rufum tulisse accusatori sub Tuccio calumniam, eumque reum fecisse lege *Plotia* de vi.

POMPEJA *judiciaria* lata, ab *Cn. Pompejo* in Consulatu secundo A. V. DCXCVIII. qua lege servatur quidem *Aurelia*, sed hoc adjicitur, ut amplissimo ex censu, e centuriis, aliter quam ante, judices legerentur. vid. Ascon. ad Pisonianæ c. 39. Ejus mentio apud Cicer. in Pison. l. c. Phil. I. 8. Ex his intelligitur, quomodo capienda sunt Plu-

tarchi verba in Pompejo. p. 350. ed. Wech. τὰς δίκας περιεῖδεν αὖθις εἰς τὸς ἱππέας νόμῳ μεταφερομένας; nempe ita: Non modo non adversatus est rogationi *Aureliæ*, qua equites in societatem judiciorum vocantur; sed deinde etiam eodem consulatu confirmavit, lata lege in eandem sententiam, sed adjecto capite de censu.

POMPEJA *de vi*, est *Cn. Pompeji* in tertio consulatu A. V. DCCI. lata, qua sancitum est, *ut de cæde in via Appia facta extra ordinem quæreretur.* Eam legem cognoscas licet e Miloniana & Asconii Argumento.

POMPEJA *de ambitu* ejusdem *Cn. Pompeji* tertium Consulis, ad Att. X. 4. qua gravior pœna & breviora judicia constituta sunt. Nam ternæ tantum horæ ad dicendum datæ sunt, in Bruto c. 95.

PORCIA, *M. Porcii Catonis* Censorii, ut existimat P. Manutius, qua cautum est, *ne quis civem Rom. vinciret, aut verberaret, aut necaret*, pro Rab. 4. Verr. V. 63. cf. Liv. X. 9. Sed si hæc lex est eadem, quæ *de provocatione* laudatur, quod mihi fit verisimile, quando utrumque ad libertatem civium pertinet, non Catonis est ea lex, sed *Porcii Leccæ* tribuni pl. a. V. DLVI. quod placet etiam Pighio ad h. a. Sigonio, & Ant. Augustino. An hæc lex Imperatoribus jus in capita civium ademerit in bello, quæri potest. Sed recte negant Sigonius & Dukerus ad Livii Epit. 57.

PVPIA, a *Pupio* quodam trib. pleb. nomen habere videtur. Ejus hæc capita apud Ciceronem reperio. Primum, *ne senatus de ulla re toto mense Januario habeatur, nisi aut perfectis aut rejectis legationibus*, ad Div. I. 4. cui post lege Gabinia adjectum est, ut ne Februario quidem, ut supra dictum. alterum, *ne senatus diebus comitialibus habeatur*, ad Q. Fr. II. 12.

De RELIGIONE lex, quæ ad Att. I. 16. memoratur, est *Fusia.*

REMMIA (pro quo vulgg. edd. *Memmia* habent, quidam etiam *Remniam* dicunt, utrumque male, & repugnantibus Codd. melioribus, cum Ciceronianis, tum Digestorum, in quibus de hac lege est XLVIII. 16.) Quo auctore

auctore & quo anno lata sit, non constat. Hoc ex Cic. pro S. Roscio Amer. c. 19. intelligi potest, fuisse oppositam impudentiæ calumniatorum, ne scil. liceret quemvis vel innocentem impune accusare, eique molestiam creare, sine causa. Ex c. 20. autem colligitur, calumniatorum fronti literam fuisse inustam. Quæ autem inuri solita sit, de eo non satis certo constat. Nam etsi valde probabilis est eorum opinio, qui K. inustam putant, quod ea prima litera est vocis *calumnia*, e veteri scribendi ratione, quæ *kalumnia* scribebat. v. Vossius Aristarch. l. 17: tamen non est omni ex parte certa, sed conjectura tantum nititur; quando nemo vett. est ejus rei auctor. Frustra ad Paullum provocat Vossius. Nihil de litera dicit. Hoc pœnæ genus sustulit deinde Constantinus M. vid. Menard. ad Cicer. l. c. Extat *Brencmanni* eruditus de hac lege libellus.

De REPETVNDIS leges, quibus tenentur magistratus & senatores, qui in provinciis, aut propter rem judicandam, contra leges, pecunias cepere. Cic. pro Cluent. c. 37. 54. sunt *Calpurnia*, *Acilia*, *Junia*, *Servilia*, *Cornelia*, *Julia*, de quibus suis locis agitur.

ROSCIA *theatralis*, lata a *L. Roscio Othone* trib. pl. A. V. DCLXXXVI. C. Calpurnio Pisone & Manio Acilio Glabrione Coss. fautore equestris ordinis. Ea sancitum est, ne quis in quatuordecim gradibus orchestræ, in qua senatores sedebant, proximis sederet, nisi qui eques & equestri censu esset. Itaque si quis censum decoxisset eques, non licebat ei inter equites sedere. Cic. Phil. II. 18. Nam decoctoribus cujuscumque ordinis, ut ex eodem loco constat, certus locus assignatus in theatro erat, neque solum his, qui suo, sed etiam qui fortunæ vitio decoxissent. In Or. pro Muren. c. 19. bis dicitur lex hæc equitibus dignitatem & voluptatem *restituisse*: quo verbo utitur etiam Vellejus II, 32. (ubi vid. Intt.) Ex quo colligere licet, equites jam antiquioribus temporibus separatim a plebe sedisse: nisi quis velit *restituere* intelligere, *præstare*, ut sæpe est in legibus. v. Gloss. Nomic. Cod. Theod. in h. v. Ceterum quas turbas hæc lex, Consule Cicerone, dederit, cum plebi in mentem

veniſſet, ſibi eam legem ignominiæ eſſe, & quomodo eæ a Cicerone oratione aliqua, quæ intercidit (ad Attic. II, 1.) compoſitæ ſint. v. ap. Plutarch. in Vit. Cicer. & Plin. VII. 30. ubi v. Harduin. eam ſecuta eſt Lex *Julia* de eadem re. Plin. XXXIII, 2.

RVPILIA Lex apud Siculos dicebatur, quod *decretum* potius dicere more Romano debebant, ut facit Cicero Verr. II. 13. Nam Rupilia lex continebat jura, quæ *P. Rupilius* Prætor victis Siculis de decem legatorum ſententia, ut moris erat, dederat, cum Siciliam in provinciæ formulam redigeret. Ejus ſæpe fit mentio Verrinarum ſecunda & tertia, quod Verres eam in jurisdictione & re frumentaria neglexerat.

De SACERDOTIIS, eſt lex a *C. Licinio Craſſo* lata, ſed non perlata. (vid. *Lex Domitia.*) de Amicit. c. 25.

LEGES SACRATAE hæ dici putantur in primis, quæ in monte ſacro A. V. CCLX. ſeceſſione populi facta, latæ ſunt, unde ipſi illi monti nomen hæſit. Liv. II. 33. Earum mentio apud Ciceronem ſæpe, in primis in iis orationibus, in quibus in Clodiam legem, contra ſe latam, invehitur, quod ea legibus ſacratis vim attulerat. pro Sext. 30. pro Domo. c. 17. de Off. III. 31. de Legg. II. 7. &c. Locus in primis illuſtris eſt in Cornelianæ I. fragm. p. 633. *Tanta igitur in illis*, (nempe vett. Rom.) *virtus fuit, ut anno XVI. poſt reges exactos, propter nimiam dominationem potentium, ſecederent, leges ſacratas ſibi ipſi* reſtituerent, *duos tribunos crearent, montem illum trans Anienem, qui* hodie *mons ſacer nominatur, in quo armati conſederant, æternæ memoriæ cauſa* conſecrarent. Ad q. l. male Aſconius, in monte ſacro primum *ſacratas* latas, dicit, & verba Ciceronis ſollicitat, ut ex ſequentibus patebit. Leges autem ſacratas apud Livium tres reperimus, ſ. legis ſacratæ in monte ſacro latæ tria capita potius; *ſacratam* enim *legem* dicit, l. c. & *ſacratæ leges* per enallagen pro *ſacrata* dici poſſunt. v. *Leges Titiæ.* 1, *ut Tribuni quotannis quinque de plebe crearentur, qui auxilio plebi adverſus conſules eſſent:* 2, *ut iidem tribuni pl. ſacroſancti eſſent:* 3, *ut ſoli plebeji tribuni fierent.* Sigonius de J. C. R. I. 6. duas alias addit: 1. *ne de capite civis niſi centuriatis comitiis*

tiis ageretur: 2. *ne privilegia* h. e. rogationes in homines singulos, *ferri liceret.* Et dicuntur sane sacratæ leges apud Cic. pro Dom. & pro Sext. Sed capita illius legis sacratæ fuisse, quæ in sacro monte lata est, non videntur. Decepit virum doctissimum multosque alios, quod sacratas leges a sacro monte dici, & nullas præterea alias putarunt. Mihi antiquiores hæ duæ leges videntur, & forte, aut capita *legis Valeriæ* de provocatione, aut tamen ab eodem sigillatim latæ, ac deinde in XII. tabb. tralatæ. Nam lex de provocatione ipsa est sacrata, ut e Liv. II. 8. intelligitur, & illud, de capite civis, diserte ad legem de provocatione refertur a Dionysio. L. V. p. m. 334. Leges autem hæ sacratæ dicuntur propterea, *quod caput ejus, qui contra fecit, consecratur.* Hæc enim est una e tribus sacrandarum sanctionum modis, qui apud Ciceronem pro Balb. c. 14. & in Cornel. Fragm. commemorantur. de quibus vide interpretes & Schwarzii Disert. de Detestatione Sacr. Nam hanc ipsam ob causam etiam Tribb. pl. sacrosancti sunt, quod ejus caput sacrum est, qui eos violavit, ut e Rabiriana intelligi potest. cf. Budæus ad Pandect. p. m. 334. Itaque etiam illa *Valeria Horatia* ap. Liv. III. 55. sacrata lex est. Nam alias *sacratas leges*, præter eas quinque, quas Sigonius facit, in monte sacro perlatas, fuisse, nemo negare potest, qui Livium attente legit. L. III. c. 32. concedunt patribus plebeji de decemviris, modo *ne lex Icilia de Aventino aliæque sacratæ leges abrogarentur.* Ex quo intelligitur, etiam *Iciliam* sacratam fuisse. L. VII. c. 41. *Lex quoque sacrata militaris lata est, ne cujus militis scripti nomen, nisi ipso volente, deleretur.* Memorat idem *legem sacratam Volscorum*, Hetruscorum aliorumque populorum, qua milites legebantur. vid. L. IX. c. 39. unde *sacrati milites.* ibid. c. 40. In eandem sententiam Perizonius, in Animadversionibus, de legibus sacratis tradidit. Est locus c. 10. p. 418. Ceterum locus ille classicus & præcipuus ex Oratione pro Balbo & Corneliana fugiebat tum summum virum: item alter ille Livianus de sacrata militari. Illud unum addam, *Legem Valeriam* eadem formula sanciri, qua sacrata tribunitia, ap. Dionys. L. VI. p. 410.

SCATINIA vel SCANTINIA, (mire enim in hoc nomine variant Codd. vid. Ferrar. ad Phil. III. 6.) lata a *Scatinio* trib. pl. A. V. dubium quo, *in molles & effœminatos, qui nefanda Venere uterentur*, h. e. aut ipsi muliebria paterentur, aut pueris vim facerent, quibus pœna decem millium nummorum statuebat; ex qua sibi inimicos accusationem minari scribit Cœlius ep. 13. cf. Phil. III. 6. Ex eo loco intelligitur, legislatorem Aricinum fuisse. vid. plura ap. Gravin. Origg. Jur. R. p. 433. ed. nov. inprimis Christium v. Cel. de Lege Scatinia.

SEMPRONIAE LEGES laudantur Phil. I. 7. de quibus legendus Plutarch. in Gracchis.

TIB. GRACCHI *Agraria Sempronia*, ne quis agri plus quam D. jugera possideret, quod jam lege *Licinia* Stolonis cautum fuerat, sed neglectum jam diu: & ut tres viri tributis comitiis crearentur, qui agros dividerent, quos divites præter hunc modum possiderent. Lex perlata non est. vid. Plutarchum in Gracchis. de motibus agrariis inde a lege Licinia, in primis de *Sempronia*, vid. Appian. B. C. II. 2. 1. p. 604. ed. Toll. Vell. II, 2. Epit. Liv. 58. & ibi Dux. Fragmenta ejus legis habet Gœsius, Scr. Agr. p. 349. Sigon. de A. J. I. II. 2.

C. GRACCHI *Frumentaria*: v. in *Frum. LL.*

C. GRACCHI de *provinciis*. de ea vide Argument. Or. de Provinc. Cons. ipsamque orationem. Laudatur pro Balbo c. 27. ad Div. I. 7. pro Domo c. 9. Ex ea provinciæ magistratibus nondum creatis a senatu decernebantur: idque præcipuum ejus caput fuit. De ea capio etiam illa verba Verr. III. 6. *Vectigalibus censoria locatio constituta est, ut Asiæ lege Sempronia.* Hotomannus aliter.

C. GRACCHI *de libertate Civium Rom.* qua cautum est, ne de capite civis Romani injussu populi Rom. judicaretur. Idem iam *XII. Tabb.* sancitum erat, & *Valeria* s. *sacrata lege*, in monte sacro, ut Sigonio placere vidimus, pro Rab. c. 4. Verr. V. 63. Catil. I. 11. IV. 5.

C. GRACCHI, *ne quis judicio circumveniretur.* pro Cluentio c. 56. ei successit Cornelia *de falso*, ut ex eodem loco intelligi potest, quem vide.

SEM-

SEMPRONIA C. Gracchi *judiciaria*, judicia a senatu ad equites transtulit. v. *Lex Aurelia*. Appian. Bell. Civ. I. p. 618. edit. Toll.

SERVILIA, *C. Servilii Glauciæ* prætoris, A. V. DCLIII. quo ipso anno interfectus est. Alii annum XLVIII. ei tribuunt: sed errant, quod eo anno in magistratu non fuit. *De repetundis* fuit, acerbior superioribus. Sanxit, ut reus post primam actionem comperendinaretur, cum antea, ex lege Acilia liceret, semel causa dicta, pronuntiare, nisi ampliarent judices. Verr. l. 9. sæpe apud Ciceron. laudatur, v. c. pr. Rab. P. 1. 4. Capita hujus legis e scriptoribus veteribus collegit Sigonius de Judiciis II. 27. ubi etiam extat insigne fragmentum ex P. Bembi museo editum. An sit prior *Acilia* posteriorve, vide in *Acilia*.

SERVILIA ejusdem *Glauciæ*, *de civitate*, eodem anno A. V. DCLIII. lata, quod, ut mihi videtur, statuerat, omni ratione equitum & plebis benevolentiam captare. Hujus quæ vis fuerit, ex Or. pro Balbo c. 24. intelligi potest. Nempe, si quis e sociis Latinis senatorem reum feciſſet, isque condemnatus esset, ei ut civitatis jus tribueretur, eumque inter cives locum is occuparet, quem condemnatus habuisset.

SERVILIA *Q. Servilii Cæpionis, judiciaria:* quam suasit populo Crassus. Brut. 43. 86. de Orat. II. 55. pro Cluent. 51. lata ab eo in Consulatu A. V. DCXLVII. Sanxit enim, ut judicia, quæ XVII. annis ante, lege *Sempronia*, a Senatu ad equites translata essent, utrique ordini communia essent. sed eam legem aut non perlatam, aut paullo post abrogatam fuisse, ex Sigonii sententia, inde intelligitur, quod paullo post idem tulit M. Livius Drusus, & quidem incassum. vide *Leges Livias*. sed certiori argumento decidi ea res potest. C. Servilius Glaucia dicitur ap. Cic. in Bruto certo consulatum, anno post præturam, quod lege rogaverat trib. pl. Saturninus, a. V. DCLIII. consecuturus fuisse, nisi interfectus esset, quod equestrem ordinem beneficio legis obstrinxisset. Qua autem alia potuit, nisi *judiciaria?* Nam altera *de repetundis*,

dis, nihil ad commoda equitum, qui hoc genere legum non tenentur. Itaque certissimum puto, Serviliam Cæpionis, Servilia Glauciæ abrogatam esse, &, quæ communicata cum Senatu judicia erant, ea solis equitibus restituta eo ipso anno, quo illam alteram *de repetundis* tulit, qui est decimus annus a *Servilia* Cæpionis. Huc pertinet illud, quod in reliquiis Or. pro Scauro commemoratur, causam Cæpionis e *Servilia* lege accusati de repetundis, ad equites actam & judicatam esse.

SILVANI & CARBONIS. vid. *Carbonis* & *Silvani*.

SVMTVARIA *Julia*. vid. *leges Julias*.

TABELLARIAE quatuor sunt; de quibus vid. Cic. de Legg. III. 16. in Lælio c. 16.

1) GABINIA, a tribuno plebis *Q. Gabinio* homine ignoto & sordido A. V. DCXIV. lata, *ut, in magistratibus creandis, non voce cives, sed tabellis, uterentur*, ut libere suffragia, sine inimicitiarum metu, ferre possent; unde Cic. Agr. l. 2. tabellam, *vindicem tacitæ libertatis*, vocat.

2) CASSIA, *L. Cassii Longini* trib. pl. A. V. DCXVI. (qui scopulus reorum in Prætura dictus est, cujusque ob severitatem, judices severi dicti sunt Cassiani) *de populi judicio*, ut Cicero vocat de Legibus l. c. Ea lege sanctum est, *ut tabellæ etiam in judicio populi adhiberentur, præterquam in judicio perduellionis*. conf. pro Sextio c. 48. Sed in hac lege intelligenda mihi videntur multi docti homines non satis vim verborum percipere. Nam ita video fere accipere hanc legem, ut de his judiciis lata sit, quæ in Comitiis populi fiant, quod dicatur *de populi judicio;* quod est falsum. Nam in his etiam judiciis tabellæ adhibentur, quæ *a selectis judicibus* exercentur, atque id ex *lege Cassia* factum, atque ante, voce pronuntiatum esse puto; quod etiam postea sanxit *Lex Cornelia*, de sententia ferenda, ut liberum esset reo, postulare. pro Cluent. c. 20. Decepit doctos homines vox *populi;* neque intel-

intellexerunt, *populi judicia* dici, non ſolum ea, quæ ab univerſo populo in comitiis aguntur, ſed omnia *publica* h. e. in quibus *cauſæ publicæ*, aut *crimina publica*, quæ vocantur, judicari ſolent, tamquam de repetundis, de ambitu, de vi, de majeſtate &c. Hæc autem judicia *populi judicia* appellantur, primo, quia olim ipſe populus exercuerat, cum poſtea, quæſtionibus perpetuis A. V. DCIV., adeoque ante *legem Caſſiam*, conſtitui cœptis, omnia a ſelectis judicibus exercerentur, præter unum *perduellionis judicium*, quod lege excipitur, & usque ad *legem Juliam de vi*, populi univerſi fuit. v. Hotom. ad Verr. I. 5. & Orat. pro Rabir. Per. deinde, quia juſſu, legibus populi, & loco populi, a judicibus adminiſtrabantur. Cic. Verr. V. 48. *Quo confugient ſocii? - - ad populum Romanum confugient? facilis eſt cauſa populi. Legem enim ſe ſociorum cauſa juſſiſſe & vos ei legi cuſtodes ac vindices præpoſuiſſe dicet.* Hæc tenenda ſunt tironibus, cum legunt, quæ Sigonius de Judiciis L. III. c. 1. 2. de *populi judicio* dixit. Neque enim ſatis diſtincte rem tradidit, & ea tempora, quibus omnes cauſæ publicæ ad populum agebantur, ſolæque controverſiæ privatæ ad magiſtratum ſine conſilio judicum, agebantur, ab his diſtinxit, quibus publicæ cauſæ omnes ad judices ſelectos, præter unum perduellionis crimen, actæ ſunt. Nam & peculatus & majeſtatis cauſæ, quas populo proprias fuiſſe dicit, ad judices actæ ſunt. vid. v. c. Act. I. in Verr. c. 13. Inprimis clarus locus eſt Verr. I. 42. *Cornelia teſtamentaria, numaria, ceteræ complures: in quibus non jus aliquod novum populo conſtituitur, ſed ſancitur, ut, quod ſemper malum facinus fuerit, ejus quæſtio ad populum pertineat.* Atqui hæ cauſæ ap. ſelectos judices actæ.

3) PAPIRIA *C. Carbonis* trib. pl. a. V. DCXXII. lata eſt, eaque ſancitum, ut in legibus jubendis & antiquandis populus tabellis uteretur.

4) COELIA. a. V. DCXLVI. lata eſt, eaque cautum, ut quod unum judicium lege *Caſſia* exceptum eſſet, perduellionis, id quoque tabellas cum reliquis judiciis communes

munes haberet. Causam hujus legis ferendæ hanc habuisse dicitur apud Ciceronem, ut opprimeret C. Popilium inimicum. de Legg. III. 16.

TERENTIA *Frumentaria.* vid. *Frumentariæ.*

TESTAMENTARIAE, *Cornelia, Furia, Voconia:* de quibus v. suis locis.

THORIA, *Agraria, Sp. Thorii* trib. pl. a. V. DCXLVI. qua sancitum est, ne quis, qui agrum publicum in Italia a certo tempore possideret, vectigal penderet publicanis. in Brut. c. 36. Sp. Thorius agrum - - vectigali levavit. Appianus de bello Civ. L. I. c. 623. de hac lege ita: Βόριος (leg. Θόριος) δημαρχῶν εἰσηγήσατο νόμον, τὴν μὲν γῆν μηκέτι διανέμειν, ἀλλ' εἶναι τῶν ἐχόντων, καὶ φόρους ὑπὲρ αὐτῆς τῷ δήμῳ κατατίθεσθαι, καὶ τάδε τὰ χρήματα χωρεῖν εἰς διανομάς -- sc. τῷ δήμῳ &c. Cautum est etiam ea lege, de pascuis, nonnihil, ut colligere licet e Cic. de Or. II. 70. Ejus duo fragmenta insignia edidit Sigonius de Ant. J. I. L. II. c. 2.

TITIA, quæ pro Muren. c. 8. laudatur, Pighio ad a. CCCCLXXXVIII. videtur esse *C. Titii* trib. pl. qui illo anno legem tulit, de quæstorum numero duplicando, & provinciis quæstoriis sortiendis, e SCto. qua opinione nihil se probabilius a quoquam dici vidisse, ait Grævius ad h. l.

TITIAE leges, quæ de Legg. II. 6. dicuntur, sunt *Sext. Titii*, seditiosi tribuni a. V. DCLIV. Tulit *agrariam* legem. v. Cic. de Or. II. 11. Titia, quæ memoratur de Legg. II. 12. sine dubio est ejusdem. Nam eodem modo, ut c. 6. jungitur *Liviis.* Atque ex eo loco mihi fit verosimile, *Titias leges* per enallagen dici pro *Titia lege.*

TRIBVNITIA Lex, dicitur sæpissime, quod omnes sciunt, quæ a tribuno lata est; sed illud neglexerunt omnes, quos vidi, animadvertere, *Tribunitiam legem* dici etiam eam, quam Pompejus tulit, *de Tribunis reficiendis*

ciendis poteſtate priſtina, quam iis Corn. Sulla ademerat. Act. I. in Verr. c. 16. *Vident adhuc poſt* legem tribunitiam (quam ſc. Pompejus tulit) *unum ſenatorem vel tenuiſſimum eſſe damnatum.* Sic *judicium Junianum* ſignificare poteſt non ſolum, quod exercuit, cui præfuit Junius, & ſic eſt in Cluentiana; ſed etiam quod fuit de Junio, in quo reus fuit Junius, ut ſæpe judicia apud Ciceronem a reis vocantur. v. c. judicium Verris, Cluentii.

TVLLIA, a M. *Cicerone de ambitu* lata a. V. DCXC. memoratur in Vatin. 15. pro Sext. 64. pro Mur. c. 32. ſ. ex quo loco accuratius cognoſcere hanc legem licet. Nam ambitus genera ab Sulpitio objecta Murenæ commemorantur & refelluntur. Pœna etiam acerbior ea conſtituta eſſe dicitur, quæ in Calpurnia fuit, nempe exilium idque decem annorum, ut tradit Dio Caſſ. XXXVII. p. 42. Morbi quoque excuſationi pœna conſtituta eſt &c. v. pro Mur. c. 23.

VALERIA' Agr. III. 2. pr. S. Roſc. 43. L. I. de Legg. &c. eſt *L. Valerii Flacci* Interregis A. V. DCLXXI. qua L. Cornelium Sullam dictatorem creavit, tulitque, ut omnia, quæ feciſſet, rata eſſent, poſſetque impune, quem vellet, indicta cauſa interficere.

VARIA, lata eſt a *Q. Vario Hybrida* trib. pl. A. V. DCLXII. de majeſtate; qua ſancitum eſt, ut quæſtio haberetur de iis, quorum opera conſiliove ſocii contra populum Rom. arma ſumſiſſent. Nam eo anno Coſſ. L. Julio Cæſare & P. Rutilio Lupo ortum eſt bellum in Italia, quod Sociale, Marſicum & Italicum appellatur. Hujus legis frequens mentio ap. Ciceron. v. c. pro Mil. c. 36. in Brut. c. 56. 88. Quæſt. Tuſc. II. 24. &c. Sed in loco poſtremo Boherius, Vir ſummus, intelligi vult aliam legem Variam *de inceſtu*: quod Valerius M. III. 7. M. Antonium de inceſtu accuſatum tradit, eumque locum huc retulere interpretes. Sed temporum ratio facile arguit hanc ſententiam. Cicero dicit ſe *vidiſſe* Antonium pro ſe dicentem

cauſam

causam lege Varia. At accusatio de incestu facta est anno quæsturæ provincialis, quam Pighius refert ad a. V. DCXL. quo Cicero natus nondum erat. Necesse igitur est, ut idem post etiam accusatus sit de majestate e lege Varia, cum Cicero jam forum attigisset.

VATINIA, *P. Vatinii* Trib. pl. a. V. DCXCIV. consule Cæsare lata, *de repetundis;* ut repetundarum judicio liceret alterna consilia rejicere, unde ipsa *lex de alternis consiliis rejiciendis* dicitur in Vatin. c. 11. *Consilia* sunt judices omnes, quos prætor sortitus est; eos omnes ex hac lege semel rejicere licet reo, semel accusatori; cum antea nonnullos tantum rejicere liceret ex eodem consilio utrique, quorum loca subsortitione prætoris replebantur. *Alterna consilia rejicere* ergo est idem ac *alterius rejicere consilia:* ut Verr. II. 13. *cum alternæ civitates rejectæ essent;* pro alternis, semel ab accusatore, semel ab reo.

VATINIA ejusdem tribuni, qua Cæsari, cui jam lege *Sempronia* de provinciis Senatus Galliam ulteriorem attribuerat, etiam citerior cum Illyrico & tribus legionibus stipendiisque in quinquennium data est, in Vatin. cap. 12. De hac lege etiam capiendus locus videtur c. 15. ubi reprehendit Cicero Vatinium, *quod sua lege factus sit legatus Cæsaris in Gallia.* Nam quod Manutius putat, legem ab eo latam, ut legati provinciales a populo crearentur, nullo idoneo testimonio demonstrari potest.

VATINIA alia rogatio, sed non perlata, memoratur in Vat. c. 9. s. qua latum est, ut quæstio haberetur de iis, quos L. Vettius, qui in senatu confessus esset, se cum telo fuisse & Cn. Pompejum occidere voluisse, participes illius consilii fuisse diceret.

de VI leges, *Plotia* & *Lutatia.*

VIARIA lata a *C. Curione,* Paullo & Marcello Coss. A. V. DCCIII. de *viis muniendis,* non dissimilis Agrariæ Rulli. Cœlius ep. 6. Ad hanc ferendam legem quid Curionem impulerit, docet Appianus B. C. L. II. p. 732. ed. Toll. nempe

Nempe quod ære alieno oppressus pecuniam acceperat a Cæsare, ne sibi in tribunatu adversaretur. Hanc mercedem ne frustra accepisse & Pompejanis aliqua ratione adversari videretur, quod facile intelligebat, eos huic legi repugnaturos esse: Εισηγεῖτο βαρυτάτας ὁδῶν πολλῶν ἐπισκευάς τε καὶ κατασκευάς, καὶ ἀυλῶν ἐπισάτην αὐτῶν ἐπὶ πεντακοσίοις εἶναι; quæ verba similitudinem ejus cum *Servilia Agraria Rulli* satis demonstrant. Sed fortasse etiam eadem ornamenta potestatis, eandem potestatem in provinciis dedit, quam *lex Servilia*. Ex ep. ad Att. VI. 1. &c. mihi videtur colligi posse, constitutum fuisse vectigal ærario solvendum, in vehicula, essseda, rhedas, lecticas, equos, &c. quibus in itineribus uterentur, ut ea pecunia in viis muniendis consumeretur. Nam cum Vedius Ciceroni obvius factus esset cum duobus essedis & rheda, equis juncta, & lectica & familia magna; horum causa dicit Cicero, Vedio solvendum ex lege Curionis, si perferatur, sestertia centena. Id vectigal simile fuisset ex parte ei, quod nos dicimus, *Gelèite*, quod in vias muniendas impenditur, hoc certe sub titulo exigi solet. Quidam hanc legem male *Vivariam* aut *Vinariam* aut *Vineariam* appellant. v. Contarenus de Frum. Larg. c. 9. Lipsi. El. I. 8.

VILLIA, v. *Annales*.

VOCONIA, lata a *Q. Voconio Saxa* Trib. pl. A. V. DLXXXIV. suadente Catone. Est *testamentaria*, de mulierum hereditatibus: qua sancitum est, ut, *qui post A. Postumium & Q. Fulvium Censores census esset, ne heredem virginem, neve mulierem, faceret*. Cic. in Verr. I. 42. neve mulier legati nomine plus caperet, quam heres. ibid. 43. Eadem lex laudatur pro Balbo c. 8. de Fin. II. 17. de Senect. c. 5. *Censi* e Voconii mente sine dubio erant *cives*, quod nemini licebat deferre ad Censorem rem suam, nisi qui civis Rom. esset. Sed in hoc verbo calumniabantur, qui rem suam ad uxorem aut filiam transferre cuperent. Nam cum illis temporibus, lex census Serviana, de ven-

dendis incensis non acerbe aut severe satis servaretur, & multi cives Rom. incensi essent, (causas vid. ap. Perizon. libro mox memorando p. 129.) hi, qui feminam heredem facere volebant, rem suam in censum non deferebant, & propterea se lege Voconia teneri negabant, quod incensi essent. Atque hac calumnia verbi *census* eludebant legem, Prætoribus facilibus in re dura. Nam ex Verrinæ l. c. intelligi potest, prætores ante Verrem omnes ex hac calumnia decrevisse, & hereditates hoc modo ad filias mulieresque transire potuisse. Qui autem censi erant, adeoque legem eludere calumniando non poterant, heredem fiduciarium faciebant, h. e. qui hereditatem cerneret quidem, sed deinde filiæ, aut cuicumque testator voluisset, redderet, si honestus esset. Nam si quis perfidus negabat se hereditatem filiæ redditurum, cogi non poterat. v. de Fin. II. 17. de hac lege multi, in primis Balduinus, sed omnium optime Jac. Perizonius in Disc. de lege Voconia, qui primus hujus legis vim accurate perspexit.

INDEX GEOGRAPHICVS.

A.

ABDERA, urbs Thraciæ, crasso cœlo, Democriti patria. Roma Abdera ad Att. IV. 16. dicitur, propter stuporem senatorum. v. Ind. Gr. ἀβδηριτικόν. Unde *Abderites*, de Nat. Deor. I. 23.

ABYDVS, oppidum Troadis, ad Hellespontum, e regione Sesti.

ACARNANIA, pars Græciæ versus occidentem ad mare Ionium inter Ambracium sinum & Acheloum fluvium.

ACHAEI & ACHIVI, populi Græciæ, proprie qui Achajam incolunt in Peloponneso.

ACHAICVS, Act. I. in Verr. 2.

ACHAJA, provincia Romana, Peloponnesum & Græciam proprie sic dictam cum circumjectis insulis continens. Proprie pars Peloponnesi, isthmo vicina.

ACHERINI, L. III. in Verr. 43. Siciliæ populus, exiguæ civitatis, sed ignotæ veteribus auctoribus. Itaque Cluverus Sic. Ant. II. 2. vocem vitiatam putat, &, probante Harduino, legendum conjicit *Scherini* a *Schera*, urbe Siciliæ mediterraneæ versus septentrionem, inter Hypsam & Crimissum fluvium. Ap. Silium VIII. 269. memoratur *pubes liquentis Acheti*, pro quo Dan. Heinsius scribebat, *Pubes ingentis Acheti*; qui ipse fluvius aut locus ignotus est. unde illud nomen varie tentatur. *Pubes Acheti* possunt dici *Achetini*. Et fortasse sic scripsit Cicero. Sed nil definio. Ceterum semel hic dixisse sufficiat: Non valere hanc rationem, qua in hujusmodi nominibus Geographi & Critici sæpe utuntur: *Hoc nomen in nullo alio auctore occurrit, ergo vitiatum est, & in notum nomen mutandum.* Quis enim contendat, omnia loca exigua & obscura Siciliæ, aut cujuscumque regionis, memorata esse Geographis antiquis, aut aliis auctoribus. Si nil variant MSS. meliores, aut ipsa ratio manifeste vitium lectionis convincit, nil tentandum. Sic judicat etiam Drakenb. ad Liv. VIII. 12.

ACMONENSES, pr. Flacc. 15. incolæ *Acmoniæ* Phrygiæ magnæ. In Hieroclis Synecdemo ἀκμῶνια dicitur. ad q. l. v. Wesselingius, V. C. Alia est *Acmonia* Daciæ Trajani.

ACRADINA, vel *Achradina*, in Verr. lib. IV. 53. pars Syracusarum.

ACRAGIANAE, v. *Agragianæ*.

ACRONOMA, ad Att. XIII. 40. locus incertus. Pithœus in margine libri sui scripsit *saxa Acherontia*, quod, sive ex ingenio, sive ex libro est, non absurdum puto. Nam *Acherontia urbs* Apuliæ in alto saxo jacebat, unde *nidum Acherontiæ* appellat Horatius.

ACTIVM, urbs & promontorium Acarnaniæ prope sinum Ambracium, pugna inter Octavium & Antonium nobilitatum.

ACTIVM CORCYRAE, ad Att. VII. 2. Locus insulæ Corcyræ, cui insulæ nomen adjicitur, ne cum Actio Acarnaniæ confundatur.

ACVLANVM, ad Att. XV. 2. putant esse idem cum *Æculano*, quod est oppidum in Hirpinis. Sed Manutius negat, locum sanum esse, & conjicit *Herculanium*, quod non longe abest a Pompejano. pro *Æculanum* dicitur & *Eclanum*, in Itinerar. Anton. ubi vid. Wesselingium. conf. Gœsii Ind. in script. R. Agr.

ADRIANVM MARE, ad Att. X. 7. quod vulgo *Adriaticum* dicitur. Sic etiam dicitur in Pisonem, & apud Horatium.

ADRAMITENVS, Or. p. Flacc. 13. si vera lectio esset, esset ab Adramitis, parte Sabæorum, in Arabia felici. vid. Bochart. G. S. P. I. L. II. c. 13. Sed non est dubium, quin, auctoribus doctis viris, legendum sit:

ADRAMYTTENVS, ab Adramytteo s. Adramyttio, nobili Mysiæ urbe in maritima ora.

ADRVMETVM, pro Flacc. oppidum Africæ propriæ, Byzacenæ provinciæ caput. Sed non est dubitandum, quin cum Grævio recipiendum sit e Camerarii, Vrsini, Sylvii conjectura *Adramyttium*. Quid enim *Adrumetum* Africæ ad Prætorem Asiæ ejusque legatum? Ceterum in nomine *Adramyttii* ita variant veteres libri, ut non mirum, si hujusmodi error in Ciceronem irrepsit. v. Duker. ad Thucyd. V. 1. & Wesseling. ad Anton. Itin. p. 335.

AEDVI, populi in Gallia Lugdunensi.

AEGAEVM MARE, inter Asiam & Europam; hinc Græciam Macedoniamque, illinc Cariam & Ioniam, adluens.

AEGINA, insula in sinu Saronico, inter insulas Græciæ minores, circa Peloponnesum.

AEGINETAE, de off. III. 11. incolæ insulæ Æginae.

AEMILIA, ad Div. X. ep. 30. Via in Gallia Cispadana a Placentia ad Ariminum, ita dicta, quia ab Æmilio Lepido strata est.

AENARIA, ad Att. X. 13. insula opposita Campaniæ, quæ & *Pithecusa* dicitur. Bochart. G. S. P. II. L. I. c. 33. mavult *Enaria* scribi ab *enaribus*, i. e. simiis, quod et Salmasio placebat, reprehenso a Vossio ad Melam. p. 519, qui a fodinis ærariis dictam putat. Plinius H. N. III. 6. a figlinis doliorum Pithecusam dictam putat.

AENVS, ex emend. Turnebi Adverss. XX. 28. pro Flacco 14. Thraciæ urbs antiquissima, Homer. Il. δ. 520. laudata, ad ostium orientale Hebri. Locis de hac urbe a Cellario G. A. T. I. p. 1061 allatis addendus hic Plinii H. N. XVII. 4. *Vites aduri - - Ænos sensit admoto Hebro.* Pro *Æno* ap. Ciceronem olim lectum *Æmo*, & inde *Hæmo*, non est mirum; cum facilis confusio sit. In Actis Concil. Constantinop. II. Coll. 8. p. 240. subscribit Paullus episcopus *Æmorum* pro *Æniorum*.

Æniorum. v. Wesseling. ad Hierocl. p. 634. ubi plures de auctore urbis scriptores laudantur.

AEOLIA, regio Asiæ minoris maritima, quæ a Lydia usque ad Hellespontum, atque Propontidem adeo, pertinet.

AEQVI, populi Latii Sabinis & Marsis confines.

AEQVIMELIVM, de Div. II. 17. locus Romæ, sic dictus, quod Melii domus ibi æquata solo est. Liv. IV. 16.

AESERNIA vid. *Esernia.*

AETNENSES, in Verr. III. 18. ad montem Ætnam, populi urbis *Ætnæ.* Gr. *αἰτναῖοι*, qui occurrunt in numis. v. Gotham Numar. V. 4.

AETOLIA, pars Græciæ inter Acarnaniam & Locrin & sinum Corinthium; unde *Ætoli.*

AGERENSIS ager, Or. de Leg. Agrar. II 19. in Asiæ regione fuit, quæ a P. Servilio Isaurico imperio Rom. adjuncta est; si quidem sana lectio est. sed Turnebus, Grævius, aliique legi volunt: *Sagalassensis* vel *Agalassensis*, a Sagalasso, urbe Pisidiæ, in ea regione, quam sub Rom. potestatem Servilius redegit.

AGRAGIANAE s. *Acragianæ portæ*, Tusc. V. 23. portæ Syracusarum, quæ imminebant viæ, quæ Agrigentum ferebat.

AGRIGENTVM, in Verr. lib. II. 26. oppidum Siciliæ, in maritima ora versus meridiem. Dicitur *Acragas & Agragas*, de Græco. Ejus urbis accuratissima descriptio est ap. Polybium L. IX. p. 779. ed. Gr. Vnde

AGRIGENTINI, in Verr. L. II. 50.

AGRINAE, in Pis. c. 37. sunt populi Thessaliæ. Sed pro Gen. *Agrinarum* Turnebo *Agrianum* placet, cujus populi mentio ap. Liv. XXVIII. 5. ubi v. Sigon. & Gron. item ad XXXIII. 18. *Agriarum* mallem, si quid mutandum. Nam propius accedit ad vulgatum, & est idem populus. v. Stephan. in *ἄγριαι*.

AGYRIVM, in Verr. III. 27. oppidum Siciliæ prope fl. Symæthum.

AGYRINENSIS, in Verr. II. 9. III. 18. &c.

ALABANDVM, s. *Alabandus*, de Nat. D. III. 14. urbs Cariæ prope flumen Mæandrum. Vnde

ALABANDEIS, ad Div. XIII. ep. 56. qui est pluralis Græcus ex *Alabandeus* (*ἀλαβανδεὺς*) quod est in Brut. 95. ex quo male quidam fecere *Alabandæus.* item: *Alabandenses.*

ALBA, ad Att. VIII. 12. est Alba Fucentis, ad Lacum Fucinum, colonia Rom. in Marsis. Nam ea est non procul Sulmone, cui l. c. a Cicerone jungitur. conf. IX. 6. & ibi Malasp.

ALBANA, or. pro lege Agrar. II. 34. vicus, vel forum Capuæ, ubi unguentarii venales merces habebant.

ALBANA *aqua*, de Div. I. 44. est lacus Albanus in Latio prope Albam Longam ab Ascanio conditam, de qua Liv. I. 3.

ALBANVM, ad Att. IV. 11. prædium Pompeji in agro prope Albam Longam.

ALBANVS *mons*, nomen habet

ab Alba longa. In eo quotannis feriæ latinæ celebrabantur a Rom. & Latinis in memoriam fœderis, olim inter eos icti. Curatio sacri erat Consulum. vid. de Div. L. I. 11. pro Milone *Albani tumuli* dicuntur.

ALBANVS *lacus*, de Div. I. 44.

ALBENSES, ad Herenn. II. 28. Varro de L. L. VII. p. m. 91. *Cum duæ sint Albæ, ab una dicuntur Albani, ab altera Albenses.* nempe ab ea, quæ est ad lacum Fucinum.

ALENTINVS, vid. *Halentinus.*

ALETRINAS, or. pro Cluent. 16. ab oppido Aletrio Latii in Hernicis.

ALETRIENSIS, pro Corn. Balb.

ALGIDA, Or. 45. terra, circa Algidum montem & urbem in Latio.

ALIFANVS ager, Or. de Leg. Agrar. circa Alifas, oppidum Samnitium, inter Venafrum & Sabati confluentem, supra lævam Vulturni ripam.

ALIPHERA, ad Att. VI. 2. urbs maritima Achajæ.

ALLIENSIS, ad Att. IX. 5. ab Allia fluvio, ad quem infelix cum Gallis pugna facta, de qua Liv. L. V. 38. unde *Allienses dies* dicti infelices, nefasti.

ALLOBROGES, populi Galliæ Narbonensis: quorum caput *Geneva.*

ALSIVM, ad Att. XIII, 50. oppidum in ora Etruriæ.

ALSIENSE, ep. 6. ad Div. lib. IX. prædium dictum ab Alsio.

ALYZIA, ep. 2. ad Div. Lib. XVI. oppidum Acarnaniæ, citra Leucaden a Patris Italiam versus.

AMALTHEA, ad Att. I. 13. villa Attici in Epiro, cujus sæpe mentio sit.

AMALTHEVM, ad Att. I. 15. gymnasium in Amalthea fuisse videtur. vid. ind. Græcum.

AMANVS, ad Div. II. ep. 10. Mons Ciliciæ a Tauro procurrens & ejus quasi ramus, ab oriente Ciliciam claudit, & a Syria dirimit.

AMANIENSIS, ad Div. lib. II. ep. 10. incolæ montis Amani in Cilicia.

AMANTIA, Phil. XI, 11. oppidum in ora Illyricana.

AMBRACIA, ad Brut. 5. urbs Thesprotiæ in Epiro, ad sinum Ambracium. Vnde

AMBRACIOTA, Tusc. Q. I. 34.

AMERIA, municipium in Vmbria. Vnde *Amerini.*

AMESTRATINVS, in Verr. lib. III. 39. V. 51. ab Amastra s. Amestrato oppido Siciliæ, mare versus, ad Halesum fluvium.

AMISVS, Leg. Man. 8. oppidum nobile Ponti.

AMPHICTYONES, de inv. II. 23. commune Græciæ concilium, cujus sæpe mentio apud Demosthenem. v. van Dalen Diss. de Concilio Amphictyonum.

AMPHILOCHIA, in Pison. 40. ager circa Argos, Amphilochorum urbem in Acarnania.

AMPSANCTVS, de Div. I. 36. Lacus pestilentis vaporis in Hirpinis. de quo vid. Virgil. Æn. VII. 565. sqq. & ibi Interpretes.

ANAGNIA, dives urbs in Hernicis. Virgil. Æn. VII. 684. unde

ANAGNINI, Philip. II. 41. &

ANA-

ANANIGNVM, ad Att. XII. 1. prædium in agro Anagniæ.

ANCON, ad Att. VII. 11. eadem quæ vulgo *Ancona*, urbs maritima in agro Piceno. Ancon autem est usitatius veteribus. v. Oudendorp. ad Cæs. B. C. I. 12. hinc

ANCONITANVS, or. pro Cluent. 14.

ANDRIA Terentii, ab Andro Cycladum insula.

ANIO, fluvius Sabinorum.

ANIENSIS, ad Div. VIII. 8. tribus rusticanæ nomen.

ANTILIBANVS, mons supra mare Sidonium, qui cum Libano, cui exadversum situs est, ubique fere æqualibus disjunctus spatiis, Cœlesyriam complectitur. ad Att. II. 16. v. Strabo L. VI. p. 1096.

ANTIOCHIA, ad Att. V. 18. caput Syriæ. Hinc *Antiochinus*. Phil. XI. 7.

ANTIVM, urbs veteris Latii ad mare, celebris olim re navali, templo Fortunæ & Sortibus, de quibus in utroque de Divinat. libro. Hinc dicuntur

ANTIATES, ad Att. II. 6.

AONIVS, ad Att. V. 21. ab Aonia i. e. Bœotia.

APAMEA, ad Att. V. 16. urbs Phrygiæ majoris ad Marsyæ & Mæandri confluentes. de hac semper intelligendus est Cicero, cum de ea in Epistolis loquitur, quæ ipsi, Ciliciæ Pro Consuli, attributa fuit.

APOLLONIA, ad Brut. 2. urbs Macedoniæ maritima, literarum studiis nobilis.

APOLLONIENSIS, in Verr. III. 43. ab Siciliæ oppido Apollonia.

APOLLONIS, pro Flacco 21. oppidum Lyciæ, quæ & Apollonidea & Apollonidia dicitur. Vnde

APOLLONIDIENSIS s. *Apollonidensis*. ad Q. Fr. I. 2. 3.

APENNINVS, mons Italiam, veluti dorsum, pæne totam percurrens, laudatur v. c. de Or. III. 19. Phil. XII. 11.

APPIA, ad Att. II. 12. via celeberrima & Regina viarum, uti Statius appellat, Roma Capuam, & Capua Brundusium ferens, ab Appio Cæco Censore strata magnifice. Liv. IX. 29.

APPIANI, ad Div. III. ep. 7. incolæ oppidi *Appiæ* in Phrygia. Laudantur etiam apud Plinium, & ipsa ἀππία s. potius ἀππίων in Hieroclis Synecdemo p. 668.

APPII FORVM v. *Forum Appii*.

APVLIA, pars Græciæ magnæ extrema, unde *Apuli* dicuntur.

AQVILEJA, oppidum & Colonia in regione Transpadana in Venetis.

AQVINVM, urbs Latii novi. unde *Aquinates* dicuntur.

ARCADIA, regio Peloponnesi mediterranea.

ARCANVM, ad Att. V. 1. & multis aliis locis, in primis ep. ad Q. Fr. fuit prædium Q. Fratris prope Minturnas.

ARADVS, ad Att. IX. 9. urbs Phœnices in insula parva, continenti juncta.

ARDEATES, ab *Ardea*, Latii urbe.

ARETHVSA, celeber fons Siciliæ ad Syracusas: de quo vid. Intt. ad Virg. Eclog. X. & Ovid. Metam. V. 567. sqq.

ARGENTEVS FLVVIVS, ep. 34.

ad Div. lib. X. in Gallia Transalpina ad Forum Julium.
ARGENTEVS PONS, ad Div. X. 34. locus vel vicus cum ponte in fluvio Argenteo.
ARGI, urbs Argolidis, unde
ARGIVS, Tusc. Q. I. 47. *Argia Sacerdos.*
ARGIVVS, Brut. 13.
ARGOLICVS, de Fin. V. 18.
ARGILETVM, ad Att. XII. 32. mons urbis Romæ, ubi Ciceriones domum aut tabernas habuisse videntur; unde *Argiletanus*, ad Att. I. 14.
ARGINVSAE Off. I. 24. insulæ tres prope Lesbum, ad quas Lacedæmoniorum dux Callicratidas ab Athenienſibus in bello Peloponnesiaco victus est.
ARICIA, oppidum Latii sub Albano monte.
ARIMINVM, Umbriæ oppidum, trans Apenninum ad mare situm. Unde
ARIMINENSES, in Verr. Lib. I. 12.
ARIOPAGVS, ad Att. V. 11. mons ubi Mars judicatus erat; deinde judicium Athenienſium; unde *Ariopagitæ*, de Div. I. 30.
ARMENII, populi Asiæ.
ARNIENSIS, de Lege Agrar. II. 29. tribus Rom. & Regio Etruriæ.
ARPI, ad Att. IX. 3. oppidum Apuliæ.
ARPINVM, ad Att. II. 11. urbs Italiæ & municipium, duobus civibus C. Mario & M. Ciceroni nobilitatum, unde *Arpinates* dicuntur: & *Arpinas*, ad Att. I. 6. V. 1. de prædio.
ARRETIVM, ad Div. XVI. ep. 12. oppidum Etruriæ, unde *Arretini* dicuntur. pro Cæcina c. 33. pr. Mur. 24. &c.
ARTEMITANI, ad Att. I. 19. Sed legendum videtur cum Græviana *Arretini*. *Artemita* enim nulla est in Italia, quod constet.
ASCVLVM, Brut. 46. oppidum in Agro Piceno, quod & *Asclum* dicitur & ap. Hieroclem ἄσκλος. unde pro Sull. 8. *Asculani.*
ASPENDVM, in Verr. Lib. I. 20. urbs Pamphyliæ.
ASSORINVS AGER, in Verr. Lib. III. 18. circa *Assorum*, Siciliæ oppidum inter Agyrium & Ennam, Verr. IV, 44.
ASSYRIA, pars Asiæ majoris, ultra Tigrin, unde *Assyrii* dicuntur.
ASTVRA, ad Div. VI. ep. 19. ad Att. XII. 40. flumen Latii, in quo insula ejusdem nominis, ubi Ciceronis villa.
ASTYPALENSIS, de N. D. III. 18. ab *Astypalæa* insula maris Cretici, unde rectius dicitur *Astypalæensis* quam *Astypalensis*. & sic est in Davisiana.
ATANDRIVS s. ANTANDRIVS, ad Qu. Frat. I. 2. 2. ab oppido Mysiæ *Atandro* s. *Antandro*, ut Strabo appellat, & vulgo laudant; idque rectius videtur Cel. Wesselingio ad Hieroclem p. 661. qui ἄτανδρος habet.
ATELLA, de Lege Agrar. II. 31. oppidum Campaniæ inter Capuam & Neapolim. Dicitur *Atellanum* municipium, ad Q. Fr. II. 14. & *Atellanius versus*, de Div. II. 10. e fabula Atellana.

ATHA-

ATHAMANVM GENS, in Piſon. 40. populus Athamaniæ, regionis Græcæ, de cujus ſitu disputant, aliis ad Illyricum, aliis ad Theſſaliam, aliis ad Ætoliam, ad Epirum denique aliis referentibus.

ATHOS, mons Macedoniæ, a Xerxe perfoſſus. de Fin. II. 34.

ATINAS, ad Att. XV. 3. ager circa *Atinam*, urbem Latii.

ATLAS, mons Mauretaniæ Tingitanæ in Africa altiſſimus.

ATTALENSES, Or. de Leg. Agrar. I. 2. II. 19. populi *Attaleæ*, urbis Lyciæ, quamquam alii alio referunt.

AVLIS, Tuſc. Qu. I. 48. portus Bœotiæ ad Euripum, unde claſſis Græcorum Trojam profectura ſolvit.

AVRELIA VIA, Phil. XII. 9. per maritima Etruriæ ducens Piſas verſus, vel ad illas, ut ex Peutingeriana tabula & Itinerar. Anton. intelligitur, in quibus etiam tractus ejus commemoratur.

AVRELII GRADVS, pro Flacco 28. v. *Aurelium tribunal.*

AVRELIVM TRIBVNAL, in Piſon. 5. nomen habet, incertum a quo Aurelio: exſtructum ſaxo, cum vulgo lignea & mobilia tribunalia magiſtratuum eſſent, circumdatumque gradibus, qui inde *Aurelii gradus* dicuntur. Ceterum e locis Ciceronis, in quibus tribunalis Aurelii & graduum Aureliorum mentio fit, intelligi poteſt, ibi verſari ſolitam fuiſſe multitudinem hominum plebejorum & perditorum, inter hos etiam Judæos.

AVENTINVM, ad Att. XII. 32. mons urbis Romæ, in quo Ciceriones domum aut tabernas habuiſſe videntur.

AVERNVS, Tuſc. Quæſt. I. 16. Lacus in Campania peſtilens.

AXIA, Cæcin. 7. caſtellum in agro Tarquinienſi.

B.

BAJAE, locus amœniſſimus in Campania, prope mare, & frequens hominibus, qui eo propter aquas calidas veniebant.

BALEARICVS, de Divin. I. 2. a Balearibus inſulis, prope Hiſpaniam. Cognomen Metelli.

BARGYLETAE, ad Div. XIII. ep. 56. incolæ Bargyli, oppidi in Caria: Gr. *Βαργυλιῆται*. Vnde *Bargylietæ* malunt ſcribi Viri docti. v. Duker. ad Liv. XXXVII, 17.

BAULI, Acad. IV. 40. villa Hortenſii inter Lucrinum lacum & Bajas in Campania.

BELLOVACI, populi in Gallia Belgica.

BENEVENTVM, oppidum Samnitium. Vnde

BENEVENTANVS, Verr. I. 15.

BESSICA gens, in Piſon. 34. in Thracia.

BIDIS, Verr. II, 22. oppidum tenue Siciliæ, non longe a Syracuſis. Vnde

BIDINVS, Verr. II, 22.

BITHYNIA, regio Aſiæ minoris, in ora Pontica.

BLANDENONA, ad Q. Frat. II. 15. nomen urbis prope Placentiam, ut ex ipſa epiſtola intelligitur, cujus nulla in reliquis omnibus libris mentio.

Sed corruptum nomen videtur. P. Manutio legendum videbatur: *Laude, nonis. Laus* enim est oppidum prope Placentiam. In Itinerario Antonini p. 272. occurrit *Blandona.* sed nec loca conveniunt, nec illud ipsum nomen a suspicione corruptionis liberum est.

BOEOTIA, regio Græciæ, Euripo, Attica, Phocide & Locride cincta. Vnde *Bœotius*, Div. II, 25.

BONONIA, urbs Galliæ Cispadanæ.

BORIA vel BOREA, ad Attic. XVI. 4. urbs Africæ, forte ad promontorium *Boreum* in Cyrenaica, ad Syrtim majorem. Plin. V, 4. Procopius περὶ τῶν κτισμάτων VI. 2. memorat urbem *Borium*, ultimam Pentapoleos versus occidentem, quæ & memoratur in Itin. Anton. p. 66. ubi vid. Suritam. & Cel. Wesseling.

BOSPORVS, Mur. 15. fretum, quod Propontidem & Pontum Euxinum committit. a quo dicuntur

BOSPORANI, L. Man. 4. populi ad Bosporum Asiatici.

BOVIANVM, Cluent. 79. oppidum Samnitium.

BOVILLAE, ad Att. VI. 13. oppidum non procul a lacu Albano ad viam Appiam, ad quod Clodius a Milone interfectus est, quam cædem Cicero *pugnam Bovillam* vocat. ap. Front. de Colon. p. 103. est etiam *Bovilla.*

BOVILLVS adj. ad Att. V. 13.

BOVILLANA vicinitas, pro Planc. 9.

BOVILLANVS FVNDVS, ad Q. Fr. III 1. 2. ab ignobili loco in Arpinati, non Bovillis illis, quæ sunt ad Appiam.

BRVNDVSIVM, oppidum in Calabria, portu in primis nobili, e quo trajectus in Græciam.

BRVTII, populi magnæ Græciæ.

BVLLIENSES, in Pison. 40. sine dubio a *Bullide* Macedoniæ (proprie Illyriæ) urbe & Cæsari de B.C. III. 40. memorata, unde F. Vrsinus rescribebat: *Bullidenses*, ut habet idem Cæsar l. c. c. 12. item Plinius major. IV. 10. Phil. XI. 11. dicitur *Byllis.* ad Div. XIII. 42. *Bulliones.*

BVTHROTVM, oppidum Epiri, in quo Atticus domum habuit.

BVTHROTVM, ad Att. IV. 8. adjective.

BYLLIS, Philip. XI. 11. oppidum in ora maritima Macedoniæ, s. Illyriæ, quod & *Bullis* dicitur: unde in libris *Bullienses* s. *Bullidenses* & *Byllidenses.* vid. Var. Lect. ad Cæs. de B. C. III. 12. 40. & viros doctos ad Liv. XXXVI. 7. inpr. Drakenb. ad XLIV. 30.

CAESENA, ad Div. XVI, 27. oppidum in Gallia Cispadana Senonum.

CAICVS, Flacc. 29. amnis Mysiæ.

CAJETA, ad Att. I. 3. portus celeber Italiæ, ad mare inferum, prope Formias, ubi erat Ciceronis Formianum. Casaubono h. l. & ep. 4. videbatur *Cajeta* pro Ciceronis Formiano dici. Nihil opus, si locum inspexeris. Exposita dicit signa in portu Cajetano, seque missu-

missurum, qui pro vectura solveret & auferret signa.

CALES, ad Att. VII. 14. oppidum mediterraneum Campaniæ.

CALENVM municipium, Agrar. II. 31. idem oppidum.

CALENVS, ad Att. VIII. 3. intellige: *ager*, circa Cales.

CALACTA, in Verr. lib. III. 43. oppidum Siciliæ post Halesam. unde *Calactini*, Verr. III. 43.

CALATIA, ad Att. XVI. 6. urbs agri Campani.

CALPE, ad Div. X. ep. 32. mons præaltus Hispano litori ad fretum Gaditanum adjacens. de quo Plin. III, 1. Ad id fuit urbs ejusdem nominis, ut contra Bochart. Geogr. S. L. I. c. 34. ostendit Cel. Wesseling. ad Itin. Ant. p. 406. quæ dicitur *Carteja* hodie, ut docet Valesius ad Exc. Peiresc. p. 72.

CAMERINVM, ad Att. VIII. 12. oppidum in montibus, qui Picenum ab Vmbria dirimunt. De variationibus, quæ in hoc nomine occurrunt ap. Veteres, v. Gœsii Ind. Geogr. in Scr. R. A.

CAMERS AGER, pro Sull. 19. circa oppidum Camerinum.

CAMERTIVS, pro Corn. Balb. 20.

CANDAVIA, ad Att. III. 7. regio montibus aspera, quæ ab extrema Epiro ad Macedoniam usque pertinebat.

CANNAE, Tusc. Qu. I. 37. vicus Apuliæ, clade Rom. bello Punico II. nobilitatus.

CANVSIVM, ad Att. VIII. 11. urbs Apuliæ, unde *Canusinus*, ad Att. I. 13.

CAPENA PORTA Romana, a qua via Appia ducebatur. ad Att. IV. 1. origo nominis dubia est.

CAPENAS, ad Div. IX. 17. Agr. II. 26. a *Capena* oppido Etruriæ inter Vejos & Tiberim in ripa situm, quod apud Frontinum & *Capenus* dicitur p. 121.

CAPITINA, in Verr. III. 43. intell. *urbs*. *Capitium* est urbs mediterranea Siciliæ.

CAPPADOCIA, ad Att. V. 18. & propria quidem, regio Asiæ inter Taurum & Antitaurum, propinqua Ciliciæ.

CARACHIVM, ad Brut. 3. locus ignotus veteribus Geographis & reliquis auctoribus. Vrsinus & Ortelius conjiciebant legendum: *Dyrrhachium*.

CARIA, Orator. 2. regio Asiæ minoris, a qua *Caricæ* dicuntur sc. ficus, quod optimum genus est.

CARINAE, ad Qu. Fr. II. 3. locus urbis Romæ, ubi Cicero ædes habebat ab avis hereditate acceptas.

CARTEJA, ad Att. XV. 20. urbs Hispaniæ Bæticæ ad promontorium Calpen, de qua vid. Cellar. G. A. T. I. p. 69. sqq. de ejus situ disputant Hispani. Cel. Wesselingio ad Ant. Itin. p. 407. videtur esse, quæ hodie *Rocadillo*.

CASILINVM, ad Att. XVI. 8. urbs agri Campani, Colonia Romana ad Vulturnum. unde *Casilinenses*, de Invent. II. 51.

CASINAS, Agrar. II. 26. III. 3. ager circa *Casinum* oppidum Latii in Volscis.

CASSIA VIA, Philipp. XII. 9. per mediam Etruriam ducebat; media

media inter Flaminiam & Aureliam. Nomen habet a *Caſſio*, incertum, quo.

CASSINAS, fundus, Philipp. II. 40. M. Varronis, de quo vid. de R. R. III. 5. prope *Caſinum*, unde *Caſinas* & *Caſſinas* ſit. Quamquam & *Caſſium* pro *Caſinum* invenitur ap. Frontin. l. c. p. 134. pro quo tamen forte legendum *Caſſinum*.

CASTVLONENSIS ſaltus, ad Div. X. ep. 38. in Hiſpania Tarraconenſi prope urbem *Caſtulonem* ad ripas Bætis ſitam.

CATINA, in Verr. II. 75. urbs Siciliæ. unde *Catinenſes*, Verr. II. 40.

CAVCASVS, Tuſc. II. 10. mons Aſiæ, Iberiam & Albaniam a ſeptentrione claudens.

CAVDICINI, de Offic. III. 30. oppidum Samnii, a quo *furcæ Caudinæ*, *pax Caudina* dicuntur. item *Caudinum prælium*, Cato 12.

CAVNII, ad Q. Fr. I. 1. 11. cives *Cauni*, de Div. II. 40. urbis Cariæ maritimæ. ubi & eſt *Cauneus*. *Ficus Cauneæ* in magno pretio in Italia erant. vid. l. c. ſunt enim Caricæ optimæ. Fruſtra Gron. ad h. l. malebat *Cauniæ*, item Duk. & Drakenb. ad Liv. XXXIII. 20. nam utrumque rectum eſt ut *Alexandria* & *Alexandrea*: & e *Cauneus* (*Cauneas*) melius intelligitur omen (*cave ne eas*) quam e *Caunius*. De urbe *Cauno* dignus eſt qui conferatur Cel. Weſſeling. ad Hieroclis ſynecdemum p. 685.

CELTIBERI, Tuſc. II. 27. populi Hiſpaniæ Tarraconenſis, a

CELTIBERIA, Phil. XI, 5. regione Hiſpaniæ Tarraconenſis.

CENTVRIPAE, Verr. IV. 29. oppidum Siciliæ XII. m. p. ab Ætna, ut eſt in Itiner. Anton. p. 93. Sed ibi eſt *Centuripa*, quod Weſſelingio neutrum pl. videtur. Recte. Nam ſic Strabo L. VI. pag. 417. ed. Almel. κεντόριπα κέντες, & ſic ſæpius. Hinc

CENTVRIPINVS, in Verr. II. 58.

CEOS, ad Att. V. 12. inſula celebris e Cycladibus; dicitur & *Cea*. patria Simonidis.

CEPHALEDVM, in Verr. II. 52. oppidum Siciliæ. de nominis varia ſcriptura & terminatione vid. Interp. ad Strab. L. VI. l. c. & Weſſeling. ad Ant. It. p. 92. Hinc *Cephaleditani*, in Verr. II. 52.

CERAMICVS, ad Att. I. 10. locus celeber Athenis duplex, alter in urbe, alter extra urbem, cujus ſæpiſſime apud Græcos mentio. de utroque docte ſcripſit Meurſius in libello de *Ceramico Gemino*, qui extat Theſ. Gronoviani T. IV.

CHALCEDONIVS, a *Chalcedone* urbe Bithyniæ.

CHALCIDICVS EVRIPVS, de Nat. D. III. 10. fretum inter Eubœam & Græciam continentem, quod nomen habet a *Chalcide*, Eubœæ urbe, ſepties die ac nocte reciprocans de vulgari fama. Plin. II. 97. Mela II. 7. ad q. l. vid. Voſſium p. 510. 511. inpr. Liv. XXVIII. 6. qui illius freti naturam breviter ſed accurate deſcribit.

CHAONIA, ad Att. VI. 3. regio Epiri.

CHER-

CHERRONESVS, ad Brut. 2. est Thraciæ Chersonesus, unde

CHERRONENSES, in Pison. 35.

CHERSONESVS, ad Att. VI. 1. Taurica.

CHIVS, insula Asiatica, ad oram occidentalem, in qua urbs cognominis; unde *Chii*, pro Arch. 8.

CHRYSAS, in Verr. IV. 44. fluvius Siciliæ per Assorinorum & Agyrinorum agrum fluens.

CIBYRA, in Verr. IV. 13. oppidum, quod ab aliis ad Pisidiam, ab aliis ad Phrygiam refertur: quia est fere in confinio. Hinc

CIBYRATAE, in Verr. IV. 13. ad Att. V. 2. qui venatus studiosi & periti erant, pantherasque capiebant, unde *Cibyratæ pantheræ*. item

CIBYRATICVS, ad Att. V. 21. & aliis locis.

CIMBRI, pro L. Manil. 20. populi Germaniæ in Chersoneso ab Albis ostio in septentrionem longe procurrente, quæ Cimbria ab iis dicitur, hodie *Jutland*. de iis, eorum migratione & bello cum Rom. accurate egit Cellarius Disf. de Cimbris & Teutonis, inter Disf. Acad. p. 488.

CIMMERII, Acad. IV. 19. sunt populi fabulosi Italiæ ab oppido *Cimerio*, quod ad Bajanum & Avernum sinum fuisse dicitur. Fabula est ap. Homer. Odyss. λ. Ab iis *Cimmeriæ tenebræ* dicuntur.

CINGVLVM, ad Att. VII. 11. oppidum in Piceno, belli civilis Cæsariani tempore ædificatum a T. Labieno. Sed fuit præterea aliud *Cingulum*, quod *Florentinum* dicitur, ut ab hoc *Piceno* distinguatur.

CIRCEII, ad Att. XII. 19. urbs cum promontorio Veteris Latii, subjecta Pomtinæ paludi.

CITTIAEVS, a *Cittio*, Cypri urbe.

CITARINI, in Verr. III. 43. Cluverius legendum censet: *Cetarini*, a *Cetaria*, urbe Siciliæ inter Segestanorum emporium & promontorium. Et sic est ap. Plin. III. 8. Græv. ad l. c.

CIVARO ad Div. X. ep. 23. locus in finibus Allobrogum, si lectio recta est. Nam Mss. quidam habent *Cujaro*: unde Scaliger, Sirmondus, & alii legi volunt *Cularo*, quæ est *Gratianopolis*, hodie *Grenoble*: quos bene sequitur Grævius. Vulgatam defendit Dionys. Salvagnius Boessius: sed ei respondit Vales. Notit. Gall. p. 165. & postea pluribus & accuratius Bimardus de originibus Cularonensibus in Muratorii Thes. Nov. Inscr. T. 1.

CLARIVS Br. 51. a *Claro* urbe Colophoniorum.

CLASTIDIVM, Tusc. Qu. IV, 22. vicus Galliæ Cisalpinæ.

CLATERNA, ad Div. XII. ep. 5. oppidum Lingonum in Gallia Cispadana, juxta amnem ejusdem nominis.

CLAZOMENAE, Tusc. I. 43. urbs Ioniæ.

CLITERNINVS, ad Div. IX. 22. a *Cliterno*, Æquorum oppido.

CNIDVS, pro L. Manil. 12. urbs Cariæ, unde *Cnidius*, in Verr. IV. 60. &c.

CNOSII, de Legg. I. 5. incolæ urbis *Cnosi* in Creta.

COBI-

COBIOMACHVS, pro Font. 5. vicus ignobilis inter Toloſam & Narbonem.

COCYTVS, de Nat. D. III. 17. fluvius ap. inferos.

COELIMONTANA PORTA, in Piſon. 23. Romana porta, dicta a *Cælio* monte, in cujus clivo erat.

COLCHIS, regio ad litus orientale Ponti Euxini notiſſima, cujus populi *Colchi*.

COLLATIA, Agrar. II. 35. oppidum Latii non procul ab urbe Roma.

COLOPHON, urbs Ioniæ celebris. unde *Colophonii*.

COMENSIS, ad Att. V. 11. a *Como* ſ. *Novocomo*, colonia transpadana Galliæ Cisalpinæ.

COMMAGENE, ad Div. III. 10. pars Syriæ, Amano monti & Euphrati interjecta: unde *Commagenus*, ad Att. II. 12.

COMMORIS, ad Div. XV. ep. 4. vicus vel caſtellum Ciliciæ in Amano monte.

CONSENTINI, de Fin. B. I. 3. cives oppidi *Conſentiæ* in mediterranea Bruttiorum.

COVS, in Verr. IV. 60. ab inſula *Co*, inter Aſiaticas ſita ad oram occidentalem, in qua urbs eodem nomine.

CORCYRA, inſula nota Græca a parte occidentali, cujus populi *Corcyræi*.

CORDVBA, urbs in Hiſpania ulteriori ſ. Bætica.

CORFINIVM, ad Att. VIII. 3. &c. municipium in Pelignis, cum bello Italico, tum civili Cæſaris nobilitatum. v. Cæſ. de B. C. L. I. unde *Corfinienſis* ad Att. VIII. 5.

CORINTHVS, urbs Achajæ, ad Iſthmum; a Mummio deleta & a Jul. Cæſare inſtaurata: a qua dicuntur *Corinthia vaſa*, Roſc. Amer. 46. Tuſc. II. 14. & *Corinthium æs*, ad Att. II. 1. &c. factitium, e variis metallis artificioſe miſtum & ante Corinthum a Mummio deletam notum. v. Dukerus ad Flor. II. 16. Bochartus Hieroz. II. 6. 16. Forte poſt eam dirutam primum Romæ innotuit, cum in præda Corinthia ſigna & vaſa ex hujusmodi ære facta Romam perlata eſſent.

CORIOLANVS, ad Att. IX. 10. a *Coriolis* urbe Latii ad viam Appiam.

CORYCVS, ad Div. XII. 13. oppidum Ciliciæ.

COSANVM, ad Att. IX. 6. ager urbis *Coſæ* in Etruria.

CRABRA AQVA, Agrar. III. 3. aquæ ductus Romæ ex agro Tuſculano ad urbem deductus: ſed poſt Tuſculanis aqua Crabra relicta ſub Auguſto. v. de ea Frontin. de Aquæduct. n. 9.

CRANNON, de Or. II. 6. urbs Theſſaliæ: melior ſcriptura eſt *Cranon*, ut docet Drakenb. ad Liv. XXXVI. 10. qui & h. l. ſic ſcribi tradit in Cod. Trajectino.

CRETA, inſula Græca inter Ægæum & Cyrenaicum mare.

CRETES, Tuſc. II. 14. incolæ Cretæ.

CRODVNVM, pro Fontej. 5. pro quo alii *Crodimum* legunt: locus

cus fuit obscurus in provincia Gallia, forte non procul Tolosa.

CROMMIU-ACRA, ad Div. XII. ep. 13. promontorium Cypri, κρομμύα ἄκρα Gr. contra Anemurium, promontorium Ciliciæ. v. Victor. ad h. l.

CROTON, ad Att. IX. 19. urbs in Brutiis: unde *Crotoniatæ*, de Invent. II. 1.

CRVSTVMINA tribus Planc. 16.

CVMAE, urbs Campaniæ; unde *Cumani*, incolæ urbis, & *Cumanus* ager, Agr. II. 26.

CVMANVM, ad Att. IV. 10. prædium Pompeji prope Cumas.

CVMANVM, Acad. I. 1. prædium Varronis.

CVRES, ad Div. XV. ep. 20. urbs Sabinorum princeps, unde *Cures Sabinæ* dicuntur.

CYBIRATAE, v. Cibyratæ.

CYBISTRA, ad Div. XV. ep. 2. 4. oppidum Cappadociæ.

CYDNVS, flumen Phil. II. 11. in Cilicia.

CYMAEVS FVNDVS, pro Flac. 20. ad *Cymen*, Æoliæ oppidum.

CYPRVS, insula Asiatica e regione Ciliciæ asperæ, unde Ciceronis provinciæ Ciliciæ attributa erat.

CYRENAE, pro Planc. 5. urbs Cyrenaicæ regionis in Africa, unde *Cyrenæus*, Tusc. Qu. I. 42. & *Cyrenaicus*, Acad. IV. 42.

CYRRHESTICA, ad Att. V. 18. pars Syriæ, confinis Ciliciæ, nomen habet a *Cyrrho* urbe. Plin. V. 23. quæ non confundenda est cum *Cyrrho* Macedoniæ, a qua *Cyrrhestica Minerva* dicitur, quod in ea urbe templum Minervæ Alexandri M. jussu exstructum est. vid. Diodor. Sic. L. XVIII. p. 584. sed ibi pro: ἐν κύρνῳ δὲ τῆς Ἀθηνᾶς sc. templum exstrui jussit, legendum, auctore Wesselingo ad Itiner. Hieros. p. 606. ἐν κύῤῥῳ. Inde autem, ut hoc addamus, cultus migravit in Syriam, ubi templum *Cyrrhesticæ Minervæ* memorat Strabo L. XVI. p. 1090. Ipsa urbs *Cyrrhus* Syriæ ab altera Macedoniæ nomen traxisse videtur, ut plures aliæ urbes Syriæ cognomines urbibus Macedoniæ & Thessaliæ invenias, quod iis Thessali & Macedones suarum urbium nomina tribuere. v. Vossius ad Melam. p. 448.

CYZICVM & CYZICVS, urbs Mysiæ minoris, ad Propontidem, s. Hellesponti. Nam in Hieroclis Synecdemo Cyzicus Hellesponti metropolis est, quemadmodum v. c. Lampsacus, quod ap. Cic. Verr. I. 24. oppidum in Hellesponto dicitur, quod ab aliis ad Mysiam refertur. v. in *Hellespontus*. In bello Mithridatico nobili obsidione inclaruit, & hoc nomine sæpe apud Ciceronem commemoratur. Inde *Cyzicenus*.

D.

DALMATIA, regio Europæ, Illyrico & Mœsiæ confinis.

DANAI, Græci, a Danao.

DARDANI Sext. 43. incolæ Dardaniæ, quæ est pars Mœsiæ superioris, Illyrico & Macedoniæ finitima.

DELVS, insula celebris propter Latonæ partum, & religionem, in mari Ægæo, unde *Deliacus* Orator.

Orator. 70. & *Delius*, de Divin. I. 54. *Deliaca vasa*, Rosc. Am. 46. Verr. IV, 1. *Deliaca supellex* Verr. II, 72. v. Harduin. ad Plin. XXXIII, 11.

DELPHI, urbs Phocidis.

DELPHICAE MENSAE, Verr. IV. 59. genus abaci, vel mensæ e marmore, quod primum Delphis factum & inventum. Plin. XXXIV. 5. ubi v. Harduin. add. Ruben. Elect. I. ult. Salmas. ad Jus R. & A. c. 23.

DENSELETAE, in Pison. 34. Thraciæ populi; etiam *Denteletæ* dicuntur.

DERTHONA, ad Div. XI. ep. 10. urbs Liguriæ, inter Genuam & Placentiam sita, Colonia Romanorum.

DIANIVM, in Verr. Lib. I, 34. V. 36. oppidum in Hispania Bætica maritima, dictum a Diana, præcipue ibi culta.

DIONYSIPOLITAE, ad Q. Fr. I, 2. 2. pro quo Vrsinus: *Dionysopolitæ*, a *Dionysopoli* Phrygiæ urbe, quæ ad Ciceronis provinciam Ciliciam pertinuit, de qua loquitur Cicero.

DODONA, urbs Epiri, in cujus querceto templum Jovis & oraculum. quod dicitur *Dodonæum*, de Div. I, 1.

DOLOPES, populi Epiri.

DOMITIA VIA, Or. pro Font. 4. in Gallia provincia, quam nomen tulisse putat Hotomannus a Cn. Domitio, qui Pro Cos. cum Gallis & Allobrogibus bellum gessit.

DORES, populi Græciæ, in Ætolia, a Doro filio Hellenis, qui terram illam primus occupavit.

DORYLENSES, pro Flacc. 17. incolæ oppidi *Dorylæi*, quod erat in Phrygia.

DREPANITANVS, in Verr. II. 57. a *Drepano* Siciliæ oppido & promontorio.

DYMAEI, ad Att. XVI. 1. a *Dyma* urbe Achajæ, in quam Pompejus bello piratico magnum numerum piratarum locaverat, ut, quoniam ea urbs mediterranea esset, a rapinis maritimis abstraherentur.

DYRRHACHIVM, celebris urbs in Illyrico, ad mare, unde in Italiam trajectus erat.

E.

ECBATANA, L. Manil. 4. *Mediæ* caput, quod Tigranes Rex Armeniæ tenebat. Armenii enim Medis aliquot provincias eripuerant, atque cum his etiam Ecbatana, totius Mediæ caput. v. Græv. ad h. l. multa de hac urbe lectu digna habet Bochart. Geogr. S. P. I. L. III. 14. ubi inter alia docet, nomen habere a diversicoloribus pinnis septem murorum, quibus cincta fuit.

EDISSA, in Verr. lib. V. 34. urbs Siciliæ cum portu, cujus nemo præter Ciceronem mentionem fecit. Sed Cluverius ex conjectura legit, Grævius autem e Codd. Mss. Franc. & Reg. restituit: *Odysseæ*, quæ urbs fuit ad promontorium Odysseum post Pachynum in australi latere. Sed Bochartus Geogr. S. P. II. L. I. c. 29. ostendit, *Edissam* esse Phœnicum coloniam, idque nomen a Græcis mutatum in *Odysseam*, non intelligentibus

gentibus vim nominis, quod locum myrtis frequentem significat, & putantibus, ab Ulysse dictam, qui prope eam Hecubæ cenotaphium erexit.

EDVI v. *Ædui.*

EGGYNA sc. civitas, in Verr. III. 43. male pro *Engyna*, quod vide. cf. Cluver. Sic. Antiq. II. 11.

ELEVSIS, s. *Eleusin*, de Nat. Deor. I. 42. ad Att. III. 1. oppidum Atticæ Megaram versus, ad dextram ripam Cephisi, celeberrimum *initiis* s. *mysteriis*. Nat. D. I. 42. Libri quidam scripti & edd. habent *Eleusinam*, ut aliis veterum scriptorum locis: sed eam terminationem Ciceronis ævo jam usitatam fuisse merito dubitat Drakenb. ad Liv. XXXI. 25.

ELEVTHEROCILICES ad Attic. V. 20. ad Div. XV. 4. populi Ciliciæ liberi, Græcis etiam ἐλευθερόιται dicti, de quibus vid. Spanh. in Orbe Rom. Exerc. II. c. 11. p. m. 231. s. de Usu & Pr. Num. p. 785. ubi de toto hoc genere populorum Imp. Rom. liberorum agit.

ELIS, ad Div. XIII. 26. urbs Peloponnesi, a qua & ipsa regio *Elis* dicitur, unde *Elii*, de Div. II. 12.

ELORINI, in Verr. lib. III. 43. ab oppido *Eloro* Siciliæ, juxta fluvium cognominem.

EMATHIVS, de leg. II. 3. ab Emathia, quæ Macedonia est antiquo nomine.

ENGYNI, in Verr. III. 43. IV. 44. it. V. 72. incolæ oppidi *Engyi* in Sicilia mediterranea. Dicitur & scribitur etiam *Enguium* & *Enguini*.

ENNA, in Verrinis sæpe, oppidum Siciliæ celeberrimum, prope quod nemus est, ex quo rapta Proserpina dicitur. vid. III. 48. Ovid. Metam. V. 385. unde Ceres ibi præcipua religione colitur. v. Verr. III. 49. quæ propterea *Ennensis Ceres* dicitur. Ejus mentio ap. Callimachum in Cererem, ad q. l. Spanhem. cum de scribendi ratione, num adspiratione scribendum sit, nec ne, tum de ipsa urbe multis disserit. conf. Heins. & Burm. ad Ovid. l. c. Ab Enna dicuntur *Ennenses* in Verrinis & *Ennensis ager*.

ENTELLINI, in Verr. lib. III. 43. incolæ oppidi *Entellæ* in Sicilia ad Crimissum.

EPICTETVS ad Div. III. ep. 10. dicitur Phrygia min. Sed Manut. & Lamb. illud verbum cum duobus antecedentibus deletum volunt.

EPIDAVRVS, urbs Argolidis.

EPIPHANEA, ad Div. XV. 4. oppidum Ciliciæ ad Amanum montem, diversum ab eo, quod inter Arethusam & Lariss am Syriæ fuit. Plin. V. 23.

EPIRVS, regio Græciæ, ad mare Ionium. unde *Epiroticus*, ad Attic. I. 5.

EPOREDIA, ad Div. XI. 20. colonia Romanorum in Transpadana Gallia, Sibyllinis libris a pop. Rom. condi jussa, in faucibus Salassorum vallis inter Vercelles & Vitricium. de diversa scribendi ratione v. Viros doctos ad Anton. Itin. p. 345.

EPHESVS, nobilissima Ioniæ & totius Asiæ urbs, Dianæ templo in primis celebrata.

EQVVSTVTICVS, ad Att. VI. 1. urbs exigua Apuliæ in colle sita, dicitur etiam *Æquum Tuticum*, item *Tuticum* simpliciter. v. Wesseling. ad Itin. Anton. p. 105.

ERANA, ad Div. XV. 4. vicus Ciliciæ in Amano.

ERETRIAS, Acad. Qu. IV. 42. ab *Eretria*, urbe Euboeæ.

ERETRICVS, Tusc. Qu. V. 38. ab eadem urbe.

ERYCVS mons, in Verr. lib. II. 8. 47. celeberrimus *Veneris Erycinæ* religione, quæ sæpe in Verrinis memoratur. Ceterum hic mons *Eryx* potius nominatur & *Erycinus* quam *Erycus*: unde Viri docti reponunt, auctore etiam Asconio, *Erycinum* vel *Erycium*. In aliis tamen etiam libris interdum hæc forma invenitur. Salmasius ap. Flor. II. 2. in Nazariano Cod. invenit *Eryco* pro *Eryce*, idque retinendum putat. Item Grævius in Ryckiano. Begerus ita etiam edidit. Sed rejiciunt eam lectionem N. Heinsius & Cel. Dukerus. Defendit contra J. Gron. ap. Tacit. A. IV. 43. ubi eadem scriptura. Et sunt alia quoque nomina diversæ scripturæ ut *Arabs* & *Arabus*. Virg. Æn. VII. 605. Ovid. Her. XV. 76. ubi v. Intt.

ERYMANTHIA bellua, Tusc. II. 8. ab *Erymantho* monte Arcadiæ, *Erymanthius* aper. Tusc. IV. 22.

ERYTHRAE, Verr. I. 19. oppidum Ioniæ.

ESERNIA, *f. Æsernia*, ad Attic. VIII. 11. oppidum Samnitium ad lævam Vulturni.

ESQVILIAE, de Nat. Deor. III. 25. mons, in quo Romæ pars posita, a quo dicebatur *Esquilina porta*, Cluent. 13. item in Pison. 23. &c.

EVPHRATES, fluvius Asiæ, terminus imperii Rom. ultra quem Parthi habitabant.

EVRIPVS, pro Mur. 15. dicitur in genere pro freto longiori & tenuiori, quale Euboicum est, Taurominitanum in Sicilia &c. de *Euboico* v. *Chalcidicus Euripus*.

EVROTAS, ad Att. XV. 9. fluvius Laconiæ prope Spartam, nobilis certaminibus & exercitationibus, quæ a Spartanis ad eum habebantur; v. Tusc. V. 34. ubi memoratur: *cursus ab Eurota*. Ad fluvii ripam sedebant spectatores. hinc proverbii vim habere dicunt, *ad Eurotam sedere*, ut sit, aliorum miserias & labores otiosum spectare. Sed *Eurotam* Brutus appellabat rivum, qui villam Lanuvinam rigabat. Itaque *ad Eurotam sedere* est in villa otiosum versari.

EVXINVS PONTVS, mare inter Europam & Asiam, supra Propontidem.

F.

FABRATERIA, ad Div. IX. 24. oppidum Volscorum ad amnem Trerum, hodie *Falvatera*.

FALERNVS, ager ad radices montis Massici in Campania, vino nobilis. v. *Gaurus mons*.

FALERNVM, Phil. XIII. 5. prædium in agro Falerno.

FALISCVS sc. ager, circa *Faleriros* Etruriæ oppidum, cuus incolæ

colæ *Falisci*. de eo v. Heinſ. ad Ovid. Am. III. 13. init.

FERENTANI, Cluent. 69. incolæ oppidi *Ferentii* in Apulia, vicini Venuſiæ. Sic vulgo. Sed Græv ius bene cenſet legendum *Frentani*, qui ſunt vicini Marucinis, quibuscum l. c. junguntur. Nam, non modo nullum eſt *Ferentium* aut *Ferentum* in Apulia, quod vulgo putant, ſed ne *Ferentani* quidem, ut mea fert opinio, ulli ſunt. Apud Horat. Carm. III. 4. pro *Ferenti* legendum e Mſſ. & Edd. quibusdam cum Cuningamio *Forenti*: & *Ferentani* Apuliæ, apud Livium, depravati ſunt, ut vidit I. Fr. Gronovius, legendumque *Forentani* e Mſſ. IX. 15. & alio loco *Forentum* pro *Ferentum* ib. c. 20. ut etiam Dukero & Drakenb. placet. *Ferentini* ſunt in Latio & Etruria. Aliter tamen ſtatuit Cellar. G. A. T. I. p. 714.

FESVLAE, Catil. III. 6. II. 9. oppidum olim Etruriæ ad Apennini radices prope Florentiam. Sulla coloniam ibi conſtituit. Unde

FESVLANI, Mur. 24.

FIBRENVS, Leg. II. 1. fluvius, qui per Arpinatem Ciceronis fundum ferebatur.

FICVLENSE, ad Att. XII. 34. prædium prope *viam Ficulenſem*, quæ nomen habuit a veteri urbe *Ficulea* ſ. *Ficulnea* (unde & *Ficulnenſe* ſcribitur,) in Sabinis, ultra ſacrum montem.

FIDENAE, Agrar. II. 35. oppidum Sabinorum.

FIRMVM, ad Att. VIII. 12. oppidum in agro Piceno. unde *Firmani*, Phil. VII. 8.

FLAMINIA VIA, antiquiſſima, & celeberrima, Roma ferebat per Etruriam Ariminum usque: ſtraverat C. Flaminius Cenſor A. V. DXXXIII. unde nomen ſortita. Strabo L. V. p. 333. ed. nov. & Bergierius de Viis Rom. publ. III. 21. qui Strabonem ſequitur. Liv. XXXIX. 2. dicit a Bononia ad Arretium a L. Flaminio ſtratam eſſe viam, ſed ea alia via eſt. Nam illa a Cenſore, hæc, ut Livius diſerte tradit, a Conſule Flaminio ſtrata eſt.

FLVMENTANA PORTA Romæ, ad Att. VII. 4.

FORMIAE, municipium Latii in Aruncis.

FORMIANVM, ad Att. I. 4. prædium Ciceronis in agro Formiano prope Cajetam. it. ep. 10. ad Div. lib. XVI.

FORMIANVM, ad Att. XV. 13. prædium Dolabellæ prope Formias.

FORVM APPII, ad Att. I. 10. oppidum Latii veteris, prope tres Tabernas. De hoc genere oppidorum, quæ *Fora* dicuntur, agit Sigonius Ant. Jur. Ital. II. 15.

FORVM CORNELIVM, ad Div. XII. ep. 5. ſeu *Cornelii*, oppidum Lingonum ad viam Flaminiam, dictum a L. Cornelio Sulla.

FORVM GALLORVM ad Div. X. 30. oppidum in Gallia Cispadana in via Æmilia.

FORVM JVLII, ad Div. X. 17. colonia Julii Cæſaris in Gallia Narbonenſi.

FORVM VOCONII, ad Div.

X. ep. 17. oppidum Galliæ Narbonensis prope flumen Argenteum.

FREGELLAE, oppidum Volscorum in Latio ad ripam Liris. unde *Fregellani* & *Fregellanus* ager.

FRETENSE MARE, ad Att. X. 7. est fretum inter Italiam & Siciliam. v. Turneb. Adversar. XVIII. 10. Nam *fretum κατ' ἐξοχὴν* dicitur pro Siculo, ap. Flor. I. 26. extr. Cic. ad Att. II. 1. ad q. l. v. Grævium. item Interpr. ad Cæs. B. C. I. 26.

FRVSINAS, ad Att. XI. 4. prædium non procul a *Frusino*, Latii oppido.

FVLGINAS, Fragm. Or. II. pro L. Varen. a *Fulgino* oppidulo in Umbria ad Tiniam amnem.

FVNDANVS, Or. de leg. Agrar. II. 25. ager circum *Fundos*, ad Att. XIV. 6. oppidum Latii novi, inter Tarracinam & Formias situm. Ab eo & *lacus Fundanus*.

G.

GABINA vicinitas, pro Plancio 9. a *Gabiis* oppido Latii, fere medio inter Romam & Prænestе loco.

GADES, Insula cum oppido ejusdem nominis, in Hispania Bætica, ad ostium fluvii Bætis, quod oppidum celebrem portum habet, hodie *Cadix*: inde *Gaditanus*.

GALATAE, populi Phrygiæ confines, cujus olim pars fuit *Galatia*. A Gallis postea occupata est, quibus dein & Græci admisti sunt, unde & *Gallo-Græci* dicuntur.

GALLICANVS saltus, Or. pro Quinct. 25.

GALLICVS ager, Brut. 14. Varr. I. de R. R. c. 2. *Ager Gallicus Romanus vocatur, qui viritim cis Ariminum datus est, ultra agrum Picenum.* Sic autem dictus est ager iste, quod inde expulsi sunt Galli Senones. Atque sic capiendum vocabulum, ubi Gallicus Picenusque junguntur, ut fit Catil. II. aliquoties. Itaque ap. Cæs. B. C. I. 29. ubi *Gallia Picenumque* junguntur, eodem modo intelligendum Galliæ nomen. Dicitur etiam *Gallia quæstoria*. de qua v. ad Sueton. Claud. 24.

GALLINARIA Sylva, ad Div. IX. 23. in Campania inter ostia Vulturni & Literni juxta littus.

GARGETTIVS, ad Div. XV. 16. a Gargetto δήμῳ s. pago Athenienſi.

GAVRVS mons, Agrar. II. 14. in Campania, vino nobilis. Montes continui sunt, quorum occidentalis pars *Gaurus*, orientalis *Massicus*, septentrionalis *Falernus* dicitur: v. Flor. I. 16. & ibi Intt. *Gaurani saltus* memorantur ap. Flor. II. 6. 28. ad q. l. v. Grævium.

GEDVSANVS ager, Agrar. II. 19. memoratur inter loca a P. Servilio Isaurico sub imperium Rom. redacta. Grævio corrupta vox videtur.

GELENSES, Verr. IV. 33. III. 43. ab oppido *Gela* Siciliæ, juxta fluvium, qui *Gelas* dicitur.

GERMALVS, ad Att. IV. 3. mons & pars urbis Romæ.

GETAE, ad Attic. IX. 10. populi Thraciæ Dacis vicinæ.

GOR-

GORTYNIVS, Phil. III. 5. a Gortyna, Cretæ urbe.

GRAECIA dupliciter dicitur: 1) latius, duas provincias Macedoniam & Achajam complexa. 2) anguſtius de parte ea, quæ inter iſthmum Peloponneſi & Theſſaliam interjacet, quæ Græcia proprie dicitur.

GRAECIA MAGNA, pars inferioris Italiæ, Coloniis Græcorum occupata. de ejus terminis, & nominis ratione vid. Cellar. G. A. T. I. p. 512.

GRAECOSTASIS, ad Qu. Fr. II. 1. locus Romæ in foro ante curiam, ubi legati externorum populorum & regum conſiſtere ſolebant & exſpectare, donec reſponſa acciperent a ſenatu. v. Varro de L. L. IV. 32. Cœlius Rhodigin. X. 5. aliique laudati Cortio ad Sall. Catil. c. 40.

GYARVS, ad Att. V. 12. aſperrima inſula in Ægeo.

GYTHEVM, de Off. III. 4. navale Spartanorum.

H.

HALES, ad Div. VII. ep. 20. flumen in Lucania. add. *Heles*.

HALESA, in Verr. Lib. II. 7. oppidum Siciliæ; unde *Haleſini*, qui ſæpe in Verrinis memorantur.

HALENTINVS, in Verr. III. 43. pro quo eſt in Græviana *Alentinus*; quod ſic eſſe in numis oſtendere viri docti. Eſt autem ab *Alento* vel *Aluntio*, oppido maritimo inter Lilybæum & Pelorum. Sed idem tamen Grævius IV. 23. reliquit *Haluntinus*: cujusmodi negligentiæ exempla plura ſunt in Græviana. Cui enim non in hoc genere hujusmodi quid accidit?

HALICARNASSVS, princeps urbs Cariæ.

HALICYENSES, Verr. II. 33. ab *Haliciis* oppido Siciliæ Lilybæum verſus.

HALVNTINVS, Verr. IV. 23. v. *Halentinus*.

HALYS, de Div. II. 56. fluvius Paphlagoniæ.

HAEDVI, ad Div. VII. fo. v. *Ædui*.

HELES, *etis*, ad Att. XVI. 7. fluvius nobilis prope Veliam. vid. ad Div. VII. 20. ubi *Hales* appellatur.

HELIOPOLIS, de Nat. Deor. III. 21. urbs Ægypti, nobilis templo Solis.

HELLESPONTVS, fretum Europam ab Aſia dividens. Dicitur etiam de tota iſta Aſiæ parte, quæ eſt ad Hellespontum. Hinc in Verr. I. 24. *Lampſacum* Hellesponti oppidum dicitur. ad Div. XIII. 53. *Pariana* civitas in Hellesponto.

HEMONIS, ad Att. VIII. 15. loci nomen eſſet, ſi locus ſanus eſſet. ſed ſine dubio in hac voce corruptus eſt. Grævius legit: *ad Chaoniam fugam intendis*, in qua prædia Atticus habebat; quæ lectio ſenſum certe commodum habet.

HERA, ad Att. II. 1. urbs Siciliæ, quæ & *Hybla* notiori nomine dicitur.

HERACLEA, Verr. II. 50. oppidum Siciliæ, circa oſtium fluvii Halyci. a qua dicuntur

HERACLIENSES, Verr. III. 43.

HERACLEOTAE, ad Div. XIII. 56. incolæ urbis Heracleæ in Caria.

HERBITA, in Verr. III. 32. oppidum Siciliæ mediterraneæ ad Heræos montes: unde
HERBITENSES, in Verr. lib. II. 64. & aliis locis.
HERCVLANVM ſ. *Herculaneum*, ad Att. VII. 3. oppidum non procul Pompejis. Gr. ἡράκλειον, a quo dicitur
HERCVLANEA VIA, Agr. II. 14. inter lacum Lucrinum & mare in Campania, via multarum deliciarum.
HERCVLANENSIS, ad Div. IX. 25. ab eodem oppido.
HERNICI, populi Latii.
HIEROSOLYMA Flacc. 28. urbs *ſuſpicioſa* & *maledica* dicitur.
HIEROSOLYMARIVS, ad Att. II. 9. per jocum Pompejus dicitur, ab Hieroſolymis captis.
HIMERA, in Verr. IV. 33. urbs & fluvius Siciliæ.
HIRPINI, de Div. I. 36. populi Italiæ.
HISPALIS, ad Div. X. 32. Hiſpaniæ Bæticæ urbs, hodie *Sevilla*.
HISPANIENSIS, de Nat. D. III. 10.
HISTER, fluvius, Orator. 45. Danubii ea pars, quæ in Illyrico eſt.
HYBLENSIS, in Verr. III. 43. ab *Hybla* urbe. Sed tres *Hyblæ* ſunt. *Major* prope Centuripas: *parva* quæ & *Megara* dicitur, unde *Hyblææ apes:* & *minor*, quæ & *Hera* dicitur. de qua Cicero loquatur, non ſatis capio. Forte de magna. Nam minorem ipſe *Heram* appellat ad Att. II. 1. & minorem *Megaridem* in Verr. V. 25.
HYDRVS, *untis*, ad Att. XV. 21. XVI. 5. urbs Calabriæ cum portu, unde trajectus breviſſimus in Græciam. dicitur etiam *Hydruntum*.
HYMETTVS, de Fin. B. II. 34. mons Atticæ melle & marmore nobilis.
HYPANIS, Tuſc. Qu. I. 39. fluvius in regione ad Bosporum Cimmerium.
HYPERBOREI, de N. D. III. 23. populi Sauromatiæ maxime boreales.
HYRCANIA, regio in Aſia majori, ad mare Hyrcanium ſ. Caſpium.

I.

JANICVLVM, Agr. II. 5. mons, in quo Romæ pars poſita.
JAPIDES, pro Balbo 14. ſunt populi *Japidiæ* in ora Italiæ maritima, cum ex Illyride in Italiam venitur.
ICONIVM, caput Lycaoniæ.
IDAEA, de Leg. II. 9. ab *Ida*, notiſſimo monte Phrygiæ.
IGVVIVM, ad Att. VII. 13. oppidum Umbriæ ad viam Flaminiam; hodie *Eugubium*, *Gubio*. v. Manut. ad hunc locum. Oudend. ad Cæſ. B. C. I. 12.
ILLYRICVM, Man. 12. regio mari Adriatico adjacens, Italiæ oppoſita.
IMACHARENSIS, in Verr. III. 42. ab *Imachara* ſ. *Machara*, Siciliæ oppido, Herbitam verſus.
INALPINI, ad Div. XI. 4. populi, qui in Alpibus habitant.
INDVS, de Nat. Deor. II. 52. fluvius in India.
INSVBRES, pro Balb. 14. populi Galliæ Cispadanæ.
INTEMELIVM, ad Div. VIII. 14. urbs citra Alpes, Plin. III. 5.

INTERAMNAE s. INTERAMNA, quod est ap. Frontinum, urbs Umbriæ.

IONIA, regio Asiæ minoris.

IONIVM MARE, de Orat. III. 19. est mare Adriaticum: vocat enim *superum*, & opponit *infero*. Alias sic dicitur mare omne inter Italiam, Siciliam & Græciam.

IRPINVS fundus, Agr. III. 2. *Hirpinus*.

ISAVRI, ad Div. XV. 2. populi Isauriæ.

ISAVRICVS, ad Att. V. 21. ab *Isauria*, quæ est regio interjecta Pisidiæ, Pamphyliæ, Ciliciæ & Lycaoniæ.

ISARA, ad Div. X. 15. flumen Galliæ Transalpinæ.

ISSVS, ad Att. V. 20. urbs Ciliciæ ad Pinarum amnem & sinum Issicum, qui ab ipsa urbe nomen tulit.

ITHACA, insula Ulyssis ad Leucadiam peninsulam in mari Ionio sita.

ITHYREI & ITVRAEI, Phil. XIII. 8. sunt populi Syriæ, artis sagittariæ periti, ex quibus servi gladiatores &c.

IVTVRNA, Cluent. 36. lacus vel fons in Italia saluber juxta Numicum amnem, a Juturna Nympha, de qua est ap. Virgilium in Æneide ultima.

L.

LABICI, Agrar. II. 35. oppidum Latii, quod & *Labicum* dicitur, a qua via *Labicana* XV. m. p. ab urbe. Unde *Labicanum*. Paradox. VI. 3. ager circa oppidum.

LACONICVM, ad Att. IV. 10. sudatorium in balneis, in hæmisphærium ædificatum, quo utebantur crudi. Inventum est hoc genus a Lacedæmoniis: inde nomen. v. Intt. ad Vitruv. V. 10.

LACAENA, Tusc. Qu. I. 42. fœmina Spartana; ut *Laco* de viris.

LAMPSACVM, in Verr. I. 24. urbs Mysiæ s. Hellesponti. Nam Cicero: *Lampsacum est urbs in Hellesponto*. Hellespontus autem complectitur etiam Mysiam. v. *Hellespontus*.

LANUVIVM, pro Muren. 41. oppidum Latii; municipium, cultu Junonis Sospitæ celebre. Unde *Lanuvini*, de Nat. D. I. 29.

LANUVINVM, de Divin. I. 36. ager circa Lanuvium.

LANUVINVM, ad Att. IX. 9. prædium in agro Lanuvino.

LAODICEA, ad Att. V. 15. quæ & *Laudicea*, ut *Laodiceni* & *Laudiceni*, dicitur; urbs Phrygiæ majoris, ad fluvium Lycum, non procul ab Apamea. de hac capiendus est Cicero, quoties de Laodicea provinciæ suæ attributa loquitur.

LAPITHAE, in Pison. 10. in Thessalia populi, fabulis celebrati.

LARINVM, ad Att. IV. 12. VII. 13. VIII. 13. municipium ad fines Apuliæ in Ferentanis, ad dexteram Tiferni ripam. Inde *Larinus* & *Larinas*, pro Cluent. 5. 6.

LATERIVM, ad Att. X. 1. fundus Q. Ciceronis in Arpinati agro. conf. IV. 7. ad Q. Fr. III. 1.

LATIARIS, pro Milon. 31. cognomen Jovis, qui Latio præsidet, in Latio colitur: pro quo scribunt alii: *Latialis*. sed in Gronov. refertur ad montem;

quod merito reprehendit Græ-
vius. Mons enim, de quo ibi
sermo, est *Albanus*, non *Latiaris*.
de scriptura v. Viros doctos ad
Sueton. Caj. 22. Duker. & Dra-
kenb. ad Liv. XXI. 63.
LATINI, populi Italiæ, incolæ
Latii.
LATINIENSES, de Haruspic.
Resp. 28. iidem.
LATMVS, Tusc. I. 38. mons Ca-
riæ, in quo Endymion obdor-
mivit.
LATRO, ad Q. F. II. 6. urbs &
portus Etruriæ.
LAVERNIVM, ad Att. VII. 8.
nomen loci aut fani a *Laverna*
Dea dicti. Sed hæc est lectio
Grævianæ editionis, quam vul-
gati & codd. habent, Junius,
Popma, aliique probant. Sed
in Gronoviana est L. Avernus,
quod Bosius interpretabatur *La-
cus Avernus*; si modo Lacus
Avernus esset propinquus For-
miis, quod sequentia verba po-
stulant.
LAVICANVS, pro Planc. 9. ab
Lavico. v. *Labici*.
LAVRENTVM, oppidum Latii.
LEBADIA, de Divin. I. 33. urbs
Bœotiæ; ad quam fanum & an-
trum Trophonii.
LEMNVS, insula Græca in ma-
ri Ægæo. Unde *Lemnium Sa-
xum*, de Fin. B. II. 29.
LEMONIA tribus, Planc. 16.
LEOCORION de Nat. D. III. 19.
templum Athenis. v. Suidas in
λεωκόριον, in primis Ælian.
V. H. XII. 28.
LEONATICVM, de Nat. Deor.
III. 19. videtur a Cicerone fa-
ctum vocabulum, ut λεωκόριον
exprimeret; pro quo Leopar-
dus & Lambinus: *Leonatarum*,
conjiciebant, probante nuper
Bohierio.
LEONTINI, in Verr. II. 66. urbs
Siciliæ in ora maris Siculi inter
Catanam & Syracusas; dicitur
& *Leontium*, a qua dicitur
LEONTINVS CAMPVS, Phi-
lip. II. 17. publicus populi Ro-
mani, mire fertilis, qui pro-
pterea æque ac Campanus a Ci-
cerone inter patrimonia reip.
Rom. refertur: qui & *Leontinus
ager*, de Div. I. 33.
LEPREON & LEPREOS, ad Att.
VI. 2. urbem maritimam Arca-
diæ esse censuit Dicæarchus in
libris de descensu in Trypho-
nii antrum. Sed est urbs ma-
ritima Achajæ. Arcadia est me-
diterranea. pro *Arcadiæ* legen-
dum suspicarer *Achajæ*, nisi
Pausanias quoque L. I. c. 5. re-
ferret, nonnullos *Lepreon* ad
Arcadiam referre, cum sit Eli-
dis. Achaja & Elis confines sunt,
itaque facile eadem urbs ab ali-
is ad Achajam, ab aliis ad Eli-
dem referri potuit: cujus con-
fusionis multa exempla extant.
LEPTIS, in Verr. V. 59. duplex
Leptis est, altera *magna*, pro-
pe Syrtim majorem, altera *mi-
nor*, prope Adrumetum. De
qua l. c. sermo sit, conjectura
colligendum. Civis Rom. di-
citur Lepti negotiatus esse.
Fuit ergo ea Leptis in provin-
cia Rom. Atqui Leptis est in-
ter Adrumetum & Tisdram,
qui sunt conventus Rom. ap.
Hirtium de bello Africo. Id-
eoque in hanc mihi convenire
videtur. Memoratur eadem
Leptis minor ap. Hirt. l. c. c. 7.
&

& libera civitas appellatur. Sed in ea licebat negotiari.

LESBIACI, Tusc. Qu. I. 31. incolæ insulæ Lesbi.

LETINI, in Verr. III. 43. Nulli sunt, quod constet, in Sicilia *Letini*. Itaque docti conjecere legendum *Jetini*. conf. Harduin. ad Plin. III. 8. Legi etiam posset *Netini*, qui ipsi Ciceroni in Verrinis memorantur.

LEVCADIA, Tusc. Qu. IV. 34. peninsula Acarnaniæ.

LEVCAS, Tusc. Qu. IV. 18. promontorium peninsulæ Leucadiæ; sed v. *Leucata*.

LEVCAS ad Div. XVI. ep. I. oppidum ejusdem peninsulæ.

LEVCATA, ad Att. V. 9. celebre Leucadiæ promontorium, unde amoribus irretiti se præcipitare solebant in mare, ut amore liberarentur. conf. Tusc. IV. 18. & ibi Davisium. qui ostendit, non esse legendum *Leucade* sed *Leucata*.

LEVCOPETRA TARENTINORVM, ad Att. XVI. 6. ignota est Geographis. *Leucopetra* autem *Rheginorum* e Ciceronis Phil. I. 3. & Att. XVI. 7. nota, unde Cluverius in Ital. Vet. pro *Tarentinorum* legebat *Rheginorum*. Alii aliter hunc locum tentarunt.

LEVCTRA, Tusc. Qu. I. 46. oppidum Bœotiæ, ad quam celebrem victoriam a Spartanis Thebani, ductu Epaminondæ, retulerunt; unde *Leuctricus*. v. c. ad Att. VI. 1.

LIBYA, regio Africæ maritima inter Cyrenaicam & Africam provinciam.

LIGVR, e Liguria Galliæ Cisalpinæ.

LIGVSTICVM BELLVM, de Nat. D. II. 23. a Liguribus, quibuscum gestum est.

LILYBAEVM, promontorium Siciliæ, unde *Lilybætanus*, Div. in Cæcil. 17.

LINDVS, urbs insulæ Rhodi.

LINTERNVS, Agrar. II. 26. ab *Linterno*, oppido Campaniæ, s. *Literno*. unde *Linterninum* s. *Literninum* prædium, ad Att. X. 13.

LIPARENSIS, in Verr. III. 37. a Lipara insula, quæ & urbem hoc nomine habet, principe insularum inter Siciliam & Italiam medio mari positarum, quæ dicuntur Æoliæ, eædemque Vulcaniæ & Liparææ.

LIRIS, amnis Latii.

LITERNINVM, v. *Linterninum*.

LOCRI, ad Att. VI. 1. urbs in Bruttiis, ad sinum, qui ab urbe *Locrensis* dicitur, nobilitata legislatore Zaleuco.

LOCRI, de Nat. D. II. 2. populus.

LVCA, ad Div. I. 9. oppidum Etruriæ.

LVCANI AGRI, Phil. XIII, 5. in Magna Græcia, aut certe confines ei; nam non convenit inter auctores, utrum Lucania sit Magnæ Græciæ nec ne.

LVCANI, Tusc. Qu. I. 37. populi.

LVCEJVM, pro Dejot. 6. castellum Dejotari in Galatia.

LVCENSE MVNICIPIVM, ad Div. XIII. ep. 13. est *Luca*.

LVCERIA, ad Div. XV. 15. ad Att. VII. 12. oppidum Apuliæ, infra Teanum, ad fluvium Cerbalum colonia Romanorum.

LVCRETINVS, ad Att. VII. 11. a *Lucreto* vel *Lucretio* in Sabinis, ubi Atticus prædium habebat. Horatius *Lucretilem* appellat.

LVCRINVS lacus, ad Att. XIV. 16. in Campania.

LVCRINENSES, ad Att. IV. 10. ostreæ, quæ in lacu Lucrino capiuntur.

LVPERCAL, ad Div. VII. 20. locus Pani sacer.

LVSITANIA, pars Hispaniæ veteris, cujus populi *Lusitani*.

LVSIVS, de Nat. D. III. 22. fluvius Arcadiæ, a Cellario omissus. Eum describit Pausan. in Arcadic. c. 28. qui circa fontes ita appellari dicit, quod Jupiter recens natus in eo lotus sit, qua vero longius a fonte recedat, *Gortynium* ab urbe *Gortyna* appellari.

LYCAONIA, ad Att. V. 15. regio Asiæ inter Ciliciam, Pisidiam, Pamphyliam, & Cappadociam; unde *Lycaones* dicuntur.

LYCEVM, de Orat. I. 21. locus Athenis, in quo Peripatus Aristotelis erat.

LYCIA, regio Asiæ minoris, ad mare mediterraneum, Cariæ & Pamphyliæ interjecta. unde *Lycii*.

LYDIA, regio Asiæ minoris versus mare Ægeum, inter Ioniam, Æoliam & Phrygiam magnam, unde dicuntur *Lydi* populi, pro Flac. 2. & *Lydius*, de Div. I. 12.

M.

MACEDONIA, modo est pars Græciæ inter Thessaliam, Thraciam, Acarnaniam &c. modo provincia Romana Proconsularis, Græciam inde ab Illyride ad Græciam proprie sic dictam continens.

MACHARENSIS, in Verr. III. 18. a Machara. vid. *Imachara*.

MALEAE, Div. IV. 12. promontorium Laconicæ.

MAMERTINI, in Verr. II. 5. populi Siciliæ, Messanæ incolæ, quæ *civitas Mamertina* l. c. vocatur. Mamertini olim Campaniæ populi fuere, sed Messanam deinde occuparunt.

MANTINEA, de Fin. B. II. 30. urbs Arcadiæ.

MARATHON, urbs Atticæ prope mare Euboicum, ad quam nobilem victoriam Miltiade duce Athenienses consecuti sunt.

MARATHONIVS TAVRVS, Tusc. Qu. IV. 22. a Theseo comprehensus. v. Plut. in Theseo. Ovid. Met. VII. 433.

MARSI, populi Latii, a quibus Italicum s. sociale bellum *Marsicum* de Div. I. 44. dicitur, quod ejus præcipui auctores fuere, apud eosque bellum ortum est.

MARTIVS CAMPVS, locus patens prope Tiberim, in quo comitia populi Romani centuriata habebantur. Marti consecratus est a Bruto, ne Tarquinio, cujus agri fuerant, reddi posset.

MARVCINI, Cluent. 69. populi Campaniæ ad mare Adrianum, Ferentanis & Pelignis confines.

MASSICVS, vino nobilis mons Campaniæ. v. *Gaurus*.

MASSILIA, urbs nobilis in Gallia Narbonensi, hodie *Marseille*. quamquam Vossius ad Melam p. 477. docet, Massiliam veterem non

non sitam fuisse, ubi hodierna est, sed longe ab ea ad promontorium, ubi & nunc ejus rudera sint, & sæpe numi effodiantur.

MAVRITANIA, pars Africæ maritima.

MAVRI, ad Div. X. 30. incolæ Mauritaniæ.

MAECIA, ad Att. IV. 15. tribus pop. Rom. al. *Metia*.

MAEOTIS, palus s. lacus in Sarmatia ultra Isthmum Tauricum.

MEDI, populi Asiæ majoris, ultra Tigridem.

MEGARA, urbs Megaridis, Atticæ confinis, atque adeo ejus, ex veterum nonnullorum sententia, pars.

MEGARIS, in Verr. V. 25. urbs Siciliæ prope Syracusas ad mare, quæ & *Hybla minor* dicitur. Liv. XXIV. 35. & alibi *Megara* vocat in plurali. Sed feminino genere etiam Plinius dixit H. N. IV. 7.

MEGARICI, Acad. IV. 42. philosophi ex Euclidis schola.

MEGARICA SIGNA, ad Att. I. 8. id est, Megaris e lapide, qui ibi nascitur, elaborata. Statuæ Megaricæ valde celebres. vid. Conrad. ad h. l. & Junium.

MELITA, insula maris Siculi, quæ hodie *Malta* dicitur. Unde *Melitensis vestis*, Verr. II. 72. e gossypio facta. v. Cluver. Sicil. Ant. p. 436.

MENENII, in Verr. III. 43. incolæ oppidi Siciliæ *Menæ* dicti, quod subjacebat lacui Palicorum.

MESSANA, urbs Siciliæ ad fretum posita, quæ & *Mamertina civitas* dicitur in Verrinis.

MESOPOTAMIA, regio Asiæ majoris inter Euphraten & Tigridem.

METAPONTVS, de Fin. B. V. 2. urbs Magnæ Græciæ prima a Tarento ad mare sita.

METHYMNAEVS, Tusc. Qu. II. 27. a *Methymna*, urbe insulæ Lesbi, cujus vites & uvæ celebrantur apud Virgilium.

MILETVS, urbs Ioniæ, a qua Milesii. Celebrantur etiam ap. Ciceronem in Verrinis *lanæ Milesiæ*.

MILYADVM COMMVNE, in Verr. I. 38. regiuncula & urbs in Lycia ad Taurum montem.

MINTVRNAE, oppidum in Auruncis in confinio Campaniæ & Latii ad Liris ostia. unde *Minturnenses*.

MINVCIA VIA, ad Att. IX. 6. Roma a porta Minucia Brundisium ferebat, ut Appia, sed alio tractu, nempe per Sabinos, strata a L. Minucio eo, de quo ap. Liv. IV. 16. v. Intt. ad Horat. Ep. I. 17.

MISENVM, promontorium, portus & oppidum Campaniæ.

MITYLENAE s. *Mytilenæ*, nam utrumque rectum esse docet Voss. ad Melam p. 502. urbs Lesbi.

MOLOSSI, populus Epiri.

MONS SACER, post Anienem in Sabinis, ita dictus a *legibus sacratis*. v. Ind. Legg. in *sacratæ Legg.*

MOPSVHESTIA, ad Div. III. 8. Μόψου (regis Argivorum) ἕδρα, oppidum Ciliciæ, ad Pyramum amnem prope mare.

MVLVIVS PONS, ad Att. XIII. 33. qui Tiberim jungit, prope Ro-

Romam. de quo v. Tacit. A. XIII. 47.
MVRGENTINVS AGER, in Verr. III. 18. qui est ad *Murgentium*, oppidum Siciliæ, supra ostium Simæthi, prope mare.
MVTINA, oppidum Galliæ Cispadanæ, hodie *Modena*.
MVTYCENSIS, in Verr. lib. III. 43. a *Mutica* Sicil. oppido: s. *Muticensis*. alii *Mutycensis*. v. Harduin. ad Plin. III. 8. Græv. ad l. c. In Anon. Ravennate L. V. p. m. 804. est: *Mutaca*.
MYCENENSES, a *Mycenis* in Argolide.
MYLASA, Phil. V. 7. urbs Cariæ; unde *Mylasei*, ad Div. XIII. 56. Hæc est urbs, in quam cum Stratonicus venisset, propter templorum multitudinem clamavit: *audite templa*. Per simplex s. scribendum defendit Cel. Wessel. ad Hieroclem p. 688. pluribus Cel. Drakenborch ad Liv. XXXVIII. 39.
MYNDVS, oppidum Cariæ. *Myndenses*, ejus cives. ad Div. III. 8. ubi tamen Manutius legi volebat *Synnadenses*: Quaterius ap. Olivetum *Midaënses*, ab oppido Phrygiæ *Midaio* (Græce Μιδάειον). Fuit enim ea pars Phrygiæ sub Procos. Ciliciæ; a qua longe aberat *Myndus* Cariæ.
MYRINA, ad Div. V. ep. 20. urbs Æoliæ.
MYSIA, regio Asiæ min. ad mare Ægeum & Hellespontum, unde
MYSORVM GENS, Or. pro Flacco 3.

N.

NARBO, caput Galliæ Narbonensis.
NAR, ad Att. IV. 15. fluvius Lucaniæ prope lacum Velinum.
NARONA, ad Div. V. ep. 9. 10. oppidum Dalmatiæ. in Græv. Cod. erat *Narbona*. Et hoc Scaliger ad Eusebium Plinio, Itinerariis restituere volebat, quod etiam vulgatas Ptolemæi edd. obsidet. Sed rectum est *Narona*, quod etiam H. Surita Ptolemæo restituit ad Itin. Ant. p. 338. ed. noviss. ad q. l. vid. etiam Wesselingium. In MSS. confundi hæc verba docet Burm. ad Sueton. Tib. c. 4.
NEAPOLIS, Campaniæ oppidum.
NEAPOLITANVM Pompeji, ad Att. VII. 2.
NEAPOLIS, Verr. IV. 53. pars Syracusarum novissima.
NEMAEVS leo, Tusc. Qu. IV. 22. a Nemea loco in Argolide.
NEMORENSIS, ad Att. VI. 1. intellige *ager*. Lucus erat in agro Aricino Dianæ sacer; ei adjacentem agrum, Nemorensem dicebant.
NEMVS, ad Att. XV. 4. lucus Dianæ sacer in agro Aricino. Unde *Nemorensis*.
NERVII, populus Galliæ, e Cæsare notus.
NESIS, ad Att. XVI. 1. insula Campaniæ objecta, in qua Lucullus filius villam habebat.
NETVM, in Verr. IV. 26. oppidum Siciliæ.
NETINI s. NETINENSES, in Verr. V. 51. II. 64.
NICAEA, ad Att. XIV. 1. urbs Liguriæ prope mare: hodie *Nizza*.
NICAEENSES, ad Div. XIII. ep. 61. incolæ *Nicææ* in Bithynia.
NILVS, fluvius Ægypti.

NOLA, urbs in Campania. unde *Nolani*, & *Nolanus ager*, item *Nolanum*, prædium prope Nolam, ad Att. XIII. 8.

NORENSIS, Fragm. Or. XVII. pro M. Æm. Scauro. p. 10. a *Nora*, oppido Sardiniæ.

NOVAE, de Orat. II. 66. sc. tabernæ argentariorum in foro Rom. exornatæ scutis Cimbrorum, ut *Veteres* Samnitium. Livius IX. 40.

NOVOCOMENSES, ad Div. XIII. 35. incolæ oppidi Novi Comi in Insubria ad lacum Larinum.

NVCERIA, Agrar. II. 31. est oppidum Campaniæ, quod Itin. Ant. XVI. m. p. a Nola abesse dicit. Ceterum plures esse Nucerias ad l. c. observat Surita.

NVMANTIA, urbs Hispaniæ Tarraconensis nobilis. unde *Numantinum fœdus*, de Fin. B. II. 17.

NYSAEI, ad Div. XIII. p. 64. incolæ oppidi *Nysæ* in Mœonia Lydia.

O.

OCRICVLANA villa, pro Milon. 24. ad *Ocriculum*, oppidum in Umbria cis Apenninum.

OETA, mons inter Thessaliam & Macedoniam; unde *Oetæus*.

OLBIA, ad Qu. Fr. II. 7. urbs Sardiniæ. Unde *Olbiensis*, ad Qu. Fr. II. 3. sc. epistola, i. e. Olbiæ scripta. Nam de ea ibi sermonem esse, ex ipsa epistola facile intelligitur.

OLYMPENI, ab Olympo, urbe Pamphyliæ, a P. Servilio Isaurico capta. Agr. I. 2. II. 19.

OLYMPIA, de Orat. III. 32. ad Att. XIII. 30. urbs Elidis in Peloponneso, juxta Alpheum in Pisæo agro, celebris ludis Olympicis.

OLYMPVS, de Div. I. 12. &c. mons inter Thessaliam & Macedoniam.

ONCHESMITES, ad Att. VII. 2. ventus ab Onchesmo Epiri portu flans.

OPVS, ad Att. VI. 2. urbs Locridis, metropolis *Opuntiorum*.

ORESTIS, Har. Resp. 16. pars Macedoniæ libera.

ORINDICVS AGER, Agr. II. 19. s. potius *Orondicus* aut *Orondius*, ab *Oronda*, urbe inter Pisidiam & Isauriam.

OROPVS, ad Att. XII. 23. urbs Bœotiæ in finibus Atticæ.

OSTIA, celebris colonia ad ostium Tiberis. Unde

OSTIENSIS PROVINCIA, pro Mur. 8. quæstoria. & *Ostiense* incommodum, Man. 12. quod experti Rom. sunt, cum ad Ostiam classis Rom. a piratis capta & oppressa est.

P.

PACHYNVM, Verr. V. 34. promontorium Siciliæ.

PAESTVM, ad Att. XI. 17. urbs Lucaniæ, Gr. *Possidonia*, a qua sinus *Pæstanus* dicitur. ad Att. XVI. 6. *Pæstana præfectura* memoratur ap. Front. de Colon. p. 109.

PALATIVM, mons unus ex his, in quibus extructa est Roma: *mons Palatinus*.

PALATINA, tribus populi Romani urbana.

PALATINAE BALNEAE, pro Rosc. Amer. 7. quia fuere ad Pala-

Palatinum montem vel in monte.

Πάλατος, ad Div. XII. ep. 13. oppidum prope Laodiceam.

PAMPHYLIA, regio Asiæ minoris ad mare mediterraneum (unde *mare Pamphylium* ejus pars, quæ Pamphyliam alluit, dicitur) inter Lyciam & Ciliciam.

PANORMITANI, cives urbis *Panormi*, quæ est urbs Siciliæ celebris & portus in parte occidentali.

PAPHLAGONIA, regio Asiæ min. ad Pontum Euxinum inter Bithyniam & Pontum.

PAPHVS, urbs Cypri notissima propter cultum Veneris, quæ inde *Paphia*.

PARIANA CIVITAS, ad Div. XIII. 53. *Pariorum* in Hellesponto urbs, *Paros*.

PARMA, urbs Galliæ Cispadanæ. unde *Parmenses*.

PARTHI, proprie populi Persiæ, ultra Euphratem: deinde omnes, qui olim Persæ.

PARTHINI, in Pison. 40. populi in Illyrico. v. Oudend. V. C. ad Suet. Aug. 19.

PATARANI. pro Flacc. 32. urbis *Patarae* in Lycia cives.

PATRAE, urbs notissima Achajæ.

PEDANVM, ad Att. IX. 18. prædium in agro Pedano h. e. prope *Pedum*, oppidum inter Præneste, Tibur & Tusculum.

PELASGI, populi Græciæ.

PELIGNVS, e Pelignis, populo Italiæ, Marsis, Marrucinis, & Ferentanis confini.

PELION NEMVS, ad Heren. II. 22. in monte Pelio in Thessalia.

PELIVS MONS, de fat. 15.

PELLA, ad Att. III. 8. caput Macedoniæ, unde reges Macedoniæ, Philippus & Alexander *Pellæi* dicti. Philippum Demosthenes de Corona contemtus causa appellat ἐν πέλλῃ τραφέντα, & cum contemtu de ea urbe loquitur. de quare vid. Wesseling. ad Ant. Itin. p. 319.

PELOPONNESVS, magna peninsula, reliquæ Græciæ Isthmo Corinthio adhærens.

PELORVM, promontorium ad Siciliæ fretum.

PENTELICVS, ad Att. I. 8. Hermes Pentelicus, est statua ejus generis, quod *Hermas* vocabant, facta e marmore, quod præstantissimum e monte Atticæ Pentelico, auctore Pausania L. I. 19. 32. VII. 23. 25. 26. excidebatur, inventore *Byze Naxio*. Pentelici marmoris mentio est etiam ap. Strabonem L. IX. p. 619. ed. Almelov. & apud Plutarchum in Vario Publicola. p. 105. ed. Wechel.

PERGA, urbs Pamphyliæ.

PERGAMVS, urbs Mysiæ majoris celeberrima, unde *Pergameni*.

PERRHAEBIA, in Pison. 40. pars Thessaliæ; alii tamen ad Macedoniam, item ad Ætoliam referunt.

PERSICE, ad Att. XV. 9. porticus celeberrima Lacedæmone fuit, quæ hoc nomine appellabatur, quod e manubiis Persarum ædificata erat. Vitruv. I. 2. Ad hanc alludens Brutus in villa Lanuvina porticum Persicen appellabat. v. *Eurotas*.

PESSINVS, urbs Gallo-Græciæ s. Galatiæ, unde *Pessinuntius*.

PETRINI, in Verr. III. 39. Petræ oppidi in Sicilia cives.

PETRINVM, ad Div. VI. 19. prædium a vico Petrino, qui fuit in agro Sinuessano.

PHAEACES, Br. 18. populi Corcyræ mollissimi; quorum mollitiem jam Homerus in Odyssea celebravit.

PHALEREVS, est cognomen Demetrii rhetoris, a pago Attico, in quo natus erat.

PHARSALICVS, a Pharsalo Thessaliæ urbe.

PHASELIS, urbs ultima Lyciæ, ad fines Pamphyliæ.

PHASELITAE, Agrar. II. 18. incolæ urbis Phaselidos.

PHENEATAE, de Nat. D. III. 22. a *Pheneo*, oppido Arcadiæ.

PHERAE, de Divin. I. 25. urbs Thessaliæ; unde *Pheræi*, de Invent. II. 49.

PHILOMELVM s. PHILOMELIVM, ad Att. V. 20. ad Div. III. 8. in Verr. III. 83. urbs Phrygiæ majoris. Unde *Philomelienses*, in Verr. III. 83.

PHINTIA, in Verr. III. 83. oppidum Siciliæ.

PHLIVS, ad Att. VI. 2. urbs Achajæ, unde *Phliasii* & *Phliuntii*. Sed illud tamen usitatius. Tusc. IV. 3.

PHOCII, in Pison. 40. populi *Phocidis*.

PHOENICE, Acad. IV. 20. pars Syriæ: etsi interdum ab ea distinguitur propter nobilitatem & magnitudinem. Phil. XI. 14. Cellarius aliique negant latinum esse: *Phœnicia* Cl. Schwarz adduxit contra locum Varronis de L. L. IV. 6. Sed etiam de Fin. IV. 20. editiones quædam habent *Phœnieia*. In Gronoviana autem est: *e Phœnica* pro: *e Phœnice*. quod utrumque recte dici potest. Nam multæ voces apud Latinos, poëtas tamen maxime, & Græcam & Latinam formam habent. Sic *Penelope* & *Penelopa*, *Circe*, *Circa*. v. Voss. de Anal. II. 2. & Heins. ad Virg. Æn. III. 386. ubi etiam exempla e prosaicis. Librarii, qui hoc nescibant, e *phœnica* fecere *poëtica*, unde *Manutius* fecit *phœnicia*, quem deinde alii secuti sunt.

PHRYGES, populi Asiæ minoris.

PHRYGIA, regio Asiæ min. ad Hellespontum & Ægeum mare.

PHTHIA, urbs Phthiotidis, Thessaliæ partis. Unde *Phthiota*, Tusc. Qu. I. 10.

PICENVS AGER, in Italia, Umbriæ confinis. Qui & *Picens ager*, de Senect. 4. v. Græv. & viros doctos ad Flor. I. 19. item *Picentinus*. *Picentes*, pro Sull. 8. ad Att. VII. 26.

PINDENISSAE, ad Att. V. 20. urbs Eleutherocilicum, expugnatione Ciceronis nobilitata, quæ & *Pindenissus* dicitur, ad Div. II. 10.

PIRAEEVS, portus Athenienses & pagus.

PISAVRVM, oppidum Umbriæ maritimum, quod præterlabitur fluvius cognominis *Pisaurus*. *Pisaurenses*, ad Att. II. 7.

PISIDIA, regio Asiæ min. Pamphyliæ & Isauriæ confinis: a qua *Pisidæ* dicuntur.

PLACENTIA, urbs Galliæ Cisalpinæ. hodie *Piacenza*, in confluente

fluente Padi & Trebiæ. unde *Placentini.*

PLATAEAE, urbs Bœotiæ nobilis.

PLVTONIVM, de Div. I. 36. templum Plutonis in Lydia, & quidem in pago Acharaca, qui est in via inter Tralles & Nysam.

POLLENTIA, ad Div. XI. 13. Phil. XI. 6. oppidum Liguriæ supra Albam, haud procul Tanari ac Sturæ confluentibus.

POMPEJA VIA, Verr. V. 66. via in Sicilia post urbem Messanam.

POMPEJANVM, ad Att. I. 20. prædium Ciceronis in agro Pompejano. Aliud est *Pompejanum*, ad Div. VII. 3. prædium Marii: & ad Att. V. 2. Panfæ prædium. Dicuntur a *Pompejis*, oppido Campaniæ.

POMPTINVM, campus Latii in Volscis: item prædium in illo agro.

POMTINA, ad Att. IV. 15. tribus pop. Rom. rustic. quæ & *Pontina*, ad Att. VII. 5.

PONTVS, regio Asiæ ad Pontum Euxinum.

POPILIA, ad Div. VIII. 8. tribus rusticanæ nomen.

POTENTIA, Har. Resp. 28. locus in agro Piceno.

PRAENESTE, oppidum Latii non procul Roma.

PRETIVS LACVS, pro Mil. 27. in Etruria Græv. *Prelius.* quod probat Cellar. G. A.

PRIENE, Paradox. I. urbs Ioniæ.

PRIVERNAS, a *Priverno*, oppido Latii.

PROPONTIS, mare inter duo freta Hellespontum & Bosporum Cimmerium interjectum, quasi vestibulum Ponti Euxini.

PRYTANEVM, locus Athenis, ubi bene meriti de rep. publice alebantur.

PTOLEMAEVM, de Fin. V. 1. gymnasium Athenis.

PTOLEMAIS, ad Div. I. ep. 7. oppidum Ægypti Alexandriæ propinquum.

PVNICANVS pro PVNICVS, pro Mur. 36. *Punicana triclinia*, humilia & vilis materiæ. v. Scalig. ad Varr. R. R. III. 7. ubi tamen *feneſtras Punicanas* non recte interpretari videtur. Plin. XXXIII. 11. *Punicana* commemorat, sed ita ut in iis species magis quam materia spectata videatur.

PVPINIA, Agr. II. 35. Ager Romæ propinquus versus Etruriam, Livio *Pupinienſis*; a quo tribus *Pupinia* nomen habet.

PVTEOLI, locus celeberrimus in veteri historia, in Campania, hodie *Pozzuolo*; unde dicuntur *Puteolani*: & *Puteolanum*, ad Div. V. 15. prædium in agro Puteolano.

PYRAMVS, fluvius Ciliciæ.

PYRGENSIS, de Or. II. 71. a *Pyrgo* Tusciæ urbe.

PYRIPHLEGETON, de Nat. D. III. 17. fluvius igne ardens apud inferos.

Q.

QVIRINA, ad Div. VIII. 8. tribus urbanæ nomen.

R.

RAVENNA, colonia & portus ad mare Adriaticum in Gallia Cispadana.

REA-

REATINA PRAEFECTVRA, de Nat. Deor. II. 2. ab *Reate* oppido Sabinorum, amœniſſima urbe. *Reatini* ſæpe memorantur a Cicerone.

RECENTORICVS, SICILIENSIS AGER, de lege Agr. paſſim. v. c. I. 4. II. 21. fuit publicus populi Rom.

REGILLVS LACVS, de nat. Deor. II. 2. lacus in Latio.

REGIVM vel RHEGIVM, ad Att. XVI. 6. urbs & promontorium in ora maritima Bruttiorum, unde trajectus in Græciam; unde *Rhegini*.

RHEGIVM LEPIDI, ad Div. XII. 5. XI. 9. urbs Galliæ Cispadanæ in via Æmilia; nomen tulit ab Æmilio Lepido, qui cum C. Flaminio Conſul fuit: ab ea dicuntur *Regienſes*, ad Div. XIII. 7. cf. Plin. III. 15.

RHENVS, fluvius Germaniæ.

RHODANVS, fluvius Galliæ Transalpinæ.

RHODVS, inſula Aſiatica in mediterraneo mari, celeberrima ſtudiis eloquentiæ, philoſophiæ & rei navalis; in qua & urbs cognominis.

RHOSIACVS, ad Att. VI. 1. a *Rhoſo* urbe Ciliciæ, in ſinu Iſſico, celebri vaſis fictilibus; unde Atticus, *vaſa Rhoſiaca* ut ſibi mitteret, Ciceronem rogarat.

ROMILIA, tribus pop. Romani.

ROSIA vel ROSEA, ad Att. IV. 15. ſunt campi fertiliſſimi agri Reatini, forte illi ipſi, qui in hac ipſa epiſtola τέμπη Reatinorum vocantur. v. Varr. R. R. I. 7. 10. & ibi Interpp. Heinſius & Burman. ad Virg. Æn. VII. 712.

RVDINI, de Orat. III. 42. incolæ oppidi in Calabria Rudiarum. pro Arch. 10. *Rudius* eſt. Sed hic quoque Ant. Auguſtinus & Urſinus reſcribi volebant *Rudinus*. Auſonius quoque Ennium *Rudinum* appellavit, non *Rudium*. Item ap. Frontin. de Colon. p. 127. *Rodinus*.

S.

SABINI, populus Latii.

SACRA VIA, ad Att. IV. 3. via urbis Romæ, quæ nomen habet a fœdere, quod in ea inter Romulum & Tatium ictum eſt.

SAGRA, de Nat. D. II. 2. fluvius Bruttiorum inter Locros & Cauloniam in Magna Græcia.

SAGVNTVM, urbs Hiſpaniæ Tarraconenſis; unde *Saguntini*.

SAITAE, de Nat. Deor. III. 23. a *Sai* urbe Ægypti, & quidem in Delta.

SALAMIS, de Off. I. 18. una ex inſulis Græcis circa Peloponneſum, nobilis clade Xerxis.

SALAMIS, ad Att. VI. 1. urbs Cypri. Unde *Salaminii*, ad Att. V. 21. pro Arch. 8.

SALAPINI, Agrar. II. 27. incolæ oppidi Apuliæ Salapinæ.

SALARIA, de Nat. D. III. 5. Via a porta Collina in Sabinos, a ſale dicta, per eam Romam devecto.

SALENTINI, Roſc. Amer. 46. incolæ oppidi *Salentiæ* in Calabria.

SALERNVM, Herenn. IV. 51. oppidum Picentinorum, pop. in Magna Græcia.

SAMNITES, populi Samnii. item

SAMNIS, genus gladiatorum, quod armis Samniticis utebatur. v. Liv. L. IX. 40.

SAMNIVM, regio Italiæ inter Volscos, Pelignos, Campanos, Apulos, Lucanos.
SAMAROBRIVAE, ad Div. VII. 2. oppidum Galliæ Belgicæ in Ambianis.
SAMOS, insula Asiatica in mari Ægeo, cum urbe ejusdem nominis, unde *Samii*, *Samia vasa*, pro Mur. 36. fictilia & vilia.
SAMOTHRACIA, insula una ex iis, quæ circa Thraciam jacent.
SARDI, incolæ Sardiniæ, insulæ in mari Ligustico.
SARDIS, de Senect. 17. urbs præcipua Lydiæ, a qua *Sardiani*. ad Div. XIII. 55.
SARDONIVS, ad Div. VII. 25. a Sardinia.
SATRICVM, urbs Latii antiqui ad Appiam viam.
SAXA RVBRA, Phil. II. 31. locus inter Cremoram & Vejos.
SCANTIA SYLVA, Agrar. I. 1. & aliis locis: in Campania fuit publica silva pop. Rom. quam Censores pecuariis locabant. *Aquæ scantiæ* sunt ap. Plin. H. N. II. 107.
SCEPSIVS, Tusc. Qu. I. 24. a *Scepsi*, Mysiæ oppido.
SCYLLA, Syrtis ad fretum Siculum.
SCYRVS, ad Att. V. 12. insula maris Ægæi.
SCYTHAE, populi Sarmatiæ.
SCYTHIA, pars Sarmatiæ Europææ.
SEBVSIANI, Quinct. 25. populi Galliæ Lugdunensis, Æduis & Allobrogibus interjecti, ut intelligitur ex loco Cicer. & Cæs. B. G. VII. 64. Aliis dicuntur *Seguſiani*, item *Secusiani*. Hotomannus ad Cæsarem probat *Seguſiani*; ad Ciceronem: *Sebusiani*. Oudendorp. V. C. ad Cæs. B. G. I. 10. præfert *Seguſiani*, cum interim fateatur, plerosque MSS. & Vett. Edd. habere *Sebusiani*. Ap. Ciceronem nil variant, nisi quod Dresd. habet: *Sebagimos*.
SEGESTA, oppidum Siciliæ, de quo vid. Verr. IV. 33. unde *Segestani* & *Segestenses*. III. 34.
SEJANVM, ad Div. VII. ep. 1. nomen prædii, quod ab obscuro aliquo oppidulo nomen habet, in agro Etrusco.
SELEVCEA PIERIA, ad Att. XI. 20. urbs Syriæ ad Euphraten. de qua vide Polyb. V. 59. & Cellar. G. A. III. 12. 26. seqq.
SELEVCIA, ad Div. VIII. 14. regia Parthorum.
SEMVRIVM, Phil. VI. 6. ager a Larentia pop. Romano legatus. v. Macrob. Saturn. Lib. I. c. 10.
SENENSES, Brut. 18. a *Sena*, Etruriæ oppido.
SEPLASIA, in Pison. 7. 11. locus Capuæ, ubi unguenta vendebantur. cf. Agrar. II. 34.
SEPTEM AQVAE, ad Att. IV. 15. Lacus agri Reatini.
SEPYRA, ad Div. XV. ep. 4. vicus Ciliciæ, in ea Amani parte, sub cujus radicibus Aræ Alexandri erant.
SERIPHVS, de Nat. D. I. 31. insula in mari Ægæo, inter Cycladas; unde *Seriphius*. de Sen. 3.
SETINVS AGER, Agrar. II. 25. in Latio, frugum & vini fertilissimus, ab *Setia*, oppido non ignobili.
SERVILIVS LACVS, S. Rosc. 32. Romæ fuit.

SICI-

SICILIENSIS, de nat. Deor. III. 10. Agr. I. 4.

SICYON, ad Att. I. 13. una de septem civitatibus veteribus Græciæ in Peloponneſo prope Iſthmum. Celebrantur *calcei Sicyonii* apud veteres. vid. de Or. I. 54. & *olivæ Sicyoniæ* apud Virgilium in Georgicis.

SIDA, ad Div. lib. III. 6. urbs Pamphyliæ.

SIDICINVS, ad Att. VI. 1. a *Sidicino*, colonia agri Campani.

SIGEVM, promontorium, oppidum & portus Troadis.

SILA SILVA Br. 22. picariis celebris ſilva in Bruttiis, prope Mamertinam urbem. v. Fabric. & Heinſ. ad Virgil. Æn. XII. 715. Fabricius ait, ſe primum illum Ciceronis locum e MSS. reſtituiſſe.

SILVA SCANTIA, v. *Scantia ſilva.*

SINOPE, urbs Ponti.

SINVESSANVM diverſorium, ad Div. XII. 20. *Sinueſſa*, oppidum & colonia Latii in finibus Campaniæ trans Lirin amnem.

SIPONTVM, urbs Apuliæ. Græcis *Sipus*, ad Att. VI. 2.

SIPYLVS, mons Lydiæ, ad quem Magneſia altera.

SISAPO, Phil. II. 19. urbs Hiſpaniæ, cujus verus ſitus non ſatis certus eſt. Ad eam miniaria metalla, quæ ſocietates publicanorum exercebant. v. Plin. XXXIII, 7. Unde proverbium: *Tenes cum ſociis, tamquam Siſaponem.* v. Suritam & Cel. Weſſeling. ad Ant. Itin. p. 444. Sed in primis Turneb. Adv. X. 16.

SMYRNA, urbs Ioniæ, unde *Smyrnæi.*

SOLENTINI, in Verr. lib. III. 43. incolæ oppidi in Sicilia, quod eſt *Solentum* vel *Solus*; unde & *Soluntini* dicuntur.

SOLI, oppidum Ciliciæ.

SOLONIVM ad Att. II. 7. campus agri Lanuvini. item de Divin. aliquoties.

SORANVS, a *Sora* oppido Latii.

SPARTA, urbs Peloponneſi quæ & Lacedæmon, caput Laconicæ; unde *Spartiatæ.*

STABIANVM, ad Div. lib. VII. 1. prædium ad *Stabias*, oppidum Campaniæ.

STATIELLENSES, ad Div. lib. XI. 11. cives urbis Liguriæ, inter Dertonam & Vada Sabatia, quæ dicebatur, *Aquæ Statiellæ* ſeu *Aquæ Statiellonum.*

STELLATIS CAMPVS, Agrar. I. 7. in mediterranea Campania, de quo adeundus Camillus Campan. Fel. Diſ. II. c. 33. ſq.

SVBVRANA, Agrar. II. 29. tribus urbana.

SVCRO, Balb. 1. fluvius Hiſpaniæ.

SVESSA, Phil. III. 4. *Aurunca* in Campania prope Minturnas.

SVLMO, urbs in Pelignis.

SVNIVM, promontorium, urbs & pagus Atticæ.

SYBOTA, plur. ad Att. V. 9. inſulæ tres prope Corcyram. Schol. Thucyd. ad I. 47.

SYNNADA, plur. urbs Phrygiæ magnæ. item *Synnas*, ad Att. V. 16. dicta.

SYRACVSANVS PORTVS: quoties occurrit, intelligendus major. nam minor dicebatur *Laccius*: v. Dorvillius ad Charitonem p. 282.

SYSPIRA, ad Att. II. 4. locus in Armenia celebris Aurifodinis.

T.

TANAGRA, pro Dom. 43. oppidum Bœotiæ.
TARENTVM, urbs Calabriæ celeberrima, vestibus, lanis, &c.
TARPEJVS, mons Romæ, in quo Capitolium.
TARQVINII, oppidum Etruriæ: unde *Tarquiniense municipium*, pro Cæcin. 1. & *Tarquiniensis ager*, de Div. II. 22.
TARRACINA, ad Att. VII. 5. urbs Latii ad mare, quæ & *Anxur* dicitur Volsco nomine.
TARICHEA CASTRA, ad Div. XII. 11. ad *Taricheam*, oppidum Judææ munitissimum.
TARSVS, caput Ciliciæ.
TARTESSIVS, ad Att. VII. 4. a *Tartesso*, quæ est urbs Bæticæ Hispaniæ ad ipsa Bætis ostia, alio nomine *Carteja*, ut vulgo Geographi tradunt. Sed Valesius ad Exc. Peiresc. p. 72. docet, *Cartejam* esse *Calpen:* Tartessus quæ fuerit, non liquere.
TAVRI PYLAE, ad Att. V. 20. angustiæ, per quas iter patet ex Cappadocia in Ciliciam, Curt. III. 2.
TAVROMINIVM, urbs Siciliæ, unde *Tauromenitanus*, in Verr. II. 66. it. III. 6. &c. de qua legendus Diod. Sic. XVI. p. 411.
TAVRVS, mons Asiam pene totam mediam percurrens.
TAYGETVS, mons Græciæ, a mari per totam Laconicam procurrens, ad usque Arcadiam.
TEANVM SIDICINVM, ad Att. III. 11. diversum a *Teano Apulo* pro Cluent. 69. De *Sidicino* capiendus est locus Phil. XII. 11. quod non procul abest a *Calibus*. it. Agr. II. 35.
TEGEATAE, de Divin. I. 18. incolæ urbis Tegeæ in Arcadia.
TELMESSES, de Divin. I. 42. cives *Telmessi*. Gr. Τελμισσεῖς. a *Telmesso*, de Divin. I. 11. urbe Cariæ. Drakenborch. ad Livium XXXVII. 16. *Telmissus* scribendum censet.
TEMENITES Apollo. Verr. IV. 53. a *Temeno*, loco prope Syracusas, cujus incolæ *Temenitæ*. v. Interpretes ad Sueton. Tiber. 74.
TEMNVS, pro Flacc. 18. oppidum Æoliæ.
TEMSA, Verr. V. 16. oppidum primum Bruttiorum. scribitur etiam *Temesa* & *Tempsa*. Unde *Temsanum incommodum*, in Verr. V. 15. direptio Temsæ a fugitivis. *Æs Temesæum*, v. Intt. ad Ovid. Metam. XV. init.
TENE, ad Att. VI. 2. pro quo alii, probante Grævio, legunt *Tenea*, est vicus maritimus Achajæ, inter Corinthum & Mycenen. *Tenea*, Mela, Strabo. Plinius *Atene*, manifeste pro *Tenea*.
TENEDICA SECVRIS, ad Qu. Fr. II. 11. proverbio dicitur in iis rebus, quæ præciduntur & plane celeriterque auferuntur. originem proverbii vide in Adag. Erasm. p. m. 1451. f. In numis Tenediorum est Securis: de quibus extat libellus. v. Index lat. in Securis.
TENEDVS, Verr. I. 19. insula Asiatica ad oram occidentalem Trojano agro opposita; unde *Tenedii:* in qua urbs ejusdem nominis. Nat. D. III. 15.

TERENTINA, ad Div. VIII. 8. tribus rusticanæ nomen.

TERINAEVS, Qu. Tusc. II. 48. a *Terina* urbe in Bruttiis, a quo *sinus Terinæus* dictus est. Gr. τέρινα.

TERRACINA, urbs Latii.

THASVS, insula Græca ad Thraciæ oram.

THEANVM, v. *Teanum.*

THEBAE, urbs Bœotiæ.

THERMAE, Verr. II. 35. oppidum Siciliæ; unde *Thermitanus*, ibid. 43. &c.

THERMOPYLAE, angustus transitus per præruptos montes, silvis impervios, ex Thessalia in Bœotiam & Locridem.

THESSALONICA, urbs Macedoniæ.

THESPIAE, urbs Bœotiæ sub Helicone ad sinum Crisseum, Musis sacra, quæ inde *Thespiades* dicuntur.

THESPROTIA, regio & urbs Epiri, ad sinum Ambracium.

THEVTONI, Manil. 20. populi Germaniæ veteris ad sinum Codanum, & in insulis ejus sinus, de quibus vid. Cellar. Diss. de Cimbris & Teutonis.

THRASIMENVS LACVS, in Etruria, clade Romana nobilitatus, de Divin. II. 8.

THREICIVS, de Off. II. 7.

THRECIDICA arma gladiatorum, qui *Threces* vel *Thraces* dicebantur, ab armaturæ genere.

THVRIVM, & THVRII (nam utrumque est ap. Cic.) ad Att. III. 15. IX. 19. urbs Calabriæ, olim *Sybaris* dicta, quo nomine propter summas incolarum voluptates innotuit. De scriptura nominis v. Duker. ad Liv. XXXVIII. 9.

THYAMIS, ad Att. VII. 2. fluvius Epiri nobilis.

THYREVM, ad Div. XVI. 5. oppidum Acarnaniæ prope mare & urbem Leucadem.

TYRRHENA GENS, est Etrusca, quod Etruria etiam *Tyrrhenia* dicta est.

TIBARANI s. TIBARENI, ad Div. XV. 4. populi Eleutherocilicibus finitimi, a Cic. victi.

TIBVR, oppidum Latii ad Anienem amnem. Unde *Tiburs*, ad Att. VIII. 4. ager, circa Tibur. *Tiburtinum Scipionis*, Phil. V. 7. prædium in agro Tiburtino.

TIGVRINVS AGER, pagus Helvetiorum.

TIRENVS PONS, ad Att. XVI. 13. Codd. in hoc nomine variant. Sed hæc est optimorum lectio. Fuit Mintumis, forte in fluvio Liri. Nam is Minturnas præterlabitur.

TISSENSIS, in Verr. III. 38. a *Tissa*, oppido Siciliæ, juxta Ætnam.

TMOLITES, pro Flacc. 3. qui habitat in *Tmolo*, pro Flacc. 19. monte Lydiæ, odoribus celebri.

TOLOSA, oppidum Galliæ Narbonensis. Unde *Tolosanum aurum*, N. Deor. III. 30. est, quod Q. Servilius Cæpio e templo Tolosano sustulit. de orat. II. 47. ea de causa a C. Norbano reus factus & condemnatus dicitur.

TRALLES, urbs Lydiæ nobilis, ad Mæandrum fluvium, ex vulgari opinione, quam dubiam reddidit nuper Cel. Wesseling. ad

Hieroclem p. 659. unde *Tralliani*.
TRASIMENVS LACVS, v. *Thrasimenus*.
TREBVLANVM, ad Att. V. 2. prædium Pontii in agro Trebulano: a *Trebula*, urbe Campaniæ, citra Vulturnum. Primo de urbe Campaniæ, non de Trebula Sabinorum capiendum esse, intelligitur ex ipso Cicerone, qui dicit: se cogitasse eo die, quo ista scripserit, tantum ex Pompejano ad Trebulanum Pontii; reliquis diebus se justa itinera facturum. Epistola sequens est e Trebulano. quomodo autem tam exiguo tempore potuisset Trebulam Sabinorum venire? Alterum citra Vulturnum fuisse, docet Liv. XXIII. 39.
TREBVLANVS AGER, Agrar. II. 25. circa *Trebulas Sabinorum*.
TRES TABERNAE, ad Att. I. 13. locus in via Appia, cujus in descriptione itineris Paullini mentio fit; ad quem diverti viatores & cibo vinoque se reficere poterant.
TRIOCALINVM, Verr. V. 4. a *Triocalis*, oppido Siciliæ mediterraneæ inter Himeram fluvium & Crimissum.
TRITIA, ad Att. VI. 2. urbs maritima Achajæ.
TROEZENE, urbs Argolidis.
TROGINI, de Divin. II. 37. *Troginorum* tetrarchia dicitur Dejotaro a Cæsare erepta. Sed nemo veterum *Troginos* memorat: unde J. Gronovius, *Trocmorum* conjiciebat. v. Cellar. G. A. III. 4. Davies ad h. l.
TROGLODYTAE, de Divinat. II. 44. populi Africæ varii, in speluncis habitari soliti. Errant enim, qui unum certum populum hoc nomine dici putant.
TROJA, urbs Troadis in Asia minori.
TROMENTINA, ad Att. IV. 16. tribus populi Rom. rustica-na, a campo *Tromento*. Festus.
TROPHONIANVS, ad Att. VI. 2. *Trophoniana narratio* est de eo, qui in antrum *Trophonii* descendit, quod in Bœotia fuit.
TRVENTINVM CASTRVM, ad Att. VIII. in agro Piceno, oppidum ad ostium fluvii *Trueuti*, unde nomen accepit.
TVSCI, iidem qui Etrusci.
TVSCVLANVM, prædium Ciceronis in agro Tusculano, sæpe memoratur. *Tusculum* est urbs Latii. *Tusculanum*, Cæsaris, de Orat. II. 3. *Tusculanum*, Crassi, ad Att. IV. 16. *Tusculanum*, ad Att. I. 14. prædium Q. Fratris.
TYBA, ad Div. XV. 1. trans Euphraten, sive vicus, sive urbs fuerit, ignotum est.
TYCHA, Verr. IV. 53. pars Syracusarum.
TYNDARITANI, ad Att. XV. 2. a *Tyndari* s. *Tyndaride*, urbe Siciliæ ad Heliconem amnem.
TYRVS, urbs Phœnices prima.

V.

VADA, ad Div. XI. ep. 10. sunt vada Sabatia, Sabata s. Sabatorum. *Sabata* erat oppidum maritimum, in ora Genuensi, præcipuum, non longe Savona distans, cui adjacent campi palustres, qui Vada dicuntur & vada Sabatiorum seu Sabatia. Cluver. Ital. Ant. I. 8.

VALENTINI, Verr. V. 16. a *Valentia*, oppido Bruttiorum, quod & *Vibon* & *Vibo Valentia* dicitur: municipium fuit illis temporibus. v. *Vibo*.

VARDAEI, ad Div. V. ep. 9. populi Dalmatiæ.

VATICANVS ager, Agrar. II. 35. circa montem Vaticanum trans Tiberim juxta Romam.

VEJI, urbs Etruriæ. Unde *Vejens ager*; & *Vejentes*, populus Etruriæ, cujus caput Veji.

VEJENTINA, ad Att. IV. 16. tribus pop. Rom.

VELIA, oppidum Lucaniæ, proximum fluvio Haleti: ad quod est portus Velinus.

VELIA, ad Att. VII. 13. regio editior Romæ, Palatino monti propinqua.

VELIENSES, pro Corn. Balbo 24. incolæ oppidi Veliæ.

VELINA, ad Att. IV. 15. tribus pop. Rom.

VELINVS LACVS, ad Att. IV. 15. prope Veliam, urbem.

VENAFRANI, incolæ oppidi *Venafri*, quod est extremum Campaniæ in septentriones, nobile oleis.

VENVSIA, oppidum in finibus Apuliæ & Lucaniæ, patria Horatii Flacci; unde *Venusini*.

VERCELLAE, ad Div. XI. 19. municipium Galliæ Transpadanæ.

VESCIANVM, ad Att. XV. 2. prædium prope *Vesciam* urbem, non procul a Minturnis: a qua tamen *Vescinum* potius dicendum fuisse bene notat J. F. Gronovius. Nam & *Vescinus* (Agrar. II. 25.) ager circa Vesciam, dicitur.

VESERIS, locus in Campania sub monte Vesuvio.

VIBO, ad Att. III. 3. oppidum Bruttiorum, hodie *Monta-Leone*. v. Græv. ad h. l. olim *Hippo* dictum. cf. Strabo L. VI. p. 393. ed. Almel. & ibi Vir. doct. item Plin. III. 5. cujus hæc verba sunt: Hippo, quod nunc *Vibonem Valentiam* appellamus. v. *Valentini*. Hinc *Vibonensis sinus*, ad Att. XVI. 6.

VICENTINI, s. VICETINI, ad Div. XI. 19. incolæ oppidi *Vicentiæ*, (dicitur etiam *Vincentia*, unde incolæ *Vincentini*) quod situm fuit in regione Transpadana, in Venetorum finibus.

VIENNA, ad Div. X. 9. urbs Allobrogum, in Gallia Narbonensi.

VISCELLINVS, de Amic. II. a *Viscellis*, oppido Norici, quæ est Provincia Romana inter Danubium amnem & alpes Noricas.

VITVLARIA VIA, ad Qu. Fr. III. 1. 2. fuit in Arpinati. Nam e Manliano fratris prædio, quod in Arpinati erat, recta in Fusidianum Vitularia via profectus est; quod in eodem agro erat. cf. Manut. ad h. Epist.

VOCONTII, ad Div. X. ep. 23. populi Galliæ Transalpinæ, quorum caput *Forum Vocontiorum*.

VOLATERRAE, oppidum Etruriæ. Unde *Volaterrana vada*, Quinct. 6. in Etruria, non procul a Volaterris.

VOLGAE, s. VVLGAE, or. pro Font. 7. pro quo Grævius reposuit *Volcæ*, populi Allobrogibus confines. Eos commemorat

Cæsar B. G. VII. 7. ubi item in omnibus bonis edd. *Volcæ*. it. ap. Melam. II. 5.
VOLSCI, populi Italiæ in Latio.
VOLTINIA, pro Planc. 16. Tribus Rom.
VVLCHALON, Font. 5. locus ignotus in provincia Gallia Transalpina.

U.

VLVBRAE, ad Div. VII. 18. oppidulum Latii in agro Pomtino. Unde *Ulubranus populus*, ib. 12.
VMBRIA, regio Italiæ ad mare superum Etruriæ ex adversum sita.
VTICA, urbs & conventus in Africa propria, s. in Zeugitana ejus parte; a qua Cato Uticensis dictus est.

X.

XENIAE BALNEAE, Cœl. 25. pro quo alii *Seniæ*, pars Bajarum.

Z.

ZEVGMA, ad Q. Fr. II. 12. oppidum s. potius tractus plurium oppidorum in Cœlesyria ad Euphratem, nomen habens a ponte, quo Euphrates ibi jungitur.
ZOSTER, ad Att. V. 12. promontorium Atticæ & portus cum oppido.

TRIBVS ROM. XXXV.

Aem. vel *Æmi.* Æmilia. Cicero.
Ani. Anienſis. Cicero.
Arn. vel *Arnien.* Arnienſis. Cicero.
Cla. Claudia.
Clu. vel *Cluſt.* Cluſtumina. s. Cruſtum. Cicero.
Col. Collina.
Cor. Cornelia.
Esq. vel *Exq.* Esquilina.
Fab. Fabia.
Fal. Falerina.
Gal. Galeria.
Hor. vel *Horat.* Horatia.
Lem. Lemonia. Cicero.
Mæc. Mæcia. Cicero.
Men. Mentina. Cicero.
Ouf. Ovfentina.
Pal. vel *Palat.* Palatina. Cicero.
Pap. vel *Papir.* Papiria.
Pob. Poblilia. *Pop.* Poplilia. s. Popillia. *Pub. Publ.* & *Publil.* Publilia. item. *Pub. Pupl.* & *Puplil.* Puplilia.
Pol. Pollia.
Pom. vel *Pomp.* Pomptina. Pontina Cicero.
Pup. Pupinia. Cicero.
Qui. vel *Quir.* Quirina. Cicero.
Rom. Romilia. Cicero.
Sab. Sabatina.
Sca. vel *Scap.* vel *Scapt.* Scaptia. Cic.
Ser. vel *Serg.* Sergia.
Stel. Stellatina.
Sub. Suburana. Cicero.
Ter. Terentina. Cicero.
Tro. vel *Tromen.* Tromentina.
Vejen. Vejentina. Cicero.
Vel. Velina. Cicero.
Vet. Veturia.
Vol. vel *Volt.* vel *Voltin.* Voltinia. Cicero.

INDEX HISTORICVS.

A.

ABSYRTVS, Nat. D. III. 19. apud Pacuvium *Ægialeus* ſ. *Ægialus* dicitur: Medeæ frater, de cujus cæde eſt *pro L. Manil.* 9. *de Nat. D. III.* 26. *Ovid. Triſt. III.* 9.

ACADEMICI, Veteres iidem qui Peripatetici, Offic. III. 4. & Stoici. ibid. I. 1. 2. licentiam habent, quodcumque probabile eſt, defendere. Off. III. 4. totius philoſophiæ Academicæ veteris deſcriptio, conſtitutio & ratio, in compendio, de Fin. IV. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. Acad. I. 4—9. Academicæ philoſophiæ hiſtoria a Socrate ad Arceſilam, Acad. I. 4-13. ab Arceſila ad Carneadem, quæ eſt *nova Academia.* ibid. 13. ſqq. Academici opinari poſſunt, & ſapienti opinari licere contendunt. Acad. IV. 35. ſqq.

ACASTVS, ad Div. XIV. 5. XVI. 5. ad Attic. ſæpiſſime. Ciceronis ſervus.

L. ACCIVS, ſ. ATTIVS, Heren. I. 4. *& infinitis aliis locis.* controverſiam habuit prætore P. Mucio. Heren. II. 13. Familiaris D. Bruti, Brut. 28. D. Bruti monumenta verſibus ornat, Arch. 9. annales ſcripſit, qui laudantur. Brut. 18. *hi annales carmine ſcripti fuerunt, itaque de Leg. I. 2. ubi commemoratur inter hiſtoricos Latinos proſaicos, pro Accius alii legunt Macer, quod ex Codicibus firmat Daviſius. fuit autem poëta Latinus Tragicus, circa annum V. DC. ejus fabulæ ſæpiſſime laudantur a veteribus, quarum fragmenta a Stephanis, Delrione & Scriverio collecta ſunt.*

P. ACCIVS ſeu *Attius* & *Atius*, Lig. 2. &c. eſt Varus, de quo in *Varus. De varietate ſcripturæ v. Burm. ad Sueton. Aug. c. 4. & Virg. Æn. V.* 568.

T. ACCIVS, Piſaurenſis, Brut. 78. Eques Rom. qui accuſavit Aulum Cluentium. Hermagoræ præcepta didicerat.

ACHANTO, de N. D. III. 21. Rhodia, mater Solis.

ACHILLES, de Divin. I. 30. ei propinquam mortem Hector moriens denunciat. &c. Arch. ſepulcrum ejus in Sigeo.

ACIDINVS, Div. IV. 12. *legatus, ut opinor, Sulpicii Pro Cos. Achajæ* &c. cognomen gentis *Manliæ.* ad Att. IV. 3. eſt *C. Manlius Acidinus*, princeps Catilinarii belli. Agrar. II. 24. eſt *L. Manlius Acidinus, qui Conſul fuit cum Fulvio Flacco. Liv. XL.* 43. *E Faſtis Capitolinis apparet, fuiſſe fratrem Germanum Fulvii, adoptatum in familiam Manliam.*

ACILII, familia plebeja, cujus prænomen *Manius*, cognomen *Glabrio.* vid. in *Glabrio*, & *Balbus.*

L. ACILIVS, de Leg. II. 23. JCtus, Commentarios ſcripſit in XII. tabulas. Vocem *Leſſus* non intellexit, &

vestimenti genus suspicatus est.

ACILIVS, Off. III. 32. historicus. Scripsit historiam græce. *Vossius putat esse* C. Acilium Glabrionem, *qui a. V. DLI. quæstor & a. DLVI. trib. pl. fuit: quod negat Chapmannus ap. Pearcium ad h. l. eumque centum annis juniorem facit, putans fuisse Græcum natione & a Romano nomen accepisse, quod Cicero in Bruto commemorans omnes historicos Romanos, in his Albinum, qui & ipse græce scripsit, ejus nullam mentionem fecit. Ejus opus Claudius latinum fecit, ut patet e Liv. XXV. 39. ubi v. Dukerum & Drakenb. de hoc Acilio. Sed nil magnopere præter conjecturas afferre licet.*

ACRION, Fin. V. 29. Locrensis, Pythagoreus, Platonis temporibus. *Nemini præter Ciceronem memoratur, quod sciam, nisi Valerio M. ex hoc ipso Ciceronis loco. Sed ibi Codd. & edd. præferunt* Arion. *Sed plus tribuo Ciceroni, ejusque Codd. quam compilatori Valerio. Nomen* Arion, *notius est, quam* Acrion, *quod corruptioni locum fecit.*

ACTIVS s. ATTIVS DIONYSIVS, ad Div. XII. 30. *pro* Attius *Corradus & Manutius malebant*, Atticus: *ut sit* M. Pomponius Atticus Dionysius, *servus Ciceronis, in Attici gratiam libertate donatus.*

C. ACVLEO, de Orat. I. 43. eques Rom. acuto ingenio & Juris civilis peritissimus. ibid. II. 1. propinquus Ciceronis, quocum erat Cic. matertera; unde filios ejus consobrinos suos vocat. ibid. II. 65. a Crasso defenditur. Brut. 76. pater C. Visellii Varronis.

ACVSILAS, de Orat. II. 12. Argivus, historicus non indisertus. *Vixit ante bellum Peloponnesiacum, auctore Dionysio Halicarnassio, de Thuc. Charact. Diogenes Laërt. I. 41. Cabæ s. Scabræ filium facit, & a nonnullis adnumeratum septem sapientibus tradit. vid de eo Jonsium de script. H. P. I. 1. 6. Menag. ad Laërt. p. 24. Voss. de Hist. Gr. I. 1. 2. IV. 2.*

ACVSIVS, ad Att. XI. 23. Rhodius.

ACVTILIVS, ad Att. I. 4.

AEACIDES. de Div. II. 56. Off. I. 13. est Pyrrhus.

M. AEBVTIVS, Flacc. 37.

SEX. AEBVTIVS, pro Cæc. 1. accusator Cæcinæ.

AEETAS, Tusc. III. 12. Medeæ pater, & Solis filius.

AEGIALVS & AEGIALEVS, N. D. III. 19. apud Pacuvium est Absyrtus.

AEGISTHVS, N. D. III. 38. libidinosus: *Agamemnonis interfector.*

AEGYPTA, ad Att. VIII. 15. Diverss. XVI. 15. servus & deinde libertus Ciceronis.

AELII, pro Cluent. 26. *familia Rom. plebeja, cujus cognomina ap. Ciceronem,* Catus, Pætus, Tubero, Lamia: *neque plura in numis aut aliis monimentis. Opinionem Pighii, Norisii & aliorum, nomen hoc derivantium ab* allio: *unde primum* Allii, *deinde* Ailii, *& tandem*

tandem Ælii facti sint, bene refellit Duker. ad Liv. XXXII. 7. De familia Æliorum v. Reines. Ep. ad Hofm. & Rup. ep. 48. & Rupert. ad Pompon. Enchir. III. 4.

AELIVS, pro Sext. 43. Ligur. (Pisonis socer.) v. *Ligur.*

L. AELIVS, ad Her. IV. 12. ei Lucilius libros Satirarum inscripsit, *versus h. l. prolatus est e libro primo, neque affertur a Dousa.* Brut. 46. Cæpionem defendit contra T. Betucium, &c. orationes scripsit tantum, non egit. Brut. 56. eques Rom. eruditus Græcis literis & Latinis, Stoicus, antiquitatis & scriptorum veterum literate peritus, M. Varronis præceptor, etiam a Cicerone adolescente perstudiose auditus. Orator non fuit, sed scripsit tantum orationes aliis. Acad. I. 2. de antiquitate Romana scripsit. de Leg. II. 23. scripsit in XII. tabulas. *Cognomine dictus duplici,* Stilo *&* Præconinus. *de eo v. Sueton. de Grammat. c. 3. v. de eo Carrion. Lect. ant. I. 8. & collecta Harduino in Ind. Autorum ad Plin. H. N.*

L. AELIVS, Pis. 27. &c. &c. *Lamia* cognomine *quem* Piso & Gabinius consules urbe exire jusserunt. *insignis amicus & defensor Ciceronis, eques Rom. qui cum ceteris equitibus clivum Capitolinum obsederat, cum de Catilinariis deliberaret Senatus. Sæpissime nomine Lamiæ Ciceroni commemoratur.*

P. AELIVS, Cluent. 59. testamento Cluentium heredem facit. *Larinas videtur fuisse. Alium ab hoc esse P. Ælium, Sexti Ælii fratrem, ex temporis ratione intelligitur.*

Q. AELIVS, Br. 28. Pætus, qui cum M. Penno consul fuit. (a. V. DLXXXVII.)

S. AELIVS Catus, Brut. 20. Divers. VII. 22. JCtus & eloquens de Orat. I. 45. propter juris civilis scientiam appellatur. de Orat. I. 56. commentarios scripsit de jure civili. Or. III. 33. omnibus civibus consilii sui copiam fecit. Top. 3. quomodo *locuples* explicet. de Leg. II. 23. XII. tabulas interpretatus est, vocem *Lessus* non intellexit, & vestimenti genus suspicatus est.

AEMILIA, Div. II. 37, filia Æmilii Paulli.

AEMILIANVS Scipio, Phil. XIII. 2. *Lucii Æmilii Paulli filius a P. Africani Majoris fil. adoptatus. vid. Scipio.*

AEMILIVS Alba. in Verr. III. 62. scurra, Verris familiaris.

L. AEMILIVS, Phil. XIII. 4. vid. L. *Paullus.*

M. AEMILIVS Avianus, Div. XIII. 21. negotiator.

M. AEMILIVS Lepidus Porcina, Br. 25. orator bonus, orationes reliquit.

M. AEMILIVS Lepidus, vid. *Lepidus.*

M. AEMILIVS Scaurus, vid. *Scaurus.*

AESCHINES *Milesius,* Brut. 95. Asiaticus orator, æqualis Ciceronis, quo genere orationis usus sit. *memoratur etiam Straboni L. XIV. & Senecæ Contr.*

Contr. I. 8. quos locos jam vidit Menag. ad Laërt. II. 64.

AESCHINES Socraticus, de Inv. I. 31. inductionis Rhetoricæ exemplum ab eo petitum.

AESCHINES, Or. II. 23. Orator. de Or. III. 56. Athenis cedit Rhodum, laudat Demosthenem. *ejus oratio contra Ctesiphontem sæpe commemoratur apud Ciceronem.*

AESCHINES, Or. I. 11. Academicus cum Carneade Clitomacho Academiam obtinuit. *Neapolitanus fuit, Melanthii Rhodii discipulus, Laërt. II. 64.*

AESCHRIO, in Verr. II. 14. Syracusanus.

AESCHYLVS, Acad. I. 3. Tusc. II. 10, *aliisque pluribus locis.* Poëta & Pythagoricus.

AESCHYLVS Cnidius, Brut. 91. Rhetor, quocum fuit in Asia Cicero adolescens.

AESCHYLVS Tyndaritanus, in Verr. IV. 22.

AESCVLAPIVS, N. D. III. 22. plures Æsculapii.

AESERNINVS, Opt. gen. dic. 6. gladiatoris nomen ab Æsernia urbe.

AESERNINVS, Brut. 35. *cognomen M. Claudii Marcelli, Filii Marci Marcelli.*

AESOPVS, Or. I. 61. Sext. 58. Qu. Fr. I. 24. Tusc. II. 16. histrio nobilis. ad Divers. VII. 1. histrio, male agit in ludis Pompeji II. consulis. Divin. I. 37. familiaris Ciceronis, laudatur. Off. I. 31. non facile agit Ajacem.

AESOPVS, *tragœdi filius*, ad Att. XI. 13. 15. socius Dolabellæ in adulteriis cum pellicibus Tulliæ.

AETIDENVS, Flac. 22. Trallianus.

AETION, Brut. 18. pictor. *Hujus pictoris aliquoties mentio est apud Lucianum in Imaginibus, cujus locos attulit Junius in Catal. Pictor. &c. Sed hunc locum Ciceronis non vidit. Alius Ætion statuarius est, qui memoratur ap. Theocritum epigramm. 7.*

L. AFRANIVS, *poëta*, Brut. 45. imitatur C. Titium. Fin. I. 3. Menandrum solebat convertere &c.

L. AFRANIVS, Att. I. 18. 19. 20. Auli filius dicitur. ad Div. XVI. 12. legatus Pompeji in Hispania. Nomen ejus est etiam ad Div. I. 1. Phil. XIII. 13. *Consul fuit cum Metello Celere A. V. DCXCIII. Ejus res gestæ cum Petrejo contra Cæsarem notæ sunt e L. I. Cæsaris de bello Civili. Dio L. XXXVII. p. 50. dicit, eum melius saltare potuisse, quam res gerere.*

P. AFRICANVS *major*, Acad. II. 2. Panætium secum habet. Offic. II. 22. ejus abstinentia a Panætio laudatur. de Or. III. 7. in dicendo gravis. Har. Resp. 12. pro Corn. I. in secundo Consulatu cum Ti. Longo Senatoria subsellia a populi consessu separat in Megalensibus, & Senatui primum locum dat. de Or. II. 67. Censor. Offic. I. 33. ejus filius (P. Afr.) L. Paulli filium adoptat; propter infirmitatem valetudinis non potuit patris similis esse. *add.* Brut. 19. *Fuit tamen cum patre legato fratris L. Scipionis in bello Syriaco in Asia, Liv. 37, 7. & Augur.*

Augur. 40, 42. *ubi v. Sigon. Habuit & alterum filium Cnæum, ut appellat Valer. M. IV.* 5. 3. *quem Pighius ad a. V.* 579. *putat esse eum, qui ap. Liv.* 41, 27. *L. Scipio dicitur, prætor. v. Torren. ad Val. M. l. c.*

P. AFRICANVS *minor*, Offic. I. 32. L. Paulli fil. *v. L. Paullus Macedonicus, a quo Æmilianus dicitur, quia familiæ Æmiliæ fuit.* ibid. eloquentia cumulat belli gloriam. Brut. 21. Divinat. in Cæc. 21. accusat L. Cottam. Or. II. 67. Brut. 87. ἐξώνυμος dictus est a Fannio in historia. de Fat. 7. &c. Carthaginem capit. Verr. I. 4. Carthagine capta Siculis monimenta sua restituit Mil. 3. Ti. Gracchum jure interfectum pro concione interrogatus respondet. Offic. I. 25. a Q. Metello, (Macedonico) sine acerbitate dissensit. Q. Fr. I. 8. Xenophontis Cyropædiam non ponit de manibus. Mil. 7. domi noctu interficitur. de Or. II. 40. in qua cæde socius fuit C. Carbo. *Sed de eadem re tantum tamquam de suspicione hominum loquitur ad Div. IX.* 21. *& auctores cædis plane incerti. v. Vellej. II.* 4. *Valer. M. IV.* 1. *Plutarchus in Romulo. ad Heren. IV.* 13. *memoratur* Scipionis *nomine, item in Lælio & paucis aliis locis, quod res facile indicabit.*

AGAMEDES, Tusc. I. 47. cum Trophonio *fratre* templum Delphicum ædificat. Ejus votum.

AGAMEMNON, *Homericus ille, sæpe commemoratur.*

AGAMEMNON, *nomen servi est in Epist. ad Atticum.*

AGATHINVS, in Verr. II. 36. Thermitanus.

AGATHOCLES, in Verr. IV. 55. *Notissimus Siciliæ Rex, de quo vid. Polyb. lib. X. p.* 918. *inprimisque Diodor. Sic. qui L.* 19. 20. *Agathoclis late commemorat.*

AGATHOCLES, de Div. I. 24. ejus Historia commemoratur. *Agathocles historici duo sunt, Babylonius, qui & Cyzicenus dicitur, quod de Cyzico scripsit; & Samius, qui de Rep. Pessimuntiorum scripsit. Sed hunc locum de Babylonio accipiendum putat Vossius de Hist. Gr. L. III. p.* 158. *T. IV. Opp. Utrum ea Historia, quam Cicero affert ex libris de Cyzicenorum rebus, an vero ex alio sumta sit, non dixerim. Quatuordecim hoc nomine viros ex antiquitate collegit Fabric. B. G. III.* 11. *p.* 273. *quibus adde decimum quintum Agathoclem, Archontem Athenienſem Olymp. CV. eo ipso tempore, quo Delphici Apollinis fanum diripere aggressi sunt Phocenses. v. Paus. X.* 2.

AGESILAVS, ad Div. V. 12. Spartiates, neque pictam, neque fictam imaginem suam extare voluit. Offic. II. 5. sine adjumentis hominum magnas res efficere potuit.

AGIS. Off. II. 23. rex Lacedæmoniorum, *diversus ab eo, qui vixit tempore Lysandri, quo duce Athenienses ad flumen Ægos victi sunt.*

AGLAOPHON, de Orat. III. 7. pictor excellens. *Duo Aglaophontes pictores sunt, pater & filius; de quibus veterum locos congessit Junius Catal. Artific.*

L. AGRIVS, Flacc. 13. eques Rom.

AGONIS, in Cæcil. 17. Lilybætana mulier, Veneris liberta.

T. AGVSIVS, ad Div. XIII. 70. Ciceronis comes in exilio.

AHALA, *cognomen Serviliorum.* v. c. Phil. II. 11. *ubi est sermo de* C. Servilio Ah. *qui Melium interfecit. Quod in eodem capite ait:* Quid duos Servilios, Cascas an Ahalas dicam &c. *id ita intellige: Servilios, facinore hoc promeritos, ut Ahalæ potius quam Cascæ dicerentur: ut recte Manutius & Wesselingius V. C. obs.*

AIVS LOQVENS, de Div. II. 32. nomen Dei, ara ejus.

ALABANDVS, Nat. D. III. 15. conditor Alabandi & Deus urbis.

ALABARCHES, ad Att. II. 17. *est Pompejus, qui jactabat se vectigalia pop. Rom. valde auxisse. Quam autem accommodatum sit hoc nomen, ex eo intelligi potest, quod Plinius tradit, quia olim vectigalia in solis pascuis fuerint, propterea servatum esse a censoribus, ut omnia vectigalia reipubl. pascuorum nomine in tabulis, & in pactionibus Censores complecterentur. Vectigal enim e pascuis* scriptura *dicitur, & Alabarches, ut docet Cujacius, qui hanc vocem Ciceroni reddidit, Obs. VIII. 37. dicitur ab* ἄλαβα, *atramentum, estque ad eo magister scripturæ. Sed alii præferunt Arabarcha, ut in hoc Ciceronis loco, ita in aliis, ubi hujus magistratus mentio: in his nuper Wesselingius V. C. de Archontibus Judæorum c. 8. dictum putans ab Ægypti Nomo Arabiæ. quæ refellere longioris est disputationis. Libri quidem & res stant pro priori opinione.*

C. ALBANIVS, Att. XIII. 31.

SEX. ALBEDIVS, Phil. XIII. 13. Senator beneficio Antonii.

C. ALBINVS, ad Div. XIII. 8. Senator, P. Sextii frater.

P. ALBINOVANVS, Har. Resp. 7. pontifex minor.

ALBINOVANVS, (M. Tullius) Vatin. 1. accusator P. Sextii de vi.

A. ALBINVS, Acad. Qu. IV. 45. Brut. 21. Prætor P. Scipione & M. Marcello Coss. Consul cum L. Lucullo, ejus, qui Mithridaticum bellum gessit, avo, (DCII.) scripsit historiam Græce, literatus & disertus. Ejus jocus in Carneadem, qui ipso prætore Romæ fuit. De historia Albini v. Polyb. Exc. de Vit. & Virt. p. 1482. ad. Gron. Macrob. Sat. I. præf. qui sumsit e Gellio XI. 8.

A. ALBINVS, Brut. 35. post Red. ad Quir. Consul cum M. Antonio Oratore (DCLIV.) Latine dixit.

ALBINVS, Brut. 35. flamen, disertus.

C. ALBINVS, Sext. 3. Senator, filiam P. Sextii patri collocat.

Sp. ALBINVS, Brut. 25. it. 34. Lege Manilia post Consulatum oppres-

oppressus est, multas orationes reliquit.

L. ALBIVS, Sext. fil. Quirina. Quint. 6. *idem videtur, qui memoratur de Orat. II. 70. Valens in numis Fam. Rom. p. 59. pro* Quirina *conjicit* Carinas. *male. non vidit*, Quirina *h. l. esse nomen tribus, quod sæpe apud Ciceronem adjicitur nominibus propriis, non cognomen.*

Statius ALBIVS Oppianicus. Cluent. 4. Larinas, eques Rom. a Cluentio veneficii accusatus & condemnatus. Ejusdem vitricus. vid. in *Oppianicus.*

ALBIANVM judicium, Cæc. 10. dicitur ab hoc Albio.

ALBIVS, Sabinus, Att. XIII. 14.

M. ALBVTIVS, Offic. II. 14. *Sed recte viderunt viri docti, legendum:* T. Albucius. *Nam dicitur post prætoram Sardiniæ accusatus esse a Julio; quod manifeste in T. Albucium convenit. Pearcius autem V. Cel. conjicit ibi legendum* pro Sardis Mucius & Julius: *eleganter.*

T. ALBVTIVS, Brut. 35. Athenis adolescens fuit, perfectus Epicureus evasit, & pene Græcus fuit, orationes reliquit. Fin. I. 3. Athenis Græcis litteris operam dat; Scævolæ in eum jocus, Orat. 44. apud Lucilium reprehenditur nimium studium in collocatione verborum. Div. 19. Prætor Sardiniæ. in eum accusationem suscipit Cn. Pompejus Strabo quæstor, neque ei permittitur. in Pis. 38. Offic. II. 14. in Sardinia ipse triumphat. Prov. 7. e Sardinia triumphum petit, qui ei negatur. Brut. 26. de rep. pecuniis accusatur a Mutio augure. Tusc. V. 37. Athenis æquo animo exul philosophatur. Memoratur etiam de Orat. II. 70. it. III. 43.

ALCAEVS, de N. D. I. 27. Delectatur nævo in articulo pueri. Tusc. IV. 33. Vir fortis, tamen de amoribus scribit.

ALCAMENES, de N. D. I. 30. Statuarius, cujus Vulcanus Athenis laudabatur. v. *Val. M. VIII. 11. vixit Phidiæ temporibus. Opera ejus, quæ apud Veteres commemorantur, enumerat Junius in Catal. Pictor. & statuar. in quibus inprimis nobilis Venus Hortensis: cujus mentio ap. Lucian. in Imagg. init.*

ALCIBIADES, Or. II. 22. scripta ejus extiterunt Ciceronis temporibus, de Div. II. 69. ejus somnium, Tusc. III. 32. flens Socratem rogat, ut sibi virtutem tradat.

ALCIDAMVS, Tusc. I. 48. Rhetor antiquus & nobilis, scripsit laudationem mortis. Bentlejus *corrigit* Alcidamas: *quod recte probat Buherius, sic rescribendum existimans etiam ap. Quintil. III. 1. adde Ursinum & Davis. ad Cic. l. c.*

ALCMAEON, Tusc. III. 5. furiosus fit. *Is, qui parricidium fecit, ut est in fabulis.*

ALCMAEON, Acad. II. 17. Crotoniates, N. D. I. 11. Pythagoricus, sideribus & animo divinitatem tribuit. *de eo & scriptis ejus vid. Menag. ad Laert. VIII. 83.*

ALE-

BIBLIOTECA CENTRAL UNAM

ALEDIVS s. ALLEDIVS, Att. XII. 4. 24. 27. amicus Cæsaris & Attici. *Alii putant, Cæsarem, Tunstallus Ep. ad Midletonum p.* 160, *Balbum majorem tecto nomine dici, ut ex* Arredio, *h. e. qui non διαῤῥήδην loquitur, balbutiendo sit* Alledius, *ut pro Hirro Hillus. Sed nomen hoc occurrit etiam alibi. Lipsius ad Tacit. A. I.* 10. *legi vult* Atedius, *& putat esse eum, cujus ibi mentio: cui opinioni favet I. Fr. Gronovius.*

L. ALENVS, de N. D. III. 30. tabulas publicas transscribit, chirographum sex primorum imitatus.

ALEO, de N. D. III. 21. filius Atrei.

ALEXANDER, ad Her. IV. 30. qui & *Paris* dicitur, raptor Helenæ.

ALEXANDER, ad Div. V. 12. ab Apelle tantum pingi & a Lysippo fingi vult. de Div. I. 23. Ei Calanus mortem propinquam prædixit. de Div. II. 66. ejus somnium. Tusc. IV. 37. Clitum interficit.

ALEXANDER PHERAEVS, Inv. II. 49. In Thessalia tyrannidem occupat, de Off. II. 7. insidias uxoris, Thebes, quomodo caverit. de Inv. II. 49. ab ea interficitur, *Jcil. adjuvantibus fratribus. Rem totam commemorat Diodor. Sic. L. XV. p.* 517. *ed. Rhodom. Vixit circa Olymp. CV.*

ALEXANDER, Agr. II. 16. Rex Ægypti. *Ptolemæi Alexandri filius.*

ALEXANDER, Att. II. 20. 22. poëta Græcus, Geographus, & Astrologus, negligens homo & non bonus poëta, sed tamen non inutilis & indoctus. *Est Alexander Ephesius, cognomine Lychnus, quem Strabo aliique tradunt Cosmographiam versibus scripsisse. v. Græv. ad h. l. Alexander Polyhistor scripsit quoque Geographica multa. v. Harduin. in Ind. Nomin. Pliniano, sed in prosa.*

ALEXION, Att. VII. 2. Medicus Ciceronis. Att. XIII. 25.

ALEXIS, Att. V. 20. servus Attico jucundus.

ALEXINVS, Acad. IV. 24. *Philosophus Megaricus de Schola Eubulidæ, de quo Laërt. II.* 109. 110. *& ibi Menag, Zenoni Stoico inprimis adversarius erat, quem multis sophismatibus vexabat. Ex l. c. Cic. intelligi potest, eum contra sensus disputasse, quorum certitudinem Zeno defendebat.*

C. ALFIVS, Vat. 16. in petitione præturæ repulsam fert, Planc. 17. prætor, Quæsitor in causa Cn. Plancii. Vat. 16. laudatur a Cæsare. *Nomen ejus est etiam ad* Qu. Fr. III. 1. §. 7. & ep. 3.

ALLIENVS, in Cæcil. 15. homo a subselliis, rabula.

A. ALLIENVS, Phil. XII. 12. legatus C. Trebonii a Dolabella interfecti, ad Divers. XII. 11. & 12. *Lathyri nepos. v. Valens de num. Lagid. p.* 131. legatus Dolabellæ, IV. legiones ex Ægypto eductas tradit C. Cassio in Syria. Att. X. 15. prætor Lentulo & Marcello consulibus.

SEXT. ALPHENVS, Quint. 5. it. 24. a Sulla proscriptus. Ejus bona

bona emerant P. Quintius & Sext. Nævius.
C. AMAFANIVS seu AMAFINIVS, ad Diverſ. XV. 19. Epicureus. Acad. I. 1. malus auctor de philoſophia Latinus. Phyſica Epicurea ſcripſit, Tuſcul. IV. 3. Ejus libris commoventur homines, ut Philoſophiam Epicuream diſcant.
AMIANVS, Att. VI. 1.
AMMONIVS, ad Diverſ. I. 1. legatus Ptolemæi Auletæ, Romam miſſus, auxilii contra ſeditioſos Alexandrinos petendi cauſa.
AMPIA, ad Diverſ. VI. 12. filia Ampii Balbi.
T. AMPIVS BALBVS, ad Div. I. 3. prætor Ciliciæ ante Lentulum. ibid. II. 16. X. 29. quæ tota epiſtola ad eum ſcripta eſt. XII. 20. Att. VIII. 11. Pompejanus, delectum habet. de ejus tribunatu & lege de Pompejo v. Vellej. Pat. II. 40.
AMPHIARAVS, ad Diverſ. VI. 8. de N. D. II. 3. augur. de Divin. I. 40. augur clarus & præſtans.
AMPHILOCHVS, de Divin. I. 40. Argivorum rex & augur.
AMPHION, ad Herenn. II. 27. de Divin. II. 64. *Jovis & Antiopæ filius, eodem partu cum Zetho editus. Lyræ cantu muros Thebanos ædificaſſe fertur &c.*
AMYNOMACHVS, de Fin. II. 31. hæres Epicuri. *cf. Laërt. IX.* 16. 17.
AMYNTAS, Att. XII. 9. Philippi Regis Macedoniæ pater. Amyntæ filius *h. l. eſt L. Marcius Philippus.*
AMYNTAS, Flacc. 30. Apollonidienſis.
ANACES ſeu ANACTES, N. D. III. 21. Jovis & Proſerpinæ filii, Dioscuri, Tritopatreus, Eubuleus & Dionyſius.
ANACHARSIS, Scythes, Tuſc. V. 32. ejus ἀντάρκεια; epiſtola ad Hannonem.
ANACREON, Tuſc. IV. 33. Ejus poëſis tota eſt amatoria.
ANAXAGORAS Clazomenius, Phyſicus. de Or. III. 33. Brut. 11. Periclis præceptor. de Or. III. 15. otium ſecutus eſt. Tuſcul. V. 39. patrimonium ſuum relinquit diſcendi ſtudio. Tuſc. III. 13. quomodo mortem filii tulerit. Acad. IV. 31. nivem albam eſſe negat, quia aqua nigra, unde concreta eſſet. Acad. IV. 37. Homœomeriæ. *contra has egregie disputat Lucret. L. I.* de N. D. I. 11. primus mundum mentis infinitæ vi deſignatum eſſe dicit. *in quo quid deſideraverit Socrates, & multa alia digna lectu de Anaxagora vid. ap. Bælium in Lexic. v. Anaxagore.* Acad. I. 13. confitetur ignorantiam, ut Socrates. Tuſc. I. 43. Lampſaci moritur.
ANAXARCHVS, Democriticus. Tuſc. II. 21. fortitudo in ſubeunda morte a Nicocreonte. *Abderita, Democriticus: Apud Alexandrum M. gratioſus fuit, cujus menſæ cum eſſet una cum Nicocreonte, Cypri præfecto, adhibitus, eum acriter perſtrinxit, quem deinde dolorem mortuo Alexandro ſic ultus eſt Nicocreon. vid. Philo p. 881.*

Laërt. IX. 58, *Justin. XII.* 13, 4. *Plin. H. N. VII.* 23.

ANAXIMANDER seu ANAXIMANDRVS, de Divin. I. 50. physicus, prædicit Lacedæmoniis terræ motum. Acad. IV. 37. Omnia gigni ex infinitate naturæ dicit, de N. D. I. 10. Nativos & mortales Deos facit.

ANAXIMENES, Acad. II. 57. Ex aëre omnia fieri. de N. D. I. 10. Aëra Deum facit, eum gigni, immensum & semper in motu esse.

ANCARIVS, Cluent. 59. pastor.

Qu. ANCHARIVS, Q. F. Sext. 53. Trib. pl. Cæsare & Bibulo Consulibus, quo usus Bibulus in impedienda C. Cæsaris Agraria lege. in Pison. 38. ad Diverf. XIII. 40. Macedoniæ proconsul post Pisonem ex prætura.

ANCHIALVS, ad Div. XIII. 45. servus L. Egnatii equitis Rom.

ANDRICVS, ad Div. XVI. 14. servus Ciceronis, qui & *Menander* dicebatur.

ANDROMACHA, Att. IV. 15. de Div. I. 13. Ennii fabula.

ANDROMEDA, N. D. II. 43. sidus.

ANDROMENES, Att. XIII. 24.

ANDRON, Verr. III. 45. Ætnensis Senator.

ANDRON, ad Div. XIII. 67. Artemonis filius, Laodicensis.

C. ANDRONICVS, Puteolanus. Att. V. 15. familiaris Ciceronis.

ANEMO, N. D. III. 20. (*pro quo Davisius: Almo.*) Deus Romanorum: proprie fluvius prope Romam.

ANICATVS, Att. II. 20. amicus Attici.

L. ANICIVS, Brut. 83. a quo *Anicianum vinum, Aniciana nota.* Consul fuit a. V. DXCIII.

C. ANICIVS, ad Div. VII. 26. XII. 21. Senator legatione libera in Africam legatur.

ANNALIS, ad Div. XIII. 8. cognomen Villiorum, unde? v. in *Lex Annalis.*

ANNEJVS Brocchus, Verr. III. 40. Senator Panormitanus.

C. ANNEJVS, ad Div. XII. 25.

M. ANNEJVS, ad Div. XIII. 55. XV. 4. legatus Ciceronis in Cilicia.

ANNIA, in Verr. I. 43.

ANNICERII, philosophi. Off. III. 33. *Cyrenaici Philosophi ab Aristippo profecti. Nomen habent ab Anniceride, discipulo Hegesiæ, qui est Aristippi discipulus.*

ANNIVS Saturninus, Att. V. 1.

C. ANNIVS Bellienus. Font. 4. legatus Marci Fonteji, Prætoris Galliæ.

L. ANNIVS, Verr. I. 41. propinquus P. Annii Aselli, & heres secundus.

M. ANNIVS Appius, Balb. 20. Camertinus, a C. Mario civitate donatus.

M. ANNIVS, Verr. I. 5. civis Romanus.

M. ANNIVS, Verr. V. 29. homo splendidissimus, eques Rom. qui testimonium contra Verrem dixit.

M. ANNIVS, Att. V. 4. legatus Ciceronis.

P. ANNIVS Asellus, Verr. I. 41. civis Rom. Sacerdote prætore urbano mortuus.

T. ANNIVS Luscus, Brut. 20. Q. Fulvii nobilioris collega *in Con-*

Consulatu a. DC. adversarius Ti. Gracchi agrariam ferenti. Epit. Liv. 58. ubi v. Drakenb.

T. ANNIVS, ad Quirit. post redit. 6. Milo, Trib. pl. eo anno, quo Cicero revocatus est. *vide plura in* Milo.

T. ANNIVS Cimber, Phil. XI. 6. Lysidici Græci hominis filius, Antonianus. Phil. XIII. 12. prætorius, de beneficio Cæsaris.

T. ANNIVS Velina. Brut. 48. in concionibus tolerabilis orator.

ANTAEVS, Att. XIII. 44.

ANTEROS, de N. D. III. 23. filius Veneris ex Matte.

ANTEROS, Att. IX. 14. XI. 1. servus vel libertus Attici.

ANTHERVS, ad Div. XVI. 21. servus.

ANTHROPINVS, in Verr. V. 34. Apollonienſis.

ANTICLEA, Tusc. V. 16. fuit mater Ulyssis. *sed hoc loco Cicero ancillam nominare voluit, quæ* Euriclea *dicebatur, auctore Homero. Nisi vero librariorum error est, ut placet Buherio.*

ANTIGENIDAS, Br. 50. tibicen, qui discipulo frigenti ad populum dixit: mihi cane & Musis.

ANTIGONVS, Dejot. 15. legatus Dejotari ad Cæsarem.

ANTIGONVS, ad Div. XIII. 32. libertus Cn. Otacilii Nasonis.

ANTIGONVS, Off. II. 14. Macedoniæ Rex, ejus epistola ad Philippum filium. Est Antigonus II. Soter, qui mortuo Demetrio II. tutor impuberis filii fuit, ducta matre & diademade sumto, ita tamen ut privigno regnum conservaretur.

ANTIMACHVS, Brut. 51. poëta, poëma suum, (*quod Ciceronis ætate extitit*, Thebaida) cum recitaret, omnes præter Platonem eum reliquerunt. *Obscuritas hujus hominis pæne in proverbium abiit. v. Vossius ad Catull. p.* 323.

ANTIOCHVS MAGNVS, de Or. II. 18. Syriæ rex, Hannibalem recipit. Verr. I. 21. a L. Scipione vincitur. Sext. 27. intra Taurum regnare jubetur: Asia, qua ille mulctatur, Attalo donatur. Dejot. 13. ablatam a Romanis Asiæ partem æquo animo fert.

ANTIOCHVS *Epiphanes M. F.* Phil. VIII. 7. a Popillio jubetur abscedere Alexandria.

ANTIOCHVS, Phil. IX. 2. Antiochi magni nepos: ad eum Cn. Octavius mittitur, ut eum classes habere & elephantos alere prohiberet. *Est Epiphanis fil.* cf. ad h. l. Polyb. Legat. 107.

ANTIOCHVS Antiochi X. Pii & *Selenes* (v. inf.) *filius, Seleuci Cybiosactis frater.* Verr. IV. 27. Romam venit, regni Ægypti petendi causa, & per Siciliam transiens a Verre expilatur. *Est is, qui vulgo* Asiaticus *dicitur: cui Pompejus regnum Syriæ ademit, & solam Commagenen, cum particula Mesopotamiæ reliquit, unde* Rex Commagenus *vocatur* ad Div. XV. 1. *Nam eundem esse, ut Valenti de Numis Seleuc. videtur, temporum ratio arguit. De regibus Commage-*

est libellus Massoni in Haymi Thes. Britann. T. I.

ANTIOCHVS Ascalonita, Acad. I. 3. magister M. Varronis, e nova Academia remigrat in veterem, scribit contra Philonem. Br. 19. Academiæ nobilissimus, auditur a Cicerone. Acad. IV. 5-18. Disputationis ejus contra Academiam novam compendium, Cap. 19-22. inconstantia ejus in sentiendo, IV. 43. germanissimus Stoicus, si pauca mutasset. I. 4. librum contra Philonem scribit nomine *Sosus*. IV. 9. quomodo ostenderit concedendum esse ab Academicis, perceptum esse hoc: *nihil percipi posse*. Nat. D. I. 7. librum scribit ad Balbum. Ab eo dicuntur *Antiochinæ partes*, ad Divers. IX. 8. *Ex his patet vere Sextum Empir. Hypot. Pyrrh. I.* 33. extr. *scripsisse*: Ὁ Ἀντίοχος τὴν σοὰν μετήγαγεν εἰς τὴν Ἀκαδημίαν.

ANTIOCHVS, Cæcin. 8. servi nomen.

ANTIOCHVS, Flacc. 36. libertus.

ANTIOCHVS Gabinius, Att. IV. 16. libertus Gabinii.

ANTIOPA, Nat. D. III. 21. uxor Pieri, mater Pieridum. Fin. I. 2. *& alibi* tragœdia Pacuvii.

ANTIPHON, Att. IV. 15. servus, histrio.

ANTIPHON, Orat. II. 59. nomen comicum.

ANTIPHON RHAMNVSIVS, Brut. 12. Socratis æqualis, sophista, locos communes scripsit: optime capitis causam oravit. *Ab hoc boni rhetores dicti* Rhamnusii. *Hic est, qui a Socrate ap. Platonem in Menexeno & Xenoph. Memor. Socr. I. 6. perstringitur.*

ANTIPHON, de Divin. I. 20. II. 70. conjector quidam somniorum. de Divin. I. 51. ejus artificiosa somniorum, oraculorum, & vaticinationum interpretatio. *Athenienſis fuit*, ὀνειροκρίτης, *qui & libros de Interpretatione somniorum scripsit, qui in Onirocriticis Artemidori II.* 14. *& ab aliis memorantur.* v. Fabric. B. G. II. 26. *ubi Antiphontes plures commemorantur.*

L. ANTIPATER, (Cœlius) Brut. 26. scriptor luculentus, juris civilis peritus, L. Crassi magister. Orat. II. 12. L. Crassi Oratoris familiaris, scripsit belli Punici II. historiam, disertius quam superiores, etsi non plane probetur. Legg. I. 2. historicus Latinus, Fannio æqualis, accuratius scripsit superioribus, tamen sine nitore. *De compendio ejus a M. Bruto facto v. in M. Brutus. de eo vid. Vossium de Hist. Lat. I.* 8.

ANTIPATER CYRENAICVS, Tusc. V. 37. cæcus fuit. *de eo vid. Laërt. II.* 86.

ANTIPATER DERBETES, ad Div. XIII. 73. familiaris Ciceronis.

ANTIPATER SIDONIVS, Or. III. 50. de Fato 2. poëta, qui poterat versus hexametros, aliosque variis modis fundere ex tempore. *Hujus Antipatri epigrammata sunt quædam in Anthologia, quæ suggeret Index Auctorum Anthol. subjectus.*

ANTI-

ANTIPATER, Offic. II. 24. Tyrius, Stoicus, *Ciceronis temporibus floruit & paullo ante mortuus est, quam filius M. Ciceronis Athenas venisset. Ex eodem loco intelligi potest, cum de officiis scripsisse. Dicitur enim reprehendisse Panætium, quod in utilitatum præceptis quædam omiserit.*

ANTIPATER TARSENSIS, Acad. IV. 6. reprehenditur, quod contra Academicos (in primis Carneadem) disputet. de Divin. I. 3. duo libros edidit de Divinatione. de Divin. I. 20. II. 15. statuit ad hostiam deligendam ducem esse vim quandam sentientem atque divinam, quæ toto confusa mundo sit. Offic. III. 12. Diogenis Babylonii discipulus, quædam magistri reprehendit. *Hi tres Antipatri sæpe a doctissimis hominibus permiscentur. v. c. Stanlejo p. 655. qui nimis hic brevis est, a Græv. ad Offic. II. 24. &c. Accuratius distinxere Fabric. B. G. III. 15. Jonsius I. 13.*

ANTIPATER, Offic. II. 14. rex Macedoniæ. Ejus ad Cassandrum filium epistola. *Dicitur rex, quia potestate regia usus est, post Alexandri M. mortem, rege Philippo Aridæo. Cassander demum diadema sumsit.*

ANTISTHENES, Nat. D. I. 13. ejus liber, qui *Physicus* dicebatur. Naturalem unum Deum facit. Att. XII. 38. ejus dialogus laudatur. homo acutus magis, quam eruditus. Orat. III. 17. patientiam & duritiem maxime in Socraticis adamarat, ab eoque Cynici & Stoici orti sunt.

ANTISTIVS, Rosc. 32. accusator, belli civili Sullano cæsus.

C. ANTISTIVS, Verr. III. 71. eques Rom. magister publicanorum in Sicilia.

L. ANTISTIVS, Balb. 12. Orator.

M. ANTISTIVS, Or. II. 71. Pyrgensis. equum ei ademit Lepidus censor.

P. ANTISTIVS, Brut. 49. 63. rabula probabilis restitit C. Julio L. F. contra leges (Villiam) Consulatum petenti, in tribunatu A. V. DCLXVI.

T. ANTISTIVS, ad Div. XIII. 29. Quæstor Macedoniæ initio belli civilis. Corcyræ moritur. *Pater, ut opinor, Consularis, quem laudat Vellejus II. 43.*

ANTISTIVS SEVERVS, ad Q. Fr. II. 1. tribunus pl. a. V. DCXCVII. *Manutius pro* Severus *legi vult* Vetus, *ut idem sit cum sequente, quod placuit etiam A. Augustino, vel* S. Antistius Vetus, *quam sententiam ornat Spanhem. de V. & P. N. Diss. VI. Jac. Gronovius retinet vulgatam lectionem, & tamen de eodem intelligit, post Ursinum, qui & hoc Antistiæ gentis cognomen docet.*

ANTISTIVS *Vetus*, ad Brut. 11. libertatis vindex & defensor, M. Bruto carissimus. *Vir ædilitius, cum illa epistola scriberetur, petiturus mox prætoram, ut ex illa epistola patet; & legatus M. Bruti.*

Sp. ANTIVS. Phil. IX. 2. in legatione a Larte Tolumnio occisus. *Sed ap. Plin. H. N. XXXIV. 6. est* Sp. Nautius: *quod hic reponendum putat*

Harduinus : idque verum puto.

M. ANTIVS BRISO. Brut. 25. tribunus pl. restitit L. Cassii legi tabellariæ.

C. ANTONIVS M. fil. ad Div. V. 5. Flacc. 38. *Ciceronis collega.* Habuit quandam infamiam. Ejus damnatione Catilinæ sepulchrum floribus ornatum & epulis celebratum. Dom. 16. a Cicerone defenditur de majestate reus. Vat. 11. reus factus est de repetundis & de majestate. Cœl. 31. accusatur a M. Cœlio. ad Div. V. 6. procos. Macedoniæ minus officiosus est in Ciceronem. ad Att. I. 12. Pompejus ei in Macedonia successum vult. Dicit Ciceroni partem pecuniæ quæri in Macedonia. *M. Antonii Oratoris filius.*

C. ANTONIVS, Phil. VII. 6. frater M. Antonii Triumviri. Phil. III. 10. (*qui ibidem* L. Antonius *dicitur, male tamen, ut omnes fatentur,*) Macedoniam sortitus est, sortiente M. Antonio Cos. fratre.

L. ANTONIVS, Phil. V. 8. frater M. Antonii Triumviri, gladiator Asiaticus dicitur. Phil. V. 2. a M. Antonio creatur VII. vir agrorum dividendorum. Phil. VI. 5. ejus statua in foro. ad Div. X. 15. eum persequitur post pugnam Mutinensem Plancus cum fratre. ad Div. X. 33. post pugnam Mutinensem Alpes occupat.

M. ANTONIVS, Offic. II. 14. orator. accusando nobilitatus est. Brut. 36. qualis Orator. Tusc. II. 23. ejus in dicendo contentio. Cluent. 50. quare nullas orationes ediderit. Or. II. 1. omnis eruditionis expers putatus est. Verr. I. 23. putatus est nullas tabulas conficere. falso. ad Quir. post Red. 5. Consul cum A. Albino. Or. II. 1. Ciliciam Proconsul rexit. ibid. 46. M'. Aquillium & C. Norbanum defendit. ibid. II. 67. Censor de ambitu reus factus est. ad Div. VI. 2. bellum civile prædicit. Or. III. 3. interfectus in Mariana proscriptione, caput in rostris positum est. ad Her. IV. 5. v. in Bruto. Or. I. 7. *de hoc Antonio, ut & de C. Cic. Collega, & Triumviro egregia congessit, & numis illustravit Valens in Famil. Rom. T. 1. p. 79. sqq.*

M. ANTONIVS M. f. in Verr. II. 3. III. 91. prætor. infinitum imperium ejus, *quod scil. nactus est in omnes oras maritimas factione Cethegi & gratia Cottæ Consulis a. V. DCLXXIX.* avarissimus homo, Siciliam depopulatur. *Est oratoris filius, Triumviri pater, qui in expeditione Cretensi, a qua Creticus est appellatus, periit.*

M. ANTONIVS, *M. Antonii Cretici F. Oratoris N.* Phil. II. 2. Q. Fadii libertini filiam ducit. Cum C. Curione fil. libidinem exercet. ad Div. III. 6. præfectus evocatorum in Cilicia. Phil. II. 20. In Quæstura sine SCto, sorte, lege, egestate coactus, ad Cæsarem in provinciam proficiscitur. In tribunatu C. Marcello & L. Lentulo Coss. SCto contra Cæsarem

rem intercedit, & ad Cæsarem fugit. *conf. Cæs. B. Civ. I.* 1. Mil. 15. P. Clodium interficere conatur. Att. VII. 8. ejus tribuni pl. concio in Pompejum. ad Div. VIII. 14. augur fit. Phil. II. 14. a C. Trebonio sevocatur, dum Cæsar interficitur. Phil. I. 1. statim post cædem Cæsaris Optimatibus favet, & Dictaturam in perpetuum tollit. ibid. 2. Amatium Pseudo-Marium interficit in Consulatu. ad Div. XII. 3. Cæsari statuam ponit in rostris, & inscribit: PARENTI OPTIME MERITO. (hanc deinde Dolabella evertit) Att. X. 13. ejus leones (*add. Plin.* VIII. 16.) Att. X. 10. Phil. II. 24. 25. Cytheridem secum lectica aperta portat. ad Div. X. 30. & 11. ad Mutinam vincitur, quod prælium describitur. Phil. V. 9. Mutinam obsidet. &c.

AOEDE, Nat. D. III. 21. Musa, ex primis quatuor, natis Jove altero.

APELLA, ad Div. X. ep. 17.

APELLA, ad Div. VII. ep. 25. libertus M. Fabii Galli.

APELLA Chius, Att. XII. 19. columnarum artifex. *Hunc Apellam non commemoravit Junius: sed habet alium Apellam statuarium e Plin.* XXXIV. 8.

APELLES, Brut. 18. pictor. ad Div. I. ep. 9. Venerem imperfectam reliquit. de Off. III. 2. nemo eam absolvere se posse confisus est. ad Div. V. 12. apud Alexandrum gratiosus, qui ab eo solo se pingi voluit.

APENAS, ad Att. IV. 7. servus.

APHILIA, Brut. 48. aptior concionibus orator, quam judiciis.

APOLLO, Nat. D. III. 23. Arcades Nomionem appellant. ib. 16. cum Hercule de tripode certat ib. 23. cum Jove de Creta. Acad. IV. 28. crinitus. Tusc. IV. 34. Sanctus. Verr. IV. 53. Temenites.

APOLLINIS operta, de Div. II. 55.

APOLLINARES ludi. Phil. I. 15. II. 13. Att. II. 19. *Deorum origine tirones legant Liv. XXIV.* 12. *ubi auctores de his ludis laudat Dukerus. Actos esse IV. Id. Jul., e Cicerone, Macrobio & Dione demonstrat Norisius in Cenotaph. Pis. p.* 137. 138.

APOLLODORVS Pyragrus, Verr. III. 31. Argyrinensis.

APOLLODORVS, Nat. D. III. 33. Tyrannus Cassandreæ. *de eo lege Ælian. V. H. XIV.* 41. *XV.* 15.

APOLLODORVS, Att. XII. 23. ad ejus Chronica respicitur. *Ea sunt Apollodori Athenienſis, cujus nobis Bibliotheca sola e scriptis pluribus reliqua est. de eo & ejus scriptis v. Fabric. B. G. III.* 27. *de* Chronicis *autem, quæ jambis conscriptæ erant, & accurate temporis rationem designabant; unde Romani iis libenter utebantur, & Laërtius in definiendis ætatibus philosophorum crebro usus est; vide etiam Menag. ad Laërt. I.* 37. *II.* 2. *Bosius ad Cic. l. c. eum confundit cum Epicureo Apollodoro, qui* χηποτύραννος *dictus est, & vitam Epicuri scripsit.*

APOLLODORVS, Nat. D. I. 34. *Est Academicus, Zenoni Epicureo æqualis, a quo maledictis, ut Cicero ait, figebatur.*

APOLLONIDES, Flaccian. 21. Temnites.

APOLLONIVS, Alabandensis. Or. I. 28. mercede docuit rhetoricam, sed minus idoneos noluit docere. ib. 17. ab eo rhetoricam didicit aliquando Cicero: *quo nomine sæpe ap. Ciceronem commemoratur. Cognomen ejus est* Molo *vel* Molonis. *Vixit in Rhodo insula.*

APOLLONIVS, Verr. VI. 7. Panormitanus.

APOLLONIVS, ad Div. XIII. 16. libertus P. Crassi M. F. doctus.

APOLLONIVS, Att. IV. 7. homo Græcus.

APPIO, (*sic enim Latini scribunt; v. inscriptio ap. Scaligerum ad Euseb. p.* 154. *rectius tamen foret more Græcorum* Apio) Agrar. II. 19. Ptolemæus, Rex Cyrenarum, qui pop. Romanum heredem fecit. v. Liv. Epit. 70.

APPII, sunt Claudiæ familiæ, de quibus vid. in Claudiis.

APRONIVS, Verr. II. 44. homo fœdus, de cohorte Verris.

Q. APRONIVS, III. 9. princeps decumanorum.

APRONIVS, Milon. 27. juvenis.

L. APVLEJVS Saturninus, Brut. 62. seditiosorum post Gracchos eloquentissimus. *Hujus tribuni pl. sæpe mentio est ap. Ciceronem. De legibus ejus v. in Ind. Legg. de ipso autem Plutarch. in Mario. Appian. B. C. L. I. &c.* Appul. *non* Apul. *scribendum docet Burman. ad Suet. Aug. c.* 100.

APVLEIA, populi, Att. IV. 11. dicitur P. Clodius, propter seditiones & libidines. *Tunstallus Ep. ad Midlet. p.* 98. *mavult intelligi Clodiam: ceterum locum vitiosum putat.*

L. APVLEJVS, Div. 15. subscriptor Q. Cæcilii, nullo usu forensi.

L. APVLEJVS, Planc. 11. prætor Macedoniæ Quæstore Cn. Plancio.

APVLEJVS, ad Div. XIII. 45. Proquæstor in Asia Q. Philippi Proconsulis.

P. APVLEJVS, Phil. VI. 1. trib. pl. Hirtio & Pansa Coss. Ciceronem producit, & de M. Antonio interrogat. Phil. XIV. 6. Ciceronem a suspicione fascium ad populum liberat. Att. XII. 13. 14. fit augur.

APVLEJVS, *prædiator*, Att. XII. 13. 17. *diversum putant ab Apulejo augure, qui in eadem ep. nominatur. Et sic videtur quid additur, prædiator: quod distinctionis caussa factum, verisimillimum est.*

AQVILA, Phil. XI. 6. *Pontius, de percussoribus Cæsaris,* L. Plancum Pollentia expellit.

Q. AQVILLIVS GALLVS, Cæc. 27. JCtus summus, mirifice laudatur. Brut. 42. paratus in agendo & celer in respondendo. de Offic. III. 14. Tulit formulas de dolo malo. Quint. 1. &c. sæpe nominatur. ad Att. I. 1. non vult Cons. petere propter valetudinem & regnum judiciale. Top. 7. quomodo *litus* definierit.

MANIVS

MANIVS AQVILLIVS, Agrar. II. 30. bello fugitivorum, liberalis in civitates Siciliæ. in Verr. III. 54. Proconſ. Siciliæ Br. 62. de Offic. II. 14. accuſatur diligenter a L. Fufio. p. Flacc. 38. abſolvitur propter memoriam belli cum fugitivis. in Cæcil. 21. accuſatur a P. Lentulo, principe ſenatus. Orat. II. 45. eum defendit Antonius orator. Tuſc. V. 5. crudeli morte periit. *Eſt enim a Mithridate, auro liquefacto in os infuſo, necatus. Ceterum hunc Aquillium alterius M' Aquillii, qui a P. Lentulo accuſatus eſt, filium putat Manutius ad Div. in Cæcil. c.* 21. Mihi non liquet.

AQVINIVS, Tuſc. V. 22. malus Poëta, *qui etiam a Catullo notatur, ep.* 14.

ARATVS, Nat. D. II. 41. ejus carmina a Cicerone admodum adoleſcentulo convertuntur. de Or. I. 16. Acad. IV. 20.

ARATVS Sicyonius, Offic. II. 23. laudatur. Patriam a tyranno oppreſſam liberat. *Eſt auctor fœderis Achaici, cujus vitam luculenter ſcripſit Plutarchus: add. Polyb. L. II.*

ARBVSCVLA, ad Att. IV. 18. Mima, *de qua eſt apud Horat.*

ARCESILAS, de Or. III. 18. Polemonis diſcipulus. Fin. V. 31. Podagræ dolores fortiter fert. Acad. I. 13. negat quicquam ſciri poſſe, illud ipſum quod Socrates reliquerat. cum Zenone certat. Acad. IV. 24. Zenonis & Arceſilæ disputatio in quo vertatur.

ARCHAGATHVS, Haluntinus, in Verr. IV. 22.

ARCHE, Nat. D. III. 21. Muſa ex primis quatuor, natis Jove altero.

ARCHELAVS, Div. II. 42. ſummus Aſtrologus tempore Panætii.

ARCHELAVS, Tuſc. V. 4. Anaxagoræ diſcipulus, *idemque Socratis præceptor.*

ARCHELAVS, Tuſc. V. 12. Perdiccæ filius, fortunatiſſimus putatus. *De hoc Macedoniæ rege v. Buherius ad h. l. & Spanhem. de V. & P. N. T. I. p.* 376.

ARCHELAVS, Rab. P. 8. Comanorum ſacerdos. *gener Ptolemæi, regis Ægypti, qui Alexandriam, Ptolemæo Aulete pulſo, occuparat: de cujus genere v. Strabo XII. p.* 334. *add. Noriſ. Cenotaph. Piſ. p.* 225. *Eſt autem filius Archelai ducis Mithridatici contra Sullam in Græcia, ut ille docet.*

ARCHIAS, *Aulus Licinius, Poëta*, Arch. I. ſeqq. Antiochenus, civitate donatus a Craſſo, Ciceronem ad ſtudia cohortatur & in iis juvat. ibid. 3. ejus fama, amicitiæ, inſignis facultas poëtica, libri. ad Att. I. 16. Lucii Luculli Mithridatico bello geſtas res ſcribit. Suſpicatur Cicero res Metelli Numidici ſcripturam, Div. I. 36. ejus verſiculi quidam Latine converſi. *Epigrammata quædam hominis reſtant in Anthol. Gr.*

ARCHIDEMVS, Acad. IV. 48. Dialecticus, Stoicus. *Tarſenſis fuit. de eo vid. Laërt. VII.* 40. 68. 84. 88. *Auctores, qui de eo egerunt, multos laudat Fabric. B. G. L. III. c.* 10.

ARCHIDEMVS, Flacc. 22. Trallianus.
ARCHILOCHVS, Tusc. I. 1. regnante Romulo vixit. Ab eo Archilochium edictum Bibuli. Attic. 22. i. e. *acerbum.*
ARCHIMEDES, Orat. III. 23. Tusc. I. 25. Nat. D. II. 34. ejus sphæra. *de qua vid. etiam Sext. Empir. adv. Math. L. IX. p. 577. & ibi Fabricium τὸν πάνυ.* Fin. V. 19. patriam captam præ studio non sensit. Verr. IV. 58. Marcellus ejus mortem molestè fert. Tusc. IV. 23. ejus sepulcrum a Cicerone Quæstore repertum.
ARCHONIDES, Verr. III. 56. IV. 26. Elorinus.
ARCHYTAS Tarentinus, de Orat. III. 34. Pythagoreus, Philolai præceptor. Fin. V. 29. Platonis tempore vixit, Fin. II. 14. Platonis ad eum epistola, *nona inter epistolas Platonis.* Tusc. IV. 36. iræ potens.
AREVS, Att. V. 9. libertus.
ARGANTHONIVS, Cato 19. rex Tartessiorum, qui octoginta annos regnavit, centum & viginti vixit. *add. Plin. H. N. VII.* 48.
ARIARATHES, ad Div. XV. 2. Att. XIII. 2. Ariobarzanis filius, & alius, Ariobarzanis frater.
ARION Methymnæus, Tusc. II. 27. *Citharœdus, de quo nota est ex Herodoto fabula.*
ARIOBARZANES, Manil. 2. rex Cappadociæ a Mithridate regno expulsus. socius populi Romani. Eusebes & Philoromæus *dicitur. qui tituli etiam in numis occurrunt.* Ciliciæ Proconsuli Ciceroni commendatur a Senatu, & ab eo magno periculo liberatur, laudatur. *conf.* ad Div. XV. 2. 4. Attic. V. 20. Prov. 5. Gabinio in ulciscendis inimicis utitur.
ARISTAEVS, Nat. D. III. 18. olivæ inventor, Apollinis filius. Verr. IV. 57.
ARISTAEVS. Verr. V. 42. Dexionis filius.
ARISTIDES, de Offic. III. 4. *Justus* dictus est. ibid. III. 11. Themistoclis consilium utile, quia injustum, non probat.
ARISTIPPVS, Socraticus, de Orat. III. 17. Cyrenaicæ philosophiæ auctor. ad Div. IX. 26. ejus dictum de Laide. Acad. IV. 42 voluptatem summum bonum facit. Offic. I. 41. licentia ejus contra morem consuetudinemque loquendi non est imitanda.
ARISTO, ad Div. II. 18.
ARISTO *Chius, Stoicus.* Acad. IV. 42. Fin. II. 11. 13. summum bonum in ἀδιαφορίᾳ ponit. Nat. D. I. 14. ejus de natura Deorum sententia. *Commemoratur etiam* Aristo *quidam* Tusc. V. 8. qui Bruto persuaserat, virtute effici vitam beatam non beatissimam, & quocum Ciceroni hoc nomine disputatio fuit: *sed ibi* Aristum *legendum docent Davisius & Buherius.*
ARISTO, Balb. 22. Massilienſis, a Sulla civitate donatus.
ARISTODAMVS, Apollonidiensis. Verr. V. 6.
ARISTODEMVS, ad Att. II. 7.
ARISTOCRITVS, ad Div. XIV. 3. servus aut libertus potius.
ARISTOGITON, Tusc. I. 49. *Athenienſis, qui cum Harmodio Pisistrati tyrannidem evertit.*

ARI-

ARISTOMACHE, Tusc. V. 20. uxor Dionysii tyranni.
ARISTONICVS, Phil. XI. 8. cum eo bello gestum L. Valerio & P. Licinio Coss. Agr. II. 33.
ARISTOPHANES, Comicus. Legg. II. 15. poëta facetissimus. Or. 9.
ARISTOPHANES, Or. III. 33. Grammaticus insignis. Fin. V. 19.
ARISTOTELES, Tusc. III. 38. sperat philosophiam brevi tempore absolutam fore. Acad. I. 4. Socratis dubitationem & disserendi genus relinquit, Platonis ubertatem complexus. Acad. I. 8. quintum genus elementorum statuit, e quo mentes & sidera. Tusc. I. 10. ἐντελέχειαν, de mente sententia. de Fin. V. 4. primus instituit exercitationem de omnibus rebus in utramque partem disserendi. Fin. V. 5. Duplex scribendi genus Aristotelis, populare & subtile, causa est, quare interdum non idem dicere videatur. Ejus libri de moribus, utrum ipsius an filii? Nat. D. I. 13. Scripsit libros de philosophia, *quorum hic tertius laudatur.* In sententia de Deo inconstans. de Off. III. 8. honestatem omnibus rebus præfert. de Inv. I. 5. plurimum Oratoriæ profuit. de Orat. III. 35. eloquentiam professus est, quod videret Isocratem in eo genere frequentari. ad Div. I. 9. ejus ratio oratoria omnis libris de Oratore Ciceronianis continetur. ibid. Aristotelius mos, est, *cum scribimus in sermone ac dialogo.* ad Att. II. 1. Aristotelia pigmenta h. e. *ornamenta orationis ex Aristotelis præceptis.*
ARISTOTELES, A. Licinius, Melitensis, ad Div. XIII. 52. hospes Ciceronis.
ARISTOXENVS, Fin. V. 19. Musicus. Att. VIII 4. Or. III. 33. Tusc. I. 10. quid de anima senserit. ibid. 18. sententia de anima reprehenditur. Aristotelis discipulus.
ARISTVS, Academicus, Att. V. 10. Acad. I. 3. frater Antiochi, *ejus, qui auctor est quintæ Academiæ, de quo supra: quocum conjungitur* Tusc. V. 8. *Sic enim ibi legendum non* Aristo. *ut docuere ad illum locum Davisius & Buherius.* M. Bruti magister. *Plutarchus in Brut. init. adeo φίλον & συμβιώτην vocat.* Brut. 97. Academiæ heres, hospes & familiaris Ciceronis.
ARISTVS, in Verr. IV. 12. Panormitanus.
ARQVVS, s. ARCVS, *Arqui.* Nat. D. III. 19. Thaumantis filius.
C. ARRIVS, ad Att. II. 14. 15. &c. amicus Ciceronis & vicinus ejus in Formiano. ad Q. Fr. I. 3. summam amicitiam cum Cicerone simulans, eum insidiose tractat. *Sed fortasse etiam hoc alterum ad Q. Arrium fil. referri potest, quem ipsum Vat. 12. familiarem suum appellat.*
Q. ARRIVS, Br. 69. grata populo verborum copia fuit, qua, infimo loco natus, pecuniam & honores consecutus est. &c.

Verr.

Verr. II. 15. & IV. 20. prætor Siciliæ designatus, *non successit Verri, quod exorto bello servili missus est contra Crixum & Spartacum: quorum illum profligavit, ab hoc victus est. Liv. Epit. 96.*

Q. ARRIVS, ad Att. II. 5. destituitur in petitione Consulatus a Cæsare, quem ipse ante juverat. Vat. 12. epulum dedit in honorem patris, *Cæsare & Bibulo Coss. Is est etiam, quem amicum suum vocat, p. Milon. c. 17. Videtur autem esse filius Q. Arrii Prætoris Siciliæ designati, & hoc epulum dedisse eam ipsam ob causam, ut populi auram captaret, consulatum petiturus. Magnificum hoc epulum fuisse vel Horatii locus indicat Satir. II. 3.*

ARSACES, ad Div. VIII. 14. Rex Parthorum; quocum Cicero bellum gessit in Cilicia. *Est* Orodes, *Phraatis III. fil. ut alio loco a Cicerone vocatur.*

ARSINOA, Nat. D. III. 22. Arsippi uxor.

ARSIPPVS, Nat. D. III. 22. Arsinoæ vir, Æsculapii cujusdam pater.

ARTAVASDES, Att. V. 20. Rex Armeniorum. V. 21. ejus filia nubit Dejotaro filio. ad Div. XV. 2.

ARTAXERXES, Att. X. 8. Xerxis filius, ad quem Themistocles confugit.

ARTEMIDORVS Ætnensis, Verr. III. 44.

ARTEMIDORVS Cornelius, Verr. III. 49. medicus Verris.

ARTEMIDORVS Pergæus, Verr. III. 21. quo adjutore Verres Dianæ Pergææ templum expilavit.

ARTEMIDORVS, Verr. I. 31. *qui sit nescio, & videtur ibi locum non habere. Neque de ullo Artemidoro sermo, sed de Philodamo: quod nomen etiam Pantagathus reponebat.*

ARTEMISIA, Tusc. III. 31. Mausoli regis Cariæ uxor. sepulcrum magnificum Mausolo Halicarnassi extruxit.

ARTEMO, Verr. III. 85. Entellinus.

ARTEMO, ad Div. XIII. 64. Laodicenus.

ARTEMO Climachias, Verr. II. 51. Cephaleditanus.

ARTEMO, Verr. III. 45. Ætnensis Senator.

ARVNS, Tusc. IV. 22. filius Tarquinii Sup. qui cum L. Bruto simul interiit.

L. ARVNTIVS, ad Div. VII. 18.

P. ASCITIVS, Cæl. 10. in suspicionem interfecti Dionis, Alexandrinorum legati, contra Ptolemæum, vocatur.

ASCLAPO Patrensis, ad Div. XIII. 19. XVI. 9. medicus.

ASCLEPIADES, Tusc. V. 39. Eretricus philosophus. Cæcitatem æquo animo fert.

ASCLEPIADES, Flac. 15. Acmonensis.

ASCLEPIADES, de Or. I. 14. medicus, amicus Crassi, eloquens. *Hoc loco inductus Cocchius Medicus Florentinus Clarissimus, negat verum esse, quod vulgo, auctore Plinio H. N. XXVII, 3. statuunt, eum æqualem Cn. Pompejo fuisse, in notis ad scriptores Chirurg. Græcos. p. 154. Quod enim Crassus

ſus de eo loquitur, majorem Pompejo eſſe debuiſſe, & Plinium adeo erraſſe. Quaſi non potuerit Craſſi tempore paullo junior fuiſſe; aut probabile ſit, Plinium, diligentem ſcriptorem, in re erraſſe, quæ non multum ab ſuis temporibus abeſſet.

M. ASELLIVS, Clu. 61. Larinas.

ASELLIVS, de Legg. I. 2. hiſtoricus Latinus languidus & inſcitus.

ASELLVS, Or. II. 64.

ASINIVS, Phil. XIII. 13. Senator voluntarius, qui ſe ipſe fecit Senatorem, beneficio Antonii.

ASINIVS *Larinas*, Cluent. 13.

ASINIVS *Dento*, Attic. V. 20. Centurio primi pili in exercitu Bibuli.

ASINIVS *Pollio*, ad Div. X. ep. 33. amicus Antonii. ibid. 31. & 32. 33. ex Hiſpania, cui a Cæſare præfectus erat, ad Ciceronem ſcribit, & libertatis ſe cupidum oſtendit &c. *Ejus epiſtolæ ſunt* L. X. 31. 32. 33. *De eo diligenter & accurate egit P. Manut. ad l. c. ep. 31. locis veterum de eo congeſtis. cf. Intt. ad Horat. Carm. II. 1. de ejus poſteris v. Lipſ. ad Tacit. A. III. 75. inprimis Rykium ad Tacit. p.* 112.

ASPASIA, de Inv. I. 31. *Sophiſtria Mileſia celebris, Socratis in eloquentiæ ſtudio magiſtra, Periclis tandem uxor: de qua vide in primis Plutarch. in Pericle p.* 165. *ed. Wechel. ubi accurate de ejus natalibus, artibus, vitæ genere &c. agit.*

ASTARTE, N. D. III. 23. Venus Syria, quæ Adonidi nupſit.

ASTERIA, N. D. III. 26. Latonæ ſoror, ex qua Hercules Tyrius.

ASTYANAX, de Div. I. 49. eo regnante, quæ Solis defectio facta eſt, eam prædicit Thales.

ASTYANAX, Att. IV. 15. tragœdus.

C. ATEJVS *Capito*, de Div. I. 16. Craſſum in provinciam abeuntem diris proſequitur, & propterea ab Appio Cenſore tanquam ementitus auſpicia ſubſcribitur. *Origines inimicitiarum lege ap. Dion. Caſſ. XXXIX. p.* 105.

C. ATEJVS *Plagulejus*, ad Att. X. 8. commemoratur inter Cæſarianos Ciceronis inimicos.

L. ATEJVS, L. F. Arrienſis Capito. ad Div. VIII. 8.

ATHAMAS, Har. Reſp. 18. furioſus poſt matricidium factus. Tuſc. III. 6. furioſus.

ATHAMAS, Piſ. 36. ſaltator, L. Piſonis in Macedonia comes.

ATHAMAS, Attic. XII. 10. ſervus.

ATHENAEVS, ad Div. XV. 4. apud Ariobarzanem gratioſus.

ATHENAIS, ad Div. XV. 4. nomen fœminæ, uxoris, aut matris Ariobarzanis.

ATHENGAORAS, Cymæus, Flacc. 7.

ATHENIO, Verr. II. 54. Haruſp. Reſp. 12. dux fugitivorum & Siculorum, qui cum fugitivis ſe conjunxerant. Hinc Attic. II. 12. Athenio *dicitur* Sex. Clodius, *quia fuit dux ſervorum Romæ tumultuantium, ut Athenio fugitivorum.*

ATHENODORVS Calvus, Att. XVI. 11. 14.

ATHENODORVS, *Tarſenſis*, Sandonis filius, ad Div. III. ep. 7. *Philoſophus*, (*Cæſaris Octavii præceptor.*) *Videtur* de Nobilitate *ſcripſiſſe. de eo Sueton. Claud.* 4. *Fabric. in Catal. Stoic. B. G. L. III. c.* 15. *de eo extant conjectanea Cl. Harkenrothi in Obſ. Miſcel. Nov. Vol. I. p.* 49.

ATHERIANVM jus, ad Div. IX. ep. 18. *ab Atherio quodam vel Hatherio JCto, vel Aterio potius.* Aterium & Haterium *promiſcue eſſe in libris docuit Cl. Torren. ad Valer. M. I.* 7. 8. *Jus Aterianum non eſſe cibum, inde patet, quod, ſi cibus eſſet, ambiguitatis luſus & jocus tolleretur. Neque tamen de lege Ateria cum Cortio capiendum; ſed de illius temporis JCto. Aterios autem equites Rom. eo tempore fuiſſe, ex loco Valerii colligi poteſt.*

ATIDIVS, Verr. III. 32. C. Verris præfectus.

C. ATINIVS Labeo, pro Dom. 47. a Q. Metello Cenſore e Senatu ejicitur & poſtea ejus, Metelli Macedonici, bona conſecrat in tribunatu (*Plin. Hiſt. Nat. VII.* 47.) idem Cn. Lentulo Cenſori facit.

L. ATRATINVS, Cœl. 1. filius L. Atratini ejus, qui a M. Cœlio de ambitu accuſatus erat; accuſat Cœlium de ambitu. Patrem defenderat Cicero.

ATTAE, Sext. 51. *quidam per Enallagen dici putant pro* Atta, *qui fuerit poëta Latinus. Sed cum Abramio Grævius interpretatur: Senes philoſophos Græculos. quos vide.*

ATTALVS, *Rex Pergamenus.* Sext. 27. ei Aſia Antiocho M. ademta condonatur. Dejot. 7. in P. Africanum liberalis fuit: *ubi tamen aut Cicero lapſus eſt*, Attalum *pro* Antiocho *ponens*, aut Antiochus (*M.*) *reponendus. v. Urſinus ad l. c. & Drakenb. ad Liv. epit.* 57. *De* Attalorum *Stemmate v. Rupert. ad Beſold. c.* 12. *Spanhem. de Uſu & Pr. N. Diſſ. VIII. p.* 511.

ATTALICA, in Verr. IV. 12. *in peripetaſmata auro intertexta, ab Attalo rege inventa & uſurpata.*

ATTALVS *Iphemeneus*, ad Q. Fr. I. 2. 4. homo Græcus de Quinti provincia.

ATTALVS *Netinus*, Verr. IV. 26.

ATTELLIVS, ad Att. V. 19. debitor Ciceronis.

ATTICVS, Attic. XII. 23. annalis ejus: *ſc. liber, qui laudatur.* Brut. 3. III. 20. adoptatur ab avunculo. II. 1. ſcripſit de Conſulatu Ciceronis. Brut. 45. ejus ſtilus. de Fin. II. 21. colligit hiſtoriæ theſauros. *Hiſtoriæ peritiſſimum fuiſſe etiam ex eo colligitur, quod in epiſtolis ſæpe a Cicerone de rebus hiſtoricis conſulitur. Epicureum fuiſſe, opinio eſt.* v. ad Div. XIII. 1. *contra disputat Tunſtallus Ep. ad Midletonum p.* 171. *ſq.*

ATTICVLA, ad Attic. VI. 5. filia Attici; *quæ & Cæcilia dicitur.*

A. ATTILIVS, pro Cæcin. 10. teſtis in Cæcinam.

C. ATTILIVS, Roſc. Am. 1. 18. ſua manu ſemen ſpargentem conveniunt legati. *de eo Valer.*

IV. 4. *de Paupertate Columella de R. R. L. I. init. Plin. XVIII.* 5. *Hic est, qui primus* Serrani *cognomen accepit M. F. M. N. Consul fuit a. V.* 495. & 503. *Non autem fuit filius illius Reguli, qui a Pœnis captus est, uti vulgo putant. de familia Attilia optime egit & multos vulgares errores refellit Perizon. Animadv. Hist. c.* 1.

L. ATTILIVS. pro Cæc. 10. A. filius, testis in Cæc.

L. ATTILIVS, ad Att. II. 3. *ubi tamen Tunstallus legi vult* A. filius: *qui est L. Afranius p.* 40.

M. ATTILIVS REGVLVS, Tusc. V. 3. Sext. 59. &c. de Offic. III. 26. bis Consul fuit. de Senect. 20. Carthaginem redit ad supplicium.

M. ATTILIVS *Calatinus*, Nat. D. II. 23. Fidem dedicat. *Consul* a. 495. 498. *Dictator* a. 504. *A. F. C. N. Ejus etiam mentio est pro Planc.* 25. *de Senect.* 17.

M. ATTILIVS, Act. I. Verr. 13. de majestate damnatus.

Sex. ATTILIVS, Off. III. 30. Attic. XII. 5. Cos. cum Furio, legem fert de fœdere Numantino.

ATTILIVS, ad Div. XIII. 62. eques Rom.

ATTILIVS, de Fin. I. 2. Sophoclis Electram Latinam facit, qualis scriptor? confer Att. XIV. 20.

S. ATTILIVS *Gavianus*, Sext. 34. tribunus plebis, qui Ciceronis restitutionem impedierat: Serranum se ferebat: adoptatus in familiam Atiliam. *de eo et de hoc loco v. Perizon. l. c.*

ATTIVS *Navius*, de Div. I. 17. augur, tentatur a Tarquinio Prisco. Novacula cotem præcidit.

C. ATTIVS *Pelignus*, Att. VIII. 4. Sulmone portas aperuit Antonio in bello civili.

L. ATTIVS *Poëta*. vid. *Accius*.

M. ATTIVS *Balbus*, Phil. III. 6. Prætorius.

P. ATTIVS, Att. VII. 13. *v. in* P. Varus.

T. ATTIVS, Cluent. 23. accusator Cluentii.

ATTIVS, ad Div. XV. 17. pigmentarius.

ACVTVS, ad Div. XIII. 50. (*Acilius*) Proconsul, Sulpitii successor.

CN. AVFIDIVS, Tusc. Qu. V. 39. Prætorius, Cicerone puero, cæcus, in Senatum tamen venit, historiam Græcam scripsit. cf. de Fin. V. 19. Dom. 13. adoptat Orestem.

SEXT. AVFIDIVS, ad Div. XII. 26. 27.

T. AUFIDIVS, Br. 48. JCtus, T. Juventii & P. Orbii æmulus, frater M. Virgilii. *Idem esse videtur, qui* Flacc. 19. Prætor Asiæ *vocatur: ut placet etiam Corrado ad Brutum.*

AVFIDIVS, Att. I. 1. *inter eos ponitur, quos competitores Ciceroni in Consulatu fore opinio erat. Diversus est ab* Lurcone, *qui eo fere tempore tribunus plebis fuit. Forte est* T. Aufidius, *de quo ante.*

AVFIVS, Att. VI. 1. amicus Ciceronis.

AVIANVS, Acad. IV. 25. Puteolanus, amicus Ciceronis.

C. AVIANIVS, vel AVIANVS *Hammonius*, ad Div. XIII. 21.

M. Æmi-

M. Æmilii Avianii libertus, *idem est*, *qui* ep. 25. C. Avianus Evander *dicitur*. ad Div. VII. 23. statuarius.
C. AVIANIVS, vel AVIANVS Flaccus. ad Div. XIII. 35. 37.
C. AVIANVS Philoxenus, ad Div. XIII. 35. Siculus, a Cæsare in Novocomenses relatus, Ciceronis beneficio. *Nomen assumsit* Flacci Aviani, *quod eo familiarissime usus erat, cum Tullii nomen assumere debuisset ob beneficium.*
AVIDIVS, Leg. II. 3. dicitur a Pompejo & Cicerone defensus esse. *pro quo Davis cum Manutio & Lamb.* Balbus.
AVILIVS *Larinas*, Cluent. 13.
AVITVS, Or. 29. *est Cluentius, pro quo est Oratio.*
AVIVS, vel AVLVS, Att. XII. 5. *forte est* argentarius, Att. XIII. 4.
M. AVLANVS, s. AVLIANVS, Sext. 4. Tribunus militum C. Antonii, Catilinarius, a P. Sextio Capua expellitur.
AVLETES, Postum. 10. *est cognomen* Ptolemæi, *qui regno pulsus est.*
AVLVS, Att. VI. 2. *est* Gabinius. *vid. Auli Lex.*
AVLI filius, Att. I. 20. Afranius, Att. I. 16. *est idem* L. Afranius.
AVRATA, Or. I. 39. *est* Orata: *de quo infra. Cur hic scribatur* Aurata, *lepidam rationem affert Chapmannus in notis Pearcianis ad Offic. III. 16.*
AVRELIANVS, Att. IV. 16.
AVRELIVS, Att. XIV. 9. ab Hirtio Germanis præpositus.
AVRELIVS, ad Diverf. XVI. 24. ad Att. creditor Ciceronis.
C. AVRELIVS, Verr. I. 50. Consul a. V. DCLXXVIII. cum L. Octavio.
L. & C. AVRELII, L. filii, *Orestæ*, ad Div. XIII. 39. orationes reliquerunt.
M. AVRELIVS SCAVRVS, Brut. 35. Latine dixit, (*Consul* a. V. DCLVI.) in Q. Cæcil. 19. Quæstor L. Flacci, Flaccum ei accusare non permittitur, Verr. I. 33. Ephesi prohibitus est servum e templo Dianæ abducere.
L. AVRIFEX, Orat. II. 60. eques Romanus.
A. AVRIVS, Cluent. 8. Larinas.
M. AVRIVS, *Melinus*, Cluent. 5. Larinas. duxit Cluentiam.
Num. AVRIVS, ibid. 8. Larinas.
AVTOBVLVS, Pis. 36. saltator, L. Pisonis in Macedonia comes.
P. AVTRONIVS, Brut. 68. orator sola voce probabilis. Sull. I. consul designatus cum P. Sulla de ambitu condemnatur, Att. III. 2. 7. exulat. *postea conjuravit cum Catilina.*
AXIVS, Att. IV. 15. senator, qui in Roscis villam habuit, ad Att. III. 15. *de hoc interpretantur Sueton. Jul. Cæs. 9. Idem inducitur ap. Varr. R. R. III. 2. ubi & villa ejus in Roscis commemoratur.*
Q. AXIVS, Att. I. 12. fœnerator. Att. X. 11. *forte idem cum superiori.*

B.

BABVLLIVS, Att. XIII. 48.
BACCHVS, Nat. D. III. 23. multi Bacchi.
BACIS, *Bœotius*, Div. I. 8. augur.
BAEBIVS, Att. IX, 14. homo obscurus, sed non infans.

M. BAEBIVS, Pis. 35. jussu L. Pisonis in Macedonia interficitur.

Q. BAEBIVS, *Tampilus*, Phil. V. 10. Legatus Romanorum ad Hannibalem Saguntum obsidentem. *Cognomen &* Tamphilus *scribitur in Fastis Cap. v. Duk. & Drakenb. ad Liv. XL. 17. In numo gentis Bæbiæ est* Tampilus. *add. Græv. ad l. c.*

P. BAGIENNVS, ad Div. X. 33. *Legatus aut Præfectus Antonii fuisse videtur.*

BALBILIVS, Att. XV. 13. amicissimus Ciceroni, qui eum subsidium senectutis suæ vocat. *Mongaltus intelligit* Balbum minorem: *probat Olivetus V. C.*

BALBINVS, ad Att. XIII. 21. Cæsarianus.

BALBVS, *cognomen Ampiorum, Luciliorum, Octaviorum & Thoriorum: ubi vid.*

BALBVS *major*, Att. VIII. 9. *pro quo est oratio de jure civitatis. Fuit Gaditanus, a Cn. Pompejo civitate donatus, rogatu Luc. Cornelii Lentuli, unde ab eo nomen assumsit. de eo vid. argumentum orationis. Fuit gratiosissimus apud Cæsarem.* Att. VII. 3. Tarteſſius dicitur. ibid. VII. 7. a Theophane Mitylenæo adoptatur. ibid. II. 12. Quindecim-Vir. *In orat. pro Balbo interdum L. Cornelius simpliciter dicitur. Ad consulatum pervenit gratia Cæsaris. de eo v. Plin. H. N. VII. 43.*

BALBVS, *est e fratre nepos Corn. Balbi; unde* minor *Att. VIII. 9. dicitur.* Asinii Pollionis quæstor fuit in Hispania: ejus flagitia commemorantur. ad Div. X. 32. *de eo v. Plin. H. N. V. 5.*

BALBVS, Sull. 19. Fausti libertus.

BALBVS, p. Cœlio 11. accusator M. Cœlii. *forte est P. Octavius Balbus.*

BALBI duo, Orat. III. 21. Stoici. vid. in *Lucilius.*

BALBVTIVS, Cluent. 60. Larinas.

BALEARICVS, de Div. I. 2. Metellus. v. *Metellus.*

BALLIO, Q. Rosc. 7. nomen Comicum lenonis.

M. BAMBALIO, Phil. II. 36. *est Q. Fadius, M. Antonii socer, pater Fulviæ.*

BANOBAL, Venerius. Verrin. III. 37.

BARBA *Cassius*, Phil. XIII. 2. amicus Cæsaris & Antonii.

BARBATIVS, Phil. XIII. 2. amicus Cæsaris & Antonii.

BARDYLIS, Offic. II. 11. Illyricus latro, propter æquabilem prædæ partitionem, magnas opes habuit.

BARNAEVS, Att. XIV. 19.

M. BASILIVS, s. *Basilus*, Cluent. 38. Senator.

BASILIVS, ad Div. VI. 15. Cæsarianus, qui postea in eum conjuravit.

BASILIVS, Phil. II. 41. gladiator de grege M. Antonii.

BASILVS, Att. VII. 9. bustum Basili, locus in via Appia latronibus infestus.

BASILVS Minucius: *v. in Minucius.*

BASSVS, ad Div. VII. 20. vid. *Cæcilius.*

BASSVS Lucilius. *v. in Lucilius.*

BATTARA, ad Div. VII. 9. *pro quo alii:* Vacerra. *videtur familiaris Trebatii fuisse.*

BATTONIVS, Att. VI. 8. amicus Attici & Ciceronis.

M. BEBRIVS, Cluent. 16. Senator Rom.

BELLEROPHON, Tusc. III. 26.

C. *Annius* BELLIENVS. Font. c. 4. *Hunc non diversum a* C. Billieno (*v. infr.*) *putat Tristanus Comm. T. I. p. 90. quod mihi temporum ratio permittere non videtur. Nec verum est, eum habuisse duarum gentium nomina per adoptionem.* Bellienus *est cognomen. Nec denique* Betilienus *reponendum pro* Bellienus, *etsi in numo occurrit, & Senecæ reddendum videtur. Nimis sæpe hoc nomen in libris occurrit.*

L. BELLIENVS, Phil. II. 36. Pompejanus, cujus domus post cædem Cæsaris incensa est & deflagravit.

BELLIENVS, ad Diverf. VIII. 15. verna Demetrii. Cum præsidio est Intemelii. A quo forte non diversus est alter ad Div. XVI. 22. homo pessimus, flagitiosus. Quidam: *Bilienus: quod idem nomen est.*

BELVS, Nat. D. III. 16. Indorum Hercules.

L. BESTIA *e Calpurniis* Brut. 34. bonus tribunus Plebis, Popilium a C. Graccho expulsum sua rogatione restituit, post consulatum oppressus est lege Mamilia. Bestia *est cognomen* Calpurniæ *familiæ.*

BESTIA, Phil. XIII. 12. Cœl. 12. accusatur de ambitu, in petitione præturæ. defenditur a Cicerone. Qu. Fr. II. 3. Phil. XII. 8. & Phil. XI. 5. consulatum in Bruti locum petit.

T. BETVCIVS, *Barrus Asculanus.* Brut. 46. aliquot orationibus Asculi habitis, & una Romæ contra Cæpionem, nobilis, cui Cæpionis ore respondit Ælius.

BIAS, Parad. I. Priene patria: de Amic. 16. e septem Sapientibus.

M. BIBVLVS, Att. I. 16. Cæsaris amicitiam quærit, ædilitate & prætura omissam, ut consulatum eo facilius consequatur. Har. Resp. 22. Cæsare Collega in Consulatu leges ferente semper servat de cœlo. Dom. 15. servat de cœlo, cum Cæsar de adoptando Clodio legem Curiatam fert. Vatin. 9. Vatinius trib. pl. Consulem in vincula ducit, reliquis tribunis mitti jubentibus. Att. II. 19. ejus edictis, quæ domo abditus (*vim Cæsarianorum timens*) dat, irascitur Pompejus, quod iis laceratur. In Cæsarem acerba edicta dat, quæ inde *Archilochia* dicuntur, populo vehementer grata. Dom. 26. censet, ut pontifices de domo Ciceronis statuant. ad Div. XV. 1. Proconsul Syriæ. XII. 19. quam diu Parthi in provincia ejus sunt, Antiochia se tenet, urbe munita. VIII. 6. contra Parthos male pugnat. II. 17. Ciceroni Proconsuli Ciliciæ invidet. Brut. 77. scriptitavit accurate. Bello civili periit.

BILIENVS, ad Div. XVI. 2. *idem qui* Bellienus, *ubi v.*

C. BILIENVS, Brut. 47. æqua-

lis

lis M. Bruti JCti. laudatur. *v. ibid.*

A. BINNIVS, Cluent. 59. Copo de via Latina.

BION, Tusc. III. 26. ejus apophthegma.

BITHYNICVS, ad Div. VI. 16. *Cæsarianus e gente Pompeja, fil. Q. Pompeji Bithynici, A. N. a Bithynia dictus, devicta a patre. Post mortem Cæsaris Siciliæ prætor fuit.*

BITON, Tusc. I. 47. pietas in matrem, mors placida. Cleobis frater.

BLANDENIVS ZEVXIS, ad Q. Fr. I. 2. 2.

BLESAMIVS, Dejot. 12. Gallo-Græcus, Dejotari legatus.

BLOSSII, Agr. II. 34. nobiles Campani bello Punico II.

C. BLOSSIVS, *Cumanus*, de Amic. 11. *Philosophus Stoicus, Antipatri Tarsensis Romæ auditor, de quo vid. Plutarch. in Gracchis p. 827. ed. Wech. ubi dicitur incitasse Ti. Gracchum ad legem Agrariam ferendam; de qua re post accusatus, se amicitia summa Ti. Gracchi defendit. Cic. l. c.*

BOETHVS, Verr. IV. 14. cælator & *statuarius, laudatus Plinio* XXXIII. 55. XXXIV. 8. *ubi argento meliorem fuisse, quam cetero genere materiæ dicit. Carthaginiensis fuit, teste Pausan. L. V. cap.* 17.

BOETHVS, de Div. I. 8. II. 20. Stoicus, prognosticorum causas elicere conatus est. Sed effecit tantum, ut earum rerum rationes paterent, quæ in mari cœlove fierent. *de eo & aliis hujus nominis v. Menag. ad Laërt. VII.* 143. *Laërtio l. c.* 148. 149. *memorantur libri de Natura & de Fato, in quibus forte libris de prognosticis egit.*

BOGVDES, ad Div. X. 32. Rex Mauritaniæ Tingitanæ: *cujus mentio sæpe ap. Hirt. Bell. Afr.* 23. 25. 59. 60. *a quo* Regnum Bogudis & Mauritania Bogudiana: *quæ alias* Tingitana.

BOIVS, ad Herenn. IV. 3. nomen cursoris. v. *Gronov. ad h. l.*

M. BOLANVS, ad Div. XIII. 77. amicus Ciceronis. *Alii scribunt* Bollanus: *quæ forma est etiam ap. Horatium.*

BONA DEA, Dom. 38. &c. *Ejus sacra habita in ædibus Pontif. M. a matronis pro salute pop. Rom. De Bonæ Deæ Sacris, templis &c. præclare observata sunt ap. Broukhusium ad Tibull. p.* 124. 125. 333.

BRENNVS, de Div. I. 37. cum Gallicis copiis fano Apollinis bellum intulit. Pythiæ de ea re responsum.

BRINNIVS, Att. XIII. 12. 14. Ciceronem heredem facit.

T. BROCCHVS, Lig. 4. 11. avunculus Q. Ligarii. Furiæ *familiæ cognomen.*

BROGITARVS, Gallo-Græcus. Har. Resp. 13. 27. Ei Clodius sacerdotium Pessinuntium vendidit, expulso justo sacerdote, & regis nomen dedit.

BRVLLA, de Or. III. 23. delectabatur vehementius talis.

BRVTTIVS, ad Div. XVI. 21. homo jucundus, quem M. Cic. fil. secum Athenis habuit; *a quo diversus videtur*

L. BRVTTIVS, ad Div. XIII. 38. eques Romanus. Siculus.

L. BRVTVS, *e familia patricia Junia.* Brut. 53. Planc. 25. Romam regio dominatu liberavit. de Offic. III. 10. Collegæ Collatino imperium abrogat. Tusc. IV. 22. interiit cum Arunte. Brut. 14. Phil. I. 6. princeps nobilitatis Brutorum. *Hoc dicitur tantum ex opinione vulgari, quæ tum erat, cui, favens Brutis eorumque gloriæ, non refragatur. Nam ipse Brutus inde ducere originem videri volebat: unde ejus imaginem in atrio habebat. Atticus etiam stemma Brutorum fecerat, in quo a L. Bruto paternum, ab Abala maternum genus duxerat. v. Wesseling. V. C. Obs. II. 16. Sed Brutos illos, qui deinceps commemorabuntur, plebejos fuisse, nec a Junia illa familia patricia originem duxisse, docet accurate P. Manut. ad Ep. I. ad Brutum. Et Plutarchus in Bruto. init. jam tum negatam esse illam a L. Bruto, regum expulsore, originem, ab his, qui eis ob Cæsaris cædem infesti essent. Quid? si a Bruto orti sunt eo, qui apud Dionysium* Halic. *memoratur, ubi de secessione in montem sacrum agitur: qui fuit plebejus: L. VI. p. 396. qui & ipse* L. Junius *dictus est primum ipso sibi hoc nomen Bruti arrogante, tamquam alteri libertatis asserto-i, quod ei deinde mansit.*

D. JVNIVS BRVTVS, M. filius, *collega* Africani min. *in Consulatu DCXVI.* Brut. 28. Græce doctus. de Leg. III. 9. a Trib. Curiatio in vincula conjicitur. pro Balb. 17. in Hispania ulteriori feliciter pugnat & de Gallæcis triumphat. Arch. 9. Attii versibus monumenta sua inscripsit. Ejusdem etiam mentio fit in Bruto 22. *Ap. Vellejum II. 5. dicitur* Aulus: *v. interpretes & Sigon. ad a. V. DCXV.*

D. BRVTVS, Brut. 47. pro Rabir. 7. Att. XII. 22. Græce & Latine doctus. *Consul fuit cum Mamerco Æmilio Lepido Liviano.*

D. BRVTVS, Verr. I. 55. Phil. III. 1. provinciam Galliam a Cæsare ipsi datam eripere audet Antonius. Ejus edictum cap. 4. ad Divers. X. 10. exercitum alit suo sumtu. ibid. 11. obsidione liberatur. ibid. XI. 1. postulat, ut sibi & M. Bruto, Cassio cum publico præsidio liceat Romæ esse, ut tuti sint, idem liberam legationem postulat & reliquis suis. ibid. 21. in Decemviris est, creatis, ut ab Antonio rationem gesti consulatus repeterent.

M. BRVTVS, *pater*, ad Div. VII. 22. Brut. 47. JCtus. Brut. 62. juris publici & privati peritus, a forensi eloquentia abfuit. Or. II. 32. libri de jure laudantur. pro Cluent. 51. initia librorum de Jure Civili. Fin. I. 4. Negat partum ancillæ in fructu habendum &c. *De eo consulere licet auctores Historiæ juris Rom.*

M. BRVTVS, *filius.* Or. II. 54. filius ejus, qui libros de Jure Civili scripsit, Cn. Plancium accusavit, defensore Crasso, qui cum ab eo lacessitus esset, in

in illa accusatione egregie eum ultus est. cf. Cluent. 51. Brut. 34. accusationem factitavit, nullos magistratus petivit, dedecus familiæ vocatur. Cluent. 51. Orator vehemens, bona paterna effudit. Font. 13. accusat Scaurum. Off. II. 14. Juris Civilis peritus, propter multas accusationes *accusator* cognominatus est. *Hunc quidam patrem τυραννοκτόνη faciunt. Male. Non ita de eo ad filium scripsisset in Bruto* 34.

M. BRVTVS, Quinct. 20. Tribun. pl. a. V. DCLXX. *Scipione & Norbano Consulibus, Hotomanno & Manutio videtur esse M. Bruti, qui Cæsarem interfecit, pater, a Cn. Pompejo bello Sullano necatus.* Agr. II. 33. Trib. pl. qui colòniam Capuam ferre voluit. *Alium M. Brutum, ad quem hoc referam, non reperio: neque tamen pro certo affirmare ausim, ad M. Bruti percussoris Cæsaris patrem pertinere deducendæ coloniæ consilium. Ceterum consentit cum eo, quod Cicero dicit, mirari se, cur Rullus ejus Bruti exitum non perhorresceat. Idem mecum sentire postea vidi Mazochium de Amphitheatro Camp. p. 9. qui inprimis de hoc Bruto videndus. Sed quod eum negat tribunum pleb. fuisse, quod Turnebus ad l. c. sine auctore dixerat, quia non probabile, Brutos, qui genus suum a L. Bruto patricio duci vellent, tribunos fieri voluisse, quo eam rem refutassent ipsi, id nihili est, ut patet e loco Ciceronis pro Quintio.*

M. BRVTVS, Phil. I, 3. Ejus & Cassii prætorum edictum post cædem Cæsaris. cap. 4. urbe cedit. Phil. II. 12. interfecto Cæsare pugionem extollit, & Ciceronem nominatim exclamavit. Phil. II. 14. ei provincia datur post cædem Cæsaris & quæstores. ad Div. III. 4. gener Cn. Pompeji M. VI. 6. a Cæsare Galliæ præficitur. XII. 15. XIII. 10. Att. XII. 5. epitomen Fannianam scripsit, i. e. historiæ a Fannio scriptæ. XIII. 8. ejus epitome Cœlianorum. Acad. I. 3. de philosophia Latine scripsit. audivit Athenis Aristum. Fin. I. 3. Liber de virtutibus ad M. Tullium. Tusc. Qu. V. 1. ejus avunculus est Cato Uticensis.

Q. CAEPIO BRVTVS, Phil. X. 11. *est idem M. Brutus, qui ita dicitur, quod a matris Serviliæ fratre adoptatus erat.*

M. BVCCVLEJVS, Or. I. 39.

BVCILIANVS, Att. XVI. 4. XV. 17.

BVLBVS, Verr. II. 32. Cluent. 26. Senator Rom. homo sordidus.

P. BVRIENVS, Quinct. 6. prætor urbanus: *a. V. DCLXX. Scipione & Norbano Coss.*

BVRRHVS, Orat. 48. Ennius dixit pro: *Pyrrhus. v. Victor. V. L. XIV.* 3.

T. BVRSA, (*Munatius Plancus*) ad Div. VII. 2. damnatur post tribunatum, *Pompejo M. III. Consule gestum.*

BVSRENVS, Q. Fr. II. 12.

BVSSENNIVS, Att. IIX. 12. Pompejanus.

C.

C. CACVRRIVS, in Verr. IV. 17. civis Rom. Lilybæi.

CAECILIA, Metelli Balearici filia. de Div. I. 2. ex ejus somnio Junonis Sospitæ templum refectum. de Div. I. 44. II. 40. *S. Rosc.* 50. *Nepotis (majoris) soror: sed quia eadem femina*, ibid. c. 10, Nepotis filia *dicitur, Viri docti, aut hic legendum putant* soror, *aut* c. 50. *delendum*, Balearici & sororem. *Nam aut Balearici filia est & Nepotis majoris soror, aut Nepotis filia, non Balearici. Ea quæ* c. 50 *de ea dicuntur, Balearici filiæ magis conveniunt, quam Nepotis. Nepotis filius tum nondum ornatissimus fuit, junior quippe Cicerone: nec patrui clarissimi nisi de Macedonici filiis, Balearici fratribus, intelligi possunt.*

CAECILIA, Att. VI. 2. & 4. est filia Attici. *Ipse enim Atticus* Cæcilius *dicitur, quia a* Cæcilio *avunculo adoptatus erat.*

C. CAECILIVS, Flacc. 36. eques Romanus.

CAECILIVS, Or. II. 10. Insuber Gallus, poëta comicus.

CAECILIVS TRYPHO, Att. III. 8.

CAECILIVS, Dejot. 8. *seu, ut alii habent:* Cælius, *nescio quis.*

L. CAECILIVS, in Sen. p. Redit. 9. Milon. 4. prætor P. Lentulo Spinthere Consule. *Sed alii malunt* Cælius, *ut est apud Asconium. Harduinus putat esse eum, qui ap. Plinium H. N. VII.* 49. *memoratur. Sed ibi prænomen est M. & libri quidam, præsertim edd. habent* Cœlius: *quæ lectio fit probabilis cognomine* Rufi, *quæ est Cœliorum. Et fuit* M. Cœlius Rufus *Orator æqualis Calvo, qui exitum non bonum habuit: de quo infra.*

L. CAECILIVS, Sull. 22. Trib. pl. legem Cæciliam fert. vid. *Lex Cæcilia:* legi Agrariæ Rulli se intercessurum profitetur.

L. CAECILIVS, ad Qu. Fr. I. 2. 2. negotiator in provincia Qu. Ciceronis.

M. CAECILIVS, Divin. in Cæcil. 9. frater Q. Cæcilii, *ejus, in quem est divinatio.*

Q. CAECILIVS, pro Corn. I. Consul cum M. Junio Silano. *Est Metellus Numidicus.*

Q. CAECILIVS, Q. F. Metellus Pius Scipio. ad Div. IIX. 8. *adoptatus a Q. Metello Pio, Numid. fil. ante P. Scipio, ut appellatur pro Domo. Socer Pompeji Magni, ejusdem collega in consulatu. Hic est ille Scipio, qui contra Cæsarem in Africa bellum gessit.*

Q. CAECILIVS BASSVS, Att. II. 9. Quæstor Cæsare & Bibulo Coss. ad Diverf. XI. 1. eum sperabat Brutus firmiorem fore, nuntio de morte Cæsaris allato. Phil. XI. 13. exercitum in Asia privatus habet. ad Div. XII. 11. & 12. in Syria legionem habuit, quæ ad C. Cassium venit, invito Basso. ad Div. XII. 18. Dejot. 8. 9. *De turbis ab eo in Syria motis vid. Joseph. XIV.* 11.

Q. CAECILIVS, Att. I. 1. 12. fœnerator, avunculus mttici.

Q. CAE-

Q. CAECILIVS, Q. fil. Pomponianus Atticus. Att. III. 20. *est T. Pomponius Atticus, qui ab avunculo Q. Cæcilio testamento adoptatus erat, quod ei Cicero gratulatur.*

Q. CAECILIVS, Div. in Cæcil. 2. cognomine *Niger, Siculus, Verris quæstor, qui accusationem Verris petebat, in quem est Divinatio. vid. Argum. Asconii.*

T. CAECILIVS, *Eutychides*, Att. IV. 15. libertus Attici, *qui prænomen habet Attici ante adoptionem, & nomen ejus post adoptionem.*

A. CAECINA, ad Div. X. 25. cujus est epistola libr. VI. ibid. XIII. 66. negotiatus est in Asia. VI. 5-8. exul, quod contra Cæsarem scripserat. librum Ciceroni mittit. it. ep. 9. in Sicilia exul. *De Etrusca disciplina librum scripsit, qui laudatur ap. Plinium. v. Harduin. in Ind. Auct. ad quem alludit Cicero in epistola ea, quam ad eum scripsit, VI. 6. De hoc Cæcina v. Demsterum Etrur. Regal. I. 2. 59. ubi & alios Cæcinas colligit, docetque nunc quoque hanc familiam Volaterris florere. cf. Fr. Marianum de Etruria Metropoli c. 15. 16.*

A. CAECINA, Cæcin. 1. (*Licinius*) Volaterranus, *pro quo est oratio.* *Hunc eundem cum superiori putat Demsterus l. c. & Passeratius not. ad Or. pro Cæcin. c. 1. nec ipse abnuerim.*

CAECINA, Att. XVI. 5. Volaterranus: *diversus ab utroque superiori.*

C. CAELIVS, Att. IX. 11. ab Appio cum mandatis ad Ciceronem mittitur.

M. CAELIVS, vid. *M. Cœlius.*

M. CAEPARIVS, Catil. III. 6. socius Catilinæ, *apud Sallustium* Qu. *dicitur, Cat.* 46.

C. & L. CAEPASII, fratres. Brut. 69. ignoti homines, oppidano & incondito genere dicendi, quæstores facti sunt.

CN. CAEPIO, Att. XII. 20. Serviliæ Claudii pater, vivo patre naufragio perierit, an mortuo? de Fin. II. 16. Ei decernitur quæstio in Tubulum.

CAEPIONES duo, CN. & QV. Brut. 25. Font. 7. eorum testimonium in Q. Pompejum rejicitur. *De prænomine vide Valer. VIII. 5. de testibus, ubi in nonnullis edd.* Cajus.

Q. *Servilius* CAEPIO Brut. 42. collega C. Lælii in Consulatu (a. DCXIII.) *Is, qui in Lusitania bellum gerens Viriatum per insidias interfecit. Ejus filius videtur esse, qui sequitur.*

Q. *Servilius* CAEPIO, Tusc. V. 5. *vid. Dævis.* ad Her. I. 14. fusus a Cimbris, causam dixit, decem annis post reus factus a Cn. Junio Norbano. Balb. 11. damnatus de repetundis post præturam Galliæ ex consulatu (*quem cum Atilio Serrano gessit*). Smyrnæ vixit. ad Her. I. 12. quæstor urbanus (A. DCLIV.) cum Apulejus Saturninus legem frumentariam ferret, perfecit, ut ea antiquaretur, cum auctoritate, tum vi. vid. *Lex Apuleja frum. App. Bell. Civ. L. I. p. 626. ed. Toll.* de Inv. I. 50. *Hunc esse eundem, qui ante a. DCXLVII. Consul cum*

Atilio fuerat, Pighio placet: itaque ad eundem hæc retulimus. legem judiciariam frustra tulit de judiciis, quæ ex lege Gracchi apud equites erant, cum senatu communicandis (*unde Patronus Senatus est appellatus*) Brut. 56. Br. 62. equestri ordini nimis deditus. *Hunc diversum putat Corradus ab eo, qui legem judiciariam tulit: quod is equitibus adversus fuit: sed potuit odio Drusi ad equitum partes transisse.* Brut. 46. accusatur a T. Betucio Barro Asculano, & se defendit. Dom. 46. M. Drusi inimicus. *Unde inimicitiæ ortæ, docet Plinius XXXIII.* 1.

Q. *Servilius* CAEPIO, Fin. III. 2. avus Luculli pueri. magni eum fecit Cicero. *Nam L. Lucullus Serviliam Cæpionis habuit in matrimonio, quem P. Manutius ad h. l. putat esse filium ejus Q. Cæpionis, qui bello Sociali periit. Eum sane Cicero dicit, posse esse in principibus si viveret: quod in hunc non cadit.*

Q. CAEPIO, Fin. III. 2. amicus Ciceronis. *Est filius præcedentis, frater Serviliæ Luculli: qui M. Brutum adoptavit.*

Q. CAEPIO, ad Div. VII. 21. *est M. Brutus, adoptatus a Q. Cæpione, de quo ante.* Prætor urbanus eo anno, quo Cæsar interfectus est. Att. II. 24. Cn. Cæpio Brutus, *Græv. corr.* Q. Cæpio Brutus.

CAERELLIA, ad Div. XIII. 72. necessaria Ciceronis. Att. XIII. 21. studio Philosophiæ flagrat. XII. 5.

C. *Julius* CAESAR, L. F. Or. II. 3. Q. Catuli frater. Off. I. 37. facetiis vicit omnes. Off. I. 30. ejus sermones multo lepore conditi erant. *Itaque etiam de Or. II. inducitur de jocis & ridiculis disserens. add. infr. in* C. Julius.

C. *Julius* CAESAR, Balb. 19. in Hispania prætor, quæ Gaditanis beneficia tribuerit. Att. II. 21. concionem in Bibulum concitare non potest. Dom. 9. gratulatur P. Clodio remotum ex urbe Catónem. Att. II. 3. de conjungendo Pompejo & Crasso laborat. ad Div. X. 16. volumina ἀποφθεγμάτων conficit. Cat. IV. 4. sententia ejus de Catilinariis. ad Div. VI. 18. legem, qua prohiberet esse in Decurionibus, qui facerent præconium, ferre cogitat. de Div. I. 15. Dejotarum tetrarchiæ regno multat. ad Div. XIII. 4. in lege Agraria Volaterranos liberat. Br. 71. qualis in dicendo, de ratione latine loquendi accuratissime scripsit. Marc. 1. beneficium in M. Marcellum laudatur. Att. XIII. 19. in suspicione est, ejus jussu M. Marcellum interfectum esse; sed defenditur. Att. X. 4. prope jubet occidi Metellum tribunum pl. de Divin. I. 52. cum immolaret, in extis bovis opimi cor non fuit. Top. 25. scripsit contra Catonem Ciceronis. (*Gell. IV.* 16.) ad Att. XII. 41. de Catone & contra Catonem scribit. de Div. II. 9. in Curia Pompeja ante simulacrum Pompeji trucidatus jacet. &c.

C. CAESAR *Octavius*, Phil. III. 15. ad Senatus auctoritatem se con-

confert. Phil. XI. 8. adoleſcentulo imperium extraordinarium Cicero ſententia ſua tradit. ad Div. XI. dictum Ciceronis ægre fert. ad Div. XII. 23.

L. CAESAR, L. f. Tuſc. V. 19. juſſu Cinnæ interficitur. *Eſt is, qui cum P. Rutilio a. V. DCLXIII. conſul fuit: C. frater. adde in* L. Julius.

L. CAESAR, Planc. 21. Ædilitiam repulſam tulit. Cat. IV. 6. ſororis virum P. Lentulum ſocerum Catilinæ interficiendum cenſet. Muren. 34. (& Att. I. 2.) Conſul cum C. Figulo (A. DCLXXXIX.) SCtum facit ſimile legi Fabiæ de numero ſectatorum. ad Div. IX. 14. ægrotat Neapoli. Hujus ſororis filius M. Antonius fuit. ad Div. X. 28. optime ſentit, ſed in Antonium non acriter dicit, quia ejus avunculus eſt. Phil. VI. 5. agrorum aſſignationem Antonianam ſententia ſua diſſolvit, & juvante Cicerone VII-Virum acta ſuſtulit. Sull. 19.

L. CAESAR, L. f. (*Cæſ. B. C.* 1. 8.) Att. VII. 13. mandata abſurdiſſima a Cæſare habet, non homo, ſed ſcopæ ſolutæ. *de quibus pluribus epp. ſeqq.* ad Div. IX. 7. *Eſt idem Proquæſtor Africæ, cui Catone interfecto Cæſar vitam conceſſit. v. Cæſar. l. c. & Hirt. B. Afr. c.* 89.

SEX. CAESAR, Haruſp. 6. flamen Quirinalis.

CAESENNIA, Cæcin. 4. Tarquinienſis.

P. CAESENNIVS. ibid. 4. Tarquinienſis.

C. CAESETIVS, Lig. 11. eques Rom. Ligarii advocatus. Phil. XIII. 15. trib. pl. a Cæſare ab rep. remotus. Phil. III. 10. provinciam ſibi ab Antonio datam recuſavit. *add. Vell. II. 68. ubi v. interpretes; quorum nullus locis Ciceronis uſus eſt.*

P. CAESETIVS, Verr. V. 25. legatus Verris.

L. CAESIVS, Q. Fr. I. 14. de cohorte prætoria Q. Ciceronis in Aſia. *add. II.* 2.

M. CAESIVS, Verr. I. 10. Prætor cum C. Annio Sacerdote.

M. CAESIVS, ad Div. XIII. 11. Ædilis Arpini.

P. CAESIVS, Balb. 22. eques Romanus a Cn. Pompejo patre civitate donatus, ad Div. XIII. 51.

SEX. CAESIVS, Flacc. 26. eques Romanus.

CAESONINVS *Calventius*, Red. in Sen. 6. *eſt L. Piſo, is, qui cum A. Gabinio Conſul fuit. v. in L. Piſo. Cæſoninus cognomen Piſonum fuit, ante quam Frugi dicerentur. add.* Prov. Conſ. 4.

M. CAESONIVS, Act. I. in Verr. 10. Ædilis cum Cicerone. *add.* Att. I. 1. XII. 11.

C. CAESTIVS, Flacc. 13. eques Rom. Att. V. 13.

L. CAESTIVS. Br. 34. accuſator de plebe; tempore Jugurthini belli.

CAESVLENVS, Br. 34. accuſator.

CALAMIS, Br. 18. ſtatuarius, dura quidem ſigna fecit, ſed tamen molliora ſignis Canachi. *vid. Plinium Hiſtor. Natural. XXXIV.* 19. *Quintilian. XII.* 10. *Pauſan. p.* 9. 134. 53. 447. 443. 479. &c. ed. Kuhn. *& laudatos Harduino ad l. c.*

CALANVS, Tuſc. II. 21. Indus, ſua voluntate vivus comburitur.

Div. I. 13. Alexandro propinquam mortem vaticinatur.
CALATINVS, Agrar. II. 24. *eſt M. Attilius Calatinus, de quo in* Attilius.
CALCHAS, Or. 22. vates Græcorum in obſidione Trojana. Nat. D. II. 3. Augur. Div. I. 33. ex paſſerum numero belli Trojani annos auguratus eſt.
CALDVS, Inv. II. 9. cognomen, quod temerarii & callidi conſilii hominibus tribuitur.
CALDVS, Att. VI. 4. *cognomen* C. Cœlii Quæſtoris.
M. CALENIVS, Att. VIII. 12. Pompejanus.
L. CALENVS, Verr. II. 8. civis Rom.
CALENVS, Phil. X. 1. (*Fufius*) Brutos non probat, ſed Antonium, & propterea a Cicerone reprehenditur. Att. I. 14. trib. pl. P. Clodio favet. vid. *Lex Fufia* & in *Q. Fufius*.
Cn. CALIDIVS, Verr. IV. 20. eques Rom. in Sicilia negotiator, cujus filius ſenator fuit.
M. CALIDIVS, Q. Fr. in Sen. p. Redit. 9. Prætor deſ. P. Lentulo Spinthere Coſ. Br. 79. orator prope ſingularis. *Quintil. X.* 1.
Q. CALIDIVS, Planc. 28. 29. lege Q. Metellum Numid. reſtituit. ſit prætor, ſupplicante populo Metello. Verr. III. 25. a Q. Lollio accuſatur. ſc. *e Prætura Hiſpanienſi: quamquam Aſconius id a Gallio factum putat: quod Menardus non concoquebat.* Act. I. in Verr. 13. Planc. 29. condemnatur.
CALLICRATIDAS, Off. I. 24. Lacedæmoniorum dux, cum multa feciſſet egregie, ad extremum vertit omnia, np. prælio ad Arginuſas. de re v. Diodor. Sic. XIII. p. 217. ſ. de Off. I. 30. impatiens.
CALLIDAMA, Verr. II. 36. Agathini fil. Thermitana.
CALLIMACHVS, Orat. III. 33. Grammaticus & Poëta. Tuſc. I. 34. 39.
CALLIPHANA, *Velienſis*, Balb. 23. lege a C. Valerio Flacco lata ſit civis Romana.
CALLIPHO, Fin. II. 6. 11. Acad. IV. 42. voluptatem & honeſtatem ſummum bonum eſſe dicit. Fin. V. 25. quomodo in hanc ſententiam inciderit.
CALLIPPIDES, Att. XIII. 12. proverbium de eo. *add. Sueton. Tiber.* 38.
CALLISTHENES, Orat. II. 14. Olynthius, Ariſtotelis diſcipulus, Alexandri comes, ſcripſit hiſtoriam pene rhetorum more. Tuſc. III. 10. mors a Theophraſto peculiari libro deploratur. Rab. Poſtum. 9. ab Alexandro necatur. ad Div. V. 12. ſcripſit Troicum bellum. de Div. I. 34. II. 25.
CALPVRNIA gens, in Piſ. 23. eſt *Piſonum, Beſtiarum, Bibulorum, Cæſenninorum.*
L. CALPVRNIVS, Att. X. 8. *eſt* L. Calpurnius Piſo, *familiariſſimus Antonii. Qui nominatur* pro Cæc. 12. *neſcio an idem ſit.*
P. CALPVRNIVS, Lanarius, Off. III. 16. *Sed P. Manutius legi volebat:* Cafurnius.
Q. CALPVRNIVS, Verr. IV. 49. P. Mutii collega in Conſulatu, *a. DCXX.*
CALVA, Att. XV. 3.

CAL-

CALVENA, Att. XIV. 5. 9. XVI. 11. *est Matius, Cæsaris amicus.*

CALVINVS, *est cognomen familiæ* Domitiæ.

C. CALVISIVS, ad Div. XII. 25. ad Div. X. 25. 26. reipubl. amans. Phil. III. 10. Africam quam ante jam obtinuerat, (*nunc autem Cornificius obtinebat*) sortiente M. Antonio sortitur.

CALVVS, ad Div. XV. 21. orator, a Cicerone laudatur. *v.* C. Licinius Calvus.

CALVVS, Att. I. 16. *appellatur* M. Crassus, *quod aliquando sub Calvi nomine in auctione Nonneji quædam emerat.*

CALYPSO, mulier, cui inservit Ulyxes. Off. I. 13.

C. CAMILLVS, ad Div. IX. 20. XIV. 5. 14. &c. post Atticum amicissimus Ciceroni. ad Div. V. 20. juris prædiatorii peritus.

L. CAMILLVS, Cato. 12. qui cum Appio Claudio Consul fuit (a. V. CCCCIV.) *e familia Furia. Eosdem Consules edit Gell. IX. 11. sed alii P. Claudium. v. Sigon. ad h. a.*

M. CAMILLVS, Tusc. I. 37. *is est, qui Romam a Gallis captam restituit.*

CAMIRVS, Nat. D. III. 21. conditor Camiri, oppidi Rhodiorum.

CAMVLA, Att. V. 21. centurio.

M. CAMVRCIVS, Cœl. 30. de crimine, nescio quo, in Vettium commisso, condemnatus.

CANA, Att. XIII. 41. *Græv.* Kana, *filia Gellii Cani, quam Q. fil. collocare cogitabant, si ei placeret.*

CANACHVS, Brut. 18. statuarius. ejus signa rigidiora sunt, quam ut imitentur veritatem. *Plin. H. N. XXXIV. 8. Sicyonius fuit. Ejus opera quædam commemorat etiam Pausan.* p. 134. 472. 483. 570. 730. *&c. ed. Kuhn.*

CANEPHORAE, Verr. IV. 3. dicebantur virgines Athenis, quæ in sacris Cereris canistra ferebant in capitibus. *Statuæ hanc figuram referentes h. l.* Canephoræ *dicuntur. de Canephoris v. Spanh. ad Callim. H. in Cererem.*

CANIDIVS, ad Div. X. 21. legatus Lepidi IIIviri, aut trib. aut simile quid.

CANIDIVS, *s. potius, ut putant, Calidius,* ad Div. VIII. 9. disertus. Canidius *etiam quidam de Lepidi exercitu memoratur ad Div. X. 21. qui legati aut tribuni munere functus videtur, quo usus & Lepidus ad milites incitandos, ut pacem flagitarent.*

C. CANINIVS, *Gallus,* ad Div. II. 8. a Cicerone defenditur. VII. 1. amicus M. Varronis & Ciceronis. IX. 2. IX. 6. ad Div. I. 2. trib. pl. Marcellino & Philippo Coss. ibid. tempus Caninianum. *ubi v. Manut.*

T. CANINIVS, *Rebilus.* Att. XII. 37. legatus Cæsaris in Gallia. ad Div. VII. 30. Consul prid. Kal. Jan. *anno ante mortem Cæsaris.*

CANINIVS *Satrius,* Att. I. 1.

C. CANIVS Off. III. 14. eques Romanus facetus & literatus. Syracusas otiandi causa se contulit. de Or. II. 69.

CANVLEJUS, Att. X. 5.

L. CANVLEJVS, in Verr. II. 70. in portu Syracusano publicanus.

M. CA-

M. CANVLEJVS, Br. 92.
CANVS ſ. Kanus. Att. XIII. 13. *eſt* Q. Gellius Canus.
P. CANVTIVS, Br. 56. homo diſertus. ſubjeciſſe dicitur P. Sulpitio mortuo orationes. Cluent. 18. Scamandrum accuſat. ib. 10. accuſator Oppianici.
Ti. CANVTIVS, (trib. pl.) ad Div. XII. 3. Ciceronem producit. ibid. 23. Phil. III. 9. *v. Periz. A. H. c.* 2.
CAPHO, Phil. X. 10. XI. 5. veteranus. VIII. 3. de grege Antonii nebulo, centurio.
C. CAPITO, Att. XIII. Cæſarianus. ad Div. VIII. 8. XIII. 29. *cognomen familiæ Atejæ.* v. *Atejus.*
L. CAPITO, Q. Fr. III. 1. 5. cum C. Memmio trib. pl. Gabinium poſtulat.
CAPIVS, ad Div. VII. 24. hiſtrio. *Sed legendum puto* Catius, *e veſtigiis MSS. qui habent* Citius.
CAPRIVS, Nat. D. III. 23. pater Dionyſi, ſeu Bacchi cujusdam.
CARBO, ad Div. IX. 21. *cognomen familiæ* Papiriæ *plebejæ. De hac familia epiſtola illa claſſica eſt. De Carbonibus egregia congeſſit Vallantus de Num. Fam. R. ſed v. inpr. Periz. A. H. c.* 3.
C. CARBO, *Arvina.* ad Div. IX. 21. a L. Damaſippo prætore occiſus eſt. Unus e Carbonibus bonus civis fuit. *Pighius ad a.* DCLXIX. *putat eſſe filium Caji, qui a Craſſo accuſatus eſt.*
CN. ſeu C. CARBO & ejus frater, ſcurra, ad Div. IX. 21. homines improbi.
CN. CARBO, ad Div. IX. 21. a M. Antonio accuſatus atramento ſutorio ſumto moritur. *P. Manutius putat eſſe Metelli Caprarii in conſulatu collegam. Ejus, auctore Cicerone, l. c. tres filii hi ſunt:*
CN. CARBO, Act. I. in Verr. 4. Proconſ. Galliæ, quæſtore Verre. de Or. III. 3. ter Conſul fuit. ad Div. IX. 21. a Cn. Pompejo Lilybæi interfectus eſt. Homo improbiſſimus. *In edd. vulg. olim erat* P. *pro* Cn. *quæ res hic turbas quasdam dedit, ut apud Manut. ad hanc epiſt. p.* 33. *ed. Græv. & Valentum T. II. p.* 205. *in Nummis Famil. Rom.*
M. CARBO, ad Div. IX. 21. P. Flacco accuſante condemnatur. Fur magnus e Sicilia.
C. CARBO, Brut. 27. 43. eloquentiſſimus. Or. I. 34. ejus exercitationes oratoriæ. Brut. 25. M. Æmilium Lepidum Porcinam ſtudioſe audivit. Or. I. 10. Juris Civilis & morum majorum ignarus fuit. *nam ibi pro* Cn. *eſſe legendum* C. *res ipſa loquitur & MSti Lambini probant. vid. Pearcius ad hunc locum.* Or. II. trib. pl. eo anno, quo Tib. Gracchus cæſus eſt, ſeditioſus fuit; in conſulatu autem ſanior, nam L. Opimium, qui C. Gracchum interfecerat, ad populum defendit. Mil. 7. trib. pl. P. Africanum interrogat in concione, quid de cæde Ti. Gracchi ſentiat. Or. II. 40. ad Div. IX. 21. in cæde P. Africani ſocius fuiſſe putatus eſt. Brut. 27. 43. Verr. III. 1. ad Div. IX. 21. a L. Craſſo

Crasso ob seditionem Gracchanam accusatus, cantharidas sumsit & se judicio ita subtraxit. de Amic. 25. legem fert de tribunis pl. ut, quoties vellet plebs, eos reficere liceret. Arch. 4. legem fert cum Silvano de civitate.

C. CARBO, *C. Fil. Cn. N.* Brut. 62. parum acutus orator.

D. CARFVLENVS, Phil. III. 9. Senator. ad Div. X. 33. legatus Pansæ, interiit in prœlio Mutinensi duce Pansa. Att. XV. 4.

CARNEADES, Or. I. 11. Cyrenæus, auctor Academiæ tertiæ. Tusc. IV. 3. Academicus Cyrenæus. Acad. I. 13. quartus ab Arcesila, in Arcesilæ ratione manet. Acad. II. 30. Dialecticus. discit a Diogene Stoico. Fin. III. 12. in Dialecticis exercitatus & summa eloquentia. Acad. IV. 42. quod summum bonum statuerit. ibid. 45. Calliphontis sententiam de summo bono valde defendit. ibid. 31. ejus de visis sententia. ib. 9. Quomodo Antipatro Stoico responderit, qui sibi concedi volebat hoc perceptum esse: *Nihil percipi posse.* Att. XIII. 21. προβολὴν pugilis & retentionem aurigæ similem facit ἐποχῇ. N. D. I. 2. diserit contra eos, qui omnia hominis causa nata esse dicunt. Divin. II. 2. quærit, quarumne rerum divinatio sit, earumne, quæ sensibus percipiuntur. ib. 13. fingit, in Chiorum lapidicinis saxo diffisso extitisse caput Panisci. ib. II. 41. Prænestinam fortunam risit. ib. 30. concertationis studio modo ait hoc, modo illud. N. D. II. 64. libenter in Stoicos invehebatur. Div. I. 3. multa acute & copiose contra Stoicos disputavit. Att. VII. 2. Ejus dictum spurcum: Bene eveniat &c. Græce: τύχῃ ἀγαθῇ παιδοποιῶμεν in re Venerea. Tusc. V. 41. Or. II. 37. legatus Romam missus.

L. CARPINATIVS, Verr. II. 70. publicanus in Sicilia pto magistro.

T. CARRINAS, ad Att. XIII. 33. (*gentis Albiæ.*)

L. CARTEJVS, ad Div. XII. 11. aliquid muneris in exercitu Cassii in Syria tenuisse videtur.

CARVILII, Petit. Cons. 3. amici Catilinæ.

SP. CARVILIVS, de Or. II. 61. *familia Carvilia plebeja, sed equestris tamen.*

CASCA, *cognomen Serviliorum,* Phil. II. 11. fuit inter percussores Cæsaris. Att. XIII. 44. librum scripsit. XVI. 15. ejus tribunatus. *v.* Servilius.

CASCELLIVS, Balb. 19. prædiator ætate auguris Q. Scævolæ. *vid. Valer. Max. VI. 2. 12. & VIII. 12. 1. Hoc nomen vindicant contra eos, qui* Cæsellius *legi volunt, Harduin. ad Plin. VIII. 61. ubi præceptor ejus Volcatius traditur; Rupert. ad Pompon. Enchirid. III. 11. ubi de* A. Cascellio *JCto agit, cujus & Horatius mentionem fecit. Ceterum huic familiæ hereditarium quodammodo Jurisprud. studium fuit.*

M. CASCELLIVS, Qu. Fr. I. 2. 2. negotiator in provincia Qu. Ciceronis.

CAS-

CASSANDER, Div. II. 42. summus Astrologus tempore Panætii.
CASSANDRA, Or. II. 66. &c. Priami filia.
C. CASSINIVS SCOLA, Mil. 17. Interamnas, familiaris P. Clodii.
CASSIVS BARBA, v. *Barba.*
C. CASSIVS *Longinus*, Dom. 50. Censor. *Hujus C. Cassii Longini Censura incidit in annum DXCIX. Nam præcedit mentio Censoris Q. Marcii, qui decem annis ante, DXXCIX. Censor fuit. Alius Cassius censor fuit a. DCXXVII.*
C. CASSIVS, Planc. 21. in petitione tribunatus repulsam tulit. *Consul cum Cn. Domitio Ahenobarbo.* a. V. DCLVII.
C. CASSIVS, *Varus, qui Consul fuit cum M. Terentio Varrone Lucullo, non L. Gellio, ut Manutius ad Or. pro Rabir. Perd. cap. 7. tradit. nam Gellius anno post consul fuit.* L. Manil. 23. Legi Maniliæ favet. Cluent. 49. Verr. I. 23. in Verr. III. 41. consul a. V. DCLXXX. primo anno præturæ Siculæ Verris. *Forte hic est pater trium Cassiorum* C. L. *& Q. qui diserte non traditur.*
C. CASSIVS, *frater Q. Cassii*, Att. V. 21. *ad quem sunt epistolæ Ciceronis I. XII. & ipsius duæ ibid.* 11. 12. *is, qui Cæsarem interfecit.* ad Div. VI. 6. legatus Cæsaris. VII. 33. declamat apud Ciceronem. VIII. 10. quæstor M. Crassi *contra Parthos pugnantis* Crasso interfecto reliquias exercitus collegit. XV. 14. Proquæstor M. Crassi. XV. 16. Epicureus fit. *Nam Cicero Epicureos appellat ejus novos amicos. XV.* 19. Ciceronem, Epicureum Catium propter malum dicendi genus ridentem, ulciscitur acri epistola. At. VII. 21. trib. pl. initio belli civilis Cæsariani Capuam venit ad Consules, qui ex urbe fugerant, ut Romam redirent, & pecuniam de sanctiori ærario auferrent.
L. CASSIVS, Planc. 24. adolescens, subscriptor Laterensis, contra Plancium, familiaris Ciceronis. Phil. II. 14. ei provincia datur post cædem Cæsaris & Quæstores. *Frater C. Cassii, qui Cæsarem interfecit.* Phil. III. 9. Ei tribuno pl. mortem denunciat M. Antonius, si in Senatum venisset.
L. CASSIVS *Ravilla*, Verr. I. 55. Censor, *pater ejus, qui legem tabellariam tulit: consul a. V. DCXXVI. cum L. Cinna.*
L. CASSIVS, ad Her. IV. 34. auctor legis Tabellariæ & severissimus in judiciis exercendis, S. Rosc. 30. *unde ab eo judices Cassiani dicti sunt.* Brut. 25. 27. legem tabellariam tulit Lepido & Mancino Coss. Sext. 48. legem tabellariam fert. de Leg. III. 16. legem tabellariam fert, auram popularem captans.
L. CASSIVS, Clu. 38. Senator, & judex in causa Oppianici.
L. CASSIVS, Catil. III. 4. pro Sull. 3. socius Catilinæ. *fuit competitor Ciceronis in consulatu. An idem sit cum præcedente, nescio.*
Q. CASSIVS, *Longinus, frater Caji, percussoris Cæsaris.* Att. VI. 6. quæstor Pompeji in Hispania sine sorte. ad Div. XVI. 11. Trib. pl. Lentulo & Marcello

cello Coss. cum Antonio & Curione ad Cæsarem proficiscitur. *add.* ad Att. VII. 3. 16. Phil. III. 10. Hispaniam sortitur, sortiente M. Antonio.

SP. CASSIVS, *Viscellinus.* Læl. 11. Balb. 23. Cum Consul cum Posthumio Cominio esset, fœdus factum cum Latinis. *Is est consulatus secundus, a. V. CCLX. Nam ter consul fuit.* Dom. 38. ejus domus ob regnum appetitum evertitur, & in eo loco ædes Telluris exstruitur. *add.* Viscell.

CASSIVS, *cujus est epistola ad Ciceronem XII. 13. e Cypro.* Quæstor *vocatur in inscriptione epistolæ.* Mari persequitur classem Dolabellæ &c. *Videtur ergo C. Cassii quæstor fuisse, aut potius Trebonii in Asia.*

CASSIVS, Balb. 17. *pro quo Manutius legit:* Crassus, *& intelligit de P.* Crasso *M. patre, qui consul cum Cn. Lentulo fuit, & de Lusitanis triumphavit.*

CASTORIS, sc. ædes. Quinct. 4. *In ea pecunias depositas esse commemorat Grævius. Sed hoc nil ad rem. Locus explicandus videtur e* Verr. I. 49. *de ea æde multa in eadem Verrina. ejus & alibi crebra mentio.* de Div. I. 40. ædes Castoris Tusculi.

CASTOR, Dejot. 1. nepos regis Dejotari, qui avum apud Cæsarem accusavit de insidiis. *Ejus pater quoque* Castor *fuit, qui chronologica scripsit, laudatus Eusebio, Suidæ & aliis. v. Scalig. ad Euseb. p. 18.*

M. CASTRICIVS, Verr. III. 78. Eques Rom. Flacc. 23. Att. II. 7. videtur negotiator in Asia fuisse. XII. 28. creditor Ciceronis.

L. CASTRINIVS PAETVS, ad Div. VIII. 2.

L. CASTRONIVS PAETVS, ad Div. XIII. 13. princeps municipii Lucensis. *Idem cum præcedente videtur, alterque locus ex altero corrigendus.*

T. CATIENVS, Qu. Fr. I. 22. quæritur de Q. Cicerone.

L. CATILINA, *e Sergiis.* Catil. II. 1. *vid. Argument. Catilinar.* Cœl. 4. post præturam Africæ causam de repetundis dicit. Att. I. 2. eum defendere ante Consulatum in judicio cogitat Cicero. I. 16. bis absolvitur de incestu & de repetundis. Flacc. 38. ejus sepulcrum damnato C. Antonio floribus ornatur & epulis celebratur. Cœl. 5. virtutis simulacra in eo erant multa. *De ejus proavo est insignis locus ap. Plin. H. N.* VII. 28.

CATILIVS, ad Div. V. 10. pirata in Dalmatia.

CATIVS, *Insuber,* ad Div. XV. 15. *Epicureus Ciceronis temporibus, a quo* spectra Catiana. *Nam φαντασίας Epicureorum & εἴδωλα Latine dixerat* spectra. ad Div. XV. 19.

C. CATIVS, *Vestinus,* ad Div. X. 23. Tribunus militum in exercitu M. Antonii.

CATONES. *de Catonum gente est insignis locus ap. Plinium H. N. VII. 14. ubi stemma Catonum proposuit Harduinus.*

C. CATO, Verr. IV. 10. 28. M. Catonis Censorii & L. Paulli nepos, filius sororis P. Africani, ex Macedonia de repetundis damnatus est. Balb. 11. damnatus,

mnatus, exul Tarracone vixit. Brut. 28. mediocris orator. Brut. 34. Lege Mamilia post consulatum (*quem gessit anno V. DCXXXIX.*) oppressus est.

C. CATO, ad Div. I. 2. Tribunus plebis Marcellino & Philippo Coss. it. ep. 4. 5. legem fert de imperio Lentulo Spintheri in Cilicia abrogando. ad Q. Fr. I. 2. 5. Gabinium de ambitu accusare voluit, in quo prope occisus est. ad Att. IV. 15. & 16. Lege Junia & Licinia absolvitur. Fusia etiam reus: cum Milone & Cicerone in gratiam redit, Pompejo iterum Consule.

L. CATO, pro Rabir. 7. pro Font. 15. *Consul fuit cum Cn. Pompejo Strabone DCLXIV. tempore belli Socialis; in quo periit. de quo vid. App. B. C. I. 1. pag.* 641.

M. CATO. *Is, qui sapiens & Censorius dictus est.* Planc. 8. Tusculanus. Mur. 8. homo novus, & deinde Consul & Censor. Cato. 4. prætor. ibid. 10. tribunus mil. in bello cum Antiocho M. affuit prœlio ad Thermopylas: *idem tradunt Plutarchus, Appianus, Frontinus, Aurelius Victor. v. Sigon. & Drakenb. ad Liv. XXXVI.* 17. *Livius autem legatum facit, l. c. ubi v. Dukerum.* Mur. 14. cum Scipione profectus in bellum contra Antiochum. *Memoriæ lapsu* Scipionem *pro* Glabrione *poni, (nisi librariorum peccatum est) monet Wesselingius V. Cel. Obs. II. 26.* in Cæcil. 20. Consul in Hispania fuit. Acad. IV. 2. Græcas literas senex didicit. Or. I. 37. III. 33. Orator & JCtus. Orat. II. 32. libri ejus de jure laudantur. Off. I. 29. apophthegmata collegit. Or. I. 55. ejus Origines. dixit in Qu. Sergium Galbam. Brut. 15. 16. 17. ejus orationibus antiquiores non extitere, laudantur. Off. I. 23. Carthaginem delendam suadet, in quo & mortui valuit auctoritas. ad Div. IV. 6. filium summo ingenio & virtute amisit. Brut. 20. excessit annos 85. natus. *Livius* XXXIX. 40. *nonagenario majorem facit, alios auctores secutus. v. ibi Drakenb. laudatur plurimis locis ejus nomen, ut* Inv. I. 4. Div. I. 15. II. 24. Off. I. 11. II. 25. &c. *Tirones legant locum Livii cit.*

M. CATO, M. *fil.* de Off. I. 11. 23. in exercitu Pompilii in Liguria tiro militat. Macedonico bello interfuit. vid. Plutarch. in Æmilio Paullo. ad Div. IV. 6. patre vivo obiit. laudatur.

M. CATO, *M. F. M. N.* de Off. III. 16.

M. CATO, *M. F. M. N. M. PRON.* Mur. 2. accusat L. Murenam. Dom. 8. bello Cyprio præficitur lege Clodia, ut de rep. ablegaretur. Att. I. 14. vehementer contra P. Clodium de religione reum agit. *confer.* ep. 13. ad Div. I. 9. Ciceroni invidet. VIII. 11. honorifice locutus de Cicerone, supplicationem non decernit. Att. X. 16. Siciliam tenere non potest, in quam missus fuerat, cum tenere potuisset. de Div. I. 31. homo doctus, perterretur vaticinio

ticinio cujusdam Rhodii remigis. Off. I. 31. in Africa Cæsari se tradidit. de Div. I. 14. quædam eum fefellerunt. Fin. III. 2. legendi aviditas. Off. I. 31. ad incredibilem a natura factus est severitatem. Paradox. I. *coll.* Mur. 29. perfectus Stoicus, ea sentit, quæ non probantur in vulgus. Or. 10. Div. II. 1. de ejus laudibus scribit Cicero. Att. XII. 41. Cæsaris liber contra Catonem.

Q. *Lutatius* CATVLVS, N. D. I. 28. amat Roscium puerum, municipem suum. ejus in Roscium epigramma.

Q. CATVLVS, Q. F. Font. 15. legatus in bello civili. Scientia magna rei militaris. Mur. 17. vincitur in petitione consulatus a Cn. Manlio. Tusc. V. 19. pene alter Lælius. cum eo Marius collega Cimbricæ victoriæ gloriam communicat. Dom. 38. porticum in area Flacci de manubiis Cimbricis fecit, *quæ inde porticus, & monumentum Catuli sæpe dicitur.* Orat. III. 3. a Mario proscriptus se ipsum interficit. Brut. 35. doctus & disertus, scripsit de consulatu suo & de rebus gestis ad A. Furium poëtam, Xenophonteo genere sermonis. Off. I. 37. exquisito judicio utitur literarum. ibid. I. 30. in sermonibus quamvis præpotens esset, unus de multis videbatur.

Q. CATVLVS, *Q. F. Q. N.* Catil. III. 10. dissentit Consul (DCLXXV.) a collega Lepido, qui acta Sullæ rescindenda putabat. Balb. 17. auctor est cum Lepido fœderis Marciani confirmandi. Verr. IV. 31. Capitolium dedicavit, unde ejus monumentum dicitur. Pis. 3. Ciceronem patrem patriæ pronunciat. Off. I. 22. Cn. Pompejo par judicatur. Cœl. 29. legem de vi tulit & quare? ad Div. IX. 15. ejus constantia. Manil. 17. 20. Legi Maniliæ restitit. *Ceterum pluribus aliis locis nominantur & pater & filius, in quibus facile ratio temporum agnoscere quemque docebit.*

C. CAVDINVS, Cluent. 38. Senator. *cognomen familiæ Corneliæ.*

L. CAVLIVS MERGVS, Cluent. 38. Senator.

CECROPS, Leg. II. 25. &c.

CELER, Att. X. 1. disertus magis, quam sapiens, amicus Attici, *non Q. Metellus Celer.*

Q. CELER, Att. VI. 3. Ejus oratio contra M. Servilium. vid. in *Metellus.*

C. CENSORINVS, Brut. 67. Græce doctus, inimicus fori.

L. CENSORINVS, Brut. 27. Acad. II. 32. Consul cum Manilio. Brut. 90. Orator, bello civili Sullano periit. *v.* L. Marcius.

CENSORINVS, Phil. XI. 5. de Antonii partibus.

CENTAVRVS, N. D. II. 44. sidus.

CENTAVRVS, Div. I. 43. in Capitolio, de cœlo ictus.

C. CENTO, Orat. II. 71. dissuasit legem Cinciam. *cognomen familiæ Claudiæ.*

M. CEPARIVS, ad Div. IX. 23. v. *Cæparius.*

CEPASII, Cluent. 20. fratres, Oratores. v. *Cæpasii.*

CEPHALIO, Att. VII. 25. forte servus Attici.

CEPHALVS, Att. IV. 16. Athenienſis, qui inducitur in Platonis πολιτείᾳ.
CEPHEVS, N. D. II. 43. ſidus. Tuſc. V. 3. cum uxore, genero & filia in ſtellas relatus.
CERCOPS, N. D. I. 34. Pythagoræus. cui Pythagoræi carmen Orphicum tribuebant. *De hac re v. Clemens Alex. Strom. L. I. p. 333. & Suidas in* Ὀρφεύς.
P. CERVIVS, Verr. V. 44. legatus Verris.
CESENIVS LENTO, Phil. XII. 9. Septemvir.
C. CESTILIVS, in Sen. p. redit. 8. Trib. pl. P. Lentulo Spinthere Coſ.
C. CESTIVS, *v. Cæſtius.*
CETHEGVS, *eſt cognomen familiæ cujusdam Lentulorum e gente Cornelia.*
CETHEGVS, Sull. 25. Metellum Pium vulnerat in Hiſpania. in Senat. p. Red. 4. eſt conſobrinus L. Piſonis Cæſonini. Catil. III. 3. Catilinæ ſocius in conjuratione.
M. CETHEGVS, M. F. de Senect. 14. Suadæ medulla dictus eſt ab Ennio. etiam ſenex in dicendo ſtudioſiſſime ſe exercet. Brut. 15. primus fuit, qui eloquens Romæ fuit & habitus eſt. Belli Punici II. tempore vixit, P. Tuditani Coll. in Conſulatu. &c.
P. CETHEGVS, Prætor (a. V. DCLXXIX.) Br. 48. remp. cognorat & tenebat. in ſenatu conſularium auctoritatem aſſequebatur; in publicis cauſis parum valebat, in privatis veterator. Parad. 5. Ei homini non probatiſſimo homines ampliſſimi ſerviunt, munera mittunt &c. provinciarum ejus auctoritate conſequendarum cauſa. *Reſpicit inprimis ad L. Lucullum. v. Plutarch. in Lucullo. p. 495. ed. Wechel. De eodem Cethego capio locum pro Cluent. c. 31.*
CHAEREA, pro Q. Roſcio *ſæpe, eſt* C. Fannius Chærea.
CHAERESTRATVS, S. Roſc. 16. nomen Comicum.
CHAERIPPVS. vid. *Cherippus.*
CHARON, Att. VI. 2. Græcus, qui inducitur in Dicæarchi libro, *v. in* Dicæarchus. *Græv.* Chæron.
CHARES, Her. IV. 6. *Lyndo oriundus, ſtatuarius, Lyſippi diſcipulus, qui celebrem illum Solis coloſſum Rhodium, qui inter ſeptem miracula numerabatur, fecit. Plin. XXXIV. 8. Junius in Catalogo Pictorum &c.*
CHARIDEMVS, Verrin. I. 20. Chius.
CHARISIVS, Brut. 83. Orator Atticus, multas orationes aliis ſcripſit, Lyſiam volebat imitari.
CHARMIDAS, vel CHARMADAS, Acad. IV. 6. Carneadis auditor; eloquens, *vulgo: Carneades, confer* de Orat. I. *& ibi Pearcium. add. Valeſ. Emend. I. 29. & ibi Pet. Burmannum V. C.* Orat. 16. e Carneadis judicio eadem eodem modo docuit ſemper. Orat. II. 88. Tuſc. I. 24. divina memoria fuit.
CHARONDAS, Leg. I. 22. legislator Catanenſium & aliorum Siculorum.
CHELIDON, Verr. I. 40. &c. meretrix Verris.

CHELYS, de N. D. II. 44. sidus.
CHERIPPVS, ad Div. XII. 22. it. 30. cum Cornificio in Africa fuit. Att. IV. 7. V. 4. Qu. Fr. I. 1. 4. de cohorte prætoria Q. Ciceronis in Asia fuit.
CHILIVS, Att. I. 9. 12. poëta.
CHILO, Q. Fr. I. 2. *vid. etiam:* Cilo.
CHRESTVS, ad Div. II. 8. homo obscurus.
CHRITILIVS, Brut. 74. a C. Rufio accusatur.
CHRYSES, Orat. 46. Apollinis sacerdos ap. Homer. Iliad. *ά.*
CHRYSIPPVS, Orat. I. 12. Solensis Cilix, acutissimus, sed in dicendo exilis & jejunus. Acad. II. 23. Stoicus. de Fat. 7. discipulus Cleanthis, a quo dissentit. ad Div. IX. 4. ejus de possibilibus sententia. Acad. II. 24. contra sensus disputat, sed ea etiam dissolvit. 27. armat Carneadem. 29. quomodo Soritæ occurrendum putarit. in eo ridetur a Carneade. Fin. I. 11. ejus sedentis statua porrecta manu in Ceramico quid significet? III. 20. omnia hominum causa esse nata dixit. Tusc. I. 45. in omni memoria curiosus. N. D. I. 34. a Zenone Epicureo Chesippus dicitur. II. 64. porcis animam pro sale esse dicit. de Div. I. 19. collegit innumerabilia oracula, nec ullum sine locuplete auctore, aut teste. II. 15. statuit ad hostiam deligendam ducem esse vim quandam sentientem atque divinam, quæ toto confusa mundo sit. Fat. 4. ejus laquei. ibid. 10. omnes nervos contendit, ut persuadeat, omne ἀξίωμα aut verum esse aut falsum. Off. III. 10. ejus scite dictum. N. D. I. 15. ejus libri duo de natura Deorum, quales sint de Diis sententiæ. Div. I. 3. totam de divinatione duobus libris explicavit sententiam; uno præterea de oraculis; uno de Somniis. II. 65. liber ejus. Fin. IV. 3. scripsit Rhetoricam, seu potius obmutescendi artem.
CHRYSIPPVS, Att. VII. 2. libertus Ciceronis literatus, discedit a filio Cicerone, in servitutem propterea retractus. XI. 2.
CHRYSOGONVS, Verr. I. 36. servi nomen. pro Rosc. Am. *sæpe.* est libertus gratiosus Sullæ. *de eo vid. Plin. XXXV.* 18.
CICERONES. *de his legendus Corradus in Quæstura, qui eos accurate persequitur.*
CN. CICERO, Att. I. 16. ita appellabat plebs aliquando Cn. Pompejum, quod nimis Ciceronem diligeret.
L. CICERO, Or. II. 1. M. Ciceronis patruus. *Ejus filius* L. Cicero *est,* Att. I. 5, patruelis Ciceronis. *Eum appellat* fratrem, *sc. patruelem:* item Fin. V. *Eum extinctum esse a. DCLXXXV. docent ex illo* (Att. I. 5.) *loco Mongaltius ad l. c. & Tunstallus Ep. ad Midleton. p.* 7-12.
M. CICERO Senex. Or. II. 66. *M. Tullii Ciceronis nostri avus: ut docet Corradus in Quæstura.*
M. CICERO, M. *filius,* Att. I. 2. natus ex Terentia L. Cæsare & C. Figulo Coss. Phil. X. 6. legatus Bruti. ei legio se tradidit, quam legatus L. Piso Antonii

tonii ducebat. ad Div. XIII. 11. Ædilis Arpini. *&c.*

Q. CICERO, Q. *filius*. Phil. III. 7. ad Div. XIII. 11. Ædilis Arpini. Att. XI. 8. M. Ciceronem apud Cæsarem accusat, nefarie cum eo agit.

CILO, sive CHILO, ad Div. VI. 20. libertus Torannii, aut cliens.

CIMBER. vid. Tillius Cimber.

CIMON, Off. II. 18. in suos curiales hospitalis fuit.

CINCINNATVS, *vid.* L. Quintius Cincinn.

L. CINCIVS, Att. I. 1. 7. 16. procurator Attici. *adde* I. 20.

M. CINCIVS, Or. II. 71. legem de donis & muneribus fert. *v.* Lex Cincia.

P. CINCIVS, Sull. 20. eques Romanus, pro quo in codd. non nullis est *Sicius*. *v. Cort. ad Sall. C.* 21. *ubi docet veram lectionem esse* Sitius, *vel* Sittius, *deque homine diligenter agit. v. etiam in* P. Sitius.

CINEAS, Tusc. I. 24. Pyrrhi legatus, summa memoria. ad Div. IX. 25. ejus libri de re militari.

L. CINNA, Font. 15. Legatus bello sociali. Phil. I. 13. M. Antonium Oratorem interficit. Tusc. V. 19. quater Consul. Collega Cn. Octavii & Publ. Crassi. L. Cæsarem, M. Antonium & C. Cæsarem interfici jubet.

L. CINNA, Phil. III. 10. provinciam sibi ab Antonio datam recusavit.

CIRCE, N. D. III. 18. Persеidis filia, quam Circejenses colunt. Off. I. 31. mulier, cui inservit Ulysses.

CISPIVS Lævus, ad Divers. X. 21.

M. CISPIVS, Sext. 35. trib. pl. (Lentulo Spinthere Cos. in Senat. p. R. 8.) vi de foro depellitur, rogatione C. Fabricii de Cic. facta. Planc. 31. judicio, defendente Cicerone, condemnatur.

CLASSITIVS, Phil. V. 6. gladiator M. Antonii.

CLAVDIA GENS, *patricia est Appiorum & Pulchrorum. de Claudia familia videatur Suetonius in Tiberio. c. 1. de ea vid. Spanhem. de V. & P. N. T. II. p.* 48.

CLAVDIA, Cœl. 14. Haruspicum Appii Cæci progenies, pudicitiam probat. *Filiam non fuisse docet e temporum ratione Abramius ad Or. pr. Cœlio* 14. Vestalem non fuisse, ut nonnulli tradidere vel existimavere, docet Dukerus ad Liv. XXIX. 14.

CLAVDIA, Cœl. 14. Vestalis patrem Appium Claudium triumphantem de Salassis amplexa, a Trib. pl. inimico de curru detrahi non sinit. *Fratrem vocat Sueton. Tib. 2. ubi vid. Intt.*

CLAVDIA, f. CLODIA, ad Div. V. 2. uxor Q. Metelli Celeris, Appii Claudii & P. Clodii soror. *de ejus fœda libidine & scelerибus* v. *in primis Cœlianam.*

App. CLAVDIVS, *Decemvir*, Fin. II. 20. *cognomine Crassinus. v. Pighius ad a.* 302.

App. CLAVDIVS Cæcus, (*ante cæcitatem* Crassus) *abavus P. Clodii.* Cœl. 14. Tusc. V. 38. in cæcitate nulli muneri publico aut privato deest. conf. Cato. 6. fœdus cum Pyrrho faciendum disuadet. bis consul. Censor

Censor ante primum consulatum: *in qua censura sibi* via Appia *strata* & aqua Appia *in urbem ducta maximam Senatus invidiam conflavit. v. Diod. S. XX. p. 773. 774.* Brut. 14. interrex comitia habens, de plebe consules non accipit. *v. infr. in* M' Curius.

App. CLAVDIVS, Brut. 28. volubilis & fervidus orator. *Ex temporis ratione colligere licet, sermonem esse de eo, qui de Salassis triumphavit.*

App. CLAVDIVS major, de Or. II. 60. & 70. dicax. *dicitur* major, *quia fratrem eodem nomine habuit minorem, P. Clodii patrem. Filius est* C. Claudii.

App. CLAVDIVS, *minor, P. Clodii pater, filius C. Claudii.* vid. pro Planc. 21. de Haruſp. R. 12. cum ludos fecit, ſervos de cavea exire juſſit. *Hunc, aut certe fratrem, puto eſſe eum, qui Prætor fuit, eo anno, quo Lex Plautia Papiria data eſt, Arch. 5.* Conſul fuit *cum P. Servilio Iſaurico*, Planc. 21.

App. CLAVDIVS PVLCHER, App. F. C. N. P. *Clodii frater, is, ad quem ſunt Cic. epiſtolæ.* Div. II. 35. Ciceronis collega in auguratu: *ad quem etiam librum ſcripſit de jure augurali, ut ex epiſtolarum* libro III. conſtat. Att. IV. 16. poſt conſulatum, *quem cum L. Domitio geſſit*, in Ciliciam ſine lege curiata cogitat. Quomodo ſe in provincia geſſerit, & de ſimultate, quam cum Cicerone ſucceſſore exercuit, *legendæ epiſtolæ Ciceronis ad Diverſos, & ad Atticum ex Cilicia ſcriptæ libro III.* ad Div. VIII. 6. accuſatus a Dolabella ſpem triumphi abjicit. pro eo Pompejus laborat. Brut. 64. defenditur ab Hortenſio. ad Div. VIII. 6. abſolvitur. 12. 14. ejus cenſura, qualis fuerit. de Div. I. 16. notat C. Atejum. *vid. in C. Atejus.* Att. II. 22. Pompejo promittit, P. Clodium nihil periculi Ciceroni creaturum. VIII. 1. inconſtans. *quod ſcilicet mox Pompejo, mox Cæſaris favebat. Nam hunc locum de eo capiendum eſſe, ex eo intelligitur, quod L. Domitio jungitur, ut Phil. XIII. 9.* ad Div. III. 4. ejus filia nubit Cn. Pompeji filio. Brut. 77. ſocer Bruti, Orator, antiquitatis, juris auguralis & publici peritiſſimus, bello civili interiit. Div. I. 58. ſortibus, hariolationibus & pſychomantia utitur. Tuſc. I. 6. necromantiæ ſtudioſus. &c. ad Div. V. 10. ei Vatinius in auguratu ſucceſſit. homo impudens. *Manutius de alio Appio neſcio quo, intelligit, ſed ratio ejus nihil valet.* ibid. 9. tres ſorores habet. *At ap. Varr. R. R. III. 16. dicit ſe pauperem relictum a patre* cum duabus ſororibus *& duobus fratribus. de quo vid. P. Manutius ad Cic. l. c.*

App. CLAVDIVS, C. filius, *ejus, qui P. Clodii frater fuit. Nam is duos filios eodem nomine habuit, quorum alter* major, *alter* minor *dicitur:* minoris *mentio fit* ad Div. VIII. 8. *ad quem locum vid. Manut.* ad Div. XI. 22. ſe cum Antonio conjunxit propter patris reſtitutionem,

sed deinde cum optimatibus fecit. *Qui utrum major, an minor fuerit, parum dixerim.*

A. CLAVDIVS, Verr. II. 57. Siculus, *a Claudio quodam civitate donatus, sive a majoribus accepto nomine, qui jus civitatis per Claudium aliquem accepissent.*

C. CLAVDIVS, f. CLODIVS, *Cæci filius*, Brut. 18. M. Tuditani collega in consulatu (a. V. DXIV.) Tusc. I. 1.

C. CLAVDIVS, *P. Clodii avus, Appii Claudii maj. & min. pater*, Planc. 21. Consul fuit cum M. Perperna (a. V. DCLXI.) Rabir. 7. homo potens, mediocris orator. Brut. 45.

C. CLAVDIVS, *P. Clodii patruus*, *App. F.* Har. resp. 12. ejus magnificentissima ædilitas fuit. Verr. IV. 4. Off. II. 16. prætor L. Licinio Crasso & Q. Mucio Coss. Verr. II. 49.

C. CLAVDIVS, C. F. e tribu Palatina, homo plebejus de cohorte Verrina. Verr. II. 42.

L. CLAVDIVS, de Haruspic. resp. 6. Rex sacrorum, qui cum ceteris pontificibus domum Ciceronis religione liberavit. *Prænomen* Lucii *duos tantum e familia Claudia gessisse & usurpatum ab ea amplius non esse, quod de criminibus capitalibus damnati essent, tradit Suetonius in Tiberio. c. 1. Unde dubitare quis possit de hoc prænomine: sicut Drakenb. ad Liv. XLI. 21. hæret in L. Claudio Asello. Sed id non de omnibus Claudiis intelligendum, verum tantum de patriciis.*

M. CLAVDIVS, ad Div. VIII. 4. a repulsa postulatur a duobus fratribus Gallis M. & Qu. E Marcellis fuit, *sed viri docti legunt* M. Calidius.

P. CLAVDIVS *Pulcher*, de Div. I. 16. *Appii Cæci filius*, collega L. Junii in Consulatu bello Punico primo (*a. V. DIV.*) classem maximam perdidit, cum vitio navigasset. N. D. II. 3. propterea condemnatus est. confer de Div. II. 33.

P. CLAVDIVS, Brut. 15. *est collega L. Porcii Cos. a. V. DLXIX.*

P. CLAVDIVS. Div. I. 46. augur. *Sed ibi* Appius *legendum esse, & auguris nomen & res ipsa docet, ut viderunt Manutius, Lambinus, Davisius.*

S. CLAVDIOS, *quære in* Clodiis.

T. CLAVDIVS, *Centumalus.* Off. III. 16. *Sed* Tib. *legendum monet Langius ad h. l. idque probat Drakenb. ad Liv. XL. 59. quod T. prænomen in Claudia gente usitatum non fuerit.*

T. CLAVDIVS, Vatin. 1. P. Sextium de vi accusare voluit, communicato cum Vatinio consilio. abjecit consilium, cum M. Tullius Albinovanus accusare institueret.

CLEANTHES, Acad. II. 23. Stoicus. Fat. 7. magister Chrysippi. Div. I. 3. ea, quæ Zeno in suis commentariis de Divinatione tradiderat, uberiora facit. Acad. II. 41. Solem Deum putat. Fin. II. 21. ejus tabula de voluptate & virtute. Fin. IV. 3. scripsit artem Rhetoricam s. potius obmutescendi.

CLEOBIS, Tusc. I. 47. mors ejus & pietas.

CLEOMBROTVS, de Off. I. 24. Lacedæmoniorum dux, invidiam timens, cum Epaminonda temere conflixit.

CLEOMBROTVS, *Ambraciota*, Tusc. I. 34. in mare se abjecit lecto Platonis Phædone. *De quo est epigramma Callimachi elegans.*

CLEOMENES, Verr. III. 14. Syracusanus.

CLEON, Brut. 7. Athenienſis, civis turbulentus, sed eloquens. *de quo videndus Diodor. S. XII. p. 108. miris modis perstringitur ab Aristophane in Equitibus.*

CLEOPHANTVS, Cluent. 16. Medicus.

CLINIAS *Cretenſis*, Leg. I. 4. qui inducitur apud Platonem in dialogo de legibus.

CLISTHENES, N. D. II. 16. Athenienſis, dotes filiarum deponit in templo Junonis Samiæ.

CLISTHENES, Brut. 7. Orator Athenienſis: *qui post Solonem & Pisistratum floruit, paullo ante Themistoclem.*

CLITARCHVS, Leg. I. 2. historicus Græcus, non optimus. Brut. 11. ad Div. II. 11. non magnæ fidei est, Alexandri comes, de morte Themistoclis quid tradiderit.

CLITOMACHVS *Pœnus*. Acad. IV. 6. Or. I. 11. Carneadis auditor & successor in Academia. Acad. IV. 31. ejus liber ad C. Lucilium poëtam. item ad L. Censorinum. Acad. II. 31. quatuor libros scripsit de sustinendis assensionibus. Tusc. III. 22. consolatio ejus scripta ad Carthaginienſes eversa Carthagine. nomen ejus occurrit etiam Acad. IV. 4. Or. 16.

CLITVS, Tusc. IV. 37. Dux Alexandri, ab eo interficitur.

CLODIA GENS, Dom. 44. eadem, quæ Claudia.

CLODIA, Att. XII. 22. Decimi Bruti, (qui Consul fuit cum M. Æmilio Mamerco) mater.

CLODIA, Att. IX. 6. & 9. socrus L. Metelli, trib. pl.

CLODIANVS, Att. I. 19. est *Cn. Corn. Lentulus Consul a V. DCLXXXI. cum L. Gellio Poplicola.* Sigon. *in fastis Rom.*

CLODIVS, Leg. I. 2. historicus Latinus, languidus & insciтus. *cognomen habuit* Licini. *v. Periz. An. H. p. 349. Ejus mentio fit etiam ap. Livium, ut XXIX. 22.*

CLODIVS Patavinus, Att. XII. 44.

CLODIVS Philetærus, ad Div. XIV. 4. libertus.

A. CLODIVS, Verr. IV. 17. Drepanitanus, ante civitatis jus Apollonius, Niconis filius.

C. CLODIVS, Att. III. 17. frater P. Clodii. ejus filius Milonem accusavit & Qu. Fratrem accusare voluit.

C. CLODIVS PHILO, ad Div. XIII. 32. Halesinus, civis Romanus.

L. CLODIVS, Cluent. 14. Anconitanus pharmacopola, circumforaneus.

L. CLODIVS, ad Div. III. 4. præfectus fabrum Ciceroni, v. *notata ad L. Claudium.*

M. CLODIVS Archagathus, ad Div. XIII. 32. Halesinus, civis Romanus.

P. CLODIVS, Div. II. 8. Consul cum L. Junio. vid. *P. Claudius Appii Cæci filius.*

P. CLODIVS, Ap. f. C. n. *de hujus hominis moribus, ſcelerибus, tribunatu, legibus, morte agitur in orationibus poſt red. in Sen. pro Dom. de Har. reſponſ. pro Sext. in Vatin. pro Milone &c.* Domi Cæſaris deprehenditur veſte muliebri. Att. I. 12. contra jus adoptatur. Dom. 13. ad plebem traducitur a C. Herennio. Att. I. 18. 19. ſimulat, ſe omnia Cæſare, Craſſo, Pompejo auctoribus facere. Har. reſp. 22. promittit Pompejo, ſe nihil Ciceroni periculi creaturum. Att. II. 22. 23. incitat plebem, ut propter annonæ caritatem lapidationem faceret. pro Dom. 5. Apuleja populi dicitur. Att. IV. 11. &c.

P. CLODIVS, Cæl. 13. *amicus Ciceronis a Clodiæ fratre diverſus, inter accuſatores M. Cœlii. diſertus.*

SER. CLODIVS, Att. I. 20. frater Papirii Pæti. ad Div. IX. 16. literatiſſimus criticus.

SEXT. CLODIVS, Dom. 10. ejus fœditas. ei rem frumentariam P. Clodius lege frumentaria permittit. Sext. 64. leges Clodio ſcripſit.

SEXT. CLODIVS, Rhetor. Att. IV. 15. quo uſus eſt Atticus, & Antonius Phil. II. 19. *de eo v. Sueton. de Illuſtr. Rhet. c. 5.*

SEXT. CLODIVS Phormio. Cæc. 10. argentarius.

CLOELIVS, Att. X. 8. Cæſarianus, cliens Attici.

T. CLOELIVS, Sext. Roſc. 23. Terracinenſis quidam, homo non obscurus. *Hæc videntur pugnare. Fuit obscurus Romæ, non obscurus in patria.*

CLVATIVS, Att. XII. 18. it. 36. *Manutio Architectus videtur, qui Ciceroni formam fani deſcripſerat, quo Tullia conſecraretur.*

CLAVDITAE, Div. I. 41. haruſpices in Peloponneſo.

CLVENTIA, Cluent. 5. ſoror Cluentii.

A. CLVENTIVS AVITVS, Clu. 1. Larinas, *pro quo eſt oratio.*

Num. CLVENTIVS, Cluent. 60. eques Romanus.

C. CLVVIVS, Qu. Roſc. 14. Judex in cauſa Fannii contra Flavium.

CLVVIVS, *Puteolanus*, ad Div. XIII. 7. a Cæſare præfectus agro in Gallia Cisalpina dividendo.

M. CLVVIVS Puteolanus, fœnerator. ad Att. VI. 2. ad Div. XIII. 56. *Fortaſſe idem eſt cum præcedente.*

CLVVIVS TVLLVS, v. Tullus.

CLYTAEMNESTRA, Fat. 15. filia Tyndarei.

COCCEJVS, Att. XII. 13. 18. *Videtur eſſe, qui dein M. Antonii Triumviri quæſtor & legatus proquæſtore fuit, auctor pacis inter Antonium & Octavianum. de quo Appian. B. C. L. V. p. 1122. ſqq. ed. Toll. Prænomen ejus ap. Appianum eſt* Lucius, *in numo apud Valentem de Num. Fam. T. I. p. 288.* Marcus.

COCLES, Legg. II. 4. Off. I. 18. Parad. 1. fortis. pontem contra vim hoſtium obtinuit ſolus.

COCTIVS, ad Div. IX. 4.

CODRVS, Fin. V. 22. Tuſc. I. 48. Nat. D. III. 19. conſervat morte ſua Athenas.

COE-

COELIVS, Att. VII. 5. XII. 3. trapezita.

COELIVS, Samnis, Cluent. 59.

C. COELIVS *Caldus. C. fil. ut patet ex inscriptione antiqua ap. Murator.* Her. II. 13. Mur. 8. Or. I. 25. in Verr. V. 70. homo novus ad Consulatum pervenit (a. V. DCLIX.) *cf.* Petit. cons. 3. *& ibi Palerm.* Planc. 21. in quæsturæ petitione repulsam tulit. Brut. 44. mediocris orator. *Estne hic, qui, ut Sullæ tyrannidem impediret, bellum in Italia excitavit? ad quem respicit Cicero Att.* X. 12. 14. 15. 16. *ubi v. Corrad.*

C. COELIVS, ad Div. VIII. 8. trib. pl. *M. Marcello & Sulpicio Coss. ut ex ea epistola intelligitur. Eum diversum esse a C. Cœlio, quæstore Ciceronis, res ipsa docet. Nam trib. pl. fuit eo ipso anno, quo alter ille quæstura functus est.*

C. COELIVS *Caldus, L. F. C. N.* Att. VI. 5. 6. 2. ad Div. II. 15. Quæstor Ciceronis, ab eo præficitur provinciæ, cum ex ea decederet. Att. VI. 6. ejus vitia. *Ad eum est epistola ultima L. II. ad Div.*

L. COELIVS *Antipater*, Or. II. 12. Or. 69. Att. XIII. 8. Div. I. 24. historicus. *vid. in* Antipater.

L. COELIVS, Cæcin. 9. testis in Cæcinam.

M. COELIVS RVFVS. *Hic est ille Cœlius, pro quo est oratio. Ex ea libido hominis & lascivia apparet, quæ etiam ex eo intelligitur, quod ipse commemorat, sibi ædili des. accusationem ex lege Scatinia parari. Ejus sunt Epistolæ Libri VIII. De ejus vita, moribus & fatis accurate dixit P. Manutius in præf. ad Comment. in Epistolas Cœlianas.* In tribunatu favit Miloni & Ciceronis auctoritati paruit. Mil. 33. Att. VII. 1. Brut. 79. C. Antonium de majestate accusavit & L. Atratinum de ambitu. Cœl. 31. unde ab ejus fil. L. Atratino postea de vi accusatus est, defendente Cicerone, Cœl. 1.

M. COELIVS VICINIANVS, ad Div. VIII. 4. alii: *Viniciannus.* Ædilitatem cum Cœlio Rufo frustra perit, quod olim de Dictatore promulgasset.

M. COELIVS, Verrin. IV. 17. eques Rom. qui Lilybæi habitabat.

M. COELIVS, Flacc. 4. eques R.

P. COELIVS, Verr. I. 50. prætor cum C. Verre.

Q. COELIVS LATINIENSIS, Manil. 19. trib. pl. & anno post legatus.

Q. COELIVS, Phil. XIII. 2. & 12. collusor Antonii.

SEX. COELIVS, Q. Fr. II. 6. *Sed nomen corruptum esse videtur, sive:* Sex. Clodius *legendum cum P. Manutio & Lambino, sive:* Sex. Cœlius *cum Grutero.*

T. COELIVS, Balb. 23. Senator a Cossinio accusatus & damnatus.

COELVM, N. D. II. 23. Saturni pater ab eo exsectus.

COLLATINVS, Off. III. 10. fuit in regibus expellendis Bruti socius. ei collega Brutus imperium abrogavit.

P. & L. COMINII, Cluent. 36. equites Romani diſerti.

P. COMINIVS *Spoletinus*. Brut. 78. eques Rom. accuſavit C. Cornelium Cicerone defendente. pro C. Corn. I.

SEXT. COMINIVS, Verr. IV. 10. eques Rom.

CONNVS, ad Div. IX. 22. fidicen, quo magiſtro uſus eſt Socrates.

C. CONSIDIVS, Lig. 1. Prætor Africæ proximo anno ante ortum bellum civile.

L. CONSIDIVS, Agrar. II. 34. Duumvir Capuæ.

M. CONSIDIVS *Nonianus*, Att. VIII. 11. proprætor. ad Div. XVI. 12. ei Gallia citerior obtigit. *Hunc locum Manutius de* Q. Conſidio Gallo *capit, Urſinus de* Cajo. *Sed Manutius idem ad Att. VIII. 11. recte ad* M. *refert, qui ibi diſerte prætor vocatur.*

QV. CONSIDIVS *Gallus*, ad Div. XII. 25. Verr. I. 7. Cluent. 38. Senator. Att. II. 24. ſenex fortiſſimus timorem Senatorum de morte à Cæſaris militibus tollit. Att. I. 12. fœnerator. *de ejus facilitate & æquitate vid. Valer. Max. IV. 8.*

C. COPONIVS, de Div. I. 31. homo prudens atque doctus. Att. VIII. 12. prætor C. Marcello & Lentulo Coſſ.

M. COPONIVS, Or. I. 39. II. 32. Brut. 52. a Qu. Scævola defenditur contra M' Curium.

T. COPONIVS, Balb. 23. Tiburtinus, damnato C. Maſſone civis Rom. factus eſt. Nepotes habuit T. & C. Coponios.

T. & C. COPONII, Cœl. 10. adoleſcentes doctiſſimi.

CORAX, Or. I. 18. III. 21. Siculus, ſcriptor de rhetorica antiquiſſimus. Brut. 12. qua occaſione & tempore artem rhetoricam ſcripſerit?

L. CORDVS, Verr. IV. 20. negotiator Siculus.

L. CORFIDIVS, pro Lig. 11. eques Rom. Ligarii advocatus. *vid. Curfid. Hic eſt, ut opinor, de cujus opinato reditu in vitam, lepidam fabulam e Varrone narrat Plin. H. N. VII. 52.*

CORICVS, Phil. XIII. 12. *ſive, ut quidam volunt: C. Oricus.* Ædilis Cæſaris beneficio, a Cicerone defenſus eſſe videtur.

CORIOLANVS, MARCIVS, Brut. 11. cum Themiſtocle comparatur.

CORNELIA gens. Leg. II. 22. ex ea nemo crematus, ſed omnes humati ſunt. primus ex ea familia, & quidem patricia, Sulla voluit cremari.

CORNELII, pro Corn. I. tam multi fuerunt, ut etiam collegium conſtitutum ſit.

CORNELIA, mater Gracchorum. Brut. 26. filios docuit. epiſtolæ ejus. Brut. 28. de Div. II. 29. Inv. I. 49.

CORNELIA, ad Div. V. 6. uxor P. Sextii, Corn. Scipionis filia.

CORNELIVS, Verr. III. 11. medicus C. Verris in Sicilia.

CORNELIVS, Verr. I. 26. lictor Verris proquæſtoris.

CORNELIVS, *Culleolus*, Div. I. 2. ejus Octaviano bello furibundam prædictionem audiendam putavit Senatus.

CORNELIVS, Att. I. 12.

A. CORNELIVS, Div. I. 24. Consul cum M. Valerio in bello Samnitico, *a. CCCCX.*

C. CORNELIVS, (*Cethegus*) Brut. 18. Consul cum Q. Minucio *a. V. DLVI.*

C. CORNELIVS, (*qui a Cicerone defensus est de vi.*) Brut. 78. a P. Comminio Spoletino de majestate accusatur. Corn. I. reus majestatis. Vatin. 2. defenditur tribunatus ejus.

C. CORNELIVS, Sull. 2. 6. eques Rom. Catilinæ socius, qui cum Varguntejo Ciceronem in lectulo interficere voluit.

C. CORNELIVS, Sull. 18. filius C. Cornelii *ejus, qui inter Catilinarios fuit.*

CN. CORNELIVS, Agr. II. 4. *est Cn. Dolabella, qui* Consul cum M. Tullio *Decula fuit, a. V. DCLXXII.* pro Corn. I.

CN. CORNELIVS, Balb. 8. legem de civitate ex SCto tulit. *est Cn. Cornelius Lentulus, qui a. V. DCLXXXI. Consul fuit.*

CN. CORNELIVS, ad Div. VII. 9. amicus Trebatii, homo obscurus.

L. CORNELIVS. Balb. 17. est *Balbus.*

L. CORNELIVS, *Chrysogonus*, pro S. Rosc. 2. libertus L. Sullæ gratiosissimus. *v.* Chrysogonus.

M. CORNELIVS, *Cethegus*, Brut. 15. Marci filius, vid. *M. Cethegus.*

M. CORNELIVS, Att. I. 13.

P. CORNELIVS *Rufinus*, Or. II. 66. avarus, sed fortis. ad Consulatum (*secundum*) pervenit opera C. Fabricii. *anno V. CCCLXXVI.*

P. CORNELIVS, ad Div. XIII. 6. videtur publicanus esse, societatis Africanæ.

P. CORNELIVS, ad Div. XIII. 14. civis Rom. in Gallia Cisalpina negotiator.

P. CORNELIVS, ad Div. XIII. 36. *dictus est Demetrius Megas Siculus, quod ei P. Cornelius Dolabella civitatem rogatu Ciceronis a Cæsare impetraverat.*

P. CORNELIVS, ad Div. VIII. 8. Trib. pl. M. Marcello & Ser. Sulpicio Coss.

P. CORNELIVS, Brut. 22. *est Scipio Africanus minor.*

Q. CORNELIVS, ad Div. VII. 17. JCtus. VII. 8. ab eo didicit jus Trebatius.

Q. CORNELIVS, ad Div. V. 6. affinis P. Sextii.

Q. CORNELIVS, Har. Resp. 6. pontifex minor.

CORNICINVS, (seu CORNICEN) ad Att. IV. 2. *est cognomen Cn. Oppii.*

CORNIFICIVS, Verrin. I. 57. scriba Verris Præt. Urb.

Q. CORNIFICIVS, Act. I. in Verr. 10. judex justissimus. Att. I. 13. primus in Senatu mentionem de violatis a Clodio sacris fecit. ib. 1. competitor Ciceronis in Consulatu. ad Div. XII. 17. Ciceronis collega in auguratu. *Vir doctus hic fuit, ad quem sunt Ciceronis quædam epistolæ, Proprætor Africæ, vivo adhuc Cæsare.*

Q. CORNIFICIVS, Q. F. ad Div. XII. 25. VIII. 7. Cæsaris Quæstor.

C. CORNVTVS, Att. I. 14. Pseudo-Cato, *h. e. imitator Catonis.*

trib.

trib. pl. *M. Pisone & Messala Coss.* in Sen. post Red. 9. prætor P. Lentulo Spinthere Cos.
M. CORNVTVS, Font. 15. Legatus bello sociali.
M. CORNVTVS, Phil. XIV. 8. ad Div. X. 12. prætor urbanus Hirtio & Pansa Coss.
M. & P. CORTIVS, Verr. V. 64. equites Romani in agro Tauromenitano.
CORVMBVS, Balbi servus. Att. XIV. 3.
TI. CORVNCANIVS, Planc. 8. Sull. 7. Tusculanus. Dom. 53. Nat. D. III. 2. Pontifex Max. *primus e plebe.* Or. III. 33. omnibus civibus consilii sui copiam fecit. Br. 14. ex pontificum commentariis longe plurimum ingenio valuisse videtur. *add.* Cato 9. Læl. 11. Or. II. 66. *Hunc fuisse nepotem Tusculani illius e fastis Capitol. apparere ait Pighius ad a.* 396.
CORYPHE, Nat. D. III. 23. Oceani filia, Minervæ Coriæ e Jove mater.
C. COSCONIVS, Sull. 14. prætor Consule Cicerone. Vat. 5. Proconsul Hispaniæ ulterioris, post præturam. habuit Vatinium legatum. Att. II. 19. Viginti. Vir agris dividundis lege Cæsaris; in cujus mortui locum invitatur Cicero.
C. COSCONIVS CALIDIANVS, Cluent. 35. Orator clamosus. Brut. 69. nullo acumine sed grata populo verborum copia.
M. COSSETIVS, Verr. III. 27. eques Rom. qui in Sicilia versabatur.
L. COSSINIVS Tiburs, Balb. 23. damnato T. Cœlio civis Rom. factus. Ejus filius eques R. fuit.
L. COSSINIVS, Att. II. 1. I. 20. ad Div. XIII. 23. tribulis Ciceronis & amicus. *An hic est collocutor, ap. Varron. R. R. II. 1?*
L. COSSINIVS-ANCHIALVS, ad Div. XIII. 23. libertus L. Cossinii.
COSSI Fratres, Or. II. 23.
COSSVTIANAE *tabernæ*, ad Div. XVI. 27.
M. COSSVTIVS, Verr. III. 78. *idem qui* Cossetius.
C. COTTA, *ex Aureliis.* Acad. IV. 26. Consul cum P. Servilio Gemino. *male vulgo* M. Cotta *legitur.* C. *bene edidit Davies e MSS.*
C. COTTA, *M. frater*, Com. I. de suis legibus abrogandis refert. Pis. 26. nimia triumphandi cupiditate flagrat. N. D. I. 6. Academicus. Brut. 49. seqq. qualis orator. Cæc. 33. Att. XII. 20.
L. COTTA, *Prætorius.* Brut. 36. qualis orator.
L. COTTA, Brut. 21. accusatur a P. Africano minori. defensus a Q. Metello Macedonico, absolvitur. veterator habitus est, h. e. *callidus in causis agendis. Exemplum callidita is in tribunatu habet. Valer. M. VI. 5. quem ad a. DXCIX. refert Pighius. cf.* Mur. 22. Font. 13. in Q. Cæcil. 21.
L. COTTA, Or. III. 47. Or. II. 47. *Trib. pl. a. V. DCLIX. cum T. Didio & C. Norbano*, quo rogationem in Cæpionem ferente, cum una cum Didio intercedere vellet, vi e templo pulsus est. Orat. III. 11. Q. Catuli sodalis, gaudebat gravitate

vitate linguæ & ſono vocis agreſti.
L. COTTA, *M. frater. Autor legis Aureliæ judiciariæ.* Catil. III. 8. Agrar. II. 17. L. Torquati collega in conſulatu, *a. V.* DCLXXXVIII. de Div. I. 12. eo & Torquato Conſulibus Jupiter Capitolium petiit & ignes injecit. ad Div. XII. 2. deſperatione in Senatum non venit. Dom. 26. negavit legem de Ciceronis reditu ferendam eſſe, quod lex Clodia jure lata non eſſet. Div. II. 21. Att. XII. 23.
M. COTTA, Verr. V. 13. L. Luculli collega in conſulatu, *a. V.* DCLXXIX.
M. COTTA, Att. X. 16. XII. 22. Prætor Sardiniam tenet Marcello & Lentulo Coſſ. ex SCto in bello civili.
COTTVS, Piſ. 31. rex Beſſorum, L. Piſonem Macedoniæ proconſulem pecunia corrumpit, ut legatos Beſſorum interficiat.
L. VARIVS COTYLA, Phil. V. 2. ad Antonium Mutinam obſidentem ſe confert. Phil. VIII. 10.
CRANTOR, Or. III, 18. Acad. I. 10. Academicus e vetere Academia, nil ab Ariſtotele diſſentit. Acad. IV. 44. Tuſc. I. 48. *Ejus* Conſolatio *eſt liber ejus* de luctu, *qui laudatur.* cf. Att. XII. 21.
CRASSIPES, ad Div. I. 7. Att. IV. 5. Ciceronis filiam ducit. cf. Qu. Fr. II. 5. 6. ad Div. XIII. 9. Bithyniæ quæſtor. Att. IX. 11. Cæſarianus. Craſſipes *eſt cognomen gentis* Furiæ. M. Furius Craſſipes *Prætor eſt ap. Liv.* XXXVIII. 42. *&c.: quod etiam docet Manut. ad Cic. ad Div. I. 7. ubi negat, ſe prænomen hujus Craſſipedis reperire potuiſſe. Deſponſa ei eſt Tullia ante profectionem in Ciliciam, ſed dimiſſa mox. Cicero tamen cum eo poſtea amicitiam coluiſſe videtur. v. Tunſtalli Epiſtola ad Midlet. p.* 187. 188.
CRASSICIVS, Phil. XIII. 2.
L. LICINIVS CRASSVS, ad Her. IV. 2. 3. Or. I. 7. Rab. 7. Orator. Inv. II. 37. Piſ. 26. triumphi e Gallia nimis cupidus. Or. II. 1. putabatur non præter puerilis ætatis modum doctus. Br. 37. ſq. qualis orator. Verr. III. 1. eum pœnituit C. Carbonem in judicium vocaſſe. Font. 7. ejus teſtimonium in M. Marcellum nil valet. Dom. 19. de pluribus rebus ſimul ferre auſus eſt contra legem Didiam & Cæciliam. ad Div. IX. 21. accuſat C. Carbonem eum, qui Africano vim attuliſſe exiſtimatus eſt. Off. I. 30. in eo multus lepos erat. I. 37. uberior ejus oratio nec minus faceta. II. 13. 14. maximam ſibi peperit gloriam ex illa accuſatione Carbonis. II. 18. orationem ſcripſit, in qua eſt de redimendis captivis & de locupletandis tenuioribus. III. 11. legem tulit, ne eſſet pro cive, qui civis non ſit. Or. I. 55. jus civile didicerat. II. 55. M. Brutum ulciſcitur. 56. oratio contra Cethegum in Cenſura dicta laudatur. III. 1. ejus mors. Off. II. 16. magnificentiſſima ædilitate cum Q. Mucio functus eſt. *Hunc Mutium in omnibus honorum*

norum gradibus collegam habuit præter censuram, auctore Cicerone in Bruto.

L. CRASSVS, Br. 58. P. Nasicæ & Liciniæ, C. Lælii neptis, filius, a L. Crasso, avo materno, testamento adoptatus. *cf. Plin.* XXXIV. 3.

L. *Papirius* CRASSVS, ad Div. IX. 21. vide in *Papirius.*

M. CRASSVS, Or. I. 36. prætor *a. V. DCXLVIII.* Fin. V. 30. ἀγέλαστος, quia semel in vita risit, auctore Lucilio. *Plin. H. N. VII.* 19. *nunquam risisse, ait.*

M. CRASSVS, *P. fil. M.* ἀγελάστε *nepos. Triumvir.* ad Div. I. 1. Brut. 64. 65. seq. qualis orator. Verr. V. 2. contra fugitivos in Italia mittitur: impedit, ne fugitivi Messanam transire possent. Balb. 7. Balbum defendit. Muren. 23. L. Murenam defendit. Har. resp. 6. pontifex. Phil. II. 3. cum eo multæ Ciceronis contentiones fuere. Att. I. 14. laudat in Senatu Ciceronis consulatum. 17. impellit publicanos Asianos, ut locationem induci postularent. IV. 13. nulla dignitate paludatus abit in Syriam. Tusc. V. 39. surdaster fuit. Div. I. 16. quid ei acciderit dirarum obnunciatione neglecta. II. 9. trans Euphratem cum ignominia & dedecore perit. ibid. 40. omen, quod ei Brundisii oblatum est. Off. I. 30. Sullæ deservit, ut quod velit consequatur. ibid. 8. eam demum pecuniam magnam judicat, cujus fructibus exercitus ali possit.

M. CRASSVS, Balbin. 23. eum Mamertini ex lege Papia repetere instituunt; *quia ex Mamertino aut civis factus erat Rom. aut se pro cive gerebat.*

P. CRASSVS, Brut. 19. cum Africano maj. consul fuit. *nempe a. V.* DXLVIII. *idem Pontifex Max. cognomine* Dives *dictus. v. Liv.* XXX. 1. *ubi ejus insigne elogium.*

P. CRASSVS, *Mucianus Dives.* Brut. 26. Orator valde probatus, *adoptatus a P. Crasso Divite,* P. Mucii filius *naturalis,* & P. Scævolæ frater, domi jus civile cognoverat. Or. I. 37. ejus de eloquentia & juris studio conjungendo sententia. ib. 57. JCtus *cf. I.* 13. *Rupert. ad Enchir. Pompon. III. 6. Perizon. Animadv. c. 9. &c.* Phil. XI. 8. Pontifex M. multam dicit Collegæ Consuli L. Valerio Flacco flamini Martiali, si a sacris discessisset, (*a. V.* DC XXII.) *quod nolebat eum ad bellum cum Aristonico proficisci, ad quod ipse profectus fœde periit. Vell. II.* 4.

P. CRASSVS, Font. 15. Legatus L. Cæsaris in bello sociali. *cf. Appian. B. C. I. p.* 635. Or. III. 3. in seditione Mariana se ipse sua manu interficit. Arch. 5. Censor cum L. Julio Cæsare nullam populi partem censet, (*a. V.* DCLXIV.) *Consul fuit a.* DCLVI. *cum Cn. Lentulo Clodiano. Est M. Crassi III-viri pater. In inscriptione antiqua ap. Muratorium ad h. a. est prænomen M.*

P. CRASSVS, Att. XII. 24. Venulejæ filius, utrum vivo adhuc

huc patre, P. Crasso, an mortuo interierit.

P. CRASSVS, M. IIIviri fil. ad Div. XIII. 16. laudatur. Brut. 81. qualis fuerit, quem exitum habuerit. *Quo cum loco confer Plutarch. in Crasso p. 551. 559. De legatione ejus ap. Cæsarem Imp. in Gallic, v. Dio, XXXIX. p. 105.*

P. CRASSVS, Sen. p. Red. 9. prætor P. Lentulo Spinthere Consule.

CRATERVS, Att. XII. 13. 14. medicus Ciceronis ætate.

CRATES, Acad. I. 9. Academicus, nil mutat in veteri disciplina a Platone tradita.

CRATIPPVS, Off. I. 1. ad Div. XII. 16. M. Ciceronis filii præceptor, cum eo, volente C. Trebonio, in Asiam abit. Div. I. 3. familiaris Ciceronis, par summis Peripateticis, somniorum & furoris divinationi fidem tribuit, reliqua rejicit. ibid. 32. statuit animos hominum quadam ex parte extrinsecus esse tractos & haustos, reddit rationem vaticinationum & somniorum.

M. CREPEREIVS, Act. I. in Verr. 10. Trib. militaris factus. *a. V.* DCLXXXIII.

CRESPHONTES, ad Her. II. 24. *Aristomachi filius ex Herculis genere, Rex Messeniæ fraudibus factus, duxit uxorem Meropem Cypseli Arcadis filiam &c. v. Pausanias p. 151. 285. seqq. ed. Kuhn. Hygin. fab. 148. de eo est* Cresphontes *Euripidis fabula, quæ laudatur.* Tusc. I. 48.

Q. CRISPVS, *e Marciis.* ad Div. XII. 11. & 12. Imperator & Proconsul Asiæ: *ejus dignitas commendatur.*

CRITIAS, Tusc. I. 39. de XXX. Tyrannis, Theramenem ad mortem redigit. Or. II. 22. ejus scripta extitere Ciceronis tempore.

CRITO, Tusc. I. 43. Socratis discipulus. Div. I. 53. non paret Socratis monito. I. 25. ei Socrates suam mortem prædicit.

CRITONIVS, Att. XIII. 21. Cæsarianus.

CRITOLAVS, Nat. D. III. 38. Dux Achæorum, evertit Corinthum. *Fuit enim causa belli Achaici, quo Corinthus eversa est. v. Flor. II. 16. Polyb. Excerpt. legat. c. 144.*

CRITOLAVS, Fin. V. 5. Aristotelicus. Or. I. 11. cum Carneade & Diogene Stoico Romam legatus Athenienſium venit, mulctæ propter Oropum irrogatæ deprecandæ causa. Tusc. V. 17. ejus libra.

CRITOLAVS, Verr. IV. 26. Ætnensis.

CROESVS, Fin. II. 27. III. 14. IV. 12. Div. I. 19. 53. II. 56. ejus filius, quum esset infans, loquitur.

Q. CROTO, Rabir. perd. 11. ejus servus Scæva occidit Saturninum.

CTESIPHON, Or. III. 56. Athenienſis, pro quo extat Demosthenis oratio.

CVLEO, Att. III. 15. VIII. 12. familiarissimus Pompeji, ut Theophanes.

CVLEO, ad Div. X. 34. Trib. Mil. in exercitu Lepidi, qui ab

ab Antonio ad eum transierat, cum ante a Lepido contra ejus voluntatem ad Antonium isset, *add. inf.* Q. Terentius Culeo.

CVLLEOLVS, ad Div. XIII. 41. *Illyrici ante Cæsarem prætor fuisse videtur.*

CVLLEOLVS, Att. VI. 3. *homo vilis h. l. significari videtur.*

CVPIDO, Nat. D. III. 23. Cupidines plures.

L. CVRFIDIVS, Att. XIII. 44. hoc nomen ex Ligariana tollitur, monitu Attici.

CVRIATII, Inv. II. 26. tres fratres, *de quibus Liv. L. I. 24. seqq.*

C. CVRIATIVS, Leg. III. 9. Trib. pl. V. annis ante Ti. Gracchi tribunatum primum, Consules, *P. Nasicam & D. Brutum*, in vincula conjecit.

C. CVRIO, avus, Br. 32. ejus orationes. *Consulatum non adeptus est. Prætor fuit, A. V.* DCXXXII.

C. *Scribonius* CVRIO, *Pater.* Brut. 60. *Consul fuit cum Cn. Octavio a. V.* DCLXXVII. Rab. 7. in cæde Saturnini est cum Consulibus. Manil. 23. legi Maniliæ favet. ad Div. I. 4. vir Consularis. Pison. 19. de Dardanis triumphat e Macedonia rediens. Or. II. 23. Cossos fratres defendit contra M. Antonium Oratorem. Att. I. 14. P. Clodium in Senatu juvare frustra studet. Har. Resp. 6. Pontifex. ad Div. VIII. 11. negat se permissurum ut Ciceroni supplicatio decernatur. Vat. 10. laudatur, ei insidiatur Vatinius. Or. 32. Brut. 60. memoria destituitur subito. Off. II. 17. dicebat se omnia, quæ haberentur amplissima, sine ullo munere adeptum esse. ad Div. II. 2. moritur Calvino & Messala Coss. Act. I. in Verr. 7. Corn. I. Br. 49. 60. in libris etiam, quæ dixit, obliviscitur.

C. CVRIO, C. fil. *ad quem sunt epistolæ libri* II. *ad Div.* ad Div. VIII. 4. tribunatum petit. ejus facilitatem homines metuunt. eum Cæsar valde contemnit. ib. 8. se parat contra Cæsarem. ib. 6. in tribunatu nihil agit, de intercalando obtinet, fit popularis, & pro Cæsare loquitur, legem Viariam & Alimentariam fert. II. 13. Cæsarem defendere incipit, quod ante suspicatus est Cicero. VIII. 11. negat se permissurum, ut Cæsar de provincia decedat, Pompejum id cupientem male accipit, & ejus II. consulatum exagitat. *v. de his narrantem Dionem*, XL. *p.* 148. *f.* ad Div. VIII. 10. trib. pl. de agro Campano ante Cæsaris adventum e Gallia dividendo ex ejus lege laborat, ne Cæsar dividere possit. Att. I. 14. filiola M. Antonii dicitur. Phil. II. 2. scortum M. Antonii Trium-Viri. Br. 81. naturam habuit admirabilem ad dicendum; plane eruditus. temeritate in bello Civili periit. ad Div. VIII. 2. ejus theatrum. *De quo vid. Plin. H. N.* XXXVI. 15.

CVRIVS, de Inv. I. 43. Orator quidam, e cujus oratione pro Fulvio verba quædam laudantur. *Sed v. in Ser. Fulvius.*

C. CVRIVS, pater Rabirii Posthumi. Rab. Post. 2. 17.

M' CVRIVS DENTATVS. Br. 14. trib. pl. interrege Appio Cæco, coëgit patres ante comitia auctores fieri. *qua de re vid. Pighium ad a.* 455. *Gronov. Obſ. I.* 25. *Drakenb. ad Liv.* X. 11. Muren. 8. homo novus ad conſulatum pervenit. ibid. 14. de rege Pyrrho triumphat. Att. IV. 15. emittit lacum Velinum. Planc. 25. Suil. 7. Fin. II. 10.

M' CVRIVS, Br. 53. controverſiam cum M. Coponio habet. Or. I. 39. II. 32. Curiana cauſa. II. 6. acta a L. Craſſo Oratore, quæ qualis fuerit. vid. I. 39.

M' CVRIVS, ad Div. II. 19. conſobrinus C. Cœlii Quæſtoris. Flacc. 13. Quæſtor urbanus Silano & Murena Coſſ. Sen. poſt Red. 8. trib. pl. P. Lentulo Spinthere Coſ. Ejus patri quæſtor fuit Cicero. *Fuit autem Quæſtor Sex. Peducæi in Sicilia. Eundem eſſe puto, qui* ad Diverſ. XIII. 49, Proconſul *vocatur.* Proprætore *dicendum erat. In qua provincia fuerit, nondum reperi.*

M' CVRIVS, Phil. V. 5. M. Antonii familiaris, diſſolutus.

M' CVRIVS, ad Div. XIII. 17. negotiator Patris: *cujus eſt epiſtola* VII. 29. Attici & Ciceronis amiciſſimus.

Q. CVRIVS, in Tog. Cand. homo quæſtorius. Petit. Conſ. 3. Socius Catilinæ. *Ejus mentio etiam eſt ap. Salluſtium inter Catilinarios, B. C.* 23.

CVRSOR, ad Div. IX. 21. cognomen L. Papirii.

CVRTIVS, Roſc. 32. accuſator, bello civili Sullano interfectus.

CVRTIVS, Verr. I. 39. civis Rom. qui C. Verris pecunias extraordinarias tractabat. *Sed Manutius ibi pro* Q. & Cn. Poſtumiis, Curtiis, *legit* Q. & Cn. Poſtumiis Curtiis, ut *Q. & Cn. ad Curtios referatur, ſintque Poſtumii a Curtiis non diverſi.*

CVRTIVS, Q. Fr. I. 4. 1. trib. pl. Gabinio & Piſone Coſſ.

C. CVRTIVS, Rabir. Poſt. 3. propinquus Rabirii Poſtumi, *quamquam alii aliter legunt. Vulgatam defendit Turneb. Adv.* X. 23.

C. CVRTIVS Peducæanus, ad Div. XIII. 59. prætor, *a.* DCCIII.

C. CVRTIVS Poſtumus, Att. IX. 2. Cæſarianis partibus favet. ad Div. II. 16. auguratum petit. Att. XII. 49. dubitat an conſulatum petat nec ne.

C. CVRTIVS MITHRES, ad Div. XIII. 69. libertus Poſtumi.

C. CVRTIVS, ad Div. XIII. 5. Ciceronis familiaris. A Cæſare in Senatum legitur.

P. CVRTIVS, ad Div. VI. 18. frater Q. Salaſſi, juſſu Pompeji fil. interficitur.

Q. CVRTIVS, Verr. I. 61. judex quæſtorius in cauſa Verrina, ſed quod ſodalis ejus eſſet, vi populi & convitio rejectus eſt.

P. CVSPIVS, ad Div. XIII. 6. eques Rom. magiſter ſocietatis in Africa. it. XVI. 17.

CVSINIVS, ad Att. XII. 38. 41.

L. CVSTIDIVS, ad Div. XIII. 57. Arpinas.

CYDAS *Cretenſis*, Phil. V. 5. homo audax, M. Antonii familiaris. Phil. VIII. 9.

CYLONIVM SCELVS, de Leg. II. 11. *est, quod Athenienses commiserunt, Cylonis sociis supplicibus interfectis ad aram. de quo vid. Thucyd. L. I. sect. 126. add. Scalig. ad Euseb. Græca p.* 427. *Suidas:* Κυλώνειων ἄγος.

CYNICI, Off. I. 35. reprehendunt eos, qui ea, quæ re turpia non sunt, nominibus ac verbis flagitiosa ducant. ibid. 41. eorum ratio est rejicienda.

CYPSELVS, Tusc. V. 37. Corinthi tyrannus, Demarati Tarquinii patris temporibus. *add.* Fat. 7.

CYRENAICI, Tusc. III. 12. eorum de origine doloris sententia refellitur. Acad. IV. 7. in solo tactu doloris & voluptatis judicium veri esse dicunt. ibid. 46. nihil putant esse judicii præter permotiones intimas. *add.* 24.

CYRSILVS, Off. III. 11. suadens, ut Athenienses in urbe manerent, & Xerxem reciperent, lapidibus obruitur.

CYRVS major, de Div. I. 23. ejus somnium: quamdiu regnarit & vixerit. Q. Fr. I. 1. 8. Xenophon de eo non ad fidem historiæ scripsit. *v. etiam* Brut. 29. Leg. II. 22. &c.

CYRVS minor, Divin. I. 25. cum eo militia perfungitur Xenophon. ibid. 23. ejus somnium.

CYRVS, Att. II. 3. architectus. Mil. 17. moritur. *Ab eo dicuntur* Cyrea Att. IV. 10.

CYTHERIS, Att. 10. Philipp. II. 22. eam Antonius lectica aperta secum portat. ad Div. IX. 26. v. in *Volumnia.*

D.

DAMASIPPVS *cognomen Licinorum,* ad Div. VII. 23. statuas amat, *de quo est apud Horatium. Serm. II.* 3. Att. XII. 29. 33. ab eo hortos emere vult Cicero.

L. DAMASIPPVS, ad Div. IX. 21. prætor, qui C. Carbonem occidit. *v. Vellej.* II. 26.

DAMIO Tettius. Att. IV. 3.

DAMOCLES, Tusc. Qu. V. 20. assentator Dionysii.

DAMO, Off. III. 10. Tusc. V. veræ amicitiæ specimen. Pythagoreus. Or. III. 3. musicus.

DANAVS, Parad. 6. ejus quinquaginta filiæ.

DAPHITAS, de Fat. 3. Ei fatum fuit, ex equo cadere, atque ita perire. *Fuit Telmissensis, Sophista acerbus & mordax etiam in Attalum Pergamenum. Versiculos in eum habet Strabo L. XIV. p.* 958. *ed. Almel. unde eum de saxo, cui equi nomen, præcipitare jussit. Rem narrant Suid. in* Δαφίδης. *Valer. M. I.* 8. *sed paullo discrepat a ceteris Strabo, qui & Grammaticum vocat & in crucem actum dicit in* Thorace, *loco quodam, jussumque ab oraculo, ut sibi a* thorace *caveret. Utrum* Daphitas *an* Daphidas *scribendum, v. Torren. ad Valer. l. c.*

DARDANVS, Acad. IV, 22. Stoicus, tempore Antiochi Academici.

DARDANVS, ad Div. X. 25. libertus Furnii.

DARIVS *Codomannus,* Tusc. V. 32. in fuga aquam turbidam suaviter bibit.

C. DE-

C. DECIANVS, Rabir. 9. condemnatus est, quod in concione de morte Saturnini questus est. *vid. Valer. VIII.* 1.
DECIDIVS Saxa. Phil. XIII. 12. *v. in* Saxa.
DECIMVS, Att. VI. 16.
DECIMIVS, *designator*, Dom. 19. Att. IV. 3. socius & asecla P. Clodii & suasor legum illius.
DECIVS, Pis. 11. Campanus.
DECIVS, ad Div. V. 6. librarius P. Sextii quæstoris.
CN. DECIVS *Samnis*, Clu. 59. proscriptus a Sulla.
P. DECIVS, Qu. fil. Div. I. 24. Fin. II. 19. primus e Deciis consul fuit, & primus e Deciis se devovit.
P. DECIVS, P. F. *item*, *ut pater, se devovit. utriusque devotionis sæpe fit mentio apud Ciceronem*, N. D. III. 2. Sext. 21. Postum. 1. Sen. post redit. 24. Heren. IV. 44. Off. I. 18. & III. 4. *Duobus autem in locis etiam* Nepotis Decii *pro patria se devoventis mentio est*, *in* Tusc. Qu. I. 37. & Fin. II. 19. pater, *inquit*, decertans cum Latinis, cum Etruscis filius, cum Pyrrho nepos se hostium telis objecerunt. Parad. I. 3. patrem & filium *tantum nominat*.
P. DECIVS *Mus*, Brut. 28. vita & oratione turbulentus. M. Fulvii Flacci æmulus. Or. II. 30. Trib. pl. qui Opimium de cæde Gracchi accusavit. add. Or. II. 62. Or. II. 31. reus de pecuniis contra leges captis factus.
P. DECIVS, Phil. XI. 6. Antonianus ære alieno oppressus.
DEJOTARVS *pater*, Dejot. 1. *vid. argumentum orationis.* Phil. XI. 12. 13. laudatur. Att. V. 17. rex a Senatu appellatus est. Har. resp. 13. fidelissimus imperio Rom. rex, a Senatu regis nomine dignus judicatur lege Clodii, regis nomen accipit. Div. II. 37. fugit e prœlio cum Pompejo. Brut. 5. a M. Bruto defenditur apud Cæsarem, quod a Pompejanis partibus steterat. Div. I. 15. a Cæsare tetrarchiæ regno multatus. ibid. II. 35. & 37. multum auspiciis tribuit. ex Cicerone augurii Romani disciplinam percunctatur. ejus augurii disciplina differt a Romana vehementer.
DEJOTARVS *filius*, Dejot. 1. patrem accusat apud Cæsarem.
DEIANIRA, Tusc. II. 8. Oenei filia.
DELLIVS, Att. VIII. 12. Pompeji familiaris; *nisi forte, ut videtur, cum Grævio legendum:* D. Lælius. *Nam* Dellius *fuit Cæsarianus, post Antonianus;* D. Lælius *Pompejanus. de Pompejano autem sermo est.*
DEMADES, Brut. 9. Or. 26. orator Athenienſis, Demosthenis temporibus, præter ceteros Atticos oratores facetus: nulla scripta reliquit.
DEMARATVS, Tusc. V. 38. pater Tarquinii Prisci, Corintho fugit Tarquinios.
DEMEA, Att. XIII. 30. servus.
DEMETRIVS, Att. IV. 11. liberti nomen. sed ad Div. XVI. 17. & 22. homo improbus. servus Ciceronis. ad Div. VIII. 15. *&c.*
DEMETRIVS, *Poliorcetes*, Off. II. 7. eum Macedones reliquerunt

querunt & se omnes ad Pyrrhum contulerunt.

DEMETRIVS *Magnes*, Att. IV. 11. VIII. 11. liber ejus περὶ ὁμοιολίας. æqualis Ciceronis & amicus Attici. *Hunc librum cave confundas cum altero Demetrii Magnetis* περὶ ὁμωνύμων, *cujus sæpe mentio ap. Laërtium. v. c. I.* 38. *ubi vid. Menag.*

DEMETRIVS *Megas*, ad Div. XIII. 36. Siculus. vid. *P. Cornelius.*

DEMETRIVS *Phalereus, Atheniensis.* Br. 9. Fin. V. 9. Theophrasti discipulus. Or. II. 23. omnium oratorum politissimus. Or. 27. in mediocri genere princeps Græciæ. Off. I. 1. disputator subtilis, orator parum vehemens, sed dulcis. Leg. III. 6. de rep. & legibus scripsit. Fin. V. 19. patria pulsus ad Ptolemæum se confert, multa in otio scripsit. R. Postum. 9. in Ægypto, aspide ad corpus admota, necatus est.

DEMETRIVS, *Syrus.* Brut. 91. non ignobilis dicendi magister, quo Cicero Athenis usus est.

DEMOCHARES, Or. II. 23. Orator Athenienſis, filius ſororis Demoſthenis. genere dicendi molli & remiſſiore uſus eſt. Brut. 83. ſcripſit orationes aliquot & earum rerum hiſtoriam, quæ ſuis temporibus Athenis erant geſtæ, oratorio genere, non hiſtorico.

DEMOCRITVS *Phyſicus*, Tuſc. V. 39. patrimonium ſuum relinquit diſcendi ſtudio. ibid. cæcus fit, cæcitatem utilem eſſe dixit. Or. I. 12. ornate dixit. Or. II. 46. de Divin. I. 37. negat, ſine furore quemquam poëtam magnum eſſe poſſe. Or. 20. ejus dictio, cur non nullis poëma videatur. Acad. I. 2. ejus phyſica recepit Epicurus. ad Div. XV. 16. ante Epicurum φαντασίας εἰδώλα dixit. Acad. I. 13. confitetur ignorantiam, ut Socrates. Acad. IV. 17. innumerabiles mundos ſtatuit, & quidem multos abſolute pares; item homines; quæ ſententia cap. 18. a politioribus phyſicis refellitur. Acad. IV. 37. de pleno & inani omnia gigni. de Fin. I. 6. ſententia ejus de ſole & atomis. N. D. I. 12. imagines Deos facit, & naturam eas fundentem & intelligentiam noſtram. incertus in toto loco eſt. vid. c. 43. ibid. 24. atomi reprehenduntur. de Div. I. 3. II. 13. præſenſionem rerum futurarum comprobat, in quo non inſcite nugatur. de Fat. 10. auctor atomorum ſtatuit neceſſitate omnia fieri.

DEMOCRITVS, *Gymnaſiarcha*, Verr. IV. 42. Tyndaritanus.

DEMOCRITVS, Att. VI. 1. ſervus Attici.

DEMOCRITVS, *Sicyonius.* ad Div. XIII. 78. hoſpes Ciceronis & familiaris.

DEMOSTRATVS, ad Div. XIII. 32. libertus Cn. Octavii Naſonis.

DEMOSTHENES, Or. 4. Platonis frequens auditor. 26. minus facetus. Tuſc. III. 26. ab Æſchine reprehenditur, quod nimis filiam luxerit. V. 36. mulierculæ laudibus capitur. Div. II. 46. Rho dicere cum nequiret, exercitatione effecit, ut pla-

planissime diceret. II. 57. Pythiam dixit φιλιππίζειν. &c. &c.

DESIPPVS vel DEXIPPVS, ad Div. XIV. 3. servus Ciceronis.

DEXIO, Tyndaritanus, Verr. V. 42.

DEXIVS, ad Div. VII. 23.

L. DIADEMATVS, ad Quir. p. redit. 3. *Qu. Metelli Macedonici filius.* v. *in Metellis.*

DIAGONDAS, *Thebanus.* Leg. II. 15. omnia sacra nocturna sustulit.

DIAGORAS, *Melius,* N. D. I. 1. & 23. Deos tollit, ideoque Atheus dicitur.

DIANA, N. D. III. 23. Dianæ plures.

DICAEARCHVS, *Peripateticus, Aristotelis discipulus,* Att. II. 2. ejus libros diligenter legit & admiratur Cicero. Ἑλλησπαίων liber Dicæarchi de populis Pellanæis. item Κορινθίων & Ἀθηναίων. *Libros Geographicos in multis reprehendit Polybius, auctore Strabone Geogr. II. p.* 107. *qui & ipse ei non semper fidendum monet, inprimis in occidentalibus & septentrionalibus Europæ partibus.* Att. II. 16. vitam practicam theoreticæ anteponit. ad Att. VI. 2. ejus tabulæ Geographicæ laudantur. scripsit περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως, in quo Chæron quidam inducitur, narrans, quæ in Trophonio viderit. *Utrum liber singularis fuerit, an pars libri majoris, quem* Ἀναγραφὴν Ἑλλάδος *inscripsit, disputant: hoc tamen probabilius videtur Hemsterhusio V. Cel. ad Lucian. T. I.* 339. *quod mihi non est probabile, quia e loco Ciceronis patet, in dialogo scriptum fuisse illum libellum, quod* Ἀναγραφὴ *Græciæ non convenire videtur.* Att. XIII. 31. 32. libri περὶ ψυχῆς & καταβάσεως & τριπολιτικὸς & epistola ad Aristoxenum. Acad. IV. 39. Tusc. I. 10. tres libros de animo scripsit, in quibus animum nihil esse disputatur. Tusc. I. 31. tres libros scripsit contra immortalitatem animi, qui Lesbiaci dicuntur, quod Mitylenis sermo habetur. Div. I. 3. & 50. cetera divinationis genera sustulit, probat somnia & vaticinia per furorem. II. 51. ejus magnus liber est, nescire ea, quæ eventura sint, melius esse, quam scire. Off. II. 5. magnum & copiosum librum de hominum interitu scripsit. &c. *De eo vid. Reines. V. L. III.* 3.

P. DIDIVS, Font. 15. legatus L. Cæsaris in bello sociali. *Appian. B. C. L. I. p.* 635. *De ejus rebus gestis in bello sociali v. Vell. II.* 16. *sed ibi prænomen est* T. *quod e fastis Capitolinis etiam in loco Ciceronis reposuit P. Manutius. Recte.*

T. DIDIVS, Planc. 25. Pis. 25. ex Macedonia triumphat, *scilicet, de Scordiscis, ex Prætura. Fuit Prætor Illyrici, sed victo Macedoniæ Pro C. Catone, propter viciniam aggressus est Macedoniam. v. Pigh. ad a.* 639. 640. *Est is, qui consul cum Q. Metello legem Cæciliam Didiam tulit. a. V. DCLV.*

T. DIDIVS, *forte filius superioris.* Or. II. 47. Trib. pl. cum L. Cotta, *a. DCLIX. vide in L. Cotta.*

DIGITI IDAEI, N. D. III. 16. *sive* Dactyli, *sunt sacerdotes matris Deûm.*

DINEA, *Larinas.* Cluent. 5. socrus Oppianici.

DINON, Div. I. 23. Persica scripsit. *Est is, quem laudat & fide dignum judicat Cornelius Nepos in Conone. Fuit pater Clitarchi, qui Alexandri M. tempore floruit. vid. Voss. de H. Gr. L. IV. c. 8. ubi recte ostendit,* Dinonem *appellandum esse, non* Dionem.

DINOMACHVS, Tusc. V. 30. Fin. V. 8. Offic. III. 33. de summo bono Calliphonem sequitur, & ita controversiam componi posse putat.

DIO, Syracusius. Or. III. 33. Platonis discipulus. Tusc. V. 35. Platonis ad ejus propinquos epistola. *Est septima inter Platonicas, post mortem Dionis, patriæ liberatoris, scripta. de ejus rebus præter Nepotem leg. Diodor. S. XVI.*

DIO, Stoicus. Leg. III. 5. de magistratibus subtiliter scripsit. *Ante Panætium scripsit, ut ex h. l. colligo.*

DIO, philosophus, ad Div. IX. 26. eo utitur Papirius Pætus. *Nescio quis; nisi forte Academicus, de quo postea, aut Epicureus quidam. Pætus enim Epicureus fuit.*

DIO, Verr. I. 10. Halesinus.

DIO, Flacc. 30. Apollonidiensis.

DIO, Verr. II. 7. a Q. Metello civis Rom. factus. unde Q. Cæcilius Dio dicitur. c. 9.

DIO, Cœl. 10. legatus Alexandrinorum, qui Ptolemæum Auletem Romæ accusaret. interfectus est Romæ, eaque cædes in M. Cœlium collata. *Academicum appellat Strabo L. XVII. p. 1147. ubi tota res de Ptolemæo & legatione accurate commemoratur. Hic est* Dio Academicus, *qui Acad. IV. 4. memoratur.*

DIOCHARES, Att. XI. 6. C. Cæsaris libertus.

DIOCLES, Verr. IV. 16. Lilybætanus.

DIOCLES Phimes Panormitanus, Verr. III. 40.

DIODORVS, de Fat. 6. valens Dialecticus. *Etiam Sextus Empir. διαλεκτικώτατον appellat.* ad Div. IX. 4. possibile aliquid esse putabat, etsi non fieret. *De hoc Diodoro, qui* Cronus *dicitur cognomine, discipulo Apollonii Croni Dialectici vid. Menagium ad Laërt. II. 111. Mortuus est præ pudore, cum Stilponi ad quæstionem ludicram respondere non potuisset. Plin. H. N. VII. 53.*

DIODORVS, Or. I. 11. Peripateticus. Fin. V. 5. Critolai auditor. Acad. IV. 42. Fin. II. 6. honestatem cum vacuitate doloris summum bonum facit. Acad. IV. 24.

DIODORVS, *Melitensis,* Verr. IV. 17.

DIODOTVS, ad Q. Fr. I. 2. 4. libertus Luculli.

DIODOTVS, *Stoicus,* Brut. 90. ad Div. XIII. 16. præceptor Ciceronis in dialecticis, domi Ciceronis mortuus est. *conf.* Att. II. 20. Acad. IV. 36. Antiochea contemnit. Tusc. V. 39. cæcus factus, non modo literis utitur, sed etiam geometriam

triam docet. fidibus utitur Pythagoreorum more. ad Div. IX. 4. Diodori περὶ δυνατῶν opinionem non concoquebat.

DIOGENES, Apolloniates. N.D. I. 12. aëra Deum facit. *de eo Laërt. IX. 57. Patria fuit Apollonia Cretæ, ut e Stephano de Urb. ad eum locum docet Menagius. Vixit Anaxagoræ temporibus. Physicus dictus est, & eloquentia non minus quam philosophia valuit.*

DIOGENES. *Cynicus.* Tusc. I. 43. inhumatum se projici jubet. *Memoratur etiam* Tusc. III. 23. V. 32. Mur. 36. Nat. D. III. 34. &c.

DIOGENES. *Babylonius, Stoicus.* Acad. IV. 30. Carneadis in Dialectica præceptor. Fin. II. 8. eum Lælius audivit. III. 10. ejus definitio *boni* probatur. Tusc. III. 3. Senect. 7. Romam legatus mittitur. N. D. I. 15. ejus liber *de Minerva*, in quo partum Jovis ad physiologiam traducit. Div. I. 3. Chrysippi auditor, unum librum edidit *de Divinatione.* II. 43. prædictionem eam concedit, qualis quisque natura & ad quam quisque rem maxime aptus futurus sit.

DIOGENES, *Græcus*, ad Div. II. 12. it. VIII. 8. M. Cœlii Rufi amicus.

DIOGENES, Cluent. 16. servi nomen.

DIOGNOTVS, Venerius. Verr. III. 37. qui decumas Tissensium a Verre emerat.

DIONA, N. D. III. 23. mater Veneris.

DIONYSIARCHVS, Verr. IV. 22. proagorus Catinensis.

DIONYSIA, Q. Rosc. 8. saltatrix. *vid. Gell. I. 5.*

DIONYSIVS, N. D. III. 21. filius Jovis & Proserpinæ. vid. *Anaces.*

DIONYSIVS, *Syracusanorum tyrannus.* Div. I. 20. ejus mater, cum prægnans eum alvo contineret, somniavit, se peperisse Satyriscum, &c. Verr. V. 55. ejus lautumiæ. ad Div. IX. 18. dicitur ludum Corinthi aperuisse. N. D. III. 34. sacrilegus. Div. I. 33. II. 31. ostentum equi ejus. Off. II. 7. Tusc. V. 19. ejus tyrannis, uxores, crudelitas, miseria.

DIONYSIVS, Heracleotes. Acad. IV. 22. Zenonis *Cittiei* discipulus. Fin. V. 31. propter oculorum dolorem a Stoicis desciscit, *& fit Epicureus s. Cyrenaicus, unde* μεταθέμενος *dictus est.*

DIONYSIVS, *Stoicus.* Tusc. II. 10. Ciceronis æqualis, versus orationi nullo dilectu admiscebat. Dionysium Stoicum *laudat Laërt. VI.* 43.

DIONYSIVS, *Magnes.* Brut. 91. rhetor temporibus Ciceronis, qui cum eo in Asia adolescens multum fuit.

DIONYSIVS, ad Divers. V. 10. servus Ciceronis, anagnostes. ad Div. XIII. 77. qui bibliothecam Ciceronis tractavit, fugit. Att. IX. 12. Ciceronem bello civili deserit, quamvis valde apud eum honoratus fuerat.

DIONYSIVS, toto nomine *M. Pomponius Dionysius.* Att. IV. 7. 11. 15. ad Div. XII. 24. servus aut libertus Attici, quo

Cicero usus est instruenda bibliotheca.
DIONYSODORVS, Verr. II. 21. Syracusanus.
DIONYSVS, N. D. III. 23. multi Dionysi.
DIOPHANES Mitylenæus, Brut. 27. rhetor suo tempore Græcorum disertissimus, Tib. Gracchi fil. præceptor.
DIOSCVRI, N. D. III. 21. quot modis apud Græcos nominentur.
DIPHILVS, Or. I. 30. Crassi scriptor & sector.
DIVITIACVS, Div. I. 41. unus e Druidis.
DOCIMVS, Verr. III. 34. Siculus.
CN. DOLABELLA, Pis. 19. triumphat ex Macedonia rediens. *Consul fuit cum M. Tullio Decula a. DCLXXII.* Brut. 91. accusatur a C. Cæsare adolescente, defendentibus C. Cotta & Hortensio.
CN. DOLABELLA, Quinct. 8. prætor urbanus Cn. Dolabella & M. Tullio Coss. *ad quem causa Quinctii acta est.* Verr. act. I. 4. Verr. I. 15. seqq. 37. 38. prætor Ciliciæ, Verre legato, a quo deinde, cum a M. Scauro de repetundis accusaretur, oppugnatus est. condemnatur. *Hos duos Dolabellas confundunt Asconius ad Div. in Cæcil. c. 7. & Corradus in Quæstura, propterea reprehensi a Perizonio Animadv. Hist. c. 2. p. 54.*
CN. DOLABELLA, ad Div. II. 15. & 16. Ciceronis gener. libertate sua molestias sibi contrahit. VII. 33. declamat apud Ciceronem. II. 13. Appium Pulchrum accusat. Att. VII. 8. hæres fit Liviæ cujusdam. ad Div. IX. 14. ejus consulatus laudatur, *ob eversam columnam Cæsarianorum in foro, & seditiones compressus.* Phil. I. 2. acta in consulatu post Cæsaris mortem. Phil. XI. 1. proconsul Syriæ C. Trebonium interficit. ad Div. XII. 14. ab Antiochia excluſus Laodiceam se contulit. ibid. 12. cum exercitu suo ex Syria in Ciliciam transit. Brut. 92.
P. DOLABELLA, Cæcin. 8. Prætor urbanus, ad quem est acta causa Cæcinæ.
P. DOLABELLA, ad Div. VIII. 4. Quindecimvir fit. *Nescio an idem.*
CN. DOMITIVS *Cn. f.* (*v. Sueton. Ner. 1.*) Brut. 26. Consul cum C. Fannio fuit (*a. V. DC XXXI.*) Font. 12. Arvernos & Allobroges vicit. Verr. I. 55. pro Cluent. 42. censor cum L. Metello. a. V. DCXXXVIII.
CN. DOMITIVS *Ænob. Cn. f.* (*v. inscr. antiqu. ap. Muratorad a. 657.*) *Cn. n.* Agr. II. 7. in tribunatu de sacerdotiis tulit. v. *Lex Domitia.* Corn. I. Cæcil. 20. M. Silanum vexat. Or. II. 56. Brut. 44. Dejot. 1. Consul *cum Cassio Longino a. V. DCLVII.* censor cum L. Crasso oratore fuit. dissensio inter ipsos. Pontifex Max. a Trib. pl. M. Scauro accusatur. *De contentionibus Domitii & Crassi censorum, locos auctorum collegit Sigonius in fastis ad a. V. DCLXI. est etiam locus memorabilis apud Plin. H. N. XVII. 1. de ipso v. Sueton.*

ton. Ner. 2. & ibi interpretes.

CN. DOMITIVS *Calvinus.* Dejot. 5. a Dejotaro post bellum civile recipitur & sustentatur. Cœl. 13. & Q. Fr. II. 13. prætor Cn. Lentulo & L. Marcio Coss. Sext. 53. Q. Fr. I. 2. 5. trib. pl. Cæsare & Bibulo Coss. quo usus Bibulus in impediendа Cæsaris agraria. Flacc. 13. legatus L. Flacci in Asia. *Consul tandem cum Messala a. DCC.*

CN. DOMITIVS, L. *Ænob.* F. Phil. II. 11. de Cæsaris percussoribus, Catonem Uticensem avunculum habuit. Phil. X. 6. ei se exercitus, qui ad Dolabellam in Syriam ducebatur, in Macedonia tradit. ad Div. VIII. 14. Cn. Saturninum reum fecit. *v. Manut. Ad eum est epist.* 22. L. VI. ad Div. *de eo v. Sueton. Ner. c.* 3.

L. DOMITIVS, Verr. V. 3. prætor Siciliæ in animadvertendo durus. *Est is, qui cum C. Cælio Caldo Consul fuit a. DCLIX. frater Cn. Domitii Censoris cum Crasso majore.*

L. DOMITIVS Ænobarbus *Cn. f. Cn. n. Cn. pron. is, qui consul fuit cum Appio Claudio Pulchro a. DCXCIX.* Att. I. 1. Ciceronem in petitione Consulatus juvat. Mil. 8. quæsitor in causa Milonis. ad Div. VIII. 14. repulsam in petitione auguratus ægre fert. XVI. 12. ei ulterior Gallia decernitur a senatu, ut Cæsari succedat. Att. VIII. 1. & 8. Corfinii se tradit Cæsari. stultus *dicitur.* Vatin. 10. laudatur. Brut. 77. latine multaque cum libertate, sed sine arte dicebat, bello civili interiit. *v. Cæsar B. C. III.* 99. *memoratur etiam seqq. locis.* Verr. I. 3. ad Div. VI. 21. VIII. 1. VIII. 8. VIII. 12. &c.

DOMITIVS, Appulus. Phil. XI. 6. Septemvir Antonianus. ad Div. VIII. 15. hospes Cæsaris Intemelii.

DORILAVS, Dejot. 15. legatus Dejotari ad Cæsarem.

DORIS, Locrensis. Tusc. V. 20. uxor Dionysii Tyranni.

DOROTHEVS, Verr. II. 36. Thermitanus.

DOTERIO, Att. I. 6. histrio.

DRACO, Or. I. 44. primus Athenensium legislator.

DRVIDAE, Div. I. 41. vates & augures in Gallia. *de quibus consulant tirones Cæsar. B. Gall. V.* 13. 14.

C. *Livius* DRVSVS, Brut. 28. ejus filii duo C. & M. *Pronepos est Drusi, qui primus cognomen hoc ab interfecto Drauso Gallorum duce tulit. ad quem Popma refert locum ad Att. VII. 2. Sed Pighius ad a. 637. refert ad M. Drusum C. f. qui Her. II. 13. prætor dicitur. de quo, totaque familia v. Sueton. in Tiber.* 3.

C. DRVSVS, C. Fil. Brut. 28. qualis orator fuerit. Tusc. V. 38. JCtus, qui etiam, cum cæcus factus esset, de Jure diligenter respondit, & a multis consultus est. *Hunc Drusum vulgo in veterum JCtorum commemoratione prætermittunt, etiam Pomponius.*

M. DRVSVS, C. fil. Brut. 28. tribunus C. Gracchum iterum

trib. pl. fregit. *Nam ita legendum esse, non* fecit, *viri docti ad unum omnes censent, & res postulat. Hic est ille Drusus, qui hanc ipsam ob rem, quod Senatus causam contra Gracchum egit*, Patronus Senatus *appellatus est. Sueton. l.c. Ad hunc Drusum referunt etiam illud* de Offic. I. 30. In M. Druso adolescente magna fuit severitas. *Sed mihi ad ejus filium referendum videtur. Ipsa verba Ciceronis id docent. Primo ponuntur* L. Crassus & L. Philippus, *quo Consule dein tribunus M. Drusus fil. fuit: deinde* C. Cæsar, L. f. *Iisdem temporibus dicitur multa severitas fuisse in M. Scauro & in* M. Druso adolescente. *Pater autem illis temporibus* adolescens *non fuit. Item M. Drusus filius & M. Scaurus, ut hic, junguntur Dom.* 19. ad Herenn. II. 13. prætor urbanus judicium reddidit, quod cum herede mandati ageretur. *Hunc M. Drusum Pighius refert ad a. V. DCXXXVII. hoc argumento ut opinor, quod tribus annis post consul factus est, quo ille sæpe in digerendis Prætorum annis usus est. Si recte: est ille ipse Patronus Senatus. Nam tribunatus Gracchi secundus cadit in a. V. DCXXXI. &c. Obtinuit aliquot annis post Macedoniam* ex Consulatu *a. DCXLI. gesto, & Scordiscos vicit. v. Flor. III. 4. & Valentem Num. Fam. R. T. I. p. 51. 52.*

M. DRVSVS, M. fil. Dom. 46. trib. pl. & Pontifex, Q. Cæpionis inimicus. *unde inimicitiæ ortæ docet Plin. XXXIII. 1.* Mil. 7. M. Catonis Uticensis avunculus. Br. 49. 62. Orator gravis cum de rep. diceret. Offic. I. 30. severitas in eo adolescente fuit. *v. in M. Drusus, C. F.* Cluent. 56. Postum. 7. eos, qui res judicarunt, *equites*, tentavit quæstionibus constitutis in judicium vocare. Eæ rejiciuntur. Mil. 7. Senatus propugnator ac pæne patronus. Or. III. 1. refert ad Senatum de conviciis L. Philippi Consulis, quibus in concione in Senatum usus erat. &c. Dom. 16. 19. de pluribus rebus simul ferre ausus est contra legem Cæciliam & Didiam. Senatus decernit, ne eæ leges valeant. v. *Leges Liviæ*. Rabir. Perd. 7. Consulibus adest contra Saturninum. Mil. 7. domi suæ interficitur in tribunatu. Nat. D. III. 33. ejus percussor fuit Q. Varius. *de eo v. inpr. Vellej. II. 13. f.*

DRVSVS, ad Div. VIII. 14. homo turpibus libidinibus deditus, judex est inter reos de lege Scatinia. *Ad eum referenda fortasse sunt etiam hæc:* Att. II. 7. *ubi* Pisaurensis *vocatur.* ad Div. XI. 19. Att. IV. 15. 16. a Cicerone defenditur, accusatus a Lucretio.

Cæsò f. K. DVILLIVS, ad Div. IX. 21. Consul *a. V. CCCCXVII.*

C. DVILLIVS, M. F. Or. 45. dicitur & Duellius & Bellius. Item Billius. v. *Ciacconium ad Columnam Rostratam & Pighium ad a. V. CCCCXCIII.* Senect. 13. Pœnos primus classe vicit. *in Planciana c. 25. est* P. Duellius. *Sed quia ex contexto intel-*

intelligitur, de hoc Duellio esse sermonem, qui bello Punico I. primus mari Carthaginienses vicit, recte viri docti censuerunt, legendum esse C. Duellius.

DVRIS Samius, Att. VI. 1. homo in historia diligens. *Vixit Ptolemæi Philadelphi temporibus. De ejus scriptis consule Voss. de Hist. Gr. I. 15. quem compilavit Harduinus in Indic. Auct. Plinian. add. Diodor. S. XV. p. 373. 374.*

C. DVRONIVS, Att. V. 8.

M. DVRONIVS, Or. II. 16. accusator Censoris M. Antonii Orat. de ambitu. *Hic Duronius post a Censore M. Antonio & collega L. Flacco de Senatu motus est, quod in tribunatu legem de coërcendis conviviorum sumtibus latam abrogaverat. v. Valer. M. II. 9. 5.*

DYRRHACHINVS, Verr. III. 56. princeps Centuripinorum.

E.

ECHECRATES, Fin. V. 29. Pythagoreus, Locrensis, Platonis æqualis. *Eum etiam Jamblichus, aliosque duos ejusdem nominis, commemorat inter Pythagoreos c. ult. Vit. Pyth. & Laert. VIII. 48.*

ECHION, pictor. Parad. V. 2. *Ejus mentio est etiam in* Bruto. *in Paradoxis olim legebatur* Actæon. *Emendavit Lambinus: quod mirum est nescisse Harduinum ad Plin. XXXV. 7.*

EGERIA, Leg. I. 1. Nympha, quacum Numa collocutus est.

EGESINVS, Acad. IV. 6. Evandri auditor, Academicus. *Pergamenus, in quo media Academia desiit. Laërt. IV. 60.*

EGILIVS, de Or. II. 68. festivus homo. *Hunc locum laudat Nonius in v.* Colus. *Sed ibi edd. vett. omnes habent* Decilla. *Ap. Livium XLI. 13. est* L. Egilius: *sed Drakenborch. putat legendum Æmilius: quem vid.*

CN. EGNATIVS, Cluent. 48. Senator. Filium Cn. Egnatium exheredat, quod in judicio Juniano pecunias cepisset.

EGNATIVS MAXIMVS, ad Att. XIII. 34.

EGNATIVS, Sidicinus. ad Att. VI. 1. debitor Ciceronis.

L. EGNATIVS, Att. X. 15. fœnerator. VII. 18. IV. 12. *hic forte idem cum seq.*

L. EGNATIVS RVFVS, ad Div. XIII. 43. &c. eques Romanus, negotiator. *Viri docti, quantum ex observationibus ad h. l. & alibi intelligo, hos omnes pro eodem habent. Ego ad minimum tres distinctos homines puto; unum* Sidicinum, *qui debebat Ciceroni, nomen, neque optimum neque pessimum, quod in illum* Rufum *non convenit, hominem divitem & in provinciis negotia magna habentem: alterum, qui* Rufi, *tertium, qui* Maximi *cognomen habeat. Nam utrumque cognomen ejusdem esse non putem.*

L. EGNATVLEJVS, Phil. III. 3. Quæstor legionem Martiam ab Antonio avertit ad Octavium Cæsarem.

EGRITOMARVS, in Cæcil. 21. Gallus, Cn. Domitii hospes &c.

ELI-

ELISIVS, Terinæus, Tusc. I. 48. filium nimis lugens, in psychomantio quid responsi acceperit, e Crantoris consolatione.

ELESIODOLVS, Font. 5. *videtur de cohorte M. Fonteji fuisse. Nomen Romanum non videtur.*

EMPEDOCLES, Or. I. 50. Agrigentinus, physicus dictus. egregium poëma fecit. Nat. D. I. 12. elementa Deos facit. Acad. II. 13. confitetur ignorantiam, ut Socrates. *Pythagoræ discipulus, de cujus scriptis vid. præter alios Fabric. B. G. II. 12.*

EMPIRICI, Acad. II. 39. *Genus Medicorum, quod opponitur λογικοῖς ἰατροῖς ap. Sextum Emp. adv. Logic. §. 156. 191. Nihil anatomiæ, nihil semioticæ tribuit, omnia in usu & experimentis ponit. vid. Celsus I. I. præf. ubi primum Serapionem se Empiricum professum esse dicit.*

EMPLATORIVS, ad Div. I. 8. *nomen hominis obscuri; non videtur Romanum esse.*

ENDYMION, Fin. V. 20. ejus somnus. Tusc. I. 38.

ENGONASI, Nat. D. II. 42. sidus.

M. ENNIVS, Att. XV. 26. *sed suspectum est Corrado hoc nomen.*

Q. ENNIVS, ad Her. II. 22. Rudius e Calabria, poëta suo tempore præstans, Scipionique Africano propterea dilectus. v. p. Archia. 9. Fulvium contra Ætolos bellum gerentem comitatus est. Acad. IV. 27. somniat se esse Homerum. Acad. IV. 16. ejus Epicharmus. de Divin. I. 13. ejus Andromacha. &c.

EPAMINONIDAS, ad Div. V. 12. apud Mantineam moritur.

EPHORVS, Or. II. 13. 23. Brut. 56. Or. 51. 57. Cumæus, Isocratis discipulus, historiam scripsit. *de eo vid. Voss. de Hist. Gr. I. 7. Cave confundas cum* Ephoro Cumano, *item historico, sed recentiori.*

EPICHARMVS, Tusc. I. 8. Siculus, poëta acutus. ad Att. I. 19. *Siculus dicitur, quia vix trimestris e patria in Siciliam venit. Est enim in insula Conatus. Pythagoricus fuit & simul comicus poëta & quidem veteris comœdiæ. Vixit tempore Hieronis tyranni. de eo vid. v. c. Jamblich. Vit. Pyth. 29. &c. Laërt. VIII. 78.* Acad. IV. 16. Epicharmus *est liber Ennii.*

EPICLERVS, de Amic. 26. *fabulæ nomen.*

EPICRATES, Att. II. 13. est *Pompejus M.*

EPICRATES, ad Div. XVI. 21. princeps Athenienſium.

EPICRATES, Verr. II. 9. Agyrinensis, frater Sosippi.

EPICRATES, Verr. II. 21. Bidinus.

EPIGONI, opt. g. d. 6. *Tragœdia Æschyli & Accii.* Tusc. II. 24. Off. I. 31.

EPICVRVS, Fin. I. 7. non eruditus. ejus sententia de summo bono explicatur. Fin. I. 1. c. 9-21. refellitur toto libro II. Brut. 85. εἰρωνείαν Socratis reprehendit. Acad. IV. 42. cum Cyrenaicis de voluptate non consentit. ibid. 30. Dialecticos contemnit & ridet. N. D. I. 16. ejus

ejus liber de regula & judicio, ejus prolipsis. totus locus de diis ex ejus sententia explicatur cap. 16. seqq. & refellitur eodem libro. I. 30. videtur non nullis nullos deos credere. II. 23. monogrammos deos facit. Div. I. 3. balbutit de natura deorum. N. D. I. 24. de atomis quomodo a Democrito dissentiat. Acad. I. 1. ejus physica sunt Democritea. N. D. I. 26. in Physicis omnia a Democrito habet. ad Div. XV. 16. ejus εἴδωλα falsè ridentur. Fin. I. 5. 6. 7. ejus Philosophiæ per omnes partes reprehensio. Acad. IV. 32. negat posse aliquid percipi, si ullum sensibus visum falsum sit. Tusc. III. 12. ejus de origine doloris sententia refellitur. N. D. I. 33. dissensus impatiens. libros scripsit contra Timocraten. ad Div. VII. 26. male accipitur a Stoicis, quod se reformidare dicit πάθη δυσκρινὰ καὶ δυσεντερικά. Div. II. 50. eum hebetem & rudem dicere solent Stoici. Div. I. 39. nullam sentit gratuitam esse virtutem. Div. I. 30. sentit nihil unquam elegans, nihil decorum. N. D. II. 17. in jocis frigidus. Fin. II. 3. sapientem se profitetur. N. D. I. 41. ejus libri de sanctitate & pietate adversus deos. Fin. I. 18. amicitias recte coluit. II. 30. ejus morientis epistola ad Hermachum. de Fat. 9. fatum extimescit, & ab atomis petit præsidium. &c. Sententia ejus de fato. moritur LXXII. annos natus. Archonte Pytharato. ad Div. XIII. 1. testamento successoribus suis Epicureis hortum suum & ædes legavit, quas deinde C. Memmius emit, repetente Patrone Epicureo.

EPIMENIDES, *Cres*, Div. I. 18. concitatione quadam animi & soluto liberoque animo futura præsentit. Leg. II. 11. *De ejus ætate non consentiunt veteres. Tempore septem sapientum vixisse, plerique consentiunt. de eo v. Laërt. I. 109. sqq. & ibi Viros doctos. scriptores de eo multos laudat Fabric. B. G. I. 6.*

M. EPPIVS, ad Att. VIII. 11. *Pompejanus.* laudatur. *cf. Hirt. B. Afr.* 89.

EPPVLEJA, ad Div. VI. 12. uxor T. Ampii Balbi. Eppuleja *est etiam in inscriptione ap. Fabrett. p.* 310. Eppulejus *ap. Murator. Inscr. p.* 315. *n.* 2. *Inter* Appulejus *&* Eppulejus *variant libri in Servio ad Virg. Æn. VIII.* 275. *ap. P. Burmannum.*

EQVVS *Trojanus*, ad Div. VII. 14. fabula Livii.

ERATOSTHENES, ad Att. II. 6. Geographica scripsit. Ea sibi Cicero præposuerat, cum Geographica scribere susciperet; valde reprehendebatur a Serapione & Hipparcho: *de cujus disputatione adversus Eratosthenem v. Strab. I. p.* 15. *Cyrenæus fuit, discipulus Aristonis Chii, insigni eruditione vir. Vixit Alexandriæ tempore Ptolemæi Evergetæ. Ejus Geographica in magno pretio apud Romanos fuisse, etiam ex Cæsare colligas, qui eum potissimum e Græcis nominat, ubi de sylva Hercinia agit. de B. G. VI.*

VI. 24. *Censuram totius operis Geographici agit Strabo L. I. & II. ubi inprimis monet, eum occidentales & septentrionales Europæ partes parum cognitas habuisse. Melius de eo judicat L. XVII. vid. Casaub. ad Strab. pag* 15.

ERECHTHEVS, vel ERICHTHEVS, Sext. 21. rex Athenis, cujus filiæ vitam pro patriæ salute contemsere. Fin. V. 22. N. D. III. 19. quapropter Deæ sunt Athenis habitæ, ibique delubrum habent.

ERETRICI, vel ERETRIACI, Or. III. 17. Acad. IV. 42. *genus Philosophorum Socraticorum a Menedemo Eretriaco ortum, qui e Schola Eliaca fuit.*

ERIPHYLA, vel ERIPHYLE, Verr. IV. 18. Amphiarai uxor. *de cujus monili fabula nota est.* Inv. I. 50. auro vitam viri vendidit.

EROS, Att. X. 15. *Philotimi servus aut libertus.* ad Div. XII. 26. Eros Turius *quidam nominatur.* Q. Rosc. 11. *est nomen comœdi, e disciplina Roscii.*

C. ERVCIVS, S. Rosc. 13. accusator.

C. ESERNVS, Cœl. 30. qui cum M. Camurtio est condemnatus propter facinus quoddam in Vettium commissum.

ETEOCLES, de Offic. III. 21. Oedipi regis Thebanorum filius, & Polynices frater, quorum nota est fabula.

EVANDER. v. Avianus.

EVANDRVS, Acad. IV. 6. Lacydis auditor, Egesini doctor. *Academicus, & quidem de media Academia.*

EVBVLEVS, N. D. III. 21. filius Jovis & Proserpinæ. vid. in *Anaces.*

EVBVLIDA, Verr. V. 42. Herbitensis.

EVBVLIDES *Grosphus*, Verr. III. 23. Centuripinus.

EVCHADIA, Pis. 36. nomen fœminæ Macedonicæ.

EVCLIDES, Acad. IV. 42. discipulus Socratis, *a quo Megarici & Dialectici orti sunt.* solum bonum dicit, quod esset unum & simile & idem semper.

EVCLIDES, de Or. III. 33. Geometra Alexandrinus *Ptolemæi Lagidæ temporibus: nobilis Elementis G.*

EVDEMVS, Div. I. 25. Cyprius, familiaris Aristotelis, *qui in defuncti honorem Dialogum scripsit* Εὐδημος ἢ περὶ ψυχῆς, *cujus mentio est ap. Plutarchum & alios, quorum locos notat Jonsius de script. H. P. I.* 15. 3.

EVDOXVS, Div. II. 42. Platonis auditor, in astrologia facile princeps, contemnit Chaldæorum prædictiones.

EVEMERVS, de N. D. I. 42. expressus ab Ennio. v. *Columnam ad fragm. Ennii p.* 312. *ed. Wetst. Historiam Deorum composuit ex inscriptionibus, quæ in templis habebantur aliisque locis, inprimis Panchaiæ Indiæ, fictitia tamen haud dubie. Nam quæ Diodorus S. V. p.* 318. *de ea habet, ex Evemero sumta sunt, ut bene monet Wesselingius V. Cel. De ea re notus est locus Lactant. I.* 11. Atheus *dictus est, quod ut refert Plutarch. de Isid. & Osirid. p.* 360. *Deorum, qui putabantur,*

tabantur, nomina ad veteres Imperatores, reges, navarchos retulit. Locos veterum multos de eo attulere Davisius & Buherius ad Cic. l. c. Familiaris fuit Regis Cassandri, ut ex Eusebio demonstrat Vossius de Poet. Græc. c. 8. ex quo ætas ejus colligi potest. add. Casaub. ad Strabon. l. p. 47. Sevinum Diss. de Evemero in Comment. Acad. Inscr. T. XI.

EVIVS, Flacc. 25. Bacchus.

EVMENIDAS Halicyensis, Verr. V. 7.

EVMENIDES, N. D. III. 18. earum fanum est Athenis.

EVMOLVS, N. D. III. 21. filius Atrei.

EVPHORION, *Chalcidensis*, de Div. II. 64. poëta *Tragicus* nimis obscurus. *Vixit temporibus Ptolemæi Evergetæ.* Tusc. III. 19. Euphorionis cantores. *de eo v. Salmas. ad Solin. p.* 601. b. *Casaub. ad Sueton. Tib.* 70.

EVPOLEMVS, *Calactinus.* Verr. IV. 22.

EVPOLIS, Brut. 9. veteris comœdiæ poëta. Att. VI. 1. an ab Alcibiade in mare dejectus sit. Brut. 15. Periclem laudat.

EVRIPIDES, Tusc. III. 13. Anaxagoræ discipulus. Tusc. IV. 29. tres primos versus Oresti ejus valde probat Socrates &c. &c.

EVROPA, Verr. IV. 60. in tauro sedens.

EVRYDICA, Div. I. 20.

EVRYPYLVS, Tusc. II. 15. 16. *Dux Pergamenorum ad Trojam.*

EVRYSTHEVS, Acad. IV. 27. filios ejus interficit Hercules. Tusc. II. 8.

EVRYSTHENES, Div. II. 43. geminus frater Proclis, rex Lacedæmoniorum.

EVTHYDEMVS, ad Div. XIII. 56. *Ephesius fuisse videtur.*

EVTHYNOVS, Tusc. I. 48.

EVTRAPELVS, Phil. XIII. 2. vide in *Volumnius.*

EVTYCHIDES, Att. IV. 15. libertus Attici, T. Cæcilius Eutychides dictus.

EVTYCHVS, pro S. Rosc. 16. nomen Comicum.

EXEGISTVS, Pis. 36. Macedo quidam.

EXITIVS, Phil. XIII. 13. Philadelphi frater, Antonianus.

F.

L. *Roscius* FABATVS, Att. VIII. 12. cum L. Cæsare conditiones pacis fert a C. Cæsare. ad Div. X. 33. interiit in prœlio Mutinensi, duce Pansa, cujus erat legatus.

Q. FABERIVS, Att. XIII. 8. XII. 21.

FABIVS, de Divin. II. 33. de Fat. 6. 7. *hoc nomine utuntur veteres in iis rebus, quæ liberalium hominum sunt, cum neminem nominare volunt, uti JCti fere nomine* Caji & Titii *utuntur. Ceterum plures, quam hic e Cicerone commemorantur, Fabios vid. infra in Maximis.* Maximus *enim est inter cognomina Fabiorum.*

FABIVS, Att. II. 1. adulter Clodiæ, cum Metelli uxor esset.

C. FABIVS, Tusc. I. 2. Ei laudi fuit, quod pingere potuit. *Unde & primus* Pictoris *cognomen*

men tulit. Pinxit ædem Salutis. v. Plin. H. N. XXXV. 7. *add. Voss. de Hist. lat. I.* 3.

C. FABIVS, Att. VII. 3. Cæsaris legatus.

C. FABIVS, ad Q. Fr. I. 2. 2. *quantum colligere licet, fuit præfectus, aut minister quidam Q. Ciceronis in provincia.*

M. FABIVS, Font. 12. subscriptor M. Plætorii contra M. Fontejum.

M. FABIVS GALLVS, ad Div. VII. 24. Epicureus, librum scripsit de M. Catone. Att. VIII. 12. ad Div. II. 14. VII. 23.

M. & Q. FABII. ad Div. XIII. 59. XV. 14. fratres. ibid. IX. 26.

Numerius FABIVS PICTOR, *C. Pictoris f.* Div. I. 21. Græcos Annales scripsit. *Hunc Consulem exhibent Fasti Capit. a.* 487. *ad quem a. v. Pighium. add. Voss. l. c. qui filium ejus, C. nepotem mavult intelligi ap. Ciceronem, sed sine argumento. De Prænomine* Num. *in denariis antiquis v. Spanhem. de V. & Pr. N. T. II. p.* 26. *quem Ciceronis locus fugiebat. add. Duker ad Liv.* XXXVII. 47. *bene disputantem adversus Spanhemium de loco Liviano.*

Q. FABIVS, Agrar. II. 33. Consul (quartum) cum Fulvio, quibus Coss. Capua capta est. i. e. *a.* DXLIV, *v. infr.* Q. Maximus.

Q. FABIVS PICTOR, *C. f. C. n.* historicus, annalium scriptor. Or. II. 12. Div. I. 26. *Vixisse tempore belli Pun. II. e Livio clarum est* XXI. *v. Voss. l. c. Ejus fidem in rebus Rom. nos adversus Polybium peculiari libello defendimus.*

Q. FABIVS, *Allobrogicus* (*v. Plin.* XXXIII. 11.) Or. II. 66. Act. I. in Verr. 7. ejus fornix. Fornix Fabianus *sæpe commemoratur, extructus a Q. Fabio Maximo Censore, qui Consul cum L. Opimio A. V.* DCXXXII. *Allobroges vicit,* (● Plin. VII. 50.) *e quorum manubiis fornix extructus est. vid. Ascon. ad l. c. Ejus reliquiæ adhuc visuntur. v. Græv. ad Flor.* III. 2. *Sigonius ad ann.* DCXXXII. *disputat, hunc Fabium non esse Æmilianum, quod plerisque persuasum est. Sed Vellej. II. 10. diserte appellat* Paulli nepotem. *Plin.* XXXIII. 11. fratrem Africani min. *vocat: quod esse non potest, si est Paulli nepos. Velleji auctoritas fastis firmatur.*

Q. FABIVS Virgilianus. ad Div. III. 3. 4. legatus Appii Pulchri in Cilicia. Att. VIII. 11. Pompejanus.

Q. FABIVS LABEO, *Cunctatoris nepos.* Br. 21. Juris & antiquitatis peritus. *Consul A. V.* DLXX. *cum Marco Marcello.* Off. I. 10. arbiter Nolanis & Neapolitanis de finibus a Senatu datus est.

Q. FABIVS Saguntinus, Balb. 22. a Metello Pio civitate donatur.

SER. FABIVS PICTOR, Brut. 21. Juris & antiquitatis peritus. *De hoc vid. Voss. Hist. Lat. I. 3. qui refellit Corradum, qui pro* Servio *malebat* Servilianus. *Bene. Nam* Servilianus *genus*

genus duxit non a Pictore, *sed a* Gurgite.

C. FABRITIVS, Br. 14. ad Pyrrhum legatus missus de recuperandis captivis. Balb. 22. Consul Pyrrhi tempore cum Heracleensibus fœdus facit. Off. I. 13. perfugam, qui regi venenum se daturum promiserat, Pyrrho dedit. 4. justus nominatur. Tusc. III. 23. paupertatis tolerans. Leg. II. 23. in urbe sepultus est, quod in XII. tabulis prohibetur, *add.* Orat. II. 66. III. 15. Planc. 25.

C. & L. FABRITII, Cluent. 16. Aletrinates, Oppianici familiares.

Q. FABRITIVS, Sext. 35. trib. pl. primus VIII. Kal. Febr. P. Lentulo Spinthere Cos. rogationem fert de Cicerone revocando. cf. in Sen. post Red. 8.

FADIVS, ad Div. X. 32. miles quidam Pompejanus, a Balbo minore crudeliter tractatus.

Q. FADIVS, Phil. II. 2. libertinus, cujus filiam duxit M. Antonius Triumvir.

Q. FADIVS GALLVS, Fin. II. 17. ejus filia *Fadia*. ibid.

SEX. FADIVS, ad Div. VII. 20. Niconis medici discipulus.

T. FADIVS, Att. III. 23. trib. pl. Lentulo Spinthere Cos. post Redit. in Sen. 8. Quæstor Ciceronе Cos. fuit. ad Div. V. 18. exul.

FALCIDIVS, Flacc. 37. civis Rom. de plebe.

C. FALCIDIVS, Manil. 19. trib. pl. & anno post legatus.

C. FANNIVS, C. F. Brut. 26. Oratio de sociis & nomine Latino contra Gracchum an ejus sit? Consul cum Domitio fuit *a.* DCXXXI. cf. Or. III. 47.

C. FANNIVS, M. F. Brut. 26. Lælii gener, historiam non inelegantem scripsit. Br. 21. Or. II. 67. scripsit annales. conf. Tusc. IV. 17. Leg. I. 2. Brut. 87. Att. IV. 16. de compendio historiæ Fannianæ, quod M. Brutus, percussor Cæsaris, fecit, vide in *Bruto*. *De Fannio vid. Vossium de Historicis Latinis l.* 7.

C. FANNIVS, C. F. Sext. 53. trib. pl. Cæsare & Bibulo Cos., quo usus Bibulus in impediendа Agraria Cæsaris. Har. Resp. 6. pontifex. Att. II. 24. subscripsit in P. Clodium. VII. 15. in Siciliam post Fuffanum mittitur, initio belli civilis. VIII. 15. prætor Siciliæ. Phil. XIII. 6. Pompejum Cn. F. hortatur, ut cum suis copiis ad Mutinam eat. *Ap. Joseph. A.* XIV. 10. 15. Ὕπατος *dicitur: cujus rei nuspiam alibi vestigium: nec verum puto.*

C. FANNIVS, Verr. I. 49. eques Rom. *forte idem.*

C. FANNIVS CHAEREA, Q. Rosc. 1. *homo Græcus, ut Chæreæ nomen indicat. sed civitate donatus, aut e servo libertinus factus, a Fannio quodam.*

M. FANNIVS, Brut. 26. Orator bonus.

M. FANNIVS, S. Rosc. 5. *Prætor A. V.* DCLXXIII. *& Quæsitor in causa Roscii.*

M. FAVCIVS, M. F. ad Div. XIII. 11. eques Rom. decurio Arpinatium.

M. FAVONIVS, Att. II. 1. accusat Nasicam, Cn. Pompeji socerum.

rum. Moloni operam dedit. ad Div. VIII. 9. in petitione præturæ præteritur. Att. I. 14. cum Catone comitia Clodii de sacris rei disolvit. ad Div. VIII. 11. Ciceroni supplicationem non decernit. Mil. 9. 16. *Nempe quia Cato non decernebat, cujus simius erat. de ejus morte v. Sueton. Aug.* 13. Faonius *an* Favonius *scribendus sit v. Manut. ad l. proxime c. Ursin. in not. ad Cic. p.* 94. *& Casaub. ad Suet. l. c.*

FAVSTA, Att. V. 8. T. Milonis uxor.

FAVSTVS, Sull. 18. est L. Cornelius Sulla. Et ejus filius Cluent. 34. Vat. 14. Att. IV. 10. Agrar. I. 6. Att. IX. 1. *de quibus vide in Sulla.*

FERALIA, Att. VIII. 14. *Sacra placandis Manibus, mense Febr.*

M. FERIDIVS, ad Div. VIII. 9. eques Rom.

C. FIDICVLANIVS FALCVLA, Cæcin. 10. Senator Cluent. 37. *Miror Cl. Gorium familiam Fidiculaniam, quæ in lapidibus Donianis occurrit, inter eas referre de quibus Antiquariis nondum ante constiterit.*

C. FIDVLVS, Vat. 13. *videtur senator fuisse, aut eques certe.*

C. *Marcius* FIGVLVS, Nat. D. II. 4. P. Scipionis collega in consulatu a Ti. Graccho vitiose creatus, abdicat se consulatu. Div. II. 35. Br. 20. cum Lentulo Consul fuit. *A. V.* DXCVII.

C. *Marcius* FIGVLVS, ad Att. I. 2. Consul cum L. Cæsare *a.* DCLXXXIX. de Leg. II. 25. sepulcrum ejus sumtuosissimum.

P. *Nigidius* FIGVLVS. *v. in* Nigidius.

C. *Flavius* FIMBRIA, Brut. 45. accusatus a M. Gratidio de repetundis. Font. 7. Scauri testimonium in eum nil valuit. Or. II. 22. qualis Orator fuerit. Br. 34. bonus auctor in Senatu, tolerabilis patronus, nec rudis in jure civili. Planc. 21. in petitione Tribunatus pl. repulsam tulit. Rabir. 7. cum C. Mario Cos. fuit *a.* DCXLIX. *adde* Off. III. 19. *vid. collecta Corrado ad Brut.* 34.

C. *Flavius* FIMBRIA, Brut. 66. M. Crassi inimicus. qualis orator. S. Rosc. 12. homo insanus, Q. Scævolam in funere Marii vulnerari curat. *add. Corrad. l. c.*

L. FIMBRIA, Verr. V. 70. multis inimicitiis & laboribus ad honores pervenit. *Sed est vitium in prænomine, corrigendumque C. ut jam monuit Manutius. Est consularis ille Fimbria, jungitur enim Mario: nec ullus* L. Fimbria *honoratus in libris antiquis occurrit.*

FIRMANI, fratres, Att. IV. 7. vide *L. Gavius.*

FIRMIDIVS, Sext. 52. Clodianarum operarum dux.

C. FLACCVS, *e Valeriis.* Quint. 7. Imperator & Prætor Galliæ Scipione & Norbano Cos. *h. e. a. V.* DCLXX.

C. FLACCVS, L. fil. ad Div. III. 4. *fuit de cohorte Appii in Cilicia, certe summus ejus amicus & familiaris. Itaque ep.* 11. *dicitur curasse, ut testes mercenarii in Appium a suis civitatibus notarentur.*

C. &

C. & M. FLACCVS Aviani, fratres, ad Div. XIII. 32. 78.

L. FLACCVS, *e Valeriis*. Phil. XI. 8. Consul (DCXXII.) cum P. Licinio *Muciano*, Flamen Martialis. *Itaque in ejus nummis Mars & apex cernuntur.* Ei Licinius multam dixit si a sacris discederet ad bellum cum Aristonico in Asia gerendum. Populus multam remisit; sed Pontifici Licinio parere jussit. *Etiam* Div. I. 46. *commemoratur* flamen Martialis L. Flaccus. *Sedis a collega Muciani diversus fuit necesse est, quod ex eo se audisse dicit Quintus frater, quæ commemorat. De hoc Flacco accipio locum* in Cæcil. 19. *ubi* quæstori ejus M. Scauro accusatio ejus *non concessa* esse *dicitur. Ad eum locum nil interpretes, præter unum Menardum, qui de L. Flacco, pro quo est oratio, ascepisse videtur, quod est absurdum, quando Divinatio in Cæcilium longe ante scripta est, quam hic Flaccus in Gallia fuit. M. Scaurus est pater, qui a. V. DCXXX. ædilis fuit post quæsturam, & L. Flacci aut ex prætura aut ex consulatu quæstor fuit.*

L. FLACCVS, *e Valeriis*. Brut. 62. Consul cum C. Mario *VI. Cos.* Planc. 36. Saturninum opprimit cum Collega Mario *a. V.* DCLIII. *quarto anno post Censor cum M. Antonio oratore. v. Valer. M. II. 9. 5.* Att. III. 7. in bello Mariano arma capere noluit. Flacc. 25. ei Consuli tota Asia portas claudit, cum Mithridatem reciperent; *nempe cum suffectus a Cinna Mario mortuo a. V.* DCLXVII. *& in Asiam missus esset, ubi periit, auctore Appiano de B. C. L. I. pag. 664. add. Vell. II. 23. 24. Hunc a Fimbria Consulem, non Consularem, ut Vellejus tradit, interfectum contendit Contarenus Var. Lect. 7.*

L. FLACCVS, *e Valeriis* Agr. III. 2. Interrex (*a. V.* DCLXXI.) legem tulit, ut rata essent, quæ L. Sulla fecisset. v. *Valeria lex. Eadem rogatione, jussu Sullæ facta, etiam Dictator perpetuus factus est Sulla. v. Appian. de B. C. L. I. p. 686. ed. Toll.*

L. FLACCVS, L. Censoris fil. Flacc. 26. Planc. 11. Q. Metelli Cretici legatus &c. Cat. III. 2. Flacc. 1. &c. Prætor Cicerone Consule, qui ejus opera in deprehendendis Allobrogum legatis usus est. Att. I. 19. mittitur ad Galliæ civitates, ne se cum Helvetiis conjungant. *Ceterum de eo plura disce ex oratione Ciceronis pro eo a D. Lælio de repetundis ex Prætura Asiæ accusato, ex qua intelligitur, eum cum P. Servilio trib. mil. in Cilicia, cum M. Pisone quæstorem in Hispania fuisse.* v. Pison. c. 23. &c.

M. FLACCVS, Or. II. 70. Nasicam accusavit, quod Ti. Gracchum perculisset. dom. 38. *add.* M. Fulvius Fl.

P. FLACCVS, ad Div. IX. 21. accusat M. Carbonem.

Q. *Fulvius* FLACCVS. *vid.* Q. Fulvius.

Q. FLACCVS, Att. IV. 3. Clodianos quosdam, Ciceronem persequentes interfecit.

FLAMINIVS Circus, in Sen. p.

Red. 6. 7. &c. *fuit extra portam Carmentalem prope ædem Apollinis, & forum olitorium. Asc. on. ad Cic. Or. in Tog. cand.*

C. FLAMINIVS, Brut. 14. 19. is, qui trib. pl. de agro Gallico & Piceno viritim dividendo tulit, & Consul ad Trasimenum interfectus est, ad populum dicendo valuit. *Ab alio C. Flaminio Cicero hunc distingui voluit, nempe ab eo, qui* a. V. *DLXVI. Consul fuit.* de Inv. II. 17. cum legem fert, a patre de templo deducitur. de Leg. III. 9. seditiosis tribunis annumeratur. Nat. II. 3. Div. I. 35. II. 33. bis Consul fuit *a. DXXX. & DXXXVI.* in secundo Consulatu neglectis auspiciis perit.

C. FLAMINIVS, Cluent. 45. 53. Ædilis Curulis cum M. Plætorio, & Prætor cum Cicerone, & quidem inter sicarios.

L. FLAMINIVS *e Quintiis, Titi frater.* Cato. 12. ob libidines a Catone Censore e senatu ejectus septem annis post, quam Consul fuisset. *Consul fuit a. DLXI. de libidine ejus & nota censoria adde Liv.* XXXIX. 42.

T. FLAMINIVS, *Flamma.* Att. XII. 52. *Etiam ad Div.* XVI. 24. *nominatur* Flamma, *debitor Ciceronis. Nomen hoc est etiam ap. Sallust. in Bell. Cat.* 36.

T. FLAMININVS, *e Quintiis.* Verr. I. 20. Muren. 14. Philippum Macedoniæ regem vincit & de eo triumphat. *De ejus rebus late Livius.*

T. FLAMININVS, Brut. 28. 74. is qui cum Q. Metello Consul fuit, *a.* DCXXX. quem puer Cicero vidit, bene Latine locutus est, literas nescit.

C. FLAVIVS, ad Div. XIII. 31. eques Rom.

C. FLAVIVS, Planc. 42. quæstor in causa Plancii ab accusatore, Laterense, editus. *Sed hic pro* Flavius *Ursinus reponi volebat* C. Alfius, *qui c. 17. quæstor in ea causa dicitur, & eo anno prætor fuit. Ant. Augustinus autem & Manutius ibi potius* C. Flavius *pro* Alfius *legi volebant. Quod Manutius putat C. Alfium non commode legi, quod is Prætor esset, & suam jam haberet provinciam; sæpe constat extra ordinem datas esse prætoribus provincias præter eam, quam sortiti essent. Cicero appellat hunc quæstorem*, Consiliorum suorum in Consulatu socium, periculorum participem, rerum gestarum adjutorem. *Hæc utrum in C. Alfium, an in C. Flavium quendam rectius conveniant, videndum, si qua ratione ex historia erui possit. Mihi nil certi succurrit. Hoc ex multis locis Ciceronis disco, Flavios non nullos ei conjunctissimos fuisse. Si conjecturæ locus, optime videntur in* C. Flavium *convenire, Bruti & Attici amicissimum, totiusque causse optimatium. v. Nepos in Attic. 8. Plutarch. in Brut. extr. ubi quam graviter ejus interitum tulerit Brutus, commemoratur.*

C. FLAVIVS Pusio, Cluent. 56. eques Romanus, qui M. Druso trib. pl. restitit, equites legibus suis, de quæstionibus habendis

bendis in eos, qui ob rem judicandam pecuniam cepissent, in periculum vocanti.

CN. FLAVIVS, *Cn. an M. fil.? vid. Grav.* Cn. *est ap. Plin. H.N.* XXXIII. 1. *qui inprimis videndus. Vocatur ibi etiam* Annii filius: *uti ap. Gell. VI. 9. Liv. X. ult. vocat* Cnei fil. *v. inpr. Drakenb. ad Liv. l. c. qui & prænomen Cn. præfert. ad Att. VI.* 1. scriba, ædilis Appii (sc. Cæci) qui fastos publicavit, & actiones primum edidit. v. Or. I. 41. Muren. 11. Att. VI. 1. *ab eo* Jus Flavianum *dictum est. Ea re meruit, ut usque ad ædilitatem proveheretur studio populi. v. Liv.* IX. *ult.*

L. FLAVIVS, eques Romanus, Verr. I. 5. V. 7. 59. Idem est, qui commendatur cum C. fratre Acilio Siciliæ Procos. ad Div. XIII. 31. *An ex his est fœnerator ille Att.* XII. 17?

L. FLAVIVS, Att. I. 18. 19. trib. pl. *Metello & Afranio Coss.* rogationem Agrariam fert, sed non perfert. *v. Dio.* XXXVII. 51. Q. Fr. II. 2. 2. Prætor designatus *Cæsare & Bibulo Coss.* Att. X. 1. ei a Cæsare legio & Sicilia destinatur.

Q. FLAVIVS, Tarquiniensis. Q. Rosc. 11.

FLORA, Mater. Verr. V. 14. ejus ludi Romæ.

FLORIVS, Cluent. 59. Larinas.

FONS, Leg. II. 22. fontis ara prope Romam.

FONTEJA GENS, Dom. 44. *plebeja*, in quam adoptatus est Clodius.

FONTEJA, Font. 17. soror M. Fonteji, virgo Vestalis.

C. FONTEJVS, pro Font. 4. legatus M. Fonteji.

M. FONTEJVS, Att. IV. 15. Font. 1. seqq. prætor Galliæ per triennium e prætura, *pro quo est tota oratio. Filius ejus, qu Servilii legatus Asculi interiit. vid. Appian. B. C. c. I. p. 633.*

P. FONTEJVS, Dom. 13. & 29. homo plebejus, qui P. Clodium adoptavit.

M. FONTINVS, Att. I. 6. *pro quo Grævius* Fontejus.

FORTVNA, Div. II. 41. ejus templum Prænestæ. ejus oraculum. Leg. II. 11. est vel hujusce diei, vel respiciens, vel fors, vel primigenia.

FRANGONES, Att. XIV. 10. *nomen* militis veterani *in plurali. Olim in libris nonnullis erat* Francones, *& de populo quodam capiebatur. v. c. Rhenano Rer. Germ. L. II. p. m. 186. s. qui e Cod. Laurishamensis vestigiis corrigebat* Vangiones.

FVFFANVS, Att. VII. 15. prætor Siciliæ, *pro quo alii volunt:* Furfanus.

C. FVFICIVS, Verr. II. 12.

L. FVFIDIVS, Br. 29. mediocris patronus.

Q. FVFIDIVS, Pison. 35. eques Rom. negotiator in Macedonia L. Pisone proconsule. *ejus forte filius est* Q. Fufidius, Q. F. ad Div. XIII. 11.

A. FVFIVS, ad Div. XIII. 2. Ciceronis intimus, homo eruditus.

L. FVFIVS, Brut. 49. 62. Offic. II. 14. qualis Orator. Manium Aquilium accusat cf. Or. III. 13. II. 22. *Sed his locis pleris-*

que est Fusius. *Recte autem post alios monuit Pearcius ad de Or. II.* 22. *Ciceronis temporibus nullos* Fusios *fuisse, sed invaluisse, ut* Furii *dicerentur, ut nemo* Valesius *dicebat, aut* Papisius, *sed* Valerius & Papirius. Fusius *autem &* Fusius *in libris Ciceronis sæpe confundi, sciunt omnes, qui vel leviter Ciceronem tractarunt.*

Q. FVFIVS, *Calenus.* ad Div. V. 6. Trib. pl. M. Pisone & M. Messala Coss. Phil. VIII. 3. pacem cum Antonio suadet, patre ejus Cicero usus est adolescens. reprehenditur. Att. I. 6. legem de religione fert pro Clodio. *vid. Lex Fusia.* ibid. IX. 2. Pompejum & Senatum accusat. v. *supra in* Calenus.

C. FVLCINIVS, Phil. IX. 2. legatus Romanorum a Larte Tolumnio Fidenis interfectus.

M. FVLCINIVS, pro Cæcin. 4. Tarquinienſis.

FVLVINIASTER, ad Att. XII. 44. imitator Fulvinii. *sed rectius esset fortasse: Fulviaster, a Fulvio Posthumio Cæsariano.*

FVLVII, pro Planc. 8. originem ducunt e municipio Tusculano. *Primus fuit* L. Fulvius, *de quo est locus difficilis ap. Plin. H. N. VII.* 43. *de quo vid. Duker ad Liv. VIII.* 37. *Stemma Fulviorum est ap. Sigon. ad Liv.* XL. 41.

M. FVLVIVS *Nobilior*, Muren. 14. de Ætolis triumphat. Provinc. C. 9. censor cum M. Lepido *a. V.* DLXXIV. Tusc. I. 2. In Ætoliam Ennium secum duxit, quod ei exprobratum est a Catone. Arch. Musis & Herculi templum dedicat e manubiis. *Musas pinxerat Zeuxis, easque ademerat Ambracienſibus. v. Plin. H. N.* XXXV. 10. *de ipso templo v. Harduin. ad Plin. l. c.*

M. FVLVIVS *Flaccus*, Catil. I. 11. consularis, interficitur cum liberis, quod a C. Graccho triumvir in locum Ti. fratris nominatus erat. Dom. 38. de senatus sententia interficitur, domus evertitur & publicatur, & in area porticus Catuli exstruitur. Brut. 28. ejus scripta extitere, sed ut studiosi literarum æmulum P. Decium habuit. *add. in* M. Flaccus.

M. FVLVIVS *Nobilior.* Att. IV. 16. condemnatur, *App. Claudio Pulchro L. Domitio Ahenobarbo Coss.*

P. FVLFIVS Veratius. Flacc. 20.

Q. FVLVIVS *Flaccus.* Agrar. II. 33. Consul IV. cum Q. Fabio V. *a.* DXLIV. quibus Coss. Capua capta est. Verr. I. 41. Censor cum A. Posthumio *a. V.* DLXXIX.

Q. FVLVIVS Nobilior, *Filius Marci, qui Ætolos vicit. consul cum T. Annio Lusco a. V.* DC. Ennium civitate donavit, cum Triumvir coloniam deduxisset.

SER. FVLVIVS Flaccus. Brut. 21. mediocris orator. Brut. 32. de incestu reus, a C. Curione defensus. *Ex hoc loco emendo Ciceronem* de Inv. I. 43. ubi *exemplum affertur his verbis:* ut Curius pro Fulvio: Nemo potest uno adspectu, neque præteriens in amorem incidere. *Pro*

Pro Curius *enim manifestum est, legendum esse:* Curio. *Hæc verba sunt ex Curionis oratione pro Fulvio de incestu; quam extitisse suis temporibus Cic. in Brut. l. c. dicit, nobilemque habitam esse.*

C. FVNDANIVS, Qu. Fr. I. 2. 3. amicus Ciceronis. *Socer Varronis, qui inducitur R. R. I. 2.*

M. FVNDANIVS, fr. Or. pr. M. Fund. Petit. Cons. 5.

FVNSVLANVS, Att. V. 4. it. X. 15. debitor Ciceronis.

T. FVRFANIVS, Milon. 27. judex in causa Milonis, laudatur. ad Div. VI. 8. *commemoratur* T. Furfanus Postumus, *prætor Siciliæ post bellum civile Cæsarianum, nescio an idem.* Furfanus *quidem aut idem esse quod* Furfanius, *aut hoc illi substituendum esse non dubito. Sic* Fidiculanus *&* Fidiculanius *invenitur. Est tamen alterum usitatius.*

FVRINA, Nat. D. III. 18. lucus ejus. Q. Fr. III. 1. 2. templum. *Ap. Victorem in reg. XIV. ponitur templum & lucus Furinarum cum insula. Est etiam apud Gruter. Inscript.* CCC XXXIII. 1. *ara* Forinarum *pro* Furinarum *ad q. l. v. notulam in Græv. ed. adjectam.*

A. FVRIVS, Poëta, Brut. 35. familiaris Q. Catuli patris, qui ei librum inscripsit de Consulatu & de rebus gestis suis. *Absurde hic a Prustio laudatur Macrob. VI. 1. ubi de Furio quodam sermo, qui diu post Virgilium vixit.*

C. FVRIVS, Balb. 8. legem de testamentis tulit, de qua vid. *Lex Furia s. Fusia.*

L. FVRIVS, Philus. Off. III. 30. rogationem fert cum S. Atilio de fœdere Numantino & C. Mancino. Brut. 28. perbene Latine locutus est & literatius quam ceteri. Or. II. 37. eruditissimos homines ex Græcia palam semper secum habuit. *Idem* est, qui memoratur. Arch. 7. Att. II. 19. Amic. 4. *Consul fuit cum Sext. Attilio Serrano a. DCXVII.* Att. XII. 5. *dicitur* P. Furius. *Et hoc prænomine etiam laudat Cassiodorus. v. Sigon. ad h. a.*

M. FVRIVS Camillus, Dom. 31. in exilium mittitur; *is, qui postea Dictator Gallos vicit, ab urbe deleta venientes, & tunc solus primusque hoc nomen obtinuit, ut ostendit contra Sigonium Periz. Animadv. Hist. c. 1. Valens citat etiam* M. Furium Camillum *ex ep. ad Div. VII. 5. sed in melioribus edd. est* M. Orfius.

Num. FVRIVS. Or. III. 21. eques Rom. cantandi artis peritus.

P. FVRIVS, Att. XII. 5. v. *L. Furius.*

P. FVRIVS, Rabir. Perd. 9. a C. Deciano accusatur & condemnatur, homo turpissimus. *tribunus pl. factus est ex libertino, de quo v. Appian. de B. C. L. I. p. 629. Ceterum in hac historia videntur inter se pugnare Cicero & Valerius M. VIII. 1. Nam Cicero damnatum dicit, Valerius a Deciano non damnatum, scil. antequam condemnari posset, a plebe discerptus est, ut proprie quidem non damna-*

tus sit judicum sententiis, sed pœnam tamen dederit, tamquam damnatus v. Pighius ad a. DCLIV.

P. FVRIVS, Cat. III. 6. socius Catilinæ e colonia Fesulana, quo Catilina usus est in sollicitandis Allobrogum legatis.

Q. FVRIVS, s. Fufius, Phil. II. 16. eques Rom. hereditate a M. Antonio eversus.

FVRIVS, Balb. 20. prædiator, cui tantum tribuit Q. Scævola, ut cum de jure prædiatorio consuleretur, ad hunc amicos suos rejiceret. *Ejus nullam fere mentionem faciunt historiæ Juris scriptores, cum tamen Cascellio hic jungatur.*

FVRIVS, Verr. V. 43. Heraclienſis navarchus.

C. FVRNIVS, ad Div. X. 1. amicus Ciceronis. VIII. 11. de Ciceronis supplicatione laborat. Att. V. 18. ad Div. VIII. 10. trib. pl. L. Paulli cupiditati provinciæ occurrere se velle minatur. X. 25. ejus præpropera festinatio ad præturam, *antequam sc. ædilis fuisset*, reprehenditur. X. 6. 8. legatus Planci &c.

C. & M. FVSIVS, Flacc. 20. equites Romani.

L. FVSIVS, orator. v. in *L. Fufius.*

G.

A. GABINIVS, pr. Corn. I. in tribunatu collegæ abrogavit tribunatum. *is fuit L. Trebellius, qui legi Gabiniæ de bello Piratico Pompejo committendo, intercedebat. post Redit. in Sen.* 7. ejus mollities. *Dom.* 9. lege Clodia Syriam accipit. *leg. Man.* 17. legem de Pompejo ferenti resistit Qu. Hortensius. *Phil. XIV.* 8. ei uni contingit, ut supplicatio ob remp. bene gestam negaretur, *cf. Qu. Fr. II.* 8. *sed de eo plenæ sunt orationes Ciceronis post reditum ab exilio habitæ.*

P. GABINIVS, in Cæcil. 20. accusatur a L. Pisone de repetundis post administratam Achajam.

P. GABINIVS, Cimber. Catil. III. 3. Catilinarius.

Q. GABINIVS, *esse videtur*, Arch. 5. auctor legis tabellariæ.

C. GALBA, *Serv. Galbæ Oratoris filius.* Or. I. 56. Brut. 26. 32. & 34. P. Crassi Muciani gener. rogatione Manilia oppressus est. pro se ipse dixit. primus post V. C. e collegio sacerdotum damnatus est judicio publico.

P. GALBA, Verr. I. 7. Senator. Har. resp. 6. pontifex. Att. I. 1. pro Mur. 8. petit consulatum cum Cicerone sine spe.

SERV. SVLPICIVS GALBA, de Or. II. 65. Rabir. 7. Orator, *is, qui Consul fuit cum M. Æmilio Scauro.* Brut. 21. eloquentia præstitit. Or. I. 53. valde laudatur ejus dicendi ratio. primus ex Latinis rem augere, ornare, movere, delectari cœpit. III. 7. aliquid asperitatis in dicendo habuit. Mur. 28. a M. Catone proavo Uticensis frustra accusatur. Or. I. 53. post præturam Hispaniam obtinuit. In eum post reditum quæstionem tulit L. Scribonius, quam minus graviter deprecatus a populo & sic liberatus est. *vid. Sueton. Galb. 3. & ibi Interpr. Idem est qui nominatur* ad Her. IV. 5.

SERV.

SERV. GALBA, (*proavus Imperatoris*) ad Div. VI. 18. sponsor fit pro Pompejo filio. Phil. XIII. 15. ad Div. X. 30. de percussoribus Cæsaris, epistola ad Ciceronem de pugna Mutinensi. ad Div. XI. 18. *v. Sueton. l. c. & Intt.*

GALEO, Att. XI. 11. hæredem Ciceronem facit.

GALEOTAE, Div. I. 20. interpretes portentorum in Sicilia. *Pearcius putat esse ex hebr. verbo* גלה, *revelavit, explicavit.*

C. GALLIVS, Verr. III. 65. Senator.

M. GALLIVS, Q. F. Phil. XIII. 12. prætorius, Antonianus. ad Att. XI. 20. X. 15. *v. Interpr. ad Sueton. Tib. 6.*

Q. GALLIVS, Brut. 79. a M. Calidio reus fit de ambitu, defenditur a Cicerone. *v. Torr. ad Aug.* 27.

P. GALLONIVS *Præco*, Quinct. 30. Fin. II. 8. homo luxuriosissimus, cujus mensa omni genere deliciarum, in primis acipensere infamis, propterea notatus Lucilio poëtæ. *ejusdem rei mentionem facit Horatius Serm. II.* 2. 47.

GALLVS Herennius. *v.* Herennius.

GALLVS Cornelius. ad Div. X. 32. poëta est *nobilis sub Augusto, ut putat Manutius. Nec video, quid obstet. v. Burman. ad Suet. Aug. 66. & Ovid. A. III.* 9. 64.

C. GALLVS, ad Div. IV. *6. de gente Sulpicia*, consul Ligures vicit *a.* DLXXXVII. Cato 14. astrologiæ peritus. *v.* Sulpicius.

C. GALLVS, Brut. 23. Top. 12. Mur. 37. *est* C. Aquillius, *de quo vide supra.*

GALLI duo *sunt* ad Div. VIII. 4. *quamquam alii habent* Gallii.

GAMALA, Att. XII. 23.

GAMELEON, *mensis græci nomen.* Fin. II. 31.

GAVIANVS *Evandrus*, ad Div. XII. 2. statuarius, libertus M. Æmilii.

L. GAVIVS *Firmanus*, Att. VI. 1. negotiator, ei præfecturam rogatu Bruti Cicero detulit. ib. 3. contumeliosus est in Ciceronem. P. Clodii canis. *Fratrem habuisse colligo, quod Att. IV. 8. appellatur* Firmanus, *& Att. IV. 7. commemorantur* Firmani fratres.

P. GAVIVS *Cosanus*, Verr. V. 61.

T. GAVIVS Cæpio, Att. V. 20. locuples & splendidus homo. *Alii prænomen faciunt* Sext. *quod probat Perizon. Anim. H. cap.* 1.

GAVIVS Olelus, Sext. 33. *Hoc nomen varie tentarunt viri docti. Maxime autem probatur doctis viris, v. c. Grævio, conjectura Perizonii, qui legebat:* Gavius Cæpio. v. *Animadv. Hist. c.* 1. *p.* 30.

L. GELLIVS, Brut. 27. contubernalis C. Carbonis in consulatu. ibid. 47. qualis orator fuerit. *L. Crassi & M. Antonii temporibus floruit.*

L. GELLIVS, Balb. 8. legem de civitate tulit ex Senatus consulto. *v. Ind. Legg.* Cluent. 42. censor cum Cn. Lentulo *tempore judicii Cluentiani, biennio post consulatum, quem cum Cn. Lentulo gessit a.* DCLXXXI.

ad Quir. p. redit. 7. a Cicerone remp. conservatam in concione dixit. Pison. 3. Ciceroni civicam deberi dicit. *Ejus mentio fit etiam* Verr. I. 48. in Verr. II. 38. *forte etiam* ad Div. X. 17. Leg. I. 20. ex prætura Athenas veniens, pacem inter philosophos facere suscipit & propterea ridetur. *hujus frater fuit*

GELLIVS, Haruſp. resp. 27. Att. IV. 3. Clodianus. Sext. 51. Vatin. 2. homo seditiosus & popularis.

GELLII, Cn. & Sext. Div. I. 26. Leg. I. 2. historici Latini languidi & insciti, *de quibus vid. Vossium de histor. lat. I. 8. alii de uno Cn. capiunt. Fabric. in B. Lat. Indic. citat* L. Gellium *e Cic. de Legg.*

GELO, N. D. III. 34. Tyrannus Syracusanus.

GEMINVS, Tusc. I. 37. cognomen Serviliorum.

L. GENVCILIVS *Curvus*, ad Div. XIII. 53. in Hellesponto negotiator.

C. GETA, pro Cluent. 42. e Senatu ejectus a L. Metello & Cn. Domitio Coss. censor ipse post factus est.

M? GLABRIO, *ex Aciliis, filius auctoris legis Aciliæ.* Brut. 68. avum habuit Scævolam, tardus ingenio. Act. I. in Verr. 2. prætor & quæsitor in causa C. Verris. Manil. 9. partem exercitus a Murena accipit. Haruſp. resp. 6. pontifex. *De prænomine Glabrionum v. H. Reland. præfat. ad P. Relandi Fastos Cons. *** 2.*

GLAVCE, N. D. III. 23. uxor Upis.

C. GLAVCIA, *e Serviliis*, de Or. III. 41. II. 61. & 65. haruſp. resp. 24. Marium alio tempore laudat, alio vituperat, Rab. 7. prætor seditiosus Coss. Mario & L. Valerio. Catil. III. 6. prætor interficitur. Verr. I. 9. legem de repetundis tulit, *de qua v. Ind. Legg.*

GLAVCIPPVS, Agrar. I. 6. exceptus lege Papia, qua peregrini ejiciebantur.

P. GLOBVLVS, Flacc. 32. 34. prætor Asiæ: *e gente Servilia.*

GORGIAS *Leontinus*, Inv. I. 5. antiquissimus fere rhetor, de omnibus rebus oratorem optime dicere posse existimavit. Orat. I. 22. III. 32. Fin. II. 1. primus in conventu ausus est poscere, qua de re quisque vellet audire. ei Delphis a tota Græcia non inaurata, sed aurea statua posita est. Brut. 12. rerum singularum laudationes vituperationesque scripsit, locos communes. *Ab hoc nomen habet* Platonis dialogus contra sophistas. Or. I. 11.

GORGIAS, ad Heren. IV. 52. pedisequi nomen.

GORGIAS, ad Div. XVI. 21. rhetor, quo M. Cicero fil. Athenis initio usus est, sed paullo post, jussu patris, dimisit.

GORGO, Verr. IV. 56. Medusa.

C. GORGONIVS, Br. 48. eques Rom. qualis in dicendo fuerit.

Ti. GRACCHVS, Inv. I. 30. Pater. Læl. 27. Scipionis *Afr. min.* socer. Brut. 20. P. fil. bis Consul & Censor. ejus oratio Græca apud Rhodios, vir disertus. Prov. Cons. 8. in tribunatu L. Scipioni Asiatico, etsi inimico, tamen solus auxilio est, *de quo lege Liv.* XXXVIII. 57. Nat. D.

D. II. 4. Div. I. 17. &c. vitioſe conſules creat, P. Scipionem & C. Figulum. ex Conſulatu Sardiniam obtinet. Or. I. 9. Cenſor libertinos & reliquam fecem populi in urbanas tribus conjicit. *Aliter Liv.* XLV. 15. *Ciceroni conſentit Auctor de Viris illuſtr.* Inv. I. 30. iterum Conſul fit, quod in Cenſura nil fecit inſciente collega. Div. I. 18. II. 29. prodigium anguium, quod ei oblatum eſt.

Ti. GRACCHVS, Ti. fil. P. N. *Africani ex filia nepos.* Brut. 27. præceptorem habuit Diophanem Mitylenæum. cauſa tribunatus ſeditioſi, *de qua vid. Vell.* II. 2. Brut. 25. a M. Octavio patientia frangitur. Brut. 27. eloquentia ejus, & orationes. Off. I. 22. a P. Naſica interemtus eſt. cf. ad Her. IV. 55.

C. GRACCHVS, Ti. F. P. N. Har. Reſp. 20. morte fratris *Tiberii* excitatur ad ſeditiones. Div. I. 26. Quæſturam petentis ſomnium. Cluent. 54. lex, ne quis judicio circumveniatur. Off. II. 21. largitionibus ærarium exhaurit. Tuſc. III. 20. patronus ærarii haberi vult. Dom. 9. lex de provinciis. *de Legibus ejus & fratris v. Ind. Legum.* Orat. II. 66. pro ejus capite aurum repenſum eſt Septumulejo, *add. Plin. H. N.* XXXIII. 3. Br. 26. orationem contra eum habuit C. Fannius. Br. 32. eloquentiſſimus. Or. III. 60. in dicendo uſus eſt homine, qui eburnea fiſtula inflaret ſonum, quo illum aut revocaret a nimia contentione, aut remiſſum excitaret.

GRACCHVS, Rabir. Perd. 7. ſervus, poſtea libertinus, qui, quia ſe pro Ti. Gracchi filio gerebat, artibus Saturnini tribunus pl. cum ipſo factus eſt, & cum eo Capitolium occupavit.

GRAECEJVS, ad Div. XI. 7, 12. *videtur in exercitu Bruti aliquem locum tenuiſſe.*

P. GRANIVS, Verr. V. 59. negotiator in Sicilia.

Q. GRANIVS, præco, hominum ſummorum, Craſſi, Catuli aliorumque propter dicacitatem familiaris, qui nec ſummis viris pepercit, ſed eorum vitia libere perſtrinxit & impune. v. Brut. 43. 46. Or. II. 60. 70. Planc. 14.

M. GRATIDIVS, *Arpinas.* Legg. III. 16. fert legem tabellariam Arpini, cui reſiſtit Ciceronis avus. Hujus ſoror fuit M. Ciceronis oratoris avia. Brut. 45. M. Antonii Or. familiaris & præfectus in Cilicia, ibi interfectus eſt. Accuſavit C. Fimbriam. M. Marii Gratidiani pater *naturalis.* Doctus Græcis literis, factus ad dicendum.

M. GRATIDIVS, Flacc. 21. ad Q. Fr. I. 1. 3. legatus Q. fratris in Aſia. *Eum Quintus dicitur ut fratrem amaſſe, & ipſe fraterno in Cicerones animo fuiſſe. Eum puto aut hujus ſuperioris* Gratidii *filium*, Gratidiani *fratrem, aut, quando temporum ratio non plane conſentit, nepotem. Memoratur etiam* Gratidius, trib. pleb. *Lentulo Spinthere & Metello* Coſſ. ad Q. Fr. I. 4. *ſed quando nusquam inter ejus anni tribunos a Cicerone* Gratidius *nominatur, Manutius* Fabricius *legi volebat, probante Lambino; Gruterus*

terus autem Fadii *cognomen putat esse, qui eo loco proxime antecedit* Gratidium.

M. GRATIDIANVS, *M. Gratidii superioris fil. adoptatus a M. Mario, eoque aut C. Marii septies consulis patruo, ut I. F. Gronovio placebat Obs. II. 6. aut ejus potius fratre, ut multis docet Perizon. Animadv. Hist. c. 3. p. 98. seqq.* Legg. III. 16. homo turbulentus. Or. II. 68. ab Aculeone accusatur, defenditur ab L. Ælio Lamia. Off. III. 20. in prætura edictum de re numaria cum ceteris prætoribus & trib. pl. commune solus proponit callide, & ea re gratiosissimus fit. *De hac re add. Senec. de Ira III.* 18. *& Plin.* XXXIII. 9. *extr.* Petit. Cons. 3. a Catilina crudeliter interficitur: *quo respexit Lucan. II.* 175. *v. Intt. & quidem jussu Sullæ. Senec. l. c.*

GRATIVS, Arch. 4. accusator Archiæ. *Olim legebatur* Gracchus, *quem P. Manutius putabat esse* Numerium Quintium Gracchum, *qui Lentulo Spinthere Consule tribunus pl. fuit.*

T. GVTTA, Cluent. 26. Senator Rom. homo sordidus. c. 36. reus de ambitu. c. 45. notatur a Censoribus propter judicium Junianum, in quo pecuniam cepisse putabatur.

GYGES, Offic. III. 9. ejus annulus.

H.

HADRIANVS, *C. Fabius.* Verr. I. 27. V. 36. Prætor Africæ, impune Uticæ in prætorio vivus ab Uticensibus combustus, quod de principum nece conspirasset cum servis.

HAGESARETVS *Larissæus.* ad Div. XIII. 25. hospes Ciceronis.

M. HALIENVS Pelignus. Tusc. IV. 22. ab Africano minori scuto protectus morti eripitur. *Davisius e Codd. & lapidibus reposuit:* M. Allienus.

HALIENVS, ad Q. Fr. I. 1. 3. legatus Q. Ciceronis. *Sed hic quoque Ursinus* Allienus *malebat. alii:* Alienus. Allieni *etiam supra commemorati sunt.*

HALIMETVS, Att. IV. 12.

HAMILCAR, Carthaginiensis, Divin. I. 24. ejus somnium, in obsidione Syracusarum. a Syracusanis vivus capitur in eruptione aliqua.

HAMILCAR, Off. III. 20. pater Hannibalis. Eo imperatore capitur Regulus.

HANNIBAL, Phil. V. 10. in obsidione Saguntini legati Rom. ad eum venerunt L. Valerius Flaccus & Q. Bæbius Tampilus. Div. I. 24. columnam auream in fano Junonis Laciniæ conatus tollere monetur a Junone, ne faceret: neque id negligit. ibid. ejus somnium, quo jubetur Italiæ bellum inferre. Off. I. 13. Romam mittit de captivis permutandis. I. 12. crudelis. I. 30. callidus. Or. II. 18. exsul apud Antiochum &c.

HANNO, Tusc. V. 32. Anacharsidis ad eum epistola.

HARMODIVS, Tusc. I. 49. patriam, Athenas, tyrannide liberat.

HARPALVS, N. D. III. 34. prædo felix tempore Diogenis Cynici. dictum Diogenis de eo.

Ap.

Ap. Laërt. VI. 74. *dicitur* σκίρπαλος; *apud Suidam* σκίρταλος.

HARPALVS, ad Div. XVI. 24. ſervus Ciceronis.

HASDRVBAL, Verr. III. 54. qui cum Pœnorum exercitu in Sicilia fuit. *Eſt Hannonis fil. Dux Carthag. bello Pun. I. v. Polyb. I.* 30.

HASDRVBAL, Nat. D. III. 38. Carthaginem evertit. *Dux Carthaginenſium in bello adverſus Maſiniſſam, unde natum bellum Punicum tertium: de quo v. Aptian. in Punic. p.* 63. *ſiq.*

HASDRVBAL, Balb. 22. Gaditanus, a Cn. Pompejo civitate donatur.

HECATO, Off. III. 15. Rhodius quidam, diſcipulus Panætii, libros de Officiis ſcripſit Q. Tuberoni. *Alios ejus libros commemorat Laërt. VII.* 87. 90. 101. 110. 124. 172.

HECVBA, Fat. 15. uxor Priami, peperit Alexandrum. Div. I. 21. viſa eſt in ſomnis Priamo facem ardentem parere. Tuſc. III. 26. in canem converſa propter luctum.

HECTOR, Div. I. 30. Homericus, moriens propinquam Achilli mortem denuntiat. &c.

HEGESIAS, *Cyrenaicus*, Tuſc. I. 34. ejus ἀποκαρτερῶν. a Ptolemæo prohibetur de miſeria vitæ humanæ diſſerere, quod homines ad mortem ſuis ſermonibus redigebat. Philadelphum *intelligi e temporum ratione colligit Buherius ad h. l.*

HEGESIAS, Magneſius, Brut. 83. orator Athenienſis puerilis, Chariſium imitari voluit, & ſe ſolum Atticum putat. Att. XII. 6. utitur dicendi genere conciſo; eum valde probat Varro. cf. Orat. 67.

C. HEJVS, Verr. II. 5. IV. 2. Mamertinus.

Cn. HEJVS, Cluent. 38.

HELENA, Or. 49. Phil. II. 22.

HELENVS, N. D. II. 3. Legg. II. 13. Div. I. 40. augur *Trojanorum, Priami filius.*

HELENIVS, Att. V. 12. *Grammaticus, cliens Attici, cognomine Acro, ſcripſit commentarios in Terentium, qui apud Veteres Grammaticos interdum citantur. vid. v. e. p.* 95. 101. 105. 173. *&c. ed. Putſch.*

HELICO, ad Div. XVI. 18.

HELLANICVS, Or. II. 12. hiſtoricus minus diſertus, *Eſt* Mitylenæus ſ. Lesbius, *Herodoto antiquior, aliquot annis. Gell. XV.* 27. *Fuit & alius* Mileſius. *de illo vid. Voſſ. Hiſt. Gr. I.* 1. *de utroque IV.* 5.

HELLE, Or. 49. *a qua Helleſpontus dicitur.*

HELMIVS MANCIA, Or. II. 66. homo deformis, ſed orator tamen. L. Cæſaris dictum in eum. *Hoc dictum L. Craſſo tribuit Plinius XXXV.* 4.

P. HELVIDIVS RVFVS, Cluent. 70. eques Rom.

HELVIVS, *Lamia.* Or. II. 65. *pro quo Pighius legendum putat* Ælius, *quod recepit Pearcius.* Lamia *enim eſt cognomen* Æliorum *non* Helviorum. orator deformis. contra Aculeonem adfuit Gratidiano.

HEPHAESTVS, ad Q. Fr. I. 2. 2. Apamenſis, de Q. Cicerone queritur.

HERA-

HERACLEO, Verr. V. 36. archipirata, qui prætore Verre Siciliam vexavit.
HERACLIDES *Temnites*. Flacc. 18.
HERACLIDES, *Ponticus*. Tusc. V. 3. Div. I. 23. vir in primis doctus, auditor & discipulus Platonis. Nat. D. I. 13. fabulis libros refersit, modo mundum, modo stellas, modo terram & cœlum Deum facit. Leg. III. 6. de republica scripsit.
HERACLIVS, *Centuripinus*. Verr. II. 27.
HERACLIVS, *Syracusanus*. Verr. II. 5. & 14.
HERACLIVS, Verr. III. 37. *Tissensis*.
HERACLITVS *Ephesius*. Tusc. V. 36. Physicus. Acad. IV. 37. statuit, ex igni omnia gigni. de Fin. II. 5. σκοτεινὸς dictus est. de N. D. III. 14. eum non omnes interpretantur uno modo. de Div. II. 64. valde obscurus. & quidem, de Nat. D. I. 26. consulto.
HERACLITVS, *Tyrius*. Acad. IV. 4. auditor Clitomachi & Philonis, laudatur.
HERCVLES, N. D. III. 16. sex Hercules inveniuntur. Off. I. 32. Prodicius. *dicitur fabula Herculis colloquentis cum Virtute & Voluptate auctore Prodico*. ad Div. V. 12. Xenophontius. *eadem est fabula, quam ex Prodico sumsit Xenophon. Memorab. Socr. II.* 1. pro Dom. 52. sacra docuit.
C. HERENNIVS, Act. I. in Verr. 13. peculatus damnatus.
C. HERENNIVS, Sexti fil. ad Att. I. 18. Trib. pl. Metello & Afranio Coss. fert de traducendo ad plebem Clodio.
L. HERENNIVS, Verr. V. 59. argentarius Leptitanus. Verr. I. 5. negotiator Africanus a Verre securi percussus.
L. HERENNIVS, pro Cœl. 11. disertus, accusat M. Cœlium de vi cum Atratino.
M. HERENNIVS, Brut. 45. Muren. 17. mediocris orator, in consulatus petitione L. Philippum vicit. *Consul a. DCLX.*
HERENNIVS, *ad quem sunt libri IV. rhetorici. incertum est, quis sit. vid. Fabric. B. L. Vol. I. p. 97. 98.*
HERILLVS, de Or. III. 17. Carthaginiensis, a quo dicuntur Herillii. Acad. IV. 42. Fin. II. 5. II. 25. Zenonis Stoici auditor, in scientia summum bonum ponit. Orat. l. c. Herillii *dicuntur* Socratici.
HERMACHVS, Acad. IV. 30. Fin. II. 30. Epicureus, ad eum epistolas Epicurus scripsit. *Mitylenæus, testamento Epicuri heres. Laërt. X.* 21.
HERMACHVS, *Chius*, de Haruspic. resp. 16.
HERMACREON, Inv. I. 30. portitoris nomen, qui portoria Rhodiorum redemit.
HERMAGORAS, Inv. I. 6. & 51. Brut. 76. rhetor celeberrimus. præcepta scripsit expedita ad inveniendum, sed tenuia ad ornandum. Inv. I. 11. constitutionis translativæ auctor est. *de eo v. Interp. ad Quintil. III.* 1. *Nam eum secutus est. Diversus est ab* Hermagora Temnite, *qui* Carion *dictus est, & Romæ Augusti temporibus vixit, cujus*

cujus libros commemorat Suidas in Ἑρμαγόρας. *Pompejus decedens ex Asia, finito bello Mithridatico, Rhodi contra eum disputavit* περὶ τῆς καθ' ὅλε ζητήσεως, *quam disputationem descripsit Posidonius. Plutarch. in Pompejo p.* 641. *ed. Wechel.*

HERMETES, Herenn. I. 11. *in hoc nomine variant Codices. Pall. enim fere* Hermes *&* Hermestes, *quod exhibet etiam Lipsius. Longolius & Lambinus reponunt* Hermagoras, *non improbabili conjectura. Nam quod dicit* doctorem nostrum, *de inventione accipiendum, in qua plerique eum secuti sunt & in his ipse Quintilianus,* Inst. III. 1. *quod de ea optime omnium scripserat, auctore Cicerone in Bruto c.* 76. 78.

HERMIA, vel HERMIAS, ad Div. XVI. 15. ad Q. Fr. I. 2. 4. servus Ciceronis.

HERMIPPVS, Flacc. 19. legatus Temnitarum.

HERMIPPVS, Q. Fr. I. 2. 2. Dionysipolita, queritur de Q. Cicerone.

HERMO, Att. V. 21. servus.

HERMOBIVS, Fl. 18. Temnites.

HERMODORVS, Att. XIII. 21. qui Platonis libros solitus est divulgare, unde proverbium: λόγοισιν ἑρμόδωρος sc. ἐμπεριτύεται. *v. Suidas in hoc proverbio, qui eum auditorem Platonis appellat. Scripsit* περὶ Πλάτωνος, & περὶ μαθημάτων, *de quibus libris & ipso Hermodoro v. Jonsius de script. H. P. I.* 10. 2.

HERMODORVS, de Or. I. 14. *celeber navalium architectus.*

HERMODORVS, *Ephesius.* Tusc. V. 36. quare civitate ejectus sit? *Hic est, quem Pomponius in Enchir. dicit Romam venisse & leges græcas Decemviris explicasse. Qua de re qui dubitant, adeant Plin.* XXXIV. 5. *qui ejus statuam propterea dicit in comitio publice dicatam fuisse.*

HERMOGENES, Att. XII. 31.

HERMOGENES, Att. XII. 25. debitor Ciceronis.

HERODES, Att. II. 2. Atheniensis, non bonus scriptor, Ciceronis ætate. *Videtur de Ciceronis consulatu scripsisse aliquid, quod vehementer contemnit Cicero.*

HERODES, Att. VI. 1. &c. videtur libertus Attici esse.

HERODOTVS, Or. II. 12. primus Græcorum historiam ornavit. Leg. I. 1. pater historiæ, fabulosus. Or. 55. numero caret. de Div. I. 53.

HERODOTVS, Verr. II. 51. Cephaleditanus.

HESIODVS, N. D. I. 14. quomodo Theogonia ejus a Zenone & Stoicis explicetur.

HIEMPSAL, Agrar. I. 4. rex Mauritaniæ populi Rom. amicus. II. 21. fœdus cum eo per C. Cottam consulem a pop. Rom. non est jussum. Vatin. 5.

HIERAS, Dejot. 15. legatus Dejotari ad Cæsarem.

HIERO, Verr. II. 14. Syracusanus, N. D. I. 22. Tyrannus Simonidem interrogat de Diis. Ejus stemma v. ap. Drakenb. ad Liv. XXIV. 26.

HIERO, Verr. IV. 13. Cibyrata, per jocum dicitur, quia Verri tamquam venator vasorum fuit.

HERO-

HIEROCLES *Alabandeus*. Or. II. 23. Meneclis Alaband. frater. Orator tota Asia celeberrimus, floruit temporibus L. Crassi oratoris & M. Ciceronis pueri. Brut. 95. argutus & sententiosus. cf. Or. 69.

HIERONYMVS, *Rhodius*. Or. 57. Peripateticus. in Isocratis libris multos versus invenit. Acad. IV. 42. vacuitatem doloris summum bonum esse dicit. cf. Fin. II. 3. & 6.

HILARVS, Att. XII. 37. XIII. 19. est servus & librarius, deinde libertus Ciceronis. Att. I. 12. fugit ad C. Antonium in Macedoniam. *Alius* Hilarus est ad Div. XIII. 32. libertus Cn. Otacilii Nasonis. & Att. XVI. 4. libertus Libonis.

HIPPARCHVS, Att. II. 6. scripsit contra Geographica Eratosthenis. *Nicenus fuit, Astrologia celeber, circa Olymp. CLX. Ejus librum contra Eratosthenem commemorat Strabo L. I. p.* 14. *L. II. p.* 133. *eum Eratosthenis iniquiorem putat. L. II. p.* 149. *autem diserte dicit, eum non tam Geographica scripsisse, quam Eratosthenis Geographica reprehendisse.*

HIPPIAS *Eleus*. Or. III. 32. Sophista celeber Socratis temporibus. *vid. Platon. Hippiam.* gloriatus est, nil esse in ulla arte cum liberali, tum illiberali, quod ipse nesciret. conf. Brut. 8. 85.

HIPPIAS, *Pisistrati filius*. Att. IX. 19. arma contra patriam fert, in pugna Marathonia cadit.

HIPPIAS, *Philoxeni filius*. ad Div. XIII. 37. Calactinus.

HIPPIAS, Phil. II. 25. mimus. *Plutarch. in Antonio.*

Q. HIPPIVS, ad Div. XIII. 76. vide *C. Valgius Hippianus.*

HIPPOCRATES, *Cous*. Or. III. 33. *Est medicus ille celeberrimus.*

HIPPODAMIA, Tusc. III. 12.

HIPPOLYTVS, *Thesei filius*. Heren. IV. 34. Tusc. IV. 11. odium ejus in mulieres. Off. I. 10. ab equis Neptuni discerptus est.

HIPPONAX, Nat. D. III. 38. *Jambographus, qui jambis mordacibus Anthermum & Bupalum ad restim redegit, a quo in* Orat. 57. pes Hipponacteus & ad Div. VII. 27. præconium Hipponacteum *dicitur.*

HIRRVS, ad Div. VIII. 8. *cognomen Lucceiorum.*

C. HIRRVS, Att. VIII. 11. Pompejanus, quem Cæsar *Ulcillam* dixit. ad Div. II. 10. a M. Cœlio in petitione ædilitatis vincitur. ad Div. VIII. 9. contra Cæsarem sententias dicit post repulsam & totus mutatur. ad Div. VIII. 2. *adde in* Luccejus.

A. HIRTIVS, ad Div. VII. 33. declamat apud Ciceronem. Phil. XII. 4. Phil. I. 15. ejus consulis design. recuperata valetudine populus gaudet. Phil. VII. 4. Ciceronis collega sc. *in auguratu.* Phil. VII. 4. ad bellum contra Antonium proficiscitur. ad Div. X. 33. Antonium vincit, sed in oppugnatione castrorum perit.

HISMENIAS. Verr. IV. 42. Tyndaritanus nobilis.

HISPO, vel HIPSO, ad Div. XIV. 1. centurio fuisse videtur, missus a Coss. vel Tribuno pl. Clodio

Clodio, ut Ciceronem exulem persequeretur.
HOMERVS, Arch. 8. de ejus patria quæ urbes contenderint. Or. III. 33. ejus libros sic, ut nunc habemus, dispositi Pisistratus. Fin. V. 18. ejus fabula de Sirenibus explicatur. Tusc. V. 39. cæcus fuisse dicitur. I. 16. ejus νεκυία. V. 3. Lycurgi æqualis. I. 1. ante Romam vixit. de Sen. 15. multis seculis ante Hesiodum. Div. II. 10. sententia de fato.
HORATIA, de Inv. II. 26. soror Horatiorum, *de qua Livius* I. 26.
HORATII, Inv. II. 26. *fratres tergemini Romani, de quibus est apud Liv. L. I. 24. seq.* Marcus, qui sororem interfecit, populi comitiis liberatur. Mil. 3.
M. HORATIVS *Pulvillus*. Dom. 53. Capitolium constanter dedicat. *v. Liv. II. 8.*
HORATIVS, ad Div. XII. 30.
HORATIVS, Balbin. 17. *nomen corruptum est, aut supervacuum.* Manut.
T. HORDEONIVS, Att. XIII. 46.
HORTALVS, Att. II. 25. IV. 15. *cognomen est Hortensii. quo notus est inprimis nepos oratoris e Tacito. Sed e locis Ciceronis patet, etiam avum patremque hujus Corneliani sic appellatum. Itaque non necesse erat Catulli epigr. 66. a Vossio aliisque ad nepotem referri: nec temporum ratio sinit credere, Catullianum Hortalum esse nepotem potius, quam nepotis avum.*
HORTENSIVS, Att. XII. 5. argentarius.
L. HORTENSIVS. Verr. III. 16. Pater Q. Hortensii.
Q. HORTENSIVS *L. f.* Br. 64. annos XIX. natus causam primam egit L. Crasso & Q. Scævola Coss. C. Marcello Cos. mortuus. Off. II. 16. ejus ædilitas. ad Div. III. 8. Ciceronis collega in auguratu. Att. II. 3. defendit Valerium. Mil. 14. pæne servorum manibus interficitur, cum Ciceroni adesset. ad Div. VIII. 1. qui sine sibilo ad senectutem pervenerat, tandem in Curionis theatro vehementer exsibilatur. Q. Fr. I. 3. amicum Ciceronis se simulat, & eum insidiose tractat. ad Div. II. 16. gloriatur, quod nunquam bello civili interfuerat. in Cæcil. 7. dominatio in judiciis & cupiditas notatur. Att. I. 16. legi Fusiæ in Clodii gratiam latæ non adversatur imprudentia aliqua. Acad. IV. 1. Philosophiam contemnit, sed a Cicerone de sententia deducitur. Acad. IV. 1. ejus memoria. Brut. 88. laus eloquentiæ, & vita. Brut. 1. ejus mors. laus.
HORTENSIVS, de Div. II. 1. liber Ciceronis, in quo ad Philosophiæ studium adhortatur.
Q. HORTENSIVS Q. fil. Phil. X. 5. 6. prætor Macedoniæ, M. Brutum dilectu juvat.
HOSTILIANAE ACTIONES, Orat. I. 57. *sunt formulæ a JCto quodam Hostilio excogitatæ & conceptæ, quibus, qui ex legibus agere vellet, uteretur, quibusque quasi cautum erat his, qui lege agere vellent, ne in ipsa actione, quam lex daret, peccarent, atque ita sua culpa perderent litem. Ex loco autem Ciceronis intelligi videtur,*

tur, formulas illas tantum certarum causarum fuisse, nominatim, quibus de hereditate agitur. Sed tamen non negaverim in isto libro etiam formulas rerum emendarum vendendarumque fuisse, item aliarum. Nam & Manilianæ leges vocantur Actiones, *ap. Varron. R. R. II. 5. 11. Male hic nonnulli legem Hostiliam de furtis commemorant. Nam actio non est lex, sed lex dat actionem, & ex lege fit actio. Simili fere modo Manilius formulas conscripsit, quibus in vendendo & emendo caveretur hominibus.*

HOSTILIVS, N. D. II. 3. *Rex Rom.* auguriis Attii Navii utitur.

C. HOSTILIVS *Mancinus*. Or. I. 56. de controversia ejus, num ei liceret post deditionem in Senatum venire, & utrum civis sit, nec ne. *add. in* Mancinus.

HYADES, N. D. II. 43. sidus.

HYDRA, N. D. II. 44. sidus.

HYPERBOLVS, Athenienses, Brut. 62. improbus & seditiosissimus. a Comicis notatus. *vid. Aristoph. Equit. v.* 1301.

HYPERIDES, Or. I. 13. Or. 26. satis in orationibus facetus. Or. III. 7. Or. 31. ejus acumen &c.

HYPERION, N. D. III. 21. sol.

HYPSAEVS, Or. I. 36. absurde defendit aliquem ignoratione juris civilis. *Filius videtur ejus, qui a. DCXXVIII. Consul fuit.*

P. Plautius HYPSAEVS, Flacc. 9. ad Div. I. 1. Pompeji M. quæstor in bello Mithridatico & postea Milonis competitor in consulatu. ad Att. III. 8.

J.

JACCHVS, Verr. IV. 60. e marmore, apud Athenienses in primis colebatur.

JALYSVS, Verr. IV. 60. Herculis filius, N. D. III. 21. Solis nepos. *a quo Jalysius urbs apud Rhodios.* Or. 2. Att. II. 21. pictura Rhodi, auctore Protogene, *de qua v. Gell. Noct. Att. XV. ult.* Plin. XXXV. 10. add. Martini Var. L. IV. 20.

JAMBLICHVS, ad Div. XV. 1. Sampsicerami filius, Phylarchus Arabum, amicus Romanorum. Phylarchi *sunt reguli Sdynastiæ. vid. quem Grævius jam laudavit, Strab. XVI. p.* 1092. *& ibi Casaub.*

JAMIDAE, Div. I. 41. haruspices in Peloponneso.

JASON, Pheræus, Nat. D. III. 28. casu sanatur. *de eo v. Diodor. S. XV. p.* 373.

IBYCVS Rheginus, Tusc. IV. 33. ejus scripta. amoribus deditissimus. *Ejus etiam Strabo bis mentionem facit L. I. p.* 102. *L. VI. p.* 417. *Fuit Simonide antiquior, ex cujus libris pauca fragmenta apud veteres restant. vide quos laudat Fabric. B. G. II.* 15.

ICADIVS, Fat. 3. prædo, qui saxo, quod ex spelunca in ejus crura inciderat, periit.

M. ICCIVS, Phil. III. 10. Siciliam sortitus est, sortiente M. Antonio Consule.

IDYIA. Nat. D. III. 19. Æetæ uxor, Medeæ mater.

ILIONA, Acad. IV. 27. *filia Priami.*

INDVTIOMARVS, Font. 8. Gal-

Gallus, Trevirorum dux, quo auctore Galli Fontejum accusarunt, *postea a C. Cæsare victus & interfectus.*

INO, Tusc. I. 12. Cadmi filia, Græcis *Leucothea*, Latinis *Matuta* dicitur.

IPHIGENIA, ad Herenn. III. 21. Tusc. I. 48. &c. Agamemnonis filia, immolatur pro civibus.

ISIACI, Div. I. 58. conjectores, Isidis sacerdotes.

ISIDORVS, Verr. III. 34. mimus. Att. XI. 4. *autem est*, libertus quidam.

ISOCRATES, Or. II. 2. eloquentiæ pater. Brut. 12. negat esse artem dicendi, aliis orationes scribit. Inv. II. 2. ejus ars rhetorica quæ fuerit, ignoratur. ad Div. I. 9. tota ejus ratio libris Ciceronis de Oratore continetur. Or. 13. laudatur a Platone in Phædro.

JVBA, Agr. II. 22. Hiempsalis filius, *Mauritaniæ regis*, Capillatus.

JVBELLIVS Taurea, Pis. 11.

JVBELLII, Agr. II. 34. nobiles Campani bello Punico secundo.

JVGVRTHA, Manil. 20. bellum cum eo Mario committitur.

C. JVLIVS, L. F. Br. 48. Orator non vehemens sed festivissimus. Orationes & Tragœdias reliquit. in Cæcil. 19. contendit cum Cn. Pompejo Strabone de accusando Albucio. of. Off. II. 14. Or. III. 3. proditus ab Etrusco hospite (*jussu Cinnæ*) interficitur, & caput in rostris ponitur. v. *etiam C. Cæsar L. F.*

L. JVLIVS, L. F. *frater præcedentis.* Font. 15. bello sociali cum Collega in Consulatu P. Rutilio Lupo præficitur. ejus legati qui fuerint. v. *Appian. B. C. L. I. p. 634. ubi perperam* Sextus *dicitur.* Rabir. 7. v. *L. Cæsar.*

L. JVLIVS, L. F. Or. III. 3. cum fratre C. Julio interficitur.

L. JVLIVS, ad Div. XIII. 6. videtur publicanus esse societatis Africanæ.

S. JVLIVS, Cornel. I. Consul cum L. Marcio Philippo. Dom. 53. Her. II. 13. prætor *urbanus* T. Flaminino & Q. Metello Coss. judicium mandati, cum herede ejus, qui mandarat, non reddit.

JVNIA, gens patricia, *ex qua L. Junius Brutus*, plebeja, *ex qua reliqui Bruti. v. in L. Brutus.*

JVNIA, ad Div. XV. 8. uxor C. Marcelli patris.

C. JVNIVS, Verr. I. 6. Cluent. 20. &c. judex quæstionis ex ædilitate in causa Cluentii contra Oppianicum, *a quo* judicium Junianum *dicitur, quod tam sæpe in ea oratione & aliis commemoratur, cujusque invidia periit.*

C. JVNIVS, Cluent. 49. filius.

L. JVNIVS, Div. I. 16. II. 8. 33. Nat. D. II. 3. Consul cum P. Claudio, neglectis auspiciis classem perdit & sibi mortem conscivit. *a. DIV. ad quem a. v. Pighium.*

M. JVNIVS, Leg. III. 20. scripsit ad patrem Attici libros *de Potestate. Cicero dicit, sibi* magistratibus lege constitutis *dicendum* de Potestate, tum de jure. *Id se breviter ait facturum, nam pluribus verbis scripsisse* ad patrem *Attici* M. Ju-

nium Sodalem, *perite suo quidem judicio, & diligenter.* At de jure (naturæ *addita vox mihi suspecta est, ut totus ab hoc quidem verbo locus*) se cogitare & dicere debere &c. *Viri docti consentiunt, quantum scio, indicari* Junium, *qui ob summam cum C. Graccho familiaritatem* Gracchanus *dictus sit, cujus apud Plinium XXXIII. 1. mentio. vid. Ind. Auct. Harduini. Sed hujus librum* de Potestatibus *memorat Ulpianus L. I. de Offic. quæst.* Commentarii, *quos Turnebus respici putabat, ad quos provocet Varro de L. Lat. p. 50. ed. Steph. aliique, historici fuere, neque huc pertinent. Quod autem* Sodalis *dicitur, id Turnebus interpretatur ita, ut sit* patris Attici sodalis, *aut ut a Gracchana amicitia absolute* sodalis *dicatur; illam autem huic explicationi præfert. Si nomen appellativum est, non dubito quin sit de amicitia cum Attici patre capiendum.* Sic Mur. 27. Servius Sulpicius Sodalis filii *sc. Murenæ. Nisi quis forte dignitatis nomen putare velit, a collegio aliquo, cujus sodalis fuerit, tamquam Epulonum.*

M. JVNIVS, Quint. 1. qui causam Quintii aliquoties egerat, legatione aliqua avocatur. *Passeratius de illo Gracchano Junio interpretatur; nescio qua ratione inductus. Temporis quidem rationi non repugnat.* M. Junius *quidam* etiam est Verr. I. 51. sed *nec de hoc dixerim,* an *idem sit cum Quintiano. Tertius est* M. Junius prætor Clusent. 45. *cujus mentio etiam ap. Plinium* XXXV. 10.

M. JVNIVS, pro Corn. I. *est Silanus, qui cum Q. Cæcilio Metello Numid. Consul fuit a. V.* DCXLIIII.

P. JVNIVS, Verr. I. 50. frater M. Junii, *de quo ibidem. Prænomen* P. *omnes libri præferunt. Sed tamen Dukerus ad Liv. XXXIV. 1. dubitat an sit potius* D. *quod* P. *prænomen alienum videatur a familia Junia.*

Q. JVNIVS, Verr. I. 7. senator.

T. JVNIVS, L. F. tribunitius Br. 48. accusavit de ambitu P. Sextium prætorem designatum & vicit. laudatur.

JVNIVS, ad Div. VII. 23. familiaris quidam Avianii statuarii. *Alius* Junius *est* Att. XII. 14.

JVNO, N. D. I. 28. Argia. Romana, Lanuvina, diversa figura, *ad quem locum confer numum gentis Prociliæ ap. Vrsinum & Morellium, qui plane consentit cum descriptione Ciceroniana.* de Div. I. 24. Lacinia, columnam in ejus fano vult tollere Hannibal: *quod fanum erat ad promontorium Lacinium. vid. Gronov. ad Liv. XXIV. 3.* Verr. I. 19. Samia. Mur. 41. Sospita.

JVPITER, N. D. III. 21. Tres Joves numerantur. Fin. III. 20. Salutaris, Hospitalis. ad Div. VII. 12. Lapideus. c. 58. ejus tria in orbe signa celebrabantur. ad Div. IX. 16. Minianus. *quia quotannis minio pingendus locabatur.* Verr. IV. 53. Olympius, ejus templum Syracusis. Div. II. 41. puer lactens cum

cum Junone Fortunæ in gremio ſedens, mammam appetens, caſtiſſime colitur a matribus. ejus templum Prænesteſte. de Div. I. 35. ſtator. ejus ſignum. in Piſ. 35. Urius, i. e. *auctor bonorum ventorum: Eum Latini* Imperatorem *vocarunt.* Verr. IV. 57. *nulla Græci verbi ratione habita. v. Græv. ad Verr. l. c.* Div. I. 10. Summanus *v. in* Summanus.

JUVENTAS, Brut. 18. Dea. Att. I. 18. ejus ſacra anniverſaria.

JUVENTIA, Planc. 7. familia conſularis ex municipio Tuſculano.

JUVENTIVS, Planc. 24. primus de plebe Ædilis Curulis factus eſt.

M. JUVENTIVS *Pedo*, Cluent. 38. Senator juſtiſſimus.

T. JUVENTIVS, Br. 48. lentus in dicendo, ſed callidus & magna Juris civilis ſcientia.

K.

KANA & KANVS, v. *Cana* & *Canus.*

L.

LABEO, ad Q. Fr. I. 1. 14. de cohorte prætoris Q. Ciceronis in Aſia.

T. Attius LABIENVS, Rabir. Perd. 2. trib. pl. Cicerone Conſule C. Rabirio perduellionis crimen intendit, quod Saturninum interfeciſſet. Att. VII. 11. ad Div. XVI. 12. discedit a Cæſare, *cujus legatus fuerat*, & ad Pompejanos transit *v. inpr. Diodor. S. XLI. p.* 154. Att. VIII. 2. propterea parum dignitatis habet. Div. I. 32. e pugna Pharſalica fugit. Att. VII. 7. dives, *qui etiam urbem condidit. De ejus exitu v. Vellej. II.* 78. *Dio. XLVIII. p.* 381.

Q. LABIENVS, Rabir. Perd. 7. T. patruus; cum Saturnino Capitolium occupat.

D. LABERIVS, ad Div. VII. 11. XII. 18. mimus, poëta clarus & mordax. *Eques Rom. a C. Cæſare juſſus in theatrum prodire. de quo v. Macrob. Saturn. II, 7. ubi fragmentum ejus inſigne. Apud eundem aliquot ejus dicteria.*

M. LABERIVS, ad Div. XIII. 8.

LACHES, Divin. I. 54. prætor Athenienſium, fugit cum Socrate poſt pugnam apud Delium.

LACO, *Anagninus.* Phil. II. 41. unus de M. Antonii gladiatoribus.

LACIADAE, Offic. II. 18. curiales Cimonis.

LACYDES. *ex Academia II.* Acad. IV. 6. retinet Arceſilæ rationem. Tuſc. V. 37. peregrinatur.

LADAS, ad Heren. IV. 3. *nomen celebris curſoris in Olympicis: cujus mentio ap. Catull. ep.* 50. *ubi v. Muret.*

LAELIA, C. F. Brut. 58. ſermo ejus patris elegantia tinctus erat, duas filias Mucias & duas neptes Licinias habuit.

C. LAELIVS, ſapientis pater. Phil. XI. 7. Conſul cum L. Scipione Aſiatico, *a.* DLXIII. *Socius ante rerum geſtarum ab Africano.*

C. LAELIVS, C. F. Tuſc. V. 19. Conſul ſemel fuit, & quidem cum repulſa *a.* DCXIII. *Hunc locum pertinere ad Lælium Sapientem*

pientem docet Corrad. in quæst. p. 382. Offic. II. 11. Viriatum Lusitanum vicit *ex prætura*. Fin. II. 8. Diogenem Stoicum audivit & Panætium. Or. II. 84. scripsit Tuberoni orationem, qua Africanum avunculum laudavit. Nat. D. III. 2. Phil. II. 33. augur. Or. III. 7. in dicendo lenis. Offic. II. 11. III. 4. &c. sapiens dicitur. Off. I. 30. in eo multa hilaritas. I. 26. in omni vita æquabilis. Att. IV. 16. generi ejus Q. Scævola & C. Fannius. &c.

D. LAELIVS, Or. II. 6. orator, L. Crasso adolescente floruit, vir bonus & mediocriter doctus. *Hinc dictum Lucilii* Or. II. 6. Persium non curo legere, D. Lælium volo. Ap. Plin. H. N. I. 1. *Harduinus e libris scr. edidit* Junium Congum. *quem vid. Emend. IV.*

D. LAELIVS, Flacc. 1. accusat. L. Flaccum de repetundis. Att. VIII. 11. a Pompejo cum mandatis ad Coss. Marcellum & Lentulum Capuam mittitur.

C. & M. LAENII, v. *Lenius*.

C. LAENAS, *e Popilliis*, Balb. 11. patria pulsus, Nuceriæ civem se fieri curat. *al.* P. *vid. P. Popillius*.

LAENAS, Att. XII. 13. 14. augur.

LAETVS, Att. IV. 9. amicus Ciceronis, qui Neapoli domum habuit: *nisi legendum*: Pætus.

LAEVVS, *Cispius*. ad Div. X. 18. Planci legatus *fuit. Nam* ep. 21. *dicitur omnibus Planci rebus gestis interfuisse*, *&* discessus legatorum, *non potest intelligi nisi de Lævo & Nerva*.

LAJVS, Tusc. IV. 33. Fat. 13. *Oedipi pater*.

LAIS, ad Div. IX. 26. scortum Athenis nobile, quo & Aristippus usus est. Ejus dictum de ea.

LAMIA, Verr. IV. 26. femina Segestana.

L. LAMIA, *ex Æliis*. ad Div. XII. 29. negotia in Asia habet. Sen. p. Red. 5. Sext. 3. eques Rom. a Pisone Cæsonino Cons. in exilium ire jubetur, *quod, manifestata conjuratione Catilinæ, in primis senatum defenderat & in clivo Capitolino steterat*. ad Div. XI. 16. 17. præturam petit Antonio & Dolabella Coss. *quam & sequente anno gessit: unde* Prætorius *dicitur Plinio VII. 52. & Valer. M. I. 8.*

LAOMEDON, Tusc. I. 26. Ganymedis pater.

LARGIVS, Or. II. 59. *e Scriboniis, idem nomen, quod Largus*.

LARGVS, ad Div. VI. 8.

LARTES, *seu potius* Lar Tolumnius. Phil. IX. 9. rex Vejentium, qui quatuor Rom. legatos Fidenis interemit.

LARTIDIVS, Att. VII. 1. *nomen, quo utitur ad Milonem reprehendendum*.

M. LATERENSIS, *e Juventiis*. Att. II. 17. tribunatum non petit, ne juret in Cæsaris legem Agrariam. v. *Lex Julia Agraria*. Planc. 1. studiosus Ciceronis. Plancium de ambitu accusat, quod ipse in ea petitione repulsam tulerat, ad Div. VIII. 8. prætor Marcello & Paullo Coss. ignorantissimus Juris Civilis. Att. XII. 17. augur. ad Div. X. 21. Legatus M. Lepidi: *qui*

qui se ipse interfecit, cum Lepidus Antonium clam se in castra recepisset. ad Div. X. 23. fides ejus & animus in remp. Vatin. 11. ei insidias Vatinius facit. laudatur.

LATINVS, ad Div. XII. 30. *Legatus C. Calvisii in Africa, qui cum duobus aliis, absente Calvisio, provinciam obtinebat.*

M. LECCA, *e Porciis*, Catil. I. 4. socius Catilinæ.

LEJVS, ad Att. V. 20.

C. & M. LENII, fratres. ad Div. XIII. 63. Planc. 41. Sext. 63. Ciceronem expulsum Brundisii in hortos suos recipiunt, contemtis Clodii minis. ad Att. V. 20. 21. *Hic est* M. Lenius, *qui primus ὀρνιθοτροφεῖον invenit Brundisii. v. Varro R. R.* III. 5. 8. *ubi male Ursinus e Plinio X.* 50. *corrigi vult* Lælius, *cum ibi potius* Lænius *sit reponendum.*

LENTIDIVS, Dom. 33. Sext. 37. *plebejus e Clodianis operis.*

LENTO, Cæsenius, Phil. XII. 9. Antonianus VIIvir.

Cn. *Cornelius* LENTVLVS, *Clodianus*, Verr. II. 38. Consul cum L. Gellio *a.* DCLXXXI. Verr. V. 7. Cluent. 42. Censor cum L. Gellio. Flacc. 19. Temnitarum patronus. Dom. 47. bona ejus a C. Atinio Labeone trib. pl. consecrantur. Br. 64. 66. qualis Orator. *Ejus nomen est etiam* pr. L. Man. 23. Vatin. 11. *cum vulgo legeretur:* Cn. Lentulum & Q. Claudium, *viri docti e MSS. reposuerunt:* Cn. Lentulum Clodianum, *Ursinus, Gruterus, Fr. Fabricius, alii: quis autem sit ille* Lentulus Clodianus, *tacent. De hoc nostro quidem Lentulo capi non potest, qui diu ante consul fuerat, quam C. Antonius accusaretur. In altera autem lectione omnia expedita sunt. Nam* Cn. Lentulus *erit* Marcellinus, *qui eo anno prætor potest fuisse, de quo sermo, cum biennio post Consul fuerit.*

Cn. LENTVLVS, *Marcellinus. Patrem* Claudium Marcellum *plebejum habuit.* ad Div. XV. 10. *Ascon. in Divinat. c.* 4. *Debebat se appellare* Claudianum, *sed maluit* Marcellinum. *Manut. ad Cic. ad Div. I. 1. propterea fecisse putat, ut intelligeretur, e qua familia Claudiorum esset: malim, ne cum Cn. Clodiano confunderetur. Dukerus ad Liv. XXXIX.* 23. *e Cicerone ad Div. XV.* 10. *intelligi putat, eum natum a. V.* DCLXXXXVII. *quo ille anno Consul fuit. Sed ibi Consulis verbum excidisse videtur.* Verr. II. 42. Patronus Siciliæ; *quia e Marcellis fuit.* ad Q. Fr. I. 2. 5. prætor C. *Cæsare Cos.* Har. Resp. 10. Pontifex. Brut. 70. disertum, in primis in Consulatu se præstitit. *Fuit autem* L. *Marcii Philippi collega. a. V.* DCXCVII. Har. Resp. 11. *dicitur* ejus avia manibus accepisse matrem Deum. *Sed F. Fabricius & P. Manutius ostenderunt, esse legendum:* atavi, *i. e.* Nasicæ. Tumultum in Megalensibus auctore Clodio ortum sedat. *Idem memoratur* ad Div. I. 1. 2. *in causa Lentuli Spintheris, cui adversabatur; erat enim ei inimicus.* in Cæcil. 4. &c.

Cn. LENTVLVS Vaccia ſ. Vatia. *Nam idem eſt nomen. v. Schott. Suppl. Annal. Pigh. T. III. p.* 366. ad Q. Fr. II. 3. editur inter conſcios corruptarum per P. Sextium tribuuum.

Cn. LENTVLVS, L. Manil. 19. tribunus pl. & anno poſt legatus fuit.

L. LENTVLVS, Brut. 20. is, qui Conſul cum C. *Marcio* Figulo fuit *a.* DXCVII. diſertus fuit.

L. LENTVLVS, Arch. 5. prætor *eo anno, quo lex Carbonis & Silvani de civitate lata eſt. i. e. DCLIV.*

L. LENTVLVS, Har. R. 6. flamen Martialis. Vat. 10. Competitor Gabinii *in Conſulatu;* cujus (*Gabinii*) juvandi cauſa Vatinius eum opprimere ſtudet, *juſſo ſc. Vettio eum in concione nominare inter conjuratos. Hunc diverſum eſſe a ſequente L. Lentulo, inde clarum eſt, quod ille competitor fuit Gabinii in Conſulatu, hic prætor Gabinio Conſule.*

L. LENTVLVS Crus, Piſon. 31. prætor Gabinio & Piſone Coſſ. ad Div. VIII. 4. repulſam fert in petitione Conſulatus, *poſt Conſul fit cum C. Marcello a.* DCCIV. ad Div. XII. 14. in fuga Pharſalica a Rhodiis non recipitur. ad Div. VI. 21. bello Civili interiit. Brut. 77. qualis orator fuerit. Multis aliis locis nomen ejus invenitur. v. c. ad Div. X. 32. Att. XI. 6. &c.

L. LENTVLVS, L. F. ad Att. IV. 16. prævaricator putatur in judicio Vatiniano. Att. XII. 7.

P. LENTVLVS, Brut. 19. *is, qui a. V. DXVII. Conſul fuit. Dicitur enim grandior natu fuiſſe cum* Catone *Cenſorio: Cognomine* Caudinus.

P. LENTVLVS, *is, qui princeps Senatus fuit.* in Cæcil. 21. accuſat Manium Aquillium. Agr. II. 30. mittitur a Senatu in Campaniam, ut agros privatos, qui in publicum incurrerent, emeret. Brut. 28. ſatis eloquentiæ habuit, quod ad remp. opus eſſet. Or. I. 48. Catil. III. 5. laudatur. *Conſul fuit a. DXCI. ſuffectus cum Cn. Domitio P. Scipioni Naſicæ & C. Marcio Figulo.*

P. LENTVLVS, P. *principis Senatus* Nepos, *cognomine* Sura, *quod unde traxerit, v. Plutarch. in Cicerone p.* 868. Brut. 64. 66. qualis orator fuerit. Att. I. 16. bis abſolvitur. Cat. III. 2. ſollicitat Allobrogum legatos. prætor, *Cicerone Conſule*, abdicare ſe prætura cogitur. *Jam Conſul fuerat a. V. DCLXXXII. Sed, ob infamiam, quam duobus judiciis contraxerat, e ſenatu motus erat a Lentulo & Gellio Cenſoribus. Itaque prætura petenda recuperare locum in ſenatu voluit, eumque, impetrata prætura, recuperavit. v. Plutarch. in Cicerone p.* 868. *Fuiſſe autem P. Lentuli principis Senatus nepotem Ciceroni credimus, Catil. III. 5. Itaque & hic, ut ſæpe, errat Aſconius ad Div. in Cæcil. c.* 21. *ubi filium illius Lentuli facit. Hunc etiam puto eſſe eum, qui quæſtor urbanus cum L. Triario, fuit, Scipione & Norbano Coſſ. ut opinor. Verr. I.* 14. *Nam inter eum*

eum annum & consulatum ejus interjecti sunt anni XII.

P. LENTVLVS *Marcellinus*, filius M. Marcelli, patris Æsernini. Brut. 35.

P. LENTVLVS Spinther, *ita dictus ab histrione quodam, propter similitudinem.* Off. II. 16. Consule Cicerone ædilis, splendore vincit omnes. ad Quir. p. Red. 5. ad Senatum de Cicerone revocando refert. *de ejus opera in Cicerone revocando in hac oratione, & ea in Senat. p. R. aliisque sæpe commemoratur.* ad Div. XIII. 48. Ciliciæ Proconsul legem Ciliciæ constituit. ad Div. I. 1. sqq. Ptolemæum reducere cupit in regnum. ad Div. XII. 14. in fuga Pharsalica a Rhodiis non recipitur. VI. 21. in bello civili perit. Brut. 77. parum natura valuit, sed disciplina.

P. LENTVLVS Spinther, fil. ad Div. I. 7. laudatur. VII. 26. augur. Sext. 69. augur fit eodem anno, quo togam virilem accepit. XII. 14. 15. *quæ sunt ipsius epistolæ; ex quibus intelligitur, eum proquæstorem Trebonii in Asia fuisse*, post ejus mortem se Proprætorem appellat, præturam Asiæ a Senatu petit, & de rebus gestis suis exponit. *In eadem epistola significat, se participem cædis Cæsarianæ fuisse.* ad Att. XII. 52. divortium facit cum Metella. *Adoptatum esse a Manlio Torquato, e Dione XXXVIII. p. 99. docet Manutius ad ep. ad Div. I. 7. extr.*

LENTVLVS, de Har. Resp. 17. orator gravis & disertus: P. Clodium accusat de religionibus violatis. *Qui sit intelligendus, nescio. Freinshemius Suppl. Liv. CIII. 30. P. Lentulum Spintherem trib. pl. vocat: quod recte Crevierius refellit ex eo, quod Spinthere patricii tribuni plebis esse non potuere. Tribunum pl. accusatorem fuisse diserte tradit Plutarch. in Cæsare: sed nomen non addit. igitur Lentulus aliquis eo anno tribunus fuerit necesse est, quod non vidit Pighius.*

LENTVLVS puer. Att. XII. 28. 30. *Tunstallus ep. ad Midleton. p. 184. putat esse filium Tulliæ ex ultimo marito P. Lentulo, quem ei tribuit Ascon. ad Or. in Pison. init. Plutarchus dicit, eam mortuam παρὰ λέντλῳ: quod Tunstallus de marito intelligit, non de domo. Mortua enim est in Tusculano patris.*

LEON, Verr. V. 6. Megarensis.

LEON, Tusc. V. 3. Phliasiorum princeps, tempore Pythagoræ. Hujus cum eo de philosophia sermo.

LEONIDAS, *is, qui pro patria occubuit ad Thermopylas.* Tusc. I. 42. 49. Fin. II. 19. 30.

LEONIDAS, Verr. V. 5. Lilybætanus.

LEONIDES, ad Div. XV. 21. princeps Athenienſium *tempore Ciceronis.* Att. XV. 16. 18. XVI. 16. de Cicerone fil. ad patrem scribit, eumque mediocriter laudat.

LEONTIVM, Nat. D. I. 33. meretricula Epicurea, contra Theophrastum scripsit eleganter.

M. Æmilius LEPIDVS, Or. II. 71. Provinc. 9. Censor *a. DLXXIV.*

cum M. Fulvio *Collega* ſtatim redit in gratiam. Bis Conſul & Pontifex M. *Hic eſt, qui princeps Senatus paſſim dicitur.* v. c. Rabir. Perd. 7. *Hic eſt etiam, qui* pro Dom. 53. M. Æmilius *ſimpliciter dicitur.*

M. LEPIDVS Porcina, M. Fil. Brut. 27. Conſul cum C. Hoſtilio Mancino, *a.* DCXVI. ſummus Orator. Brut. 25. legi Caſſiæ reſiſtit. Or. I. 10. ignarus legum & juris. *de hoc capio etiam illum jocum* de Or. II. 71.

M. LEPIDVS, Rabir. Perd. 7. Conſul cum Q. Catulo *fil. a. V.* DCLXXV. Catil. III. 10. inimicus L. Sullæ, de ejus actis reſcindendis tulit, intercedente Q. Catulo; *unde magna ſeditio & civile bellum ortum eſt.* Verr. III. 91. prætor Siciliæ ante M. Antonium, a quo graviter vexati ſunt Siculi.

M' LEPIDVS, *Conſul cum L. Volcatio Tullo a.* DCLXXXVII. Att. VIII. 6. Catil. I. 6. ad Att. VII. 12. Pompejum extra Italiam ſequendum negat.

M. LEPIDVS, *Triumvir.* Har. Reſp. 6. pontifex. Phil. V. 14. Pontifex Maximus. Mil. 5. ejus ædes a Clodianis, occiſo Clodio, oppugnantur. Phil. V. 14. 15. reip. & optimatibus favet, & Sext. Pompejum reſtituit, unde ei ſtatua equeſtris ponitur. III. 9. ſupplicatio ei decernitur. ad Div. X. 6. Phil. XIII. 4. ad pacem cum Antonio hortatur. ad Div. X. 20. ejus fides incerta. 21. perfidia ejus. XII. 10. hoſtis a Senatu judicatur. Inſtaurat bellum, quod confectum fuiſſet. *Lepidi duæ epiſtolæ, altera ad Ciceronem, altera ad S. P. Q. R. ſunt ad Div. X.* 34. 35. *Conſul fuit cum C. Cæſare a.* DCCVII. *Magiſter equitum Dictatore Cæſare a.* DCCVIII. *Conſul II. a.* DCCXI. *&c.*

LEPISO, Flacc. 22. Trallianus.

Q. LEPTA, ad Div. III. 7. præfectus fabrum Ciceronis in Cilicia. ad Div. VI. 18. ejus filius Lepta.

LEPTINES, Or. 31. Athenienſis, contra quem eſt Demoſthenis oratio.

LEPTINES, Phil. IX. 2. percuſſor Cn. Octavii legati ad Antiochum.

LEPVS, Nat. D. II. 44. ſidus.

LETILIVS, Verr. II. 26. tabellarius L. Metelli in Sicilia.

LEVCIPPVS, Nat. D. I. 24. ejus atomi reprehenduntur. Acad. IV. 37. de pleno & inani omnia gigni ſtatuit.

LEVCOTHEA, Nat. D. III. 15. Ino, Dea marina. Tuſc. I. 12. quæ ſit? IV. 34. Turpilii fabula.

M. LEVINIVS, Verr. III. 54. prætor Siciliæ. *v. Pighius a.* DXLIV.

LIBANVS, Herenn. IV. 50. nomen Comicum.

LIBERALIA, Att. VI. 1. *dies feſtus a. d. XVI. Kal. April. quo ingenui pueri togam ſumebant.*

LIBERTAS, Dom. 35. ejus ſtatua a Clodio in area Ciceronis poſita & conſecrata.

LIBERA, Verr. IV. 49. *Proſerpina.*

L. LIBO, *e Scriboniis*, Att. XIII. 30. ejus annales.

L. LIBO, ad Div. I. 1. VII. 4. XI. 7. Att. VII. 12. ſocer Sext. Pompeji, M. F.

L. LIBO, Brut. 23. tribunus pl. rogationem in Ser. Galbam fert, propter Lusitanos contra interpositam fidem interfectos. Non infans fuit, ut ex orationibus ejus colligitur. Att. XII. 5. quibus consulibus Libo Galbam accusarit. *Male priori loco in libris* T. *praenomen est. Ceteri auctores omnes* L. *vocant. De re ipsa v. Duker ad Liv Epit.* 49. *Vossio idem videtur cum auctore Annalium, de Hist. Lat. I.* 6. *Sed mirum est Ciceronem non facere eorum mentionem, ubi de ejus dicendi ratione judicium fert.*

LICINIA ATRIA, Quint. 3. *Dicuntur a* L. Licinio *Crasso, qui ea in aedilitate extruxit & ornavit. ibi auctiones habitae.*

LICINIAE, Brut. 88. neptes C. Lælii e filia L. Licinio Crasso collocata. Dom. 53. Brut. 43.

LICINIA, ad Div. VII. 23. Cassii soror. *Sed non germana.*

LICINIVS, Or. III. 60. servus literatus C. Gracchi, post clienș Q. Catuli.

LICINIVS, Mil. 24. popa.

LICINIVS, Phil. II. 23. de alea condemnatus a M. Antonio in tribunatu restituitur.

LICINIVS, Q. Fr. II. 1. libertus quidam aut negotiator, qui in provinciam Asiam proficiscebatur.

LICINIVS, Q. Fr. I. 2. 4. Æsopi histrionis servus.

LICINIVS, Q. Fr. I. 2. 2. plagiarius in provincia Q. Ciceronis.

LICINIVS Macer. *v.* Macer.

C. LICINIVS Calvus. Brut. 81. ejus dictio & ingenium. ad Div. VII. 24. Tigellium acri carmine perstrinxit. ad Div. XV. 21. amicus Ciceronis; *cum ante inimicus fuisset, propterea quod patrem ejus Licinium Macrum prætor de repetundis damnaverat. vid. Valer. M. IX.* 12. 7. *Ejus mentio etiam* de Fin. I. 2. v. *Calvus Orator.*

A. LICINIVS, Archias. v. in *Archias.*

A. LICINIVS Aristoteles, Melitensis. ad Div. XIII. 52.

C. LICINIVS Nerva, Brut. 34. in tribunatu & tota vita improbus. *Corradus ad h. l. putat, eundem esse, qui ap. Varr. R. R. II.* 4. *sed is prænomen* A. *habet. Ap. Livium XLV.* 45. *est* C. *Licinius Nerva prætor: sed ab hoc diversum esse Ciceronianum temporis ratio docet, quæ satis indicat Gracchorum temporibus fuisse. Tribunatum ejus a.* DCXXXII. *alligat Pighius, argumento incerto.*

C. LICINIVS, Sacerdos. Cluent. 48. in equitum censu a P. Africano contumelia afficitur.

L. LICINIVS, Verr. II. 49. *Crassus, Q. Mucii collega in consulatu.*

P. LICINIVS Varus. Or. II. 61.

P. LICINIVS, Cœl. 25. *Manutio alius videtur a P. Licinio Crasso, M. fil.*

LIGARII, fratres, ad Div. VI. 13. *Q. T. & tertius, cujus cognomen ignoro.* Quintus exulat, sed spem reditus habet. *de eo v. argum. orationis pr. Ligario & ipsam orationem.* Titus quæstor urbanus fuit, *Lentulo & Philippo Coss.* Ligar. 12. cf. Att. XIII. 44.

LIGVR s. LIGVS, est *cognomen* Ælio-

Æliorum. Cluent. 26. *Apud Ciceronem occurrunt:*

L. LIGVR, Verr. I. 48. Att. VII. 18. &c. *frater M. Octavii Liguris*, & SEXT. LIGVR, trib. pl. qui (*anno Clodiano*) sibi Liguris cognomen sumserat, ut ex Ælia familia videretur. Dom. 19. Sext. 32. LIGVS, pater Att. XII. 23.' *utrum sit de fratribus illis duobus, an alius, nescio.*

A. LIGVRIVS, ad Div. XVI. 18. Cæsaris familiaris. Att. XI. 9. Q. Fr. III. 7.

LINDVS, Nat. D. III. 21. conditor Lindi *in Rhodo insula.*

LISO, Verr. IV. 17. Lilybætanus.

LISYTO, Nat. D. III. 16. mater Herculis cujusdam.

LIVIA, Att. VII. 8. femina, quæ Dolabellam heredem fecit, ea conditione, ut nomen mutaret.

LIVINEJVS, Att. III. 17. M. Reguli libertus.

L. LIVINEJVS Trypho, ad Div. XIII. 60. L. Reguli libertus. *Duorum fratrum liberti, nisi Att. III. 17. L. pro M. legendum, ut nonnullis visum.*

L. LIVIVS, *Andronicus*, poëta. Brut. 18. Senect. 14. Tusc. I. 1. fabulam docuit a. V. CCCCX. *aut, ut alii & Davis. habet*, CCCCCX. L. Clodio, Cæci fil. & M. Tuditano Coss. In Bruto l. c. est. DXIV. Et fuit *jam tum* de numero annorum controversia &c. *Ab eo dicuntur* Liviani modi. Leg. II. 15.

LIVIVS Salinator, Or. II. 67. Tarento amisso arcem retinet. v. *Salinator. Alios Livios v. in* Drusus. *de gente Livia v. Sueton. in Tib. c.* 3. Salinatori *in quibusdam Ciceronis exemplaribus prænomen additur* Marcus: *ut ap. Livium. Sed Polybius facit* Cajum. *vid. Interpr. Livii ad XXV. 8. Wesselingius autem V. C. Obs. II. 5. ostendit, quod de Tarento dicit Cicero, si Livium sequamur, non ad Salinatorem, sed ad Livium Macatum pertinere.*

C. LOLLIVS, Att. XII. 21. *quidam* Lolius, *ut* ad Att. II. 2. *ubi vid. Intt.*

L. LOLLIVS, ad Div. VIII. 8.

M. LOLLIVS, Verr. III. 25. Q. fil. *alius* est M. Lollius *Clodianus.* Dom. 5. 6. 33.

Q. LOLLIVS, Verr. III. 25. eques Rom. in Sicilia.

Q. LOLLIVS, Q. fil. Verr. III. 25. Calidium accusavit; occiditur.

LOLLIVS, Att. II. 2. *videtur nonnullis scriptor fuisse.*

LONGILIVS, Q. Fr. II. 6. redemtor.

LONGINVS, *est cognomen Cassiorum.* Or. I. 60. amicus Antonii Oratoris, historiæ, juris publ. & antiquitatis peritissimus. *De eodem intellige* Planc. 24. *si fanus est locus. C. Cassius Longinus.*

Ti. LONGVS, Corn. I. Consul cum P. Africano *maj. a.* DLIX.

C. LVCCEJVS, C. F. Hirrus Pupinia, ad Div. VIII. 1. Cœlii competitor in ædilitate. *v. in* Hirrus.

Cn. LVCCEJVS, Att. XVI. 5.

L. LVCCEJVS, Q. Fr. Att. IX. 1. Pompejo familiaris, apud eum magnam habet auctoritatem. Att. I. 11. inimicus fit Attici. I. 17. in animo habet consulatum petere.

petere. ad Div. V. 10. historica ejus facultas laudatur & ab eo Consulatum suum scribi vult Cicero. de bello Italico & Civili scripsit. *Idem nomen occurrit* ad Div. XIII. 41. Cœl. 10. *Ejus epistola est* ad Div. V. 14.

P. LVCCEJVS, ad Div. XII. 25. 30. *ubi quidam libri:* Luccius.

Q. LVCCEJVS, Verr. V. 64. argentarius Rheginus.

LVCCEJVS, Flacc. 33. subscriptor D. Lælii contra Flaccum.

LVCCEJVS, M. F. ad Att. V. 21.

P. LVCCIVS, ad Div. XII. 25. *est* P. Luccejus.

LVCILIVS, Or. II. 70. *nescio quis. Pighius e vet. Cod. legit* Lucullus, *& capit de patre illius, qui bellum Mithrid. gessit.*

LVCILIVS Bassus, Att. XII. 5. malus auctor.

C. LVCILIVS, poëta. Or. II. 6. nec doctissimis nec indoctissimis se scribere dicit. ibid. I. 16. inimicus Q. Mucio Scævolæ, homo doctus & perurbanus, neminem oratorem statuit, qui non sit omnibus liberalibus artibus imbutus. ad Div. XII. 16. libertas ejus in perstringendis hominibus.

L. LVCILIVS Balbus, Brut. 42. doctus, Ser. Sulpitii præceptor. *Corradus fratrem putat Quinti, & patrem L. ad Div. III. 4.*

L. LVCILIVS, ad Div. III. 4. *videtur inter Appii Pulchri comites in Cilicia fuisse.*

Q. LVCILIVS Balbus, Nat. D. I. 7. Stoicus, Græcis par. *Itaque etiam* L. *II. inducitur e Stoicorum disciplina explicans locum de Natura Deorum.*

Sext. LVCILIVS, ad Att. V. 20. T. Gavii Cæpionis fil. trib. mil. in exercitu Bibuli.

LVCILIVS, ad Div. XII. 13. Classi Dolabellæ præfectus in Asia post Cæsaris mortem. *Sed quia Appianus* L. Figulum *hunc præfectum fuisse dicit, corruptum locum viri docti suspicantur. Manutius e Codd. legi volebat:* Lucius. *Prænomina enim interdum pro nominibus aut cognominibus ponuntur.*

LVCRETIA, Lucretii Tricipitini filia. Leg. II. 4. de Fin. II. 20.

M. LVCRETIVS, Verr. I. 7. Senator.

Q. LVCRETIVS Vispillo. Brut. 48. Juris peritus.

Q. LVCRETIVS, Att. IV. 16. accusat Drusum. VII. 24. 25. familiaris Cassii. VIII. 4. Sulmonem fugit.

T. LVCRETIVS Carus. Q. Fr. II. 11. ejus poëmata laudantur.

CN. LVCVLLVS, Att. XV. 1. familiaris Ciceronis, matrem effert: in funere adest Cicero.

L. LVCVLLVS, Quint. 16. Jurisperitus. *Quis fuerit nescio. Probabilis est conjectura P. Manutii corrigentis:* L. Lucilius *: de quo supra. Nisi tamen est is, qui* in Tog. Cand. accusator Catilinæ *commemoratur: quem Asconius* paratum eruditumque *vocat. Sed Crevierius V. C. ad Freinsh. Suppl. Liv. CII. 19. corrigit* Luccejus: *& intelligit eum, ad quem est pulcra Ciceronis epistola. Nam* 1) *accusator ille fuit eruditus,* 2) *paullo post frustra Consulatum petiit: quæ bene conveniunt Luccejo.* 3) *Asconius paullo post commemorat Lucceji Orationem*

nem in Catilinam. Itaque valde probo Crevierii correctionem.

L. LVCVLLVS, *e Liciniis plebejis.* Brut. 21. A. *Postumii* Albini Collega *in consulatu a.* DCII. Acad. IV. 45. L. Luculli avus.

L. LVCVLLVS, L. F. L. N. Off. II. 16. Acad. IV. 1. ulciscendi causa accusavit *Servilium augurem, qui patrem de peculatu reum fecerat, Plut. p.* 491. *De ejus laudibus & rebus gestis lege in primis Acad. IV.* 1. *sqq.* ibid. Antiochum philosophum quæstor secum habuit & imperator. Offic. II. 16. magnifica ædilitate cum fratre functus est. Cluent. 49. ex SCto ferendam legem, si qui essent, quorum opera factum esset, ut judicium Junianum corrumperetur, non tulit. Sext. 27. L. Manil. 8. Muren. 15. res in Asia gestæ *post Consulatum a.* DC LXXIX. Brut. 62. a forensi eloquentia alienus. Fin. III. 2. Bibliotheca, *quam filio reliquit.* Leg. III. 13. quomodo magnificentiam villæ defenderit. Att. I. 19. historiam græce scripsit. dictum Luculli de hoc libro. *Intelligendus liber de bello Marsico, græce scriptus, cujus mentio ap. Plut. in Lucull. Inepte Ursinus de Lucullo avo s. potius de ejus collega Albino intelligit. Nam Cicero Lucullum, quod ibi est, Attico dixisse ait.* Verr. IV. 66. uxorem habuit Metelli Numidici sororem.

LVCVLLVS filius. Fin. III. 2. ejus tutor M. Cato. *cf. Varr. R. R. III.* 2. 17. Phil. X. 4. Att. XIII. 6. *Nescio, an hic est* Cn. Lucullus, *de quo ante. ita suspicatur Corradus.*

M. LVCVLLVS, L. fil. L. N. de Off. II. 16. ulciscendi causa accusavit, & ædilitate magnifica cum fratre functus est. Cluent. 49. Consul cum C. Cassio, *anno post fratrem.* Verr. II. 8. Macedoniæ Proconsul. Pison. 19. e Macedonia rediens de Dardanis triumphat. Att. I. 18. uxor ejus a C. Memmio stupratur. Brut. 62. a forensi eloquentia abfuit. Dom. 52. Har. resp. 6. &c. pontifex. Att. XIII. 6. legatus fratris. *A Varrone adoptatus est, unde lex frumentaria, quam cum Cassio tulit, Terentia Cassia dicitur.*

LVPERCALIA, Phil. II. 33. III. 5. Q. Fr. II. 13. *Solemnia in honorem Panis mense Februario.*

LVPERCI, Phil. II. 34. VII. 1. Cœl. 11. *Sunt hi, qui Lupercalia agunt. vid. Phil. II. l. c.*

LVPVS, Nat. D. I. 23. *cognomen* Rutiliorum. *h. l. intelligitur P. Rutilius Lupus, qui Consul fuit a.* DCLXIII. *Versiculus est e Lucilio, qui eum in carminibus suis acriter perstrinxit.* v. *Horat. S. II.* 1. 68.

P. LVPVS, ad Div. I. 1. trib. pl. *Marcellino & Philippo Coss.* Att. VIII. 12. IX. 1. prætor *C. Marcello & Lentulo Coss.* ad Div. XI. 5. 6. 7. 12. familiaris Cassii & Bruti. *Videtur legatus D. Bruti ad Mutinam fuisse. Hic est, qui bello civili Pompejano Achajam jussu Pompeji obtinuit. Cæs. B. C.* III. 55.

M. LVRCO, *ex Aufidiis,* Flacc. 4. Att. I. 16. trib. pl. *Pisone & Messala Coss.* legem de ambitu fert.

fert. *Hic est qui e pavonum pastu, quem primus instituit,* LX *millia quotannis redegisse dicitur Varroni R. R. III. 6. quamquam Victorius non audet definire. cf. Plin. X.* 20.

LVSCIENVS, Att. VII, 5.

LVSCINVS, Agrar. II. 24. *est* C. *Fabricius Luscinus, de quo in* C. Fabricius.

C. LVSCIVS Ocrea, Q. Rosc. 14. Senator. Tog. Cand. condemnatur.

Q. LVTATIVS, Or. II. 41. Phil. II. 5. &c. v. *Catulus.*

Q. LVTATIVS, Diodorus. Verr. IV. 17. Lilybætanus, Q. Catuli beneficio civis Rom. a Sulla factus.

LYCO, Tusc. III. 32. *philosophus Peripateticus, successor Stratonis Lampsaceni, Astyanactis fil. Troadensis, de quo legendus est Laërt. V. 65. seqq.*

LYCOMEDES, de Amicit. 20. Neoptolemum alit, & a bello Trojano absterret frustra. *Rex Scyri. Achillem Cicero scribere debuit, non Neoptolemum.*

LYCVRGVS, *legislator.* Tusc. V. 3. Homeri tempore vixit. *de ætate Lycurgi v. collecta Meurs. in Misc. Lacon.* II. 5. *quæ proderunt ad locum Or. pro Flacco* 26. Div. I. 42. leges suas auctoritate Apollinis Delphici confirmat. Off. I. 22. laudantur leges. Acad. IV. 44. Stoici negant esse Lycurgi. *De legibus Lycurgi ademtis Spartæ & redditis v. Drak. ad Liv.* XXXVIII. 35.

LYCVRGVS, Brut. 9. 34. orator Athenienſis Æſchinis tempore: *cujus extat elegantissima contra Leocratem Oratio.*

LYSANDER, de Off. I. 30. Lacedæmonius verſutiſſimus & patientiſſimus. I. 22. Lacedæmoniorum imperium dilatat. Div. I. 42. leges Lacedæmoniorum mutare prohibetur ab Apolline Delphico. I. 34. in ejus ſtatuæ capite Delphis ſubito corona extitit ex aſperis herbis.

LYSANDER, Off. II. 23. propter injuſtitiam urbe pulſus eſt. *Ephorus fuit, diversus a superiore, prope* 150. *annis post illum vixit: de quo vid. Plutarch. in Agide.*

LYSANIAS, Flacc. 18. Temnites.

LYSIADES, Athenienſis, Phil. V. 5. Phædri philoſophi filius.

LYSIAS, orator Athenienſis. Brut. 16. Athenis natus & mortuus eſt. Timæus Syracuſiis vindicat. plurimas orationes veras reliquit. Or. I. 54. Socrati orationem ſcriptam dedit, qua uteretur ad judices. Brut. 12. primus profeſſus eſt, eſſe artem dicendi. Or. 26. ſatis in orationibus facetus. cf. de Or. II. 22. Brut. 7.

LYSIAS, Fin. V. 5. Stratonis diſcipulus. *Quia nullus Stratonis diſcipulus hoc nomine notus eſt, Viri docti legunt* Lyco, *de quo ſupra.*

LYSIAS, Phil. VIII. 9. *unus de grege M. Antonii IIIviri. Muretus pro* Lyſiade *legebat* Lyſide. *Ea nomine inter ſe confundi docent viri docti ad Nepot. Epam.* 2.

LYSIDICVS, Phil. XI. 6.

LYSIMACHVS, Tusc. I. 43. V. 40.

Rex

Rex (*Thraciæ, ante Dux Alexandri*). Theodoro Cyrenæo philosopho frustra crucem minatur. v. *Theodorus Cyrenæus. Buherius ad h. l. reprehendit Aldobrandinum, qui ad Laërt. II.* 102. *regem Macedoniæ vocat. Male. Nam & Macedoniam sibi vindicavit.*

LYSIPPVS, *Sicyonius, Statuarius nobilissimus.* Brut. 86. Doryphorum Polycleti sibi magistrum fuisse dicebat. *ad h. l. confer Plin. H. N.* XXXIV. 8. ad Div. V. 12. Alexandro unice probatur. Or. III. 7. Herenn. IV. 6. *&c.*

LYSIS, *Tarentinus*, Or. III. 34. de Off. I. 44. Pythagoreus, Epaminondæ præceptor. v. *Nepos in Epam. 2. & ibi Intt.*

LYSONES, pater & filius, Lilybætani, ad Div. XIII. 32.

LYSO, Patrensis, ad Div. XIII. 19. hospes Ciceronis.

M.

C. MACER, *e Liciniis.* Brut. 67. pro Rab. 2. qualis orator fuerit. *Calvi oratoris pater, C. Rabirii inimicus.* Att. I. 4. de repetundis condemnatur, prætore Cicerone. vid. *C. Licinius Calvus. Verbum* condemnatur, *quomodo hic intelligendum, disces ex Valer. Max. IX.* 12. 7. Leg. I. 2. historicus Latinus, arguta loquacitate, sed non ex Græco fonte ducta; *de quo loco, & ipso in primis Macro v. Voss. H. Lat. I.* 10.

MACRO, Att. IV. 12.

MACVLA, *Pompejus*, ad Div. VI. 19. Ciceroni diversorium in Falerno suo offert.

MADARA. Att. XIV. 2. *est Matius: a calvitie sic dictus. add. in* Calvena.

MAEANDRIVS, Flacc. 22. Trallianus.

C. MAECENAS, Cluent. 56. eques Romanus.

SP. MAECIVS *Tarpa*, ad Div. VII. 1. *judex & censor fabularum. Ejus mentio ap. Horat. Serm. I.* 10. *& Art. Poët. v.* 387. *De familiæ Mæciæ claritate sub Cæsaribus v. Perizon. de num. Consul. p.* 277.

MAENIA Columna, Sext. 58. &c. *nomen habet a Mænio, qui, cum ædes suas in foro venderet, columnam excepit, ex qua ipse cum suis spectare posset gladiatores.*

C. MAENIVS, seu MEMMIVS GEMELLVS, ad Div. XIII. 19. cliens Ciceronis, in exilio fit civis Patrensis, & adoptat Lysonem Patrensem.

MAEVIVS, Verr. III. 75. scriba Verris.

MAGI, Div. I. 23. genus sapientum & doctorum in Persis. ib. 41. congregantur in fano commentandi causa, atque inter se colloquendi. Tusc. I. 45. non sepeliuntur, nisi bestiis laniati.

MAGIA, pro Cluent. 8. filia Dineæ, Larinas.

MAGIVS, Agrar. II. 34. Pis. 11. nobilis Campanus bello Punico II.

MAGIVS, Or. II. 66. præfectus Pisonis in Gallia.

CN. MAGIVS, Cluent. 8. Larinas.

CN. MAGIVS, Att. IX. 8. Pompeji præfectus fabrum.

L. MAGIVS, Verr. I. 34. Marianus,

nus, qui se post ad Mithridatem contulit, & ad Sertorium missus est. habitavit finito bello Myndi, prodito Mithridate ab eo. vid. *L. Rabius.*

P. MAGIVS CHILO *vel* CILO, ad Div. IV. 12. M. Marcellum, rediturum in patriam interfecit, & se ipsum statim post. Att. XIII. 10. quare eum interfecerit.

P. MAGIVS, Brut. 48. Tribunus pl. M. Virgilii collega. *a. V.* DCLXVII.

MAGO, Carthaginiensis, Or. I. 58. scripsit XXVIII. *libros* de re rustica, Punice; *qui capta Carthagine e Senatus consulto in Latinam linguam conversi sunt, in quo plurimum operæ præstitit D. Silanus. Varro de R. R. I. 1. Plin. H. N. XVIII. s. 3. Conversi sunt etiam in Græcum sermonem a Dione Cassio Vticensi.*

CN. MALLEOLVS, *e Publiciis*, Verr. I. 15. quæstor Cn. Dolabellæ in Asia, ante Verrem, occisus. *quod interpretatur Asconius:* mortuus. Verr. I. 36. filius a C. Verre tutore expilatur.

MALLEOLVS, Heren. I. 13. matrem interficit, & propterea culleo insuitur. *Quis fuerit non traditur. Accidit autem res a. DCLIII. eaque prima quæstio de parricidio fuit, ut tradit Orosius V. 16. Epit. Liv. 66. v. Pighius ad h. a.*

MALLIVS GLAVCIA, Rosc. S. 7. libertinus, cliens T. Roscii Magni.

MAMERCVS, *ex Æmiliis.* Sext. Rosc. 32. bello civili Sullano occisus accusator.

MAMERCVS, Brut. 47. qui Consul cum D. Bruto fuit, *a.* DC LXXVI.

MAMERCVS, Off. II. 7. homo divitissimus, prætermissa ædilitate, consulatus repulsam tulit.

Q. MAMERCVS, Q. F. ad Div. XIII. 11. eques Rom. decurio Arpinas. Trib. milit. fuit Ciceronis in Cilicia.

OCTAV. MAMILIVS, N. D. II. 2. Dictator Tusculanus, qui cum A. Postumio prœlio dimicavit.

L. MAMILIVS, Verr. III. 78. scriba Ciceronis quæstoris.

MAMVRRA, Att. VII. 7. dives, *præfectus fabrum Cæsaris: quem fœde perstringit Catullus in noto epigr. conf. Plinius* XXXVI. 6.

C. *Hostilius* MANCINVS, Or. I. 40. Off. III. 30. auctor fœderis turpis cum Numantinis, deditus iis, improbato Romæ fœdere, sed ab iis rejectus. Brut. 27. Consul cum Lepido. Cæc. 34. retinet civitatem, *e Ciceronis opinione*, si Numantini non recipiunt. cf. de Orat. l. c.

C. MANILIVS, Leg. Manil. 24. auctor legis Manliæ. Corn. I. auctor legis de libertinorum suffragiis. *de quibus vid. Ind. Legg. Laudatur etiam* C. Manilius, M. Æbutii gener. Flacc. 37. *forte idem.*

M? MANILIVS, ad Div. VII. 8. & 22. Cæcin. 24. Orat. I. 49. JCtus. Brut. 27. Acad. IV. 32. Consul cum L. Censorino, *a.* DCIV. Brut. 28. prudens in dicendo. Or. III. 33. omnibus

civibus consilii sui fecit copiam. Brut. 16. *v. Buherius ad Somn. Scip. init. Hic est de quo Plin. VII. 9. ubi v. Harduin. qui recte prænomen dat* Manius, *non* M. *ut alii* (*vid. Viros doctos ad Liv. Epit.* 49.) *etiam Zosimus II.* 4. *qui &* Mallium *vocat. de varietate librorum in nomine* Manilii *notavimus in Lege Manilia.*

Q. MANILIVS, pro Cluent. 13. Triumvir Larinas.

T. MANILIVS, Q. Rosc. 14. Senator.

C. MANLIVS, Catil. I. 3. *pro quo Lipsius, Manutius & alii:* Mallius. *sic enim Græci: Dio, Plutarchus, Appianus. Ita habent etiam quidam Codd. Sallustii. v. Cortium ad Sall. Catil.* 24. socius Catilinæ. v. *Acidinus.*

CN. MANLIVS, Mur. 17. Planc. 5. homo ignobilis, vincit Q. Catulum in petitione. Or. II. 28. defenditur a M. Antonio, *cum eum, victum a Cimbris cum Cæpione, Sulpicius accusasset. v. Vell. II.* 12. *Drakenborch. ad Livii epit.* 67. *nos ad Tacit. Germ.* 38.

L. MANLIVS, A. fil. Off. III. 31. post dictaturam accusatus a M. Pomponio trib. pl. per filium liberatur.

L. MANLIVS *Acidinus*, Or. II. 64. vid. *Acidinus.*

L. MANLIVS, ad Div. XIII. 30. Catinensis, civis Rom. factus.

M. MANLIVS, Dom. 38. ejus domus evertitur & duobus lucis convestitur. Phil. I. 13. propter ejus scelus gens Manlia neminem e familia sua Marcum nominari voluit.

Q. MANLIVS, Act. I. in Verr. 10. Tribunus pl. *a.* DCLXXXIV.

Q. MANLIVS CHILO, Catilin. III. 6. socius Catilinæ, sollicitat Allobroges. *Sallustius appellat* M. Annium, *sed Ciceronis lectio verior propter cognomen, quod est* Manliorum, *non* Anniorum. P. Manutius. *Ceterum in pluribus nominibus discrepat a Cicerone Sallustius. vid. Cæparius. Cortius ad Sallust. Cat.* 46. 3.

T. MANLIVS. L. F. A. N. Off. III. 31. patrem a Pomponio tr. pl. accusatum liberat: Gallum e provocatione vincit: Torquatus primus dictus: in tertio Consulatu Latinos ad Veserim vincit: severus est in filium.

T. MANLIVS, ad Div. XIII. 22. Att. I. 16. negotiator Thespiis.

T. MANLIVS, Verr. II. 49. prætor Siciliæ. Agrigentum ex oppidis Siculorum ducit coloniam.

T. MANLIVS, Verr. II. 8. civis Romanus.

MARCELLINI. *de his vid. in* Lentulis.

C. Claudius MARCELLVS, *M. fil. M. nep. M. pronepos. Ascon. ad Verr.* II. 3. *sive, ut placet Wessel. Obs. II.* 1, *abnepos. pater ejus Caji, qui cum L. Paullo consul fuit.* in Cæcil. 4. Verr. II. 3. prætor Siciliæ. ad Div. XV. 8. Div. II. 35. Ciceronis collega *in auguratu.*

C. MARCELLVS, C. F. ad Div. XV. 8. Brut. 64. ad Div. VIII. 4. & 7. L. Paulli collega in consulatu. *De his duobus intellige locum* pro Sulla 6.

C. MAR-

C. MARCELLVS *Æserninus*, Verr. IV. 42. M. Marcelli filius.

C. MARCELLVS, Marcell. 4. frater M. Marcelli exsulis, *qui consul fuit cum Cn. Lentulo initio belli civilis, diversus ab eo, qui cum L. Paullo consul fuit. nam is fuit tantum ejus patruelis. vid. Manut. ad Div. XV.* 7.

C. MARCELLVS, M. F. Sext. 4. Catilinarius. Capua a P. Sextio expellitur.

M. MARCELLVS, M. F. Offic. I. 18. magnitudine animi excellit. de Divin. II. 36. quinquies consul, imperator & augur optimus, augurium ex cacuminibus totum omittit. Brut. 3. Hannibalem ad Nolam vicit. Verr. I. 4. is, Pœnis victis, restituit Siculis monumenta. *unde patronus Siciliæ, idem qui Syracusas cepit, cujus sæpe in Verrinis mentio fit.* v. c. I. 51. 55. *in quinto consulatu, Belli Punici IIdi anno XI. a. DXLV. in prœlio contra Hannibalem periit. in ejus honorem a Siculis celebrata sunt:*

MARCELLEA, Verr. II. 21. &c. *quæ postea Verres sustulit, & Verrea substituit. Wesselingius tamen V. C. Obs. II. 1. ad* C. Marcellum *pertinere putat. quem vid.*

M. MARCELLVS, *filius quinquies consulis.* Pison. 19. Div. II. 5. Fat. 14. ter Consul, naufragio perit, *in legatione ad Masinissam a. DCV. Liv. Ep. 59.*

M. MARCELLVS, C. Æsernini pater, Brut. 35. qualis in dicendo. filius ejus *naturalis* P. Lentulus *Marcellinus.* Font. 7. L. Crassi testimonium in eum nil valuit.

M. MARCELLVS, Catil. I. 8. *pater C. Marcelli, Catilinarii. & ipse* sodalis Catilinæ, ad quem is vitandæ suspicionis causa migravit. v. *Muret. ad h. l.*

M. MARCELLVS, Quint. 7. *fuit juris magis quam eloquentiæ studiosus, ut Ascon. ad Div. in Cæcil. c. 4. tradit, ideoque Aquillio aliisque jungitur juris peritis. Videtur frater illius* C. Marcelli, *qui ibi nominatur.*

M. MARCELLVS, Or. I. 13. ædilis curulis *dicitur esse eo ipso tempore, quo sermo ille habetur, adeoque Philippo & Cæsare Coss. M. Druso autem tribuno pl. Dicitur porro* amicus Crassi & Scævolæ. *Hunc patrem M. Marcelli puto, pro quo est oratio.*

M. MARCELLVS, M. F. *pro quo est oratio, Consul cum Serv. Sulpicio.* ad Div. VIII. 8. ejus SCtum de provinciis Consularibus, cui intercessum est. IV. 7. non vult Romæ esse, *post bellum civile.* Marc. 1. a Cæsare restituitur. ad Div. IV. 12. a Magio Athenis interficitur. *v. Magius Chilo.* ad Div. VIII. 10. tardus homo & parum efficax. Catil. I. 8. vir fortissimus. *Manutius de patre accipit, quod* vir *dicatur, quasi non possit vir dici, qui XII. annis post Consul fuit.*

MARCELLVS Mindius, ad Div. XV. 17. pigmentarius.

MARCIANVS (*Tullius,*) Att. XII. 53. *videtur cum Cicerone filio Athenis fuisse.* Att. XII. 17.

M. MARCILIVS, ad Div. XIII. 54.

EGYETEMI KÖNYVTÁR DEBRECEN

MARCII REGES, ad Herenn. III. 21. *qui de Romulo & Remo interpretantur, absurdi sunt. Marciorum familia celebris Romæ fuit, qui* Regum *cognomen habuere. Pinguntur* Marcii; *ii quoniam Regum cognomen habent, facile* Reges *in mentem veniunt.*

MARCII, Divin. I. 40. 50. fratres, sunt augures & vates. *v. Davis. Liv.* XXV. 12. *unum facit, & Macrob. Sat.* I. 17.

L. MARCIVS *Philippus*, Corn. I. consul cum Sext. Julio. *a.* DCLXII. Verr. I. 55. censor cum M. Perperna *a.* DCLXVII.

L. MARCIVS *Censorinus.* Brut. 15. consul cum M' Manilio. *a.* DCIV.

L. MARCIVS, Balbin. 15. primi pili centurio, qui cum Gaditanis fœdus populi Romani fecit, extinctis in Hispania Cn. & P. Scipionibus, unde Marcianum fœdus. c. 17. *De eo v. Liv.* XXV. 37.

L. MARCIVS, Lig. 11. eques Rom. Q. Ligarii advocatus.

Q. MARCIVS *Rex.* Pison. 4. L. Metelli collega in consulatu, a. DCLXXXV. Dom. 50. Censor. *adde in* Rex.

Q. MARCIVS *Philippus.* Brut. 20. Consul cum Cn. Servilio, *a.* DLXXXIV.

Q. MARCIVS *Crispus*, Pis. 23. legatus L. Pisonis in Macedonia. Phil. XI. 12. proconsul Asiæ, jubetur C. Cassio provinciam & exercitum tradere.

MARIANA QVERCVS, Leg. I. 1. *dicebatur ea, quæ erat in Arpinati, & de qua M. Cicero in Mario, tragœdia, mentionem fecerat.*

MARIO, ad Div. XVI. 1. servus Ciceronis.

MARIVS CALVENTVS, s. Calventius. Q. Fr. III. 1. 4. *P. Manutius de Pisone intelligit. alii conjiciunt:* Calvenus Matius. *v. in Matius. sed non video, quare Matius contra Ciceronem scripserit.*

MARIVS, de Leg. I. 1. de Div. I. 47. *carmen & tragœdia M. Ciceronis.*

MARIVS, Sext. Rosc. 32. accusator bello civili Sullano interfectus.

MARIVS, de Leg. III. 16. vid. *Gratidius.*

C. MARIVS, Planc. 21. bis ædilitiam repulsam tulit. Font. 15. legatus Rutilii bello sociali. *Appian. L. I. B. C.* 635. Tusc. V. 19. cum collega Catulo Cimbrici victoriam belli communicat. civili bello autem eum interfici jubet. Tusc. II. 15. varices secari soluto sibi vult, unde postea & alii. c. 21. Brut. 45. hostis a senatu judicatur. Pis. 19. a Minturnensibus servatur. Quir. p. Red. 8. ejus exilium & magnitudo animi in exilio conservata. ibid. 3. ab exilio revocatur. Leg. II. 22. ejus reliquias apud Anienem sitas dissipavit Sulla. &c.

C. MARIVS, C. *septies Consulis* F. Agr. III. 2. post C. Marium & Cn. Papirium Cos. *np. a.* DCLXXI. *Vtrum naturalis an adoptivus filius fuerit, incertum est. Hoc placet Sigonio ad h. a. De eo lege Vellej. II. 26.*

C. MARIVS, C. F. C. N. Att. XII. 49.

49. rogat Ciceronem, ut se defendat, *scilicet ab his, qui ei dubiam a* Mario *originem faciebant. Fuit enim equarius, nomine* Erophilus, *qui se C. Marii nepotem esse dicebat; propterea a Cæsare ex Italia pulsus, post ejus cædem autem interfectus, quod de senatu interficiendo cogitarat.*

M. MARIVS, Verr. V. 16. homo disertus & nobilis apud Valentinos.

M. MARIVS, *ad quem sunt epistolæ quatuor primæ libri septimi ad Diversos. Corradus putat esse* M. Marium Gratidium, *Q. Fratris in Asia legatum, quod esse falsum vidit Manutius. Nam* Marii *&* Gratidii *sunt diversarum familiarum, & ille legatus Quinti* Gratidius *fuit, non* Marius. *Manutius putat esse* M. Marium Gratidianum, *propinquum Ciceronis. Sed eum Catilina interfecerat in Sullana victoria ad Catuli sepulchrum, v. de petit. consul. c. 3. hæ epistolæ autem multo post sunt scriptæ. Videtur mihi esse is, qui ad Div. L. II. 17. putatur* Successor Bibuli an Sallustii? *in Syria futurus. Ex eo autem, quod prædia sua in Campania habuit, colligo, non esse ex Mariis Arpinatibus, sed ex Sidicinis aut Valentinis, inter quos nobiles Marios fuisse constat.*

M. MARIVS GRATIDIANVS, Brut. 45. filius M. Gratidii, in Cilicia interfecti, *vide supra in* Gratidius & Gratidianus. Or. I. 39. Off. III. 16.

SEX. MARIVS, ad Div. XII. 15. legatus Dolabellæ in Asia.

T. MARIVS, ad Div. V. 20.

MARTIA LEGIO, Phil. III. 3. M. Antonium deserit.

MARTIALES, Cluent. 15. ministri publici Martis, Larini.

MARVLLVS *Epidius*. Phil. XIII. 15. Tribunus pleb. a Cæsare a rep. remotus, ob intempestivam adversus eum libertatem. *v. Vell. II. 68. Suet. Cæs. 79.*

MASINISSA, Verr. IV. 46. rex Africæ, ejus religio. de Senect. 10. nonaginta annos natus adhuc valens est animo & corpore. *de ejus senectute v. Appian. in Punic. p. 39. Wesseling. Obs. I. 24. Crevier ad Epit. Liv. 48. Drakenb. ad epit. 50. De liberis ejus v. Buherius ad Somn. Scip. 1. stemma ejus habes ap. Sponium in Miscell. Ant. p. 145.*

MASO, ad Div. IX. 21. cognomen familiæ Papiriæ patriciæ.

MASO, Att. V. 4. *Corradus putat esse L. Papirium Pætum.*

C. MASO, Balb. 23. senator, accusante T. Coponio Tiburtino damnatur.

C. MASO, (C. F. L. N.) N. D. III. 20. fontis delubrum ex Corsica dedicavit. *de ejus fatis v. Liv.* XXIX. 29. *Bergeri Eclogarium Corsicum Diss. III. p. 11. 12.*

L. MASO, ad Div. IX. 21. ædilitius.

MASTANESOSES, Vat. 5. ejus regnum. *Quantum e l. c. colligi potest, fuit Numidiæ finitimum, Mauritaniæ, opinor, pars.*

P. MATINIVS, Att. V. 21. negotiator, qui Salaminiis pecuniam credidit, & propterea controversiam habuit. add. VI. 1.

C. MATIVS, ad Div. VII. 15. homo doctissimus & suavissimus. VI. 12. Cæsarianus, Ciceronem diligit. Att. IX. 11. laudatur. auctor pacis. Div. XI. 27. de eo cognosci potest ex ep. 27. & 28. lib. XI. *In Epistolis ad Atticum sæpe* Calvena *dicitur. vid. in* Calvena. *Hunc etiam nonnulli significari putant ad Q. Fr. III. 6. 4. De eo vid. etiam Lipsium ad Tacit. A. XII. 60.*

MATO, Or. 48. ad Div. IX. 25. *Pomponiæ gentis cognomen. Sed etiam in Nævii sunt Matones: ut ap. Liv.* XXXIX. 33. 38.

MATRINIVS, ad Div. II. 15. scriba ædilitius M. Cœlii.

C. MATRINIVS, Verr. III. 24. eques Rom. in Sicilia.

D. MATRINIVS, Cluent. 45. scriba ædilitius, *alius a superiore M. Cœlii, ut ratio temporis facile docet.*

L. MATRINIVS, *Spoletinus.* Balb. 21. a C. Mario civitate donatus.

MATVTA, Tusc. I. 12. Græcorum Leucothea.

MAVSOLVS, Tusc. III. 31. Rex Cariæ. ei magnificum sepulcrum uxor ædificat.

MAXIMVS, Att. XIII. 34. *cognomen* Egnatiorum.

P. *Fabius* MAXIMVS, *Verrucosus, Ovicula, Cunctator.* Brut. 19. Or. II. 67. Brut. 18. quinquies consul *bello Pun. II.* Tarentum recipit. Brut. 14. orator habitus est. Verr. V. 10. ejus sapientia laudatur. Offic. I. 24. versibus Ennii laudatur. ad Div. IV. 6. filium consularem (*Q. F. Max. qui cum Ti. Graccho consul fuit*) perdidit. *add.* Cato 4. *ubi filio prænomen* M. *tribuitur. Sed e duobus filiis consularibus nulli* M. *prænomen fuit. Itaque aut delendum, ut Langius vult, aut* Q. *reponendum. vid. Drakenb. ad Liv.* XXX. 26.

Q. Fabius MAXIMVS, *Servilianus.* Or. I. 26. *in familiam Fabiam e Servilia a Q. Fabio Æmiliano adoptatus. consul fuit. a.* DCXI. *nobilemque consulatum gessit a.* DCXXVII.

Q. Fabius MAXIMVS, *Æmiliani fil. L. Paulli nepos.* Brut. 28. Font. 12. Allobroges vicit, *consul fuit a.* DCXXXI. *vid.* Fabius.

Q. MAXIMVS *Eburnus.* Muren. 17. vincit in petitione Scaurum.

Q. Fabius MAXIMVS, ad Div. VII. 13. cum consul esset *cum C. Trebonio suffectus Cæsari ex Hispania redeunti a.* DCCVIII. moritur prid. Kal. Januar. *Idem est, de quo* in Vatin. II.

Q. MAXIMVS, Balb. 11. exul Nuceriæ vivit. *Incertum est, qui fuerit.*

Q. MAXIMVS, Verr. IV. 20. *pro quo in Græcian. legitur*: quinque maximi fuerant *sc. equulei.*

MECVLONIVS, Flacc. 20. *homo de plebe Romana; si sana lectio.* Mælonios & Mellonios *invenio in lapidibus Donianis a Cl. Gorio editis.* sed Meclonium Proculum *ap. Gruterum.*

MEDEA *Palatina*, Cœl. 8. est Clodia.

MEDVS, Off. I. 31. tragœdia Pacuvii.

MEGABOCCHVS, Att. II. 7. *de Pompejo interpretantur: sed Gronovius legebat:* Megabacchus, *quem Plutarchus, in Pompejo,*

pejo, in suspectis conjurationis Catilinariæ commemorat.

MEGALENSIA, ad Div. II. 11. item:

MEGALESIA, Haruſp. reſp. 11. *de eorum origine* v. *Liv.* XXIX. 14. *ubi v. Duker. adde* XXXIV. 54.

MEGARICI. Or. III. 17. Socratici philoſophi, ab Euclide Megarico orti. Acad. IV. 42. eorum princeps *dicitur* Xenophanes: *hac de cauſa, quod Dialecticorum laqueorum, quorum erant ſtudioſiſſimi, auctorem habebant Xenophanem, Eleaticæ ſcholæ conditorem.*

MEGARISTVS, Qu. Fr. I. 1. 22. queritur de Q. Cicerone prætore.

MEGILLVS, Lacedæmonius, Leg. I. 4. qui inducitur loquens cum Socrate apud Platonem in dialogo de legibus.

MEGISTVS, Verr. IV. 26. Elorinus.

MELA, Phil. XIII. 2. Antonii colluſor.

MELAMPVS, N. D. III. 21. Atrei filius. Leg. II. 13. Melampodis prædicta.

MELANTHIVS Rhodius, Acad. IV. 6. diſcipulus Carneadis, in quo plurimum ſuavitatis fuit.

MELETE, de N. D. III. 21. Muſa ex primis quatuor, natis Jove altero.

MELISSVS, Acad. IV. 37. Hoc infinitum & immutabile ſemper fuiſſe & fore. *Samius fuit, non philoſophia magis quam rebus geſtis clarus, Parmenidis diſcipulus. v. Laërt. IX. 24. & ibi Menag.*

SP. MELIVS, Catilin. I. 1. a Q. Servilio Ahala interficitur. cf. Dom. 38. Amic. 8. 11. de Senect. 16. regnum appetit.

C. MEMMIVS, *frater L. Memmii*, Or. II. 59. Brut. 36. homo mordax, orator mediocris, accuſator acer & acerbus. ib. 90. accuſat Beſtiam. Font. 7. de repetundis accuſatur. Scauri teſtimonium in eum nihil valet. Catil. IV. 2. a Saturnino interficitur.

C. MEMMIVS, L. fil. Brut. 70. perfectus literis, ſed Græcis, faſtidit Latinas, argutus & dulcis orator, ſed parum ſtudii eloquentiæ tribuit. Att. I. 18. M. Luculli & Cn. Pompeji uxores ſtupravit. *Lucullus eſt* Menelaus, *Pompejus* Agamemnon. Balb. 2. Pompeji quæſtor bello Sertoriano. ad Q. Fr. I. 2. 5. prætor *Bibulo & Cæſare Coſſ.* Vat. 14. prætor Vatinium adeſſe jubet, *quæſtionem in eum habiturus e lege Licinia Junia.* Att. IV. 16. 18. enunciat pactionem, quam ipſe & competitor Domitius cum Coſſ. Appio & Ahenobarbo de Conſulatu fecerant. ad Div. XIII. 1. Athenis exulat *de ambitu damnatus.* Att. VI. 1. de eo reſtituendo Curio cogitat. *De eo vid. quæ collegit Manut. ad ep. 1. L. XIII. ad Div. Cognomine* Gemellus *dictus, ſi eſt is, qui XIII.* 19. *Patris exulaſſe dicitur, quod videtur Manutio & Corrado.*

C. MEMMIVS, Q. Fr. III. 3. tribunus pl. ſubſcribit P. Sullæ accuſanti A. Gabinium *de repetundis & Poſtumum de reſiduis.* P. Sullæ privignus fuit. de eadem accuſatione v. ep. 1.

cf. Sull. 19. pr. Rab. Post. 3. *Ex eo, quod trib. pl. fuit, intelligitur, Memmiam familiam plebejam fuisse. sed hunc cum altero illo L. F. confundere videtur Manut. l. c. cum ad or. pr. Rabir. c. 3. accurate distinguat. Ceterum filius C. Memmii, fratris L. Memmii, esse videtur.*

L. MEMMIVS, *C. frater*, Brut. 36. orator mediocris, accusator acer.

P. MEMMIVS, Cæcin. 10. testis in Cæcinam.

MENALIPPA, de Off. I. 31. Accii tragœdia.

MENALIPPVS, Tusc. III. 9. Accii fabula. *sed Bentlejus legebat:* Melanippus, *Buherius autem* Menalippa.

MENALIVS, N. D. III. 22. pater Vulcani, ejus, a quo Vulcaniæ nominantur.

T. *Ampius* MENANDER, ad Div. XIII. 70. libertus T. Ampii Balbi.

MENANDER, ad Div. XVI. 13. servus Ciceronis.

MENANDER, de optim. gener. orat. 2. Fin. I. 2. poëta Comicus, *notissimus ille, cujus præclara fragmenta extant.*

MENECLES *Alabandensis*, Orat. II. 23. Brut. 95. Orat. 69. Orator & rhetor Asiaticus celeberrimus, quem tota Asia imitabatur. Audivere ipsum L. Crassus orator & Cicero puer. Fratrem habuit Hieroclem, ejusdem laudis oratorem. argutus & sententiosus fuit.

MENEDEMVS, Eretricus, Acad. IV. 42. omne bonum in mente ponit, qua verum cernitur. *Phædonis discipulus, Eliacus. de eo vid. Laert. II. 125. sqq.*

MENEDEMVS, Or. I. 18. rhetor, Athenienſis, tempore L. Crassi.

MENEDEMVS, Phil. XIII. 15. Græculus civitate donatus.

MENELAVS, ad Herenn. III. 21. &c. &c. Agamemnonis frater.

MENELAVS *Marathenus, a Maratho antiqua Phœnicum urbe.* Brut. 26. rhetor Græcus, cujus opera C. Gracchus in orationibus suis uti putabatur.

MENELAVS, Verr. III. 85. Entellinus.

MENIPPVS *Stratonicensis*, Brut. 91. princeps oratorum Asiaticorum, tempore Ciceronis.

MENIPPVS, Acad. I. 2. *is, a quo Menippeæ Satyræ dicuntur. de quo vid. Gell. XIII. 39. Macrob. I. 7. 11. &c.* eum imitatur Cicero.

MENISCVS, Verr. III. 87.

MENOCRITVS, ad Div. I. 9. Græcus, Lentuli Spintheris libertus.

MENOECEVS, Tusc. I. 48. oraculo edito mortuus est pro patria. *Creontis filius, ap. Eurip. in Phœnissis.*

MENON, Tusc. I. 24. liber Platonis.

MENOPHILVS, ad Att. IV. 7. servus Attici, quo Cicero usus est in instruenda bibliotheca.

MENTOR, Verr. IV. 18. sculptor & cælator, cujus *Thericlea vasa* laudantur. *v. Græv. adh. l. imprimis Plin. XXXIII. 12.*

MENVLA *Anagninus*, Dom. 30.

MERCVRIVS, N. D. III. 22. Mercurii plures.

MERVLA. *v. in* Corneliis.

L. MESCINIVS, *Rufus*. ad Div. V. 19. 20. XIII. 26. 28. XVI. 4. 9. Att. VI. 3. quæstor Ciceronis.

M. *Valerius* MESSALA, *qui biennio post Ciceronem consul fuit*. Brut. 70. qualis orator. Sull. 14. prætor. Haruſp. reſp. 6. pontifex. Att. I. 13. vehementer ſevere contra Clodium agit. ib. 14. valde laudatur. ad Div. VIII. 4. abſolutus de ambitu, paullo poſt condemnatur. de eo intelligendus eſt locus pro S. Roſcio 51.

M. MESSALA *Niger*, Sull. 6.

MESSALA ad Brut. 15. juvenis, eximie laudatur. *Eſt is, qui ſub Auguſto inclaruit: de quo v. Broukh. ad Tibull. I.* 3.

MESSIDIVS, Qu. Fr. III. 1. 1.

P. MESSIENVS, ad Div. XIII. 51. eques Rom.

C. MESSIVS, Att. VIII. 11. familiaris Pompeji. Sen. p. redit. 8. Trib. pl. P. Lentulo Spinthere Coſ. legem tulit de Ciceronis ſalute. Att. IV. 1. legem ſcribit, qua Pompejo claſſem, exercitum, pecuniam & majus imperium in provinciis dedit, ac ipſi prætores & proconſules habebant. ib. 15. legatus Cæſaris, e legatione revocatus & accuſatus, a Cicerone defenditur.

METELLA, Att. XI. 23. *Boſio & Corrado videtur pellex Dolabellæ & Æſopi.*

METELLINA, Att. I. 13. *eſt oratio Ciceronis contra Q. Metellum Nepotem.*

METELLI *cognomen* Cæciliorum. *de Stemmate Metellorum vid. Burm. ad Vell.* II. 3.

A. METELLVS, Flacc. 40. *Ita Gruterus e Codd. Pall. dedit, cum ante in vulgg. eſſet* Q. *Et manifeſtum eſt ex contextu, ſermonem eſſe de* Metello Cretico. *Ejus autem prænomen* Q. *eſt. non* A.

C. METELLVS, Q. *Macedonici quartus fil. Caprarius.* Quirit. p. R. 3. in Senat. 15. Cenſorius. *Fuit Cenſor cum Numidico a.* DCLI. pro Q. Metello Numidico exule intercedit. Or. II. 66. ei tarditatem ingenii objicit Scipio.

L. METELLVS Calvus, *Macedonici frater.* Font. 7. ejus teſtimonium in Q. Pompejum nil valet. *Conſul fuit a. V.* DCXI.

L. METELLVS Diadematus, *Maced. fil.* Sen. p. Red. 15. ad Quir. 3. pro Numidico intercedit. *Conſul fuit cum Q. Scævola Q. F. a. V.* DCXXXVI. Diadematus *dictus eſt a diademate, quo caput obligare ſolebat, ulceris alicujus tegendi cauſa: Gr.* διαδέω. *Plin.* XXXIV. 8. *&* Diadematum *&* Diadumenum *appellat. Ceterum caveant tirones, ne audiant eos, qui hunc* Diadematum *cum* Dalmatico *confundunt & pro uno habent, cum* Dalmaticus *ſit* Diademati *frater patruelis. Scio Plin.* VII. 44. *inter Macedonici filios commemorare* Dalmaticum: *ſed ibi reponenda eſt lectio, quam fere omnes libri habent* Diadematis *pro* Dalmaticis. *v. Harduin. ad h. l. & Cl. Geſner. Chreſt. Plin. p.* 217. *qui tamen* Dalmaticis *retinent, & pro uno utrumque habent. An Cenſor fuerit, dubitari video.* L. Metellus *quidam Cenſor fuit cum Cn. Domitio a.* DCXXXVIII. *ad h. a. Sigonius putat,*

putat, esse Metelli Calvi filium, qui a. V. DCXXXIV. *consul fuit. recte. sed quod negat* Dalmaticum *Censorem fuisse, ejus causa hæc est, quod* Dalmaticum *a* Diademato *non discernebat, ut Burm. ad Vell.* II. 3.

L. METELLVS *Dalmaticus, L. Calvi filius, Cons. cum L. Cotta, a.* DCXXXIV. Verr. I. 59. de ejus manubiis *e Dalmatis*, Castoris ædes extructa. Verr. IV. 57. Metelli porticus. Verr. I. 55. Cluent. 42. Censor cum Cn. Domitio. v. *in Diademato. add. Valer. M.* VIII. 5. 1.

L. METELLVS, Pison. 4. Q. Marcii collega *in Consulatu a.* DCLXXXV. Act. I. in Verr. 9. prætor Siciliæ (*a.* DCLXXXIII) testes in Verrem retinet, & accusationem impedire conatur, *de quo multæ in Verrinis querelæ, in primis* L. II. *Est pater* Cretici. *fratres ejus sunt* Q. & M. Act. I. in Verr. 9. 10. Q. Consul (*a. V.* DCLXXXIV) M. prætor *eodem anno.*

L. METELLVS, Att. IX. 6. X. 4. trib. pl. pene interfectus est jussu Cæsaris, quod ei sæpe intercederet. Ejus socrus Clodia.

M. METELLVS, Act. I. in Verr. 9. 10. prætor, *a.* DCLXXXIV. Att. II. 1. ejus ludi gladiatorii.

Q. METELLVS, L. fil. Brut. 14. Consul cum L. Veturio Philone *a.* DXLVII. *& Dictator anno sequente. De ejus oratione in laudem Patris, & de patre ipso, vid. Plin. H. N.* VII. 43.

Q. METELLVS, *Q. fil. L. nep. Macedonicus*, Muren. 14. de Pseudophilippo triumphat. Br. 21. quatuor filios Consulares habuit, *nempe* Quintum Balearicum, *qui cum Flaminio Consul fuit*, L. Diadematum, Marcum *collegam Scauri in Consulatu*, & Cajum Caprarium, *qui candidatus Consulatus erat, cum moreretur pater: vid. Plin.* VII. 13. & 44. *add. Harduin. Em. L. & duas filias, non tres. v. Perizon. Hist. Anim. c.* 15. Dom. 47. avus P. Servilii Isaurici, & proavus P. Scipionis. Ejus bona a C. Atinio Labeone trib. pl. consecrantur, sine fraude ejus. Font. 7. in Q. Pompejum frustra testimonium dicit. cf. de Amic. 21. Offic. I. 25. inter eum & Africanum minorem inimicitiæ sine acerbitate. Ejus etiam fit mentio Br. 56. Or. I. 48. &c.

Q. METELLVS, *Balearicus, Maced. F.* Brut. 74. cum T. Flaminio Consul, *a.* DCXXX. Div. I. 3. ejus filia Cæcilia.

Q. METELLVS, *L. Calvi fil. Numidicus, a victoriis de Jugurtha reportatis.* Brut. 35. de republ. dicebat satis bene. Consul cum M. Silano, *a.* DCXLV. Sext. 47. L. Saturninum a censu prohibet. Cluent. 35. Dom. 31. Sext. 16. lege Saturnini ejicitur, *quod in ejus legem jurare nollet.* Quir. p. Red. 3. in Senat. 15. &c. revocatur, deprecante filio & tota familia, *& quidem* Planc. 28. lege Q. Calidii. ad Div. I. 9. post exilium fracto animo fuisse dicitur. Balb. 5. de repetundis accusatus, quantum fidei habuerit. Att. I. 16. ejus tabulas judices nolunt inspicere. Verr. IV. 66. noluit laudatione sua juvare sororis virum, L. Lucullum. Arch. 3. Or. III. 18. &c.

Q. METELLVS, *Q. Numidici filius, Pius.* Or. II. 40. Quir. p. R.

p. R. 3. in Sen. p. R. 15. patris exilium pie luxit, & pro eo populum deprecatus est; *unde & Pii nomen tulit.* Balb. 2. 17. contra Sertorium bellum gerit. Sull. 25. in profectione in Hispaniam a C. Cethego vulneratur. Planc. 28. gratus animus in Q. Calidium.

Q. METELLVS Scipio, de Har. Resp. 6. Pontifex. De eo cape ad Div. XII. 2. *est Metelli Pii filius adoptivus.*

Q. METELLVS Nepos, *Balearici F. v. Ascon. ad Cornel. I.* Rab. Perd. 7. Att. II. 6. legem Cæciliam Didiam fert. *Consul cum T. Didio a. V.* DCLV. Quir. p. R. 3. Sen. p. R. 15. *de cognomine v. Manut. ad Corn. I.*

Q. METELLVS *Creticus, Calvi abnepos.* Act. I. in Verr. 9. Consul cum Hortensio. *a. V.* DC LXXIV. Flacc. 13. Cretam vincit. *v. Dio Cass.* XXXVI. *p.* 8. *Sallust. B. C.* 29. Att. I. 19. legatus mittitur ad Galliæ civitates, ne se cum Helvetiis jungant.

Q. METELLVS Celer, *Nep. fil. Balear. nep.* Brut. 89. non ille quidem orator, sed tamen non infans, trib. pl. collegis C. Curione, Q. Vario, C. Carbone &c. auditus a Cicerone juvene.

Q. METELLVS Celer. *Celeris fil. major. v. Ascon. ad Cornel. I. & Manut. ad Or. pro domo.* c. 47. *ubi tamen turbat in hujus Metelli stemmate: ad Or. pro Sext.* 62. Catil. I. 8. II. 3. Sull. 23. prætor Cicerone Consule, delectum habet contra Catilinam. Pis. 4. Consul designatus, *cum L. Afranio*, privatus auctoritate sua ludos Compitalitios fieri prohibet, & rem obtinet. Att. I. 17. Consul designatus resistit publicanis, Asiaticam locationem induci postulantibus. ad Div. V. 1. cum Cicerone expostulat de fratre Nepote tribuno ab ipso in Senatu oppugnato. Galliam provinciam obtinet *ex prætura.* Att. VI. 3. ad Div. VIII. 8. accusat M. Servilium. Cœl. 14. Clodiam uxorem habet. c. 24. ejus mors, venenum accepisse indicat. laudatur. Brut. 70. qualis orator.

Q. METELLVS Nepos, *Celeris min. fr.* ad Div. V. 1. 2. trib. pl. *Silano & Murena Coss.* in Senatu oppugnatur a Cicerone: quem ante ipse oppugnaverat. *de quo vid. Dio Cass.* XXXVII. *p.* 48. 49. Br. 78. qualis in dicendo fuerit. *fuit Consul cum Lentulo Spinthere.* Sen. p. R. 7. inimicitias cum Cicerone deponit, neque intercedit Lentulo, atque etiam de Cicerone refert & fert. Dom. 47. ejus avus *esse dicitur* Macedonicus, *qui tamen est abavus.*

METO, Att. XII. 3. & 51. *fuit debitor Ciceronis, quod ex altero loco* ep. 51. *satis clare apparet, sed quia istud tardum nomen erat, ludit in nomine, & diem solutionis* annum Metonis *appellat. Dicebatur enim* annus Metonis *per proverbium pro longo tempore. proprie autem* annus Metonis *est cyclus undeviginti annorum, qui Metonem astronomum auctorem habebat. v. Diodor. S. XII. p.* 94. *add. Manut. Quæs. per epist. I.* 6.

METRA, ad Div. XV. 4. homo apud Ariobarzanem gratiosus

METRI.

METRILIVS PHILEMO, Div. VII. 18. *libertinus videtur, pro quo Manutius conjiciebat:* M. Æmilius, *cujus mentio est apud Asconium in Milonianam. Rutgersius autem Var. Lect. III. 2. mavult* Metilius.

METRODORVS *Scepsius*, Or. I. 11. Carneadis auditor. Orat. II. 88. Tusc. Qu. I. 24. divina fuit memoria. *de qua add. Plin. VII. 24. ad quem locum v. Harduin. Em.* 80. *ubi & de ætate ejus. Idem Plin.* XXXV. 11. *excellentem pictorem fuisse, & L. Paulli liberos erudivisse tradit.*

METRODORVS *Chius.* Acad. IV. 22. initium libri de natura. *Democriti discipulus & Hippocratis magister.*

METRODORVS, *Epicureus, Athenienſis*, Fin. II. 3. ſapientem ſe ab Epicuro appellari patitur. Tuſc. II. 3. ejus libri non leguntur, niſi ab Epicureis. *quare Lampſacenus dictus ſit, cum Athenienſis eſſet, v. Jonſium I. 2. 6. Menag. ad Laërt. X.* 22.

METRODORVS, ad Div. XVI. 20.

METVSCILIVS, Att. VIII. 12. Pompejanus.

MIDAS, Tuſc. I. 4. pro Sileni capti miſſione quid muneris acceperit. Div. I. 36. II. 31. puero formicæ tritici grana in os congerunt.

MILO, Crotoniates. Cato 9. 10. Fat. 13. ejus vires.

T. Annius MILO, Mil. 15. poſt tribunatum, *quem geſſit Lentulo Spinthere & Metello Coſſ.* reum facit P. Clodius de vi. ad Div. I. 5. a Cn. Pompejo defenditur. Att. IV. 3. ejus cum Clodio contentiones. Off. II. 17. ei honori fuit, gladiatoribus emtis reip. cauſa Clodii furores comprimere. ad Div. II. 6. conſulatum petit. *Hoc ipſo tempore Clodium interfecit. de quo vid. argum. or. pr. Milone. De ejus exitu v. Vellej. II. 68. Dio* XL. *p.* 141. *ſ.*

MILTIADES, Fin. II. 4. Tuſc. IV. 19. ejus tropæa. Sext. 64. ejus calamitas.

MINDIVS Marcellus, ad Div. XV. 17.

M. MINDIVS, ad Div. V. 20. XIII. 26. frater Meſcinii Rufi. negotiator.

MINERVA, Nat. D. III. 23. plures Minervæ. ibid. Coria, Arcadibus culta, quadrigarum inventrix. ibid. III. 24. etymologia.

MINOS, *rex Cretæ.* Tuſc. I. 5. 41. II. 14. Offic. I. 28.

MINOTAVRVS, ad Div. XII. 25. *i. e. Calviſius & Taurus, qui hoc nomine perſiringuntur.*

MINVCIA gens, Verr. I. 45.

MINVCIA porticus, Phil. II. 34. *ſtructa a Minucio, qui de Scordiſcis triumphavit. Vell. II. 8.*

MINVCIVS, Verr. I. 45.

MINVCIVS Magius, Att. IX. 13. a Pompejo de pace mittitur ad Cæſarem.

Cn. MINVCIVS, ad Div. XII. 25. *in Africa aut apud Q. Cornificium aliquid muneris tenuit, aut proprium imperium habuit.*

L. MINVCIVS, Baſilus. Offic. III. 8. *Qui cum Cæſare in Gallia fuit. v. de B. G. VI. 29. vid. etiam:* Baſilus.

Q. MINVCIVS, Brut. 18. Consul, *a.* DLVI.

Q. MINVCIVS, Rufus. Verr. IV. 31. II. 28. eques Rom. in Sicilia negotiator.

MITHRIDATES, Flacc. 17. Phryx. testis in Flaccum.

MITHRIDATES, rex Ponti, Acad. IV. 1. post Alexandrum maximus, quid de L. Lucullo judicarit. Verr. II. 65. ejus statuam etiam, cum bellum contra ipsum gerunt, Rhodii non dejiciunt. *de eo multa in Or. p. L. Manilia &c. de familia Mithridatis v. Reines. Epist. ad Hofm. & Rupert. ep. 21. p. 65.*

MNASISTRATVS, Verr. III. 46. Leontinus.

MNEMOSYNE, Nat. D. III. 21. mater novem Musarum.

MNESARCHVS, *Stoicus.* Or. I. 11. 17. Panætii auditor, neminem oratorem putabat, nisi sapientem. cf. de Fin. I. 2. Acad. IV. 22.

M. MODIVS, Verr. II. 48. eques R.

MOERAGENES. Att. V. 15. VI. 1. Asianus, quo cum Attico controversia fuit de servo.

MOLO, Rhodius, Br. 90. Att. II. 1. &c. *est* Apollonius Molo, *de quo supra.*

MONETA, Nat. III. 18. Dea, *Juno.* Div. I. 45. quare Juno sic appelletur. Att. VIII. 7.

MOPSVS, Nat. D. II. 3. Div. I. 40. Argivorum augur.

MOTHO, ad Div. XVI. 18. *Manutius malebat:* Matho s. M. Otho.

MVCIA, Verr. II. 21. *festus dies in Asia institutus in honorem Q. Mucii, qui Asiam æquissimo imperio rexerat.*

MVCIA, ad Div. V. 2. Att. VI. 12. Cn. Pompeji uxor, qui cum ea divortium fecit. Nepotis & Celeris Metellorum soror. *quare ita dicatur, disputat Manut. ad ep. 2. ad Div. L. V.*

MVCIAE, Brut. 58. Læliæ C. F. filiæ, C. Lælii neptes.

P. MVCIVS *Scævola*, P. F. Q. N. P. PRON. Herenn. I. 13. Or. II. 7. 12. Fin. II. 16. Trib. pl. Consule Cæpione fert, ut de Tubulo quæratur. Att. XII. 5. quibus Coss. tribunus fuerit. prætor fuit P. Furio & Sext. Atilio Coss. Dom. 53. Pontifex M. Brut. 28. acutus & copiosus orator. Verr. IV. 49. L. Calpurnii Collega *in Consulatu a. V.* DCXX. Dom. 34. segnior in republ. gerenda putatur. Nasicæ factum SCto probat. cf. Planc. 36. Or. I. 49. 50. optime pila & duodecim scriptis lusit. *Laudatur præterea* Off. II. 13. Att. XII. 4. Nat. D. III. 2. Dom. 53. Topic. 4. 8. ad Div. VII. 10. 21. &c. *Hic est is, qui, ut Pomponius ait, primus jus Civile fundavit, qui primus hanc scientiam in familiam Muciam intulit. Duos fratres habuit item JCtos*, P. Crassum Mucianum, Or. I. 37. Brut. 26. & Q. augurem: *sed hunc tantum patruelem: quod tenendum est legentibus notam Grævii ad de Offic. II. 13. Hujus* P. fil. Q. *Asiæ Proconsul etiam JCtus fuit. de eorum Jurisprudentia & opinionibus ext at Balduini libellus de Juris Prud. Muciana. vide de iis etiam Pompon. Orig. Jur. §. 39. 41. & ibi Rup.*

P. MV-

P. MVCIVS, *P. F. Q. N. P. Pron.* Brut. 56. frater P. Crassi: ejus libri. *Est* P. Crassus Mucianus, *de quo supra, frater P. Mucii naturalis, vid.* Brut. 26.

Q. MVCIVS, Sext. 21. solus in Castra Porsenæ venit, eumque interficere conatur.

Q. MVCIVS, *Q. F. Q. N. P. Pron.* Brut. 26. augur. de repet. contra T. Albucium dixit. Amicit. 1. gener Lælii. ad eum senem deducitur Cicero puer, qui nunquam ab ejus latere discessit. *Consul fuit a.* DC XXXVI. Balb. 19. de jure prædiatorio non respondet. Phil. VIII. 10. bello Marsico valde senex & infirmus, tamen quotidie, simulatque luceret, conveniri poterat, & primus in curia erat.

Q. MVCIVS, *P. F. P. N. &c.* Offic. I. 31. in jure civili excelluit. II. 16. omnium moderatissimus, cum L. Crasso ædilitate functus est, *& reliquis magistratibus præter tribunatum & Censuram.* Verr. II. 10. Africam justissime rexit. *Sed*, Att. V. 17. solos quinque menses. v. *Mucia.* ad Div. I. 9. Planc. 13. publicanos inimicos habet, quod eos in provincia coërcuerat. in Cæcil. 17. pro prætore justissimo nomen ejus dicitur. Amic. 1. Pontifex M. Or. I. 3. juris peritorum eloquentissimus & eloquentium juris peritissimus. cf. Brut. 39. Offic. III. 11. 15. in Consulatu *cum Crasso, a.* DCLVIII. legem Muciam Liciniam tulit. v. *Ind. Legg.* Brut. 89. Ciceronis in Jure Civ. præceptor. S. Rosc. 12. in funere Marii a C. Fimbria vulneratur. Nat. D. III. 32. ante simulacrum Vestæ trucidatur, sc. in curia Hostilia a Damasippo prætore. Vell. II. 26.

Q. MVCIVS, Q. F. Q. N. *de hoc cape* ad Div. III. 5. Att. IV. 16. tribunus pl. *Ahenobarbo & Appio Pulchro Coss.* optimatium partium defensor. cf. Q. Fr. III. 2. 3. II. ult. v. *Pighius ad an.* DCXCIX. *Ex his facile Muciorum stemma confici poterit, quod digessit recte, cum a multis, v. c. Pighio, male digestum esset, Rupertus ad Pompon. de O. J.* III. 7. *Hic est etiam* ad Div. IV. 9. *si sana lectio.*

Q. MVCIVS Mancia, Offic. I. 30. in sermonibus effecit, ut unus de multis videretur.

MVLCIBER, Tusc. II. 4.

L. MVMMIVS *Achaicus, Consul, a.* DCVII. Verr. I. 20. Corinthum delevit, & multas Achajæ & Bœotiæ urbes exstruxit. Att. XIII. 6. 30. 32. & 33. qui ejus decem legati fuerint. Brut. 22. Censor cum Africano minori *a.* DCXI. Brut. 25. orationes reliquit. Off. II. 22. abstinentissimus.

L. MVMMIVS *Quadratus*, Sext. 11. *Tribunus pl. cum P. Clodio.* de salute Ciceronis ad Senatum refert. *Manutius ad Sext.* 11. Ninnius *legendum censet, & ita habet Dio* XXXVIII. p. 79: *ita appellatur etiam aliis Ciceronis locis. vid. in* L. Ninnius; *sed* MVMMIVS *defendit Pighius ad annum* DXCV. Dom. 48. P. Clodii bona consecrat Cereri.

M. MVMMIVS, Verr. III. 53. præ-

prætor Cn. Pompejo & M. Craſſo Coſſ.

P. MVMMIVS, Orat. II. 67. cuivis tempori homo.

SP. MVMMIVS, Frater Achaici. Brut. 25. orationes reliquit. Stoicam Philoſophiam tenuit. Att. XIII. 6. legatus fratris Achaici.

T. MVNATIVS, ad Div. X. 12. eſt Plancus Burſa. Catil. II. 2. ſocius Catilinæ.

L. MVRCVS, ad Div. XII. 11. Att. XII. 2. Imperator & proconſul in Aſia. *v.* Statius.

C. MVRENA, *L. F. e Licinia familia plebeja.* Mur. 7. *ubi de majoribus* C. *&* L. Murenæ *videndum. frater ejus, pro quo eſt oratio*, Mur. 41.

L. MVRENA, *Pater.* Verr. I. 35. naves civitatibus Aſiæ imperat. Manil. 3. de Mithridate triumphat, a Sulla revocatur. Brut. 90. bello civili Sullano periit.

L. MVRENA, L. F. Mur. 7. ejus avus & proavus prætores fuere. ibid. 9. legatus L. Luculli. ib. 1. Conſul cum D. Silano, creatus, ambitus accuſatus a Servio Sulpicio & Catone, defenditur a Cicerone Conſule.

P. MVRENA, Brut. 67. mediocri ingenio, ſed magno ſtudio, litterarum ſtudioſus.

MVRENA Varro, ad Div. XIII. 22. *v.* Varro.

MVSAE, N. D. III. 21. tria genera Muſarum.

MVSCA, Att. XII. 40.

MVSTELA *Numiſius*, *Anagninus*, *de ſicariis M. Antonii triumviri.* Phil. II. 4. 41. V. 6. XIII. 2. Att. XII. 5. & 44.

C. MVSTIVS, Verr. I. 51. eques Romanus.

MYRMECIDES, Acad. IV. 38. *vid. Ælian. V. H. 1. 17.*

MYRO, Herenn. IV. 6. Or. III. 7. ſtatuarius præſtans. Verr. IV. 60. ejus bucula. 43. Apollo, 3. Hercules &c.

MYRTILVS, Nat. D. III. 38. ejus mors vindicatur. *Oenomai auriga a Pelope interfectus*, *v. Hygin. fab.* 84.

MYRTILVS, Att. XV. 13. XVI. 11. ſervi nomen.

N.

NAEVIVS *Turpio*, Verr. II. 8. quadruplator, civis Rom. de conventu Mamertino.

SER. NAEVIVS, Brut. 60. a Sicinio defenditur.

SEXT. NAEVIVS, Quint. 1. &c. præco, cui cum P. Quintio controverſia. gratioſus apud Sullanos, ad quos a Marianis defecerat.

NAEVIVS, Orat. II. 63. poëta comicus, *quem ſæpe citat Cicero.* Brut. 15. de tempore mortis ambigitur.

NANNEJVS, Att. I. 16. proſcriptus a Sulla.

NANNII, Pet. Conſ. 2. *Manut. ad ep. 16. L. I. ad Att. legit:* Nanneji.

C. NASENNIVS, municeps Sueſſanus. ad Brut. 8.

NASICA, *vide in* Scipio.

L. NASIDIVS, Att. XI. 17. Pompejanus.

CN. *Otacilius* NASO, ad Div. XIII. 32. eques Romanus.

L. Octavius NASO. Q. Fr. I. 2. 3. negotiator in Aſia *fuiſſe videtur.*

P. NASO, Phil. III. 10. provinciam a M.

a M. Antonio assignatam recusavit. Att. XII. 17.

Q. NASO. Cluent. 53. prætor, qui causæ Cluentii præfuit. Flacc. 21. prætor Asiæ. *Hos duos Nasones P. & Q. prætermisit Heinsius in Catalogo Nasonum, ad Ovid. Epist.* 1.

NATTA, *e Pinariis*, Div. I. 12. it. II. 20. ejus simulacrum ex ære.

L. NATTA, Mur. 35. laudatur. Idem postea Pontifex, quo præeunte domum Ciceronis consecravit Clodius. Dom. *de eo intellige* Att. IV. 8. *Ad hunc refert Ursinus numos, in quibus Nattæ cognomen. de Famil. R. p.* 207.

NAVIVS, *Attius.* v. Attius.

NAVCRATES, *Erythræus Naucratites*, Orat. II. 23. it. III. 44. Isocratis discipulus, historicus. *Hic est, qui cum Theopompo & Theodecte interfuit agoni de laudibus Mausoli dicundis ab Artemisia instituto. vid. Usser. ad a.* 3652.

NAVSIPHANES *Tejus*, Democriteus, N. D. I. 26. Epicuri magister, ab eo contemnitur. *Pyrrhonis auditorem vocat Sext. Empir. adv. Math. init. Laërtius Democriti proœm. Sect.* 15. *v. Fabric. ad Sextum l. c. cf. Menag. ad Laërt. X.* 8.

NEOCLES, N. D. I. 26. Pamphili Platonici pater.

NEOPTOLEMVS, *cognomen Pyrrhi, Achillis filii.* Or. II. 37. Tusc. II. 1. philosophari ait sibi necesse esse, sed paucis.

NEPTVNVS, Off. I. 10. Thesei precibus commotus Hippolyto equos immisit. N. D. I. 23. Neptuni filius *dicitur de homine immani, sævo, latrone. vide Davies. ad h. l.*

C. NERO, Verr. I. 19. prætor Asiæ.

TIB. *Claudius* NERO, *Liviæ ante Augustum maritus.* ad Div. XIII. 64. Att. VI. 6. petit Ciceronis filiam. *v. Manut. & Malaspina ad l. c. De eo v. Sueton. in Tib.* 4.

NERONIANVM, Orat. II. 61. dictum Neronis cujusdam.

NERVA, ad Div. X. 18. vid. *Lævus Cispius. Nervæ sunt e Liciniis: de quibus supra.*

NESTORIVS, ad Div. VI. 11. *pro quo Græv.* Vestorius; familiaris Ciceronis.

NICANDER *Colophonius*, Or. I. 16. de rebus rusticis scripsit. *Respicit ad γεωργικὰ, quæ ab Eustathio ad Homer. & Schol. Aristoph. laudantur. v. Fabric. B. G. III.* 26.

NICANOR, Att. V. 3. servus Attici.

NICASIO, Verr. IV. 51. Ennensis Senator.

NICE, Verr. V. 30. uxor Cleomenis Syracusani, Verris meretrix.

NICETAS, *Syracusius*, Acad. IV. 39. omnia stare dicit, solam terram circa axem moveri. *Pythagoreus, quem alii* Hicetam *vocant.*

NICIAS Curtius, ad Div. IX. 10. 11. Att. VII. 3. it. XII. 26. Grammaticus, quem Cicero in Cilicia secum habuit. Att. XIII. 28. a Dolabella arcessitur; ad eum, auctore Cicerone, proficiscitur. *De loco ad Div. VII.* 23. *dubitat Broukhus. ad Sueton. de ill. Gramm. c.* 14. *an ad Grammaticum pertineat.*

NICO,

NICO, ad Div. VII. 20. medicus, περὶ πολυφαγίας scripsit.

NICO, Verr. V. 30. nobilissimus pirata, a P. Servilio captus.

NICOCLES, *Tyrannus*. Off. II. 23. ab Arato Sicyonio oppressus est. *v. Plutarch. in Arato.*

NICOCREON, Tusc. II. 21. Rex Cypri. v. *Anaxarchus.*

NICOMACHVS, Fin. V. 5. Aristotelis filius.

NICOMACHVS, Brut. 18. pictor. *de eo v. Plin. H. N. XXXV.* 10. *& Junium in Catal. Artific.*

NICOMEDES, *Temnites*, Flacc. 18.

NICOMEDES, Verr. I. 24. Rex Bithyniæ. *Prusiæ filius & parricida.*

NICOSTRATVS, Cluent. 62. servus Oppianici.

P. NIGIDIVS *Figulus*, Sull. 14. petit præturam Cicerone Cos. Qu. Fr. I. 2. 5. prætor. Att. II. 2. judices adesse cogit. VII. 24. a Domitio Corsinio Capuam mittitur. ad Div. IV. 13. exuli spem Cicero facit redeundi Romam. *de eo v. Rutgers. Var. L.* III. 16.

NILVS, Att. XI. 11. 23. *servi aut liberti nomen, nisi vox corrupta est.*

NIOBE, Tusc. III. 26.

L. NINNIVS *Quadratus*, Att. X. 16. Sext. 31. post redit. in sen. 2. Kalend. Junii de Cicerone revocando retulit nullo dissentiente, illo ipso anno, quo expulsus est. *alii legunt:* Mummius. v. *L. Mummius Quadratus.*

NIPTRA, Tusc. II. 23. fabula Pacuvii & Sophoclis.

NISVS, de N. D. III. 23. pater Bacchi cujusdam ex Thyone.

Q. NOBILIOR, M. F. Brut. 20. literarum studiosus, Ennium civitate donavit, cum Triumvir coloniam deduxisset. *v. Q. Fulvius Nob.*

NODINVS, N. D. III. 20. Deus Romanorum; proprie fluvius prope Romam.

Q. CONSIDIVS NONIANVS, ad Div. XVI. 12. *e gente Nonia in Considiam adoptatus.* ei decernit Senatus Galliam citeriorem, Cæsari adimendam.

M. NONIVS *Sufenas*. Att. VI. 1. Cretæ & Cyrenarum prætor.

C. NORBANVS, *e Juniis*. Orat. II. 21. 25. 47. & 48. qui tribunus pl. Q. Servilium Cæpionem a Cimbris victum omnibus modis vexavit, ideoque accusatus est a P. Sulpicio Rufo Tribuno pl. defensus a M. Antonio Oratore, cujus quæstor fuerat. Off. II. 14. seditiosus & inutilis civis. *Hic est, qui post Consul cum L. Scipione a. DC LXX. a Sulla victus est. Vell. II.* 25.

C. NORBANVS, Verr. III. 49. prætor Siculus. Verr. V. 4. Siciliam otiosam habuit.

L. NOSTIVS ZOILVS, ad Div. XIII. 45. libertus L. Nostii.

NOVIA, Cluent. 9. uxor Oppianici.

NVCVLA, Or. II. 62.

NVCVLA, Phil. VI. 5. VIII. 9. XI. 6. XII. 8. de Septemviris Antonii.

NVMA POMPILIVS, Leg. II. 22. humatus est, ubi? Tusc. IV. 1. Pythagoreus male existimatur.

tur. Or. II. 37. ante Pythagoram vixit. Or. III. 51. doctissimus. Sull. 7. rex peregrinus.

NVMERIVS *est prænomen* Auriorum, Cluentiorum, Fabiorum, Furiorum *&c. v. in* Num. Fabius Pictor.

NVMERIVS, Verr. III. 23. Centuripinus.

NVMERIVS *Aurius*, *v.* Aurius.

NVM. *Cluentius*, *vid.* Cluentius.

NVM. *Fabius Pictor*, *v.* Fabius.

NVM. *Furius*, *vid.* Furius. de Or. III. 21. eques Romanus, cantandi artis peritus.

Num. NVMESTIVS, Att. II. 20. 22. & 24. amicus Attici.

NVMERIVS *Quintius*, *v.* Qu.

NVMERIVS *Suffucius*, *v.* Suff.

Ti. NVMICIVS, Off. III. 30. trib. pleb.

NVMINIVS, Verr. IV. 51. Ennensis Senator.

NVMISIVS *Tiro*, Phil. II. 4. XII. 6.

NVMISIVS *Mustela*, v. in *Mustela*.

NVMIVS, Or. II. 63. divisor.

NVMIVS, Font. 5. de cohorte M. Fonteji, aut portitor.

NVMITOR, Herenn. IV. 34. Romuli avus.

NVMITORIA, *Fregellana*, Phil. III. 6. uxor patris M. Antonii.

C. NVMITORIVS, Verr. V. 63. eques Roman. in agro Taurominitano.

Q. NVMITORIVS *Pullus*. Inv. II. 34. Fregellanorum princeps conjurationem contra Romanos prodidit, cum ad causam apud L. Opimium prætorem dicendam evocatus esset. v. *L. Opimius*.

NYMPHAE, Milon. 27. earum ædes, in qua erant tabulæ censoriæ.

NYMPHO, Verr. III. 21. Centuripinus.

NYMPHO COLOPHONIVS, ad Q. Fr. I. 2. 2. de Q. Cicerone queritur.

NVMPHODORVS, Verr. IV. 22. Agrigentinus.

NYMPHODORVS, Verr. III. 23. Centuripinus.

NYSA, N. D. III. 23. a Baccho interficitur.

NYSIVS, Flacc. 25. cognomen Bacchi, *sed Græviana habet*; Dionysus.

O.

SERV. OCELLA, ad Div. II. 15. VIII. 7. Att. X. 13. & 16.

OCTAVIANVS, ad Div. X. 33. Att. XV. 12. XVI. 8. 11. 14. *est C. Octavii Macedoniæ prætoris fil. naturalis, post* Octavianus *appellatus, cum eum C. Cæsar adoptasset. Dicitur etiam interdum* Octavius, *ut* ad Div. XVI. 24. v. *C. Cæsar Octavius*.

CN. OCTAVIVS, Cn. F. Off. I. 39. quoniam præclaram ædificarat in Palatio domum, honorem consecutus est. ibid. primus ex ea familia Consul. Phil. IX. 2. homo novus. in legatione ad nepotem Antiochi regis, a Leptine quodam Laodiceæ interficitur: eique propterea statua in rostris posita. *add. Plin. XXXIV. 6. qui tamen factum Popillii Antiochum M. virga circumscribentis cum hujus legatione confundit, frustra defendente Hard. ex h. l. Ciceronis.* Fin. I. 7. Consul (*a.* DLXXXIIX.) cum L. Manlio Torquato, severus in filium, Macedoniæ prætorem: filius D. Silano in adoptionem datus.

CN.

CN. OCTAVIVS, *M. F. Cn. N.* Brut. 62. a forensi eloquentia abfuit. ibid. 60. Consul cum C. Curione, *a.* DCLXXVII. Fin. II. 28. ejus dolores.

CN. OCTAVIVS, *Cn. F. Nepos Cn. ejus, qui cum Torquato Cons. fuit. Pater Consul fuit cum T. Annio a.* DCXXV. pro Planc. 21. ædilitiam repulsam tulit. Brut. 47. in consulatu *a.* DCLXVII. se eloquentem præstitit. Haruſp. R. 25. cum Cinna collega dissentit. Catil. III. 10. Cinnam collegam ex urbe ejicit. Tusc. V. 19. caput præciditur jussu Cinnæ collegæ. *Ab hoc* Octavianum bellum *dicitur* Div. I. 2. Nat. D. II. 5. &c.

CN. OCTAVIVS, Qu. Fr. I. 1. 7. Quinto Fratri ad imitandum proponitur: quomodo lictores & accensos coërcuerit, *cum Macedoniam regeret, ex prætura.* it. ep. 2. 2. vocatur vicinus Ciceronis. *add.* Att. II. 1. *Suetonii codices multi in Augusto cap.* 3. *appellant* Cajum, *quod prænomen etiam inscriptio exhibet ap. Gruter. p.* 225. *a Pighio ad annum* DCXCIV. *allata, in qua dicitur C. F. C. N.* C. PRON. *pater Augusti. Nempe, ut posteri ejus Octavii qui primus Consul fuit* Cnei *dicti, sic qui a fratre* Cajo *orti sunt* Caji *appellati videntur, ut discernere familias in promtu esset. Et ut Drakenb. ap. Liv.* XXXIII. 23. *pro* C. Octavius *reponit* Cneus, *quod is fuit e familia consulari; sic in hoc nostro* Cajus *rescribendum videtur, quia ex equestri familia fuit. Fuit ex familia Octavia equestri, quæ a* Cajo, *Cneji Consulis primi fratre, originem repetebat: de tota familia vid. Sueton. l. c.*

CN. OCTAVIVS, ad Div. VII. 9. & 16. homo obscurus, familiaris Trebatii.

L. OCTAVIVS, *Cn. F. Cn. N.* Verr. I. 50. Consul *a.* DC LXXVIII. cum C. Aurelio Cotta.

L. OCTAVIVS Balbus, Verr. II. 12. juris peritissimus.

L. OCTAVIVS Ligur, *M. frater*, Verr. I. 48. *trib. pl. cum fratre a.* DCLXXII.

L. OCTAVIVS Naso, ad Q. Fr. I. 2. 3.

L. OCTAVIVS Reatinus, Br. 68. audax magis, quam paratus in dicendo, adolescens mortuus est.

M. OCTAVIVS *Cecina.* Brut. 25. Tribun. pl. cum Tib. Graccho, eique adversatur in tribunatu & post. *ubi v. Corradus.* N. D. I. 38. ei abrogatur tribunatus a Graccho.

M. OCTAVIVS Cn. F. (*æqualis L. & M. Luculli.*) Br. 62. legem frumentariam Semproniam abrogavit. a forensi eloquentia abfuit. Off. II. 21. largitio ejus modica & reip. tolerabilis & plebi necessaria fuit. *v. Leges Frumentariæ.*

M. OCTAVIVS, Ligur, Verr. I. 48. *trib. pl. a.* DCLXXII. *frater L. Octavii Liguris.*

M. OCTAVIVS, *Cn. F. M. N.* ad Div. III. 4. Appii Pulchri legatus aut præfectus. ad Div. VIII. 2. petit ædilitatem cum Cœlio, minime gratiosus fuit. Att. V. 21. ædilis curulis, *M. Marcello & Servio Sulpicio Coss.*

M. OCTAVIVS, Phil. XI. 2. Mar-

ſus quidam, quo Dolabella legato uſus eſt in Syria vexanda.
P. OCTAVIVS Balbus, Cluent. 38. Senator juris peritiſſimus. *Vereor, ne in prænomine vitium ſit*, P. *pro* L. *vid.* L. Octavius.
OCTAVIVS Mamilius, Att. IX. 10. a Tarquinio expulſo contra Romam excitatur. *de quo vid. Livius II. 18. ſqq.*
OEDIPVS, Fat. 13. &c. *Laji filius.*
OENEVS, Tuſc. Qu. II. 8. *Deïaniræ pater.*
OENOMAVS, ad Div. IX. 16. Tuſc. III. 12. *fabula Accii.*
A. OFFILIVS, ad Div. VII. 21. Att. XIII. 37. JCtus, *cujus etiam Ulpianus mentionem facit Digeſt. LV. 1. de eo vid. Dodwellus in Append. Præl. Camden. p.* 780.
OFILLIVS, ad Div. XVI. 24. *creditor Ciceronis. Forte idem cum præcedente.*
OILEVS, Tuſc. III. 29. *Ajacis pater.*
OLYMPIAS, Div. I. 23. peperit Alexandrum ea nocte, qua Dianæ Epheſiæ templum conflagravit. Magorum de ea re reſponſum.
ONASVS, Segeſtanus. Verr. V. 45.
OPAS, N. D. III. 22. *pro quo recte Davies:* Phthas, Vulcanus Ægyptiorum nomine, Nilo natus, cuſtos Ægypti. *v. Jablonsky Pantheon Ægypt. L. I. c. 2. p.* 45.
OPHIVCHVS, N. D. II. 42. ſidus.
L. OPIMIVS, *Q. F.* Inv. II. 34. eo prætore de conjuratione ſuſpectis Fregellanis cauſam apud eum dixit princeps eorum Numitorius Pullus, qui cum ſeditionem prodidiſſet, ab Opimio Fregellæ oppugnatæ, in deditionem acceptæ & dirutæ ſunt. cf. Agrar. II. extr. *& Vellej. II. 6.* Catil. I. 1. ei reſp. permittitur in ſeditione C. Gracchi. Br. 34. a populo abſolutus de cæde Gracchi. a Gracchanis judicibus ſublatus eſt, cum contra ſtudium populi ſtetiſſet. cf. Planc. 28. Or. II. 25. C. Graccho interfecto, cum conſulatum, *quem a.* DCXXXIII. *geſſit*, depoſuiſſet, reus factus eſt ad populum a P. Decio tribuno pleb. defendit C. Carbo conſul. Brut. 83. ab eo vinum Opimianum dicitur. Sext. 67. ſepulcrum ejus in litore Dyrrhachii.
Q. OPIMIVS, Orat. II. 68. conſul *a.* DXCIX.
Q. OPIMIVS, *L. F. Q. N.* Verr. I. 60. ſenator, accuſatus eſt apud C. Verrem prætorem, quod in tribunatu interceſſiſſet contra legem Corneliam. *Hic Opimius is eſt, qui trib. fuit L. Octavio & C. Cotta Coſſ. a.* DCLXXIX.
OPIMIVS, *Vejentinâ, Tromentinâ, Antius.* Att. IV. 16. judex. *v. Græv.*
SP. OPIVS, *ſive, ut Græv ius vult:* P. OPIVS. Phil. III. 10. provinciam ſibi ab Antonio datam recuſavit.
OPPIA, ad Div. XIII. 28. M. Mindii uxor.
OPPIANICVS, Cluent. 4. *eſt* Statii Albii *cognomen.*
OPPII, Att. VII. 13. VIII. 7. X. 4. fœneratores.
CN. OPPIVS, Quir. p. redit. 5. generum Sex. Atilium Serranum tribun. pl. P. Lentuli relationi de Cicerone revocando intercedentem ab interceſſione revocat.

L. OPPIVS, M. F. Flacc. 13. eques Romanus. ad Div. XIII. 43. negotiator Philomelii.

M. OPPIVS, M. F. *Terentinâ.* ad Div. VIII. 8.

P. OPPIVS. Fr. Or. pro P. Oppio. *Fuit quæstor M. Cottæ, qui cum L. Lucullo Consul fuit, Bithyniam obtinuit, & bellum adversus Mithridatem male gessit. v. Patricius ad Fr. Or. pro Oppio.*

OPPIVS, ad Div. II. 16. magistratus spem habet. Att. V. 1. Cæsaris amicus.

C. *Sergius* ORATA. Fin. II. 22. Off. III. 16. emit a M. Mario Gratidiano ædes. Or. I. 39. *scribitur* Aurata.

P. ORBIVS. Brut. 48. auditor T. Juventii in jure civili, non inferior magistro. Flacc. 31. prætor in Asia.

ORBONA, N. D. III. 25. Dea, cujus templum Romæ fuit: *orbitatem avertere credita.*

C. ORCHINIVS, p. Cluent. 34. & 53. collega Ciceronis in prætura.

C. ORCININVS, Petit. Consul. 5. amicus M. Ciceronis. *Vereor, ne idem nomen sit cum præcedente. Cod. Palat.* Corchivius: *Forte & ejusdem hominis.*

ORESTES, Tusc. III. 5. furiosus. Fin. I. 20. &c. amici exemplum.

CN. ORESTES, *ex Aureliis*, pro Planc. 21. in petitione tribunatus pleb. repulsam tulit. Off. II. 17. ei prandia in semitis decumæ nomine magno honori fuere. Dom. 13. a Cn. Aufidio adoptatus. *unde* Cn. Aufidius Orestes *dictus est. Consul fuit cum P. Lentulo Sura, a. DCLXXXIII.*

L. ORESTES, Brut. 28. Consul cum M. Lepido, *a. DCXXVII. De L. & C. Oreste L. F. v. in* Aurelius.

ORESTILLA *Aurelia*, ad Div. VIII. 7. Catilinæ amica.

M. ORFIVS, ad Div. VII. 5. nomen hominis Cæsari in Gallia commendati.

ORION, de N. D. II. 44. sidus.

ORITHYIA, Leg. I. 1. ab Aquilone sublata: *Erechthei, Athenientis Regis, filia.*

ORODES, ad Div. XV. 1. Att. V. 18. rex Parthorum. *v.* Arsaces.

OROETES, Fin. V. 30. Prætor Darei.

ORPHEVS, N. D. I. 38. eum negat fuisse Aristoteles: carmen Orphicum a Pythagoreis Cercopi cuidam tribuitur.

ORPHEVS, ad Div. XIV. 4. servus Ciceronis.

ORPHICA, de N. D. III. 23. sacra Bacchi.

OSACES, Att. V. 20. dux Parthorum (*Pacori nomine, nondum ephebi. v. Dio Cass. XL. p.* 133.) magna auctoritate, vulnus accipit a Cassio, ab Antiochea fugatur, quo vulnere paullo post periit.

CN. OTACILIVS Naso. v. *Naso.*

L. OTHO *e Rosciis*, Mur. 19. lex ejus grata equitibus. Att. XII. 37. & 38. v. *Lex Roscia.*

OVIA, Att. XII. 21. & 24. C. Lolii uxor.

OVIVS, Att. XVI. 1.

P.

T. PACAVIVS, Mil. 27. eques Romanus.

M. PACCIVS, Att. IV. 16. hospes Attici.

L. Junius PACIAEVS, ad Div. VI. 18. Hiſpanus, civitate donatus, Cæſarianus. *vid. Hirt. de Bell. Hiſpanico.* 16.

PACIDIANVS, de optim. gen. orat. 6. Tuſc. IV. 21. gladiator apud Lucilium

M. PACILIVS, Verr. II. 38. & 40.

PACILIANA domus. Att. I. 14.

PACONIVS, Q. Fr. I. 1. 6. homo obscurus, qui de Q. Cicerone proprætore queſtus erat.

PACORES, *vel* PACORVS, ad Div. XV. 1. Att. V. 18. Orodi regis Parthorum filius. ad Div. XV. 3. cum eo nupta regis Armeniorum filia. *v.* Orodes. *Hic eſt, qui poſt a Ventidio victus a.* DCCXV. *periit. Dio Caſſ. XLIX. p.* 464.

M. PACVVIVS, ad Herenn. II. 23. *Poëta tragicus, floruit poſt Ennium, cujus nepos fuit. de Amic. 7. Lælii amicus & hoſpes.*

PAEAN, Verr. IV. 57. nomen Apollinis. Orat. I. 59 hymni genus in Apollinem. Verr. IV. 57. ejus ſignum in templo Æſculapii.

SEXT. PAEDVCEVS, vide *Peduceus.*

PAEONIVS, Q. Fr. III. 3. rhetor valde exercitatus & bonus, quo uſi ſunt Cicerones filii.

PAETVS, ad Div. IX. 16. *cognomen familiæ Papiriæ.* Cluent. 26. *&* Æliorum.

PAETVS, Phil. XIII. 15. Græculus, a Cæſare civitate donatus. *in vulgatis edd. eſt:* Petrus.

PALAEMON, N. D. III. 15. filius Leucotheæ: *Deus marinus.*

PALAMEDES, ad Herenn. II. 19. Top. 20.

M. Lollius PALICANVS, Verr. II. 41. Tribun. pl. *Cn. Lentulo & L. Gellio Coſſ.* Att. I. 1. & 18. Brut. 62. concionibus turbulentis aptiſſimus. *De cognomine v. Burman. ad Quintil. IV. 2.*

PALLA, Cœl. 10. nomen hominis, cui M. Cœlius bona eripuiſſe dicebatur.

PALLAS, *antis*, N. D. III. 23. pater Minervæ cujusdam, a filia interfectus.

PAMMENES, Brut. 97. longe eloquentiſſimus Græciæ, quo M. Brutus uſus eſt. Or. 29. Demoſthenis ſtudioſiſſimus. *mentio* Pammenis *quoque fit* ad Att. V. 20. VI. 2. *neſcio, an ejusdem.*

PAMPHILVS, *Lilybætanus*, Verr. IV. 14.

PAMPHILVS, N. D. I. 26. Platonis auditor, quem Epicurus Sami audivit, & tamen magnifice contemnit.

PAMPHILVS, Orat. III. 21. rhetor Græcus. *Hujus τέχνην laudant etiam Ariſtot. Rhet. II. 23. & Quintil. III. 6. add. Ind. Lat. in* inſula.

PAMPHILVS, Att. VII. 2. ſervus Attici.

PANAETIVS, *Rhodius, Stoicus.* Or. I. 11. Off. I. 26. Scipionis Africani majoris præceptor. & Brut. 30. Rutilii. Brut. 26. C. Fannii. Or. I. 11. Mneſarchi. Off. II. 2. laudat Africani abſtinentiam. Att. IX. 12. apud eum honoratus eſt. Div. I. 3. & 7. item II. 42. Poſidonii doctor, diſcipulus Antipatri, a Stoicis degeneravit in ſententia de divinatione; riſit enim avium cantum, & aſtrologorum prædicta. Off. II. 14. ei placet non numquam veroſimile, etiam ſi minus

minus sit verum, defendere. Tusc. I. 32. animum mortalem statuit. Nat. D. II. 46. dubitat, an mundus sit igni interiturus. Offic. I. 2. III. 2. de officiis accuratissime disputavit, in quo tamen aliquid reprehenditur. Offic. I. 43. prætermisit locum de duobus honestis, utrum honestius. Off. II. 10. cum de opinione populari locutus est, usus est verbis popularibus & usitatis. de Off. II. 5. negat ducem belli aut principem domi magnas res & salutares sine hominum studiis gerere posse. Off. II. 17. theatra, porticus, nova templa, non probat. Fin. IV. 9. ad Q. Tuberonem de dolore patiendo scribit. Att. XIII. 8. ejus liber de providentia. Leg. III. 6. de magistratibus.

PANISCVS, N. D. III. 17. Div. I. 13. Panisci caput extitisse saxo diffisso fingit Carneades.

C. Vibius PANSA, C. F. C. N. ad Div. VIII. 8. Trib. pleb. M. Marcello & Serv. Sulpicio Coss. ad Div. XV. 17. in Gallia citeriori M. Bruto succedit. Phil. V. 19. Consul cum Hirtio. ad Div. X. 33. exercitus ejus ad Mutinam conciditur, & ipse ex vulneribus moritur. cf. ad Brut. 3. Phil. XI. 9. laudatio ejus.

PANVRGVS, p. Q. Roscio 10. servi nomen.

PAPIA, ad Div. XVI. 24. femina e gente Papia plebeja.

PAPIA, Cluent. 9. uxor Oppianici.

PAPIRII, ad Div. IX. 21. olim *Papisii* dicti. ibid. IX. 21. *de familiis Papiriis patriciis & plebejis tota epistola, in qua illud notabile, ipsum Papirium Pætum ignorasse, patricios Papirios fuisse.*

CN. PAPIRIVS, Verr. I. 12. est Cn. Carbo, proconsul Galliæ quæstore Verre, it. Agrar. III. 2. vide in *Cn. Carbo.*

L. PAPIRIVS *Crassus*, ad Div. IX. 21. dictator *a.* CDXV. & deinde Consul cum Duillio, *a.* CDXVII.

L. PAPIRIVS *Cursor*, ad Div. IX. 21. magister equitum *a.* CDXV.

L. PAPIRIVS *Fregellanus*, Brut. 46. Tib. Gracchi P. F. ætate disertissimus Latii. orationem in senatu habitam reliquit pro Fregellanis coloniisque Latinis.

L. PAPIRIVS *Mugillanus*, ad Div. IX. 21. Consul *a.* CCCIX. & Censor fuit cum L. Sempronio Atratino *a.* CCCXII. *Ceterum Pighius ad a.* CCCX. *refert censuram.*

L. PAPIRIVS *Pætus*, Att. I. 20. donat Ciceroni libros Serv. Claudii fratris. *Ad eum sunt epistolæ LIX. ex quibus intelligitur, eum Epicureum, & hominem doctum facetumque fuisse.*

L. PAPIRIVS, Verr. IV. 21. eques Romanus, negotiator in Sicilia.

L. PAPIRIVS, Potamo, Verr. III. 66. scriba Verris. cf. III. 60.

M. PAPIRIVS, Mil. 7. eques Romanus a P. Clodio in via Appia interficitur, pro Dom. 19. frater Sext. Ælii Liguris, tribuni plebis.

Q. PAPIRIVS, Dom. 49. Tribunus pleb. auctor legis Papiriæ.

C. PAPIVS, Off. III. 11. male fecit,

cit, qui peregrinos urbe uti prohibuerit. *v. Indd. LL.*

PARALVS, Verr. IV. 60. heros, qui triremem primus ſtruxit. ejus imaginem Athenienſes magni faciunt. *de eo v. Plin. H. N. VII.* 56.

PARHEDRVS, ad Div. XVI. 18. Parhedri *nomen eſt etiam in Inſcriptione ap. Gruter. p.* CMLXIX. 7.

PARILIA, Att. IV. 10. Div. II. 47. *Solemnia in honorem* Palis, *unde &* Palilia *dicuntur. vid. Ovid. Faſt. IV.* 721. *ſqq. Drakenb. ad Liv. XL. 1.*

PARIS, Orat. 49. Nat. D. III. 38. Att. I. 18. Paris *vocatur* Memmius, *quia Luculli & Pompeji uxores ſtupraverat.*

PARMENIDES, Acad. IV. 23. negat ſciri poſſe aliquid. verſus ejus non boni ſunt. ibid. IV. 37. ex igni omnia gigni. N. D. I. 11. Deum eſſe continentem ardore lucis orbem, qui cœlum cingat. Acad. IV. 5.

PARRHASIVS, Flacc. 22. Trallianus.

PARRHASIVS, Tuſc. I. 2. pictor nobiliſſimus. *v. Junius in Catal. Pictorum & cet. Artif.*

PASIPHAE, N. D. III. 18. Perſeidis filia. de Div. I. 43. ejus fanum in agro Laconico propter urbem.

L. Junius PATIETVS, ad Att. XII. 2. *v. Paciæcus.*

T. PATINA, Milon. 17. Lanuvinus, P. Clodii familiaris.

PATISCVS, *Cilix.* ad Div. II. 11. ejus opera utitur Cicero Proconſul. IIX. 9. XII. 15. Claſſi in Aſia præeſt. proquæſtor cum Lentulo, Spintheris filio & Turulio miſſus a ſenatu, quod interfecto Cæſare conjuratos in Capitolium proſecutus erat. *v. Pighium ad a.* DCCIX.

PATRO, *Epicureus*, ad Div. XIII. 1. Ciceroni familiariſſimus. Phædro ſuccedit. Att. V. 11. &c.

PATROCLVS, Tuſc. II. 15. 16. *Daviſius vult legi:* Patrocles, *e Codd. MSS.*

Q. PATVLCIVS, Att. XIV. 18. *Fuit Quæſtor a.* DCCIV. *Hunc ſc. intelligi poſſe putem.*

L. PAVLLVS, *Macedonici Pater.* Orat. II. 87. qui ad Cannas male rem geſſit. Divin. II. 33. cecidit in pugna Cannenſi cum exercitu. Offic. III. 32. Conſul cum Varrone *a. DXXXVII. ſecundum, primum enim fuerat a. DCXXXIIII. cum M. Livio. Habuit tres filios. L. M. Q. v. Liv. XXIII.* 30. *de ejus morte v. eundem XXII.* 49.

L. Æmilius PAVLLVS, *Macedonicus, Africani minoris pater naturalis.* Brut. 20. diſertus. ad Div. IV. 6. Tuſc. III. 28. duos ſeptem diebus filios amittit. Brut. 19. ejus filium adoptat Africani majoris f. Div. I. 46. II. 39. Conſul iterum, omen, quod ei a filia, Æmilia offertur, cum ei bellum Perſicum mandatum eſſet. Off. II. 22. omni Macedonum gaza potitus eſt. Verr. I. 21. Perſen vi ac virtute ſuperavit. Mur. 14. de Perſe triumphus. Tuſc. V. 14. quid Perſæ reſponderit, cum in triumpho duci nollet.

L. PAVLLVS, M. F. Vatin. 10. quæſtor Macedoniæ, laudatur. Mil. 9. Calvino & Meſſala Coſſ. prætor, competitorem P. Clodium

dium habuit. &c. ad Div. VIII. 4. Consul cum C. Marcello. ibid. 10. provinciæ nimis cupidus. ibid. 11. C. Curionem habiturum comitia impedit, servando de cœlo. Phil. XIII. 6. Pompejum, Cn. filium, hortatur, ut cum suis copiis ad Mutinam eat. *ejus mentio fit quoque* ad Div. VIII. 8. XI. 19. ad Att. IV. 13. Ibid. 17. basilicam Æmiliam veterem reficit, novam locat. *de quo add. Lipsi. ad Tacit. A. III. 72. & Plin. H. N. XXXVI. 15. ubi v. Harduin.*

PAVLLVS, Pis. 17. *per ludibrium appellatur L. Pisò, Macedoniæ proconsul ab Æmilio illo Paullo Macedonico.*

PAVSANIAS, *Lacedæmonius.* Top. 20. Off. I. 22. rebus gestis imperium Lacedæmoniorum propagasse putatur.

PAVSANIAS, *Alabandensis.* ad Div. XIII. 64.

PAVSANIAS, ad Div. VIII. 8. libertus fuisse videtur. ibid. I. 7. Lentuli Spintheris libertus.

Q. PEDIVS, Att. IX. 14. Cæsaris legatus. Planc. 7. ædilitatem cum Cn. Plancio petiit. *Hic est sine dubio, qui a Cæsare coheres Octaviano scriptus, legem Pediam contra Cæsaris percussores scripsit, de quo Sueton. Cæs. 83. Ner. 3. &c.*

C. PEDVCAEVS, ad Div. X. 33. interiit in prælio Mutinensi, duce Pansa, fuit legatus Pansæ.

L. PEDVCAEVS, Flacc. 28. eques Romanus.

S. PEDVCAEVS, Att. I. 4. Sexti pater.

SEXT. PEDVCAEVS, Sext. F. Verr. I. 7. Senator. ad. Att. VII. 13. 14. & 17. Sextus, *nude dicitur.* ad Div. VIII. 14. absolvitur. Verr. II. 56. prætor censet Siciliam. Fin. II. 18. prætor Siciliæ, egregium ejus facinus.

PELEVS, Orat. III. 15. pater Achillis.

PELIAS Rex, ad Herenn. II. 22. Jason.

PELIAS, Orat. III. 58. Neptuni filius, Thessaliæ rex, a filiabus Medeæ fraudibus interfectus.

PELOPIDAE, ad Div. VII. 28. filii Pelopis, *h. l. Cæsariani, mali cives.*

PELOPS, Tusc. II. 25. equos a Neptuno obtinet.

PENELOPA, N. D. III. 22. uxor Mercurii, Panis mater.

M. PENNVS, M. F. Brut. 28. in tribunatu agitavit C. Gracchum, pater fuit Consul cum Q. Ælio. Off. III. 11. peregrinos exterminavit eamque ob causam reprehenditur.

PERDICCAS, Tusc. V. 12. *Rex Macedoniæ,* Archelai pater.

PERICLES, Brut. 11. Xanthippi filius, Anaxagoræ discipulus, doctrinam cum eloquentia forensi primus conjunxit. Orat II. 22. orationes ejus extiterunt Ciceronis temporibus. Off. I. 40. collegam Sophoclem in pretura reprehendit. Orat. 4. cir ceteris oratoribus præstitert. Off. II. 17. reprehenditur a Demetrio Phalereo, quod tantam pecuniam in præclara illa propylæa conjecerit. Off. I. 30. auctoritatem summam consecutus est sine ulla hilaritate.

PERICLES, Verr. I. 33. Ephesius nobilis, Romam evocatur.

PERIPATETICI, Tusc. IV. 17.

& 19. &c. eorum de affectibus sententia refellitur. Off. I. 25. laudant iracundiam, Cicerone improbante. N. D. I. 7. Fin. III. 2. 12. & 13. re, an verbis a Stoicis discrepent.

PERSA, Div. II. 37. v. *Perses.*

PERSA, de Div. I. 46. catellus L. Paulli, ex quo omen accipit L. Paullus.

PERSAEVS, N. D. I. 15. Zenonis auditor.

PERSEIS, de N. D. III. 18. filia Persei, mater Pasiphaës.

PERSES, Verr. I. 2. rex Macedoniæ, *Philippi II. fil. a quo Persicum bellum dicitur, quod est Macedonicum secundum.* Tusc. V. 40. Paullum precatur, ne in triumpho ducat. N. D. II. 2. ejus victoria nunciatur a Tyndaridis.

PERSEVS, N. D. II. 43. sidus. III. 18. ejus filia.

C. PERSIVS, Orat. II. 6. orator doctissimus, qui temporibus Gracchanis floruit, *vid.* Brut. 26. ei tributa est oratio, quæ sub C. Fannii nomine erat. Fin. I. 3.

M. PERPENNA, *sive potius* PERPERNA, *ut habent Manutius, Grævius. nam sic in numis, & fastis Capitol. vid. Græv.* ad Rosc. Com. 1. & Drakenb. ad Liv. XLIV. 27. Or. II. 65. judex in judicio Aculeonis a Gratidiano accusati. *Consul a.* DCLXI. Verr. I. 55. Censor. Q. Rosc. 1. inter judices sedet in causa Q. Roscii comœdi.

PESCENNIVS, ad Div. XIV. 4. Ciceroni in exilio bene facit.

M. PETILLIVS, Verr. II. 29. eques Romanus, negotiator in conventu Syracusano.

Q. PETILLIVS, pro Mil. 16. judex in Milonem.

PETISSIVS *Urbinas.* Phil. XII. 8. bonis suis effusis ad Antonium se applicuit. ibid. XIII. 2.

M. PETREJVS, Sext. 5. C. Antonii legatus, Catilinam persequitur. ad Div. XVI. 12. legatus Pompeji in Hispania. Att. VIII. 2.

PETRVS, Phil. XIII. 15. *vide in* Pætus.

PHAEDRVS, Or. I. 7. Div. I. 3. 7. &c. Platonis Dialogus; *qui a Phædro dicitur, quem vehementer Plato amavit, Laërt. III.* 29.

PHAEDRVS, ad Div. XIII. 1. Epicureus, moriens obtestatur Patronem, ne ædes Epicuri alienari sinat. M. Ciceroni puero, ut philosophus, post, Philone cognito, ut vir bonus & suavis probatur. Carus est Attico. Att. XIII. 37. ejus libri quidam. *Laudatur etiam* Fin. V. 1. N. D. I. 33. Phil. V. 5. ejus fil. Lysiades.

PHAETHON, Att. III. 8. ad Q. Fr. I. 4. nomen servi.

PHALARGVS, Verrin. V. 40. Centuripinus.

PHALARIS, Offic. III. 6. tyrannus. Div. I. 23. matris somnium. Verr. IV. 33. Pis. 18. &c. ejus taurus: (*a Timæo inter fabulas relatus; male: ut docet Diodor. Sic. XIII. p.* 211.) Offic. II. 7. Agrigentini in eum impetum faciunt.

PHALEREVS, Div. II. 46. v. *Demetrius Phalereus.*

PHAMEA, ad Div. VII. 24. libertus, *Tigellii avus.* Att. IX. 9. mori-

moritur. ad Div. IX. 16. Att. XIII. 49.

PHANIA, ad Div. III. 1. II. 13. libertus Appii Pulcri.

PHARNACES, Dejot. 5. contra eum pugnat cum Cæsare Dejotarus. cf. Att. XI. 20. 22. ad Div. XV. 15. *de bello hoc Cæsaris cum Pharnace v. Hirtius de Bell. Alex. 34. sqq. Est Mithridatis filius.*

PHARNACES, Att. XIII. 30. 44. servus librarius.

PHEMIVS, Att. V. 20. 21. sq. VI. 1. musicus, cornicen. *Ejus etiam mentio apud Ovidium Amor. III. 7. 61.*

PHERECRATES, Phthiota, Tusc. I. 10. inducitur in Dicæarchi libro de animo.

PHERECYDES, Tusc. I. 16. Syrius, *non* Syrus, *ut est in edd. plerisque.* Div. I. 50. Pythagoræ magister, hausta de puteo aqua terræ motum prædicit. Tusc. I. 16. primus dixit animos esse sempiternos. Vixit regnante Ciceronis gentili Servio Tullio. *Hic est physicus Pherecydes, is, qui primus Theologus est appellatus.*

PHERECYDES, Or. II. 12. Historicus antiquior Herodoto; *quem cave cum physico & theologo confundas. Historicus, Athenienſis fuit, Darii Hystaspidæ temporibus. de utriusque ætate, & scriptis accurate disputat Voss. de Hist. Gr. IV. 4. de Physico inprimis Menagius ad Laërt. I. 116. sqq.*

PHIDIAS, Or. II. 17. Tusc. I. 15. Or. 71. &c. signum Minervæ fecit, in cujus clypeum inclusit similem speciem sui, quod nomen inscribere non liceret.

PHIDIPPVS, Dejot. 6. medicus Dejotari.

PHIDITIA, Tusc. V. 34. convivia Lacedæmoniorum, *de quibus v. Suidam in Lycurgo. Veterum loca de iis vide apud Meurs. Misc. Lacon. I. 9. 10.*

PHILADELPHVS, Att. I. 11. *nomen servi Attici.*

PHILADELPHVS *Annius.* Phil. XIII. 12. prætorius, beneficio Cæsaris.

PHILARCHVS, Verr. IV. 12. Centuripinus. V. 34. Haluntinus.

PHILARGYRVS, ad Div. VI. 1. libertus A. Torquati. Att. IX. 15. servus aut libertus Attici.

PHILEROS, nomen servi. pro Corn. I. ad Div. IX. 15.

PHILINVS, Verr. III. 34. Herbitensis.

PHILIPPVS, *Alexandri pater,* Offic. II. 14. 15. ejus epistola ad filium, ut oratione multitudinem sibi conciliet, non largitionibus. I. 26. filium superat facilitate & humanitate, a filio superatur rebus gestis & gloria. Tuscul. V. 14. Lacedæmoniis minatur per literas. Att. I. 16. omnia castella expugnari posse dicebat, in quæ asellus auro onustus ascenderet. de Fat. 3. jubetur oraculo, cavere in capulo quadrigulas.

PHILIPPVS, *rex Macedoniæ, quocum bellum Maced. I. gestum est.* Invent. I. 12. Verr. I. 21. a Flaminino vincitur. cf. Phil. XI. 7. Agrar. I. 19. 33. Offic II. 14. Antigoni filius. Filii *vocem qui non concoquebant, quod sciebant, hunc* Philippum, Demetrii

metrii *esse, non* Antigoni *filium, ejecerunt: sed restituerunt post e MSS. viri docti. v. Manut. ad h. l. Fuit autem Philippus Antigoni ejus, qui Doson dicitur, filius privignus. Nam mortuo Demetrio, cum puer adhuc esset Philippus, tutor factus est ejus Antigonus Doson. Is paullo post matrem Philippi duxit, & tutelam Philippi sapienter gessit &c. vid. Justinus XXVIII.* 3.

PHILIPPVS, Verr. III. 34. Herbitensis.

PHILIPPVS, Flacc. 18. Temnites.

PHILIPPVS, ad Div. XIII. 28. Lacedæmonius.

L. PHILIPPVS, *e Marciis.* Off. II. 17. Q. filius. Sext. 51. vitricus Gellii, seditiosi hominis, fratris Consulis L. Gellii. Planc. 21. in petitione tribunatus mil. repulsam tulit. Offic. II. 21. tribunus plebis fert legem Agrariam, sed eam facile antiquari patitur. in ejus suasione quædam nimis populariter & perniciose dixit. Muren. 17. Brut. 45. in petitione Consulatus a M. Herennio vincitur. Rabir. 7. Consul cum Sext. Julio Cæsare. Or. I. 7. Consul tribuno M. Druso adversatur, & ab equitum partibus stat. Or. III. 1. graviter in Senatum Consul in concione invehitur, & propterea a L. Crasso objurgatur, referente ad senatum Druso. Dom. 32. avunculum suum Censor in recitando senatu præterit. Brut. 64. pro Cn. Pompeji bonis dicit senex. Att. VIII. 3. in Cinnæ dominatione arma capere noluit. Manil. 21. de Cn. Pompejo dictum honorificum. Brut. 47. optimus suæ ætatis Orator post L. Crassum & M. Antonium. Or. II. 61. Offic. I. 30. facetus. *ibid.* II. 17. solebat gloriari, se sine ullo munere adeptum esse omnia, quæ amplissima putarentur. *de eo cape* Agr. II. 16. *quem locum male Lauredanus de Cn. Lentuli Collega interpretabatur:* de Or. II. 54. Quint. 22. *vide etiam* L. Marcius.

L. PHILIPPVS, *L. F. Q. N.* Phil. III. 10. vitricus Octavii. Har. Resp. 6. ad Div. I. 9. Consul cum Cn. Lentulo Marcellino. Phil. III. 10. provinciam sibi ab Antonio datam recusavit. Phil. VIII. 9. ad Div. XII. 4. legatus a senatu Mutinam ad M. Antonium flagitiose facit. ad Att. X. 4. V. 12. XII. 16. 18.

Q. PHILIPPVS, Balb. 11. exul Nuceriæ vixit. *An is, qui bis Consul fuit? a. DLXVII. DLXXXIV.*

Q. PHILIPPVS, ad Div. XIII. 73. 74. Pro Consul *vocatur. Manutius intelligit* Asiæ: *quod probat Grævius.*

PHILISTVS, *Syracusius,* Div. I. 20. 33. historicus doctus & diligens, æqualis Dionysii tyranni. Or. II. 13. 23. familiaris Dionysii, imitatur Thucydidem. Brut. 17. non habet amatores. Br. 88. Q. Fr. II. 13. *v. Diodor. Sic. XIII. p. 222.*

PHILO, Acad. IV. 6. Clitomachi auditor. Or. III. 28. in Academia maxime floret. Brut. 89. princeps Academiæ *Quartæ* Mithridatico bello cum optimatibus Athenienſium domo fugit, & Romam venit. Ciceronem auditorem habuit. ad Div. XIII. 1. ei valde probatur. Acad. IV. 4. ejus libri duo. I. 4. contra eum scribit Antio-

Antiochus. Tusc. II. 10. versibus loco utitur. ibid. 3. alio tempore philosophiam, alio rhetoricam docebat. Acad. I. 4. magister Antiochi. Tusc. V. 37. peregrinatur.

PHILO, *Architectus*, Or. I. 14. Athenienſibus armamentarium fecit, *cujus mentio frequens antiquis. Loca veterum collecta vid. ap. Junium de Pictura in Catal. Artif.*

PHILO, ad Div. II. 12. VIII. 8. libertus M. Cœlii Rufi.

L. PHILO, *e Veteribus*. in Cæcil. 19. quæstor C. Servilii. Ei negata est accusandi Servilii potestas.

PHILOCTETES, ad Her. IV. 30. Tusc. IV. 30. *Pœantis filius, cui Hercules moriens sagittas tradidit &c. Memoria lapsum Ciceronem, pro Pœante posuisse Pœantis filium, putabat Victorius Var. Lect. II. 15. sed defenditur a Ciofano ad Ovid. M. IX. 229. ubi eadem dicuntur de Pœantis filio.*

PHILODAMVS, Verr. II. 44. Quintius.

PHILODAMVS, Verr. I. 25. Lampsacenorum princeps, a Verre vexatus & tandem occisus.

PHILODEMVS, Fin. II. 35. Epicureus, *quem nonnulli* Philodamum *vocant, minus recte. v. Menag. ad Laërt. X. 3.*

PHILODORVS, Flacc. 22. Tralianus.

PHILOGENES, Att. V. 13. VI. 4. servus aut libertus Attici.

PHILOGONVS, Q. Fr. I. 3. libertus Q. Ciceronis.

PHILOLAVS, Or. III. 34. Crotoniata, Pythagoreus, Archytæ discipulus.

PHILOTES, Alabandensis, ad Div. XIII. 56.

PHILOTIMVS, Att. II. 4. VI. 10. ad Div. III. 9. &c. libertus Ciceronis.

PHILOXENVS, Att. IV. 6.

PHILVS, Att. IV. 16. cognomen L. Fulvii. Amic. 4. 7. 19. laudatur.

PHINTIAS, Offic. III. 10. Pythagoreus.

PHOENIX, Or. III. 15. comes Achillis, disertus.

PHORMIO, Or. II. 18. Peripateticus, qui Ephesi vixit, ab Hannibale auditur & ridetur. c. 19. Phormiones *dicuntur, qui de re præcipiunt, & disserunt, quam non intelligunt.*

PHORONIS, Nat. D. III. 22. Valentis uxor, Mercurii cujusdam mater.

PICTOR, Or. II. 12. v. *Fabius Pictor.*

PIERIDES & PIERIAE, Nat. D. III. 21. Musæ ex Antiopa & Piero.

PIERIVS, s. PIERVS, ibid. pater Pieridum novem ex Antiopa.

PIETAS, Div. I. 43. ejus ædes Romæ.

PILIA, Att. IV. 4. &c. uxor Attici.

M. PILIVS, Att. XIII. 31. ad Div. VIII. 8. necessarius Attici, M. Servilium de repetundis reum facit.

Q. PILIVS, Att. IV. 17. necessarius Attici.

PINARII Nattæ, Div. II. 21. nobiles. *v. L. Natta.*

T. PINARIVS, ad Div. XII. 24. Att. VI. 1. VIII. 15. amicus Ciceronis.

M. PINARIVS, v. *Rusca.*

PINDARVS, poëta, Or. I. Fin. II. 34. &c.

PIN-

PINDARVS, ad Att. XVI. 1. decumanus.

T. PINNIVS, ad Div. XIII. 61. Ciceronem heredem secundum & tutorem instituit.

PIPPA, Verr. III. 33. Æschrionis uxor.

PISISTRATVS, *tyrannus*, Orat. III. 33. homo doctus & eloquens, primus Homeri libros sic disposuit, ut nunc habemus. *Commemoratur etiam* Brut. 7. Senect. 20. Att. VIII. 16. Nat. D. III. 33.

PISO, Att. XII. 3. argentarius.

C. Calpurnius PISO, Cæcin. 12. actor Æbutii contra Cæcinam. Att. I. 1. Proconsf. Galliæ. ibid. I. 13. 14. pacificator Allobrogum. Flacc. 38. a Cicerone defenditur. Brut. 68. statarius & sermonis plenus orator. *Consul fuit cum M' Glabrione a.* DCLXXXVI. *Nescio an hic est* arbiter in causa Q. Roscii & Fannii, Q. Rosc. 3.

C. PISO, in Pison. 1. ad Quir. p. Red. 3. in Senat. 15. gener Ciceronis, Ponti & Bithyniæ quæsturam pro soceri salute negligit. Brut. 78. ingeniosissimus, orator bonus: aliæ ejus laudes.

Cn. PISO, Sull. 24. Muren. 38. in Tog. Cand. Catilinæ socius, quocum cædem optimatium facere voluit.

L. PISO, *qui primus* Frugi *dictus est*. Brut. 27. Verr. III. 84. Off. II. 21. primus legem de repetundis tulit, Censorino & Manilio Consulibus, *a. DCIV.* multarum legum auctor & dissuasor. Font. 13. a C. Graccho multa turpia in eum dicta. Brut. 27. Or. II. 12. Annales scripsit & orationes. ad Div. IX. 22. ex ejus Annalibus laudatur: *peni deditos esse. Consul fuit a.* DCXX.

L. PISO, L. fil. Verr. IV. 25. Prætor in Hispania continentissimus, ibi interficitur.

L. PISO, Verr. IV. 25. L. F. L. N. prætor fuit. *& quidem* Verr. I. 46. cum Verre. in Cæcil. 19. P. Gabinium de repetundis accusat nomine Achajæ.

L. PISO, Cæsoninus, Dom. 9. lege Clodia Macedoniam accipit. ad Div. IV. 4. C Cæsaris socer, mentionem facit in Senatu de M. Marcello. Phil. I. 4. liberrimam orationem in senatu contra Antonium habet, sed eum pauci sequuntur. ad Div. XII. 22. non audet in Senatum venire timore Antonii. Phil. VIII. 9. X. 5. ad Div. XII. 4. legatus ad Antonium ad Mutinam, flagitiose fecit. *Hic est Gabinii in consulatu collega, de quo disce ex Or. in Sen. p. Red. 7. & tota Pisoniana.*

M. Pupius PISO, *Calpurnianus*, Dom. 13. adoptatur a M. Pupio. Verr. I. 14. Quæstor L. Scipionis Asiatici, pecuniam publicam non attingit, quod a Scipionis partibus dissentiebat. Planc. 21. in ædilitate petenda repulsam fert. Flacc. 3. Hispaniæ prætor. Att. I. 13. amicus Clodii operam dat, ut Rogatio de sacris violatis, quam ipse ferret, antiquetur. ibid. 14. valde reprehenditur. ibid. 16. Ciceronis opera Syriam provinciam amittit, quam spe jam præceperat. Phil. III. 10. provinciam sibi ab Antonio attributam recusat. Or. I. 22. eloquentiæ studiosus; secum habet Stasæam Peri-

Peripateticum. Brut. 64. 66. qualis orator. Fin. IV. 26. Stoicos facete ridet. ibid. V. 1. Nat. D. I. 7. Peripateticus. *Itaque inducitur utroque loco explicans rationem Peripateticam de summo bono & Natura Deorum. De eodem intellige locum* Phil. II. 25. *Cos. fuit a.* CDXCII.

PITARATVS, Fat. 9. Archon. Athenienſis, ſub quo Epicurus mortuus eſt.

PITTACVS, Sapiens. Or. III. 15. Leg. II. 26.

PITVANIVS, Att. IV. 15. homo pereruditus, & Græcis literis deditus, familiaris Attici.

L. PLAETORIVS, Cluent. 60. Senator.

M. PLAETORIVS, *M. F. Ceſtianus*, Font. 5. M. Fontejum accuſat. Cluent. 45. Ædilis curulis cum C. Flaminio. ibid. 53. prætor cum Cicerone. *De hoc forte capiendum* Plætorianum incendium *h. e. damnatio*, quo etiam Sejus ambuſtus eſt, *propterea, quod de reſiduis in judicium vocatus eſſet. Ex quo colligo, de repetundis damnatum eſſe Plætorium; quod in hunc optime convenit, qui poſt præturam potuit provinciam obtinuiſſe. Nummi hujus Prætorii ædilitii obvii ſunt. v. Valens in famil. Plætoria.*

PLAGIOSIPPVS, Herenn. IV. 31. *Variantes Lectiones in hoc nomine docent, quam in eo hæſerint librarii. Interpretes quidem L. Philippum Oratorem ſignificari putant hoc nomine.*

PLAGVLEIVS, Dom. 33. plebejus homo, e Clodianis operis.

Cn. PLANCIVS, Att. I. 12. tribunus militum in Macedonia, C. Antonio eam obtinente. Sen. p. Red. 14. quæſtor Macedoniæ, provincialia ornamenta deponit, & Ciceronem tuetur. Planc. 1. reus fit de ambitu a competitore ædilitatis Laterenſe. *v. argum. orat.* ad Div. IV. 14. exſuli ſpem reditus facit Cicero. Planc. 8. familia Plancia ex Atinati municipio fuit.

Cn. PLANCVS, Or. II. 54. a L. Craſſo defenditur. Cluent. 51. accuſat M. Brutus. *ſed in Cluentiana eſt* L. Plancius. Apud Quintilianum vero VI. 3. Cn. Plancus, *non* C. *quod Hotomannus in editione, neſcio qua, reperit.* Plancus & Plancius *permutari docebunt Var. L. Græv. ad Phil. VI. 4. De prænominibus idem intelliges ex ſequentibus.*

Cn. PLANCVS, *e Munatiis, L. F.* ad Div. X. 6. laudatur. ibid. 11. 17. eo utitur L. Plancus interprete ad Lepidum, de republ. defendenda &c. *Ad hunc ſcriptas putat Pighius ad a. DCCX. quo Cn. Plancus Prætor fuit, duas epiſtolas, quæ ſunt Att. XVI. 16. quod inſcribuntur* Prætori deſignato. *Recte. Nam* L. Plancus *jam vivo Cæſare* deſignatus Conſul *erat. Hæ autem epiſtolæ ſcriptæ ſunt poſt mortem Cæſaris, ut ex ipſis intelligitur. ſed in vulgatis inſcribuntur* L. Planco.

L. PLANCVS, *L. F.* ad Div. VIII. 1. a Cæſare donatur magna pecunia. Phil. III. 15. prætor Galliæ transalpinæ ex lege Iulia, Conſul deſignatus. ad Div. X. 1. Conſul deſignatus cum D. Bruto. ibid. 15. L. Antonium per-

persequitur. ibid. 18. ad Lepidum se confert rogatu Laterensis. 11. Lepidi inimicus. omnia ei obsequia promittit, si remp. respicere vellet. *De hoc Planco ejusque dubia fide & inconstantia, cognosci potest ex mutuis ejus & Ciceronis epistolis L. X. ad Div. Nescio quomodo acciderit, ut in vulgatis epistolæ L. X. inscriberentur* Cn. Planco. *Consul deinde fuit cum M. Lepido a. DCCXI. De ejus rebus agit Schœpflinus V. C. Alsat. illustr. II.* 1. 54.

L. PLANCVS, Phil. XI. 6. *vid.* T. Plancus.

T. PLANCVS Bursa, *L. F. Cn. & L. Planci frater.* Phil. XIII. 12. curiam incendit post cædem P. Clodii, *cum tribunus pl. ipse esset a. DCCI. v. Argum. Asconii in Milonianam.* Phil. XI. 6. cum Antonio facit. Pollentia expellitur ab Aquila, & quidem crure fracto. *ibi male vulgatæ habent* L. *pro* T. Phil. VI. 4. omnibus sententiis maximo plausu condemnatus, *de Vi, lege Pompeja, propter incensam curiam. cf. ad Div. VII.* 2. rediit Romam; *restitutus videlicet a Cæsare victore. sed hic quoque perperam exhibet Græviana* L. *pro* T. *Ex libello Var. Lect. apparet, operarum id vitium esse.* ad Div. VII. 2. XII. 18. inimicissimus Ciceronis, *a quo & accusatus de vi, damnatus est.* Phil. XII. 18. id agit, ut contra rempubl. restitutus esse videatur. ad Div. IX. 11. ejus ignorantia literarum ridetur.

M. PLANIVS, ad Div. IX. 13. eques Romanus.

PLATO, Div. I. 36. apes in pueri labris considunt. Fin. V. 29. Tusc. IV. 19. 25. Ægyptum & Magnam Græciam peragravit scientiæ causa. Acad. I. 5. philosophiæ Platonicæ descriptio & compendium. Acad. IV. 39. in Timæo putatur dicere, sed obscurius, nil moveri præter terram. ibid. 37. ex materia factum mundum a Deo æternum. Tusc. I. 17. de mundo & menti sententia. N. D. I. 12. in sententia de Deo inconstans, modo corporeum facit, modo incorporeum. ib. 10. rotundam figuram pulcherrimam putat. ad Div. I. 9. jubet in republica contendere, quantum probare possis, sine vi. &c. Leg. III. 15. mutatis musicorum cantibus, mutari civitatis statum putat. Or. 2. quid de ideis statuat. Or. I. 11. oratorem a reip. gubernaculis removet. Tusc. II. 11. poëtas e civitate sua ejicit. Att. VII. 12. ejus numerus obscurus. Or. 20. ejus dictio cur nonnullis poëma videatur. Off. I. 44. Dionem Syracusium instituit. Att. XIII. 21. libri ejus ab Hermodoro vulgantur. Rabir. Post. 9. ejus periculum apud Dionysium.

PLATO, Sardianus, ad Q. Fr. I. 2. 4. Epicureus.

PLATOR, Pison. 34. Har. Resp. 16. Dyrrhachinus, a L. Pisone venis incisis interfectus, accepta a Dyrrhachinis pecunia. *Nobiles in Macedonia* Platores: *Inter duces Philippi regis est* Plator *ap. Liv. XXVIII.* 6.

A. PLAVTIVS, ad Div. XIII. 29. prætor Bithyniæ & Ponti. *a. V. DCCV. Cæsare II. Consule.*

PLAVTVS, *Poëta*, Offic. I. 29. ad jocandum urbane & ingenioſe aptus. Brut. 15. quando mortuus ſit.

PLAVTVS, Att. I. 16. judex in judicio Clodii de ſacris violatis rei, abſolvit Clodium. *Videtur non verum ſed fictum ad contumeliam nomen eſſe. v. Caſaub. ad h. l. Forte ita appellat* Lentulum Crus, *quem inter judices conſtat fuiſſe, qui Clodium abſolverunt.*

PLEVRATES, Piſ. 34. Macedo, Platoris, *de quo ante*, comes, cum eo interfectus juſſu Piſonis. *Regulus* Pleurates *eſt ap. Liv. XXVII.* 30.

A. PLOTIVS *Silvanus*, Planc. 7. Ædilitatem cum Cn. Plancio petit. Att. V. 15. prætor, *Marcello & Sulpicio Coſſ. Forte idem eſt cum eo, qui paullo poſt Bithyniam obtinuit.* v. A. Plautius.

C. PLOTIVS, Flacc. 21. Senator, Legatus in Aſia fuit.

C. PLOTIVS, Fin. II. 18. Nurſinus, eques Romanus.

L. PLOTIVS, Arch. 9. poëta C. Mario jucundus.

POLA, *Servius*, ad Div. VIII. 12. accuſator.

POLEAS, Verr. IV. 42. Tyndaritanus.

POLEMARCHVS, Verr. III. 23. Murgentinus.

POLEMO, Acad. I. 10. Academiæ veteris philoſophus, in diſciplina Platonica nil mutat. Or. III. 18. Xenocratis auditor, nil ab Ariſtotele diſſenſit. Acad. IV. 42. ejus ſcripta. de Fin. IV. 6. ſummum bonum putat, ſecundum naturam vivere.

POLEMOCRATES, Flacc. 30. Apollonidienſis.

POLES, Flacc. 18. Temnites.

POLES, Leg. II. 13. augur. *ſed Daviſiana habet Polyidus.* Poles *quidam commemoratur apud Suidam in* Ὅμηρος. Polyidus *apud Homerum Iliad. ι.* 148. *& de Div. I.* 40.

POLLA, ad Div. XI. 7. *eſt Valeria Paulla, D. Bruti uxor.*

POLLEX, ad Div. XV. 6. Att. VIII. 5. XI. 4. *ſervus Ciceronis.*

POLLIO, ad Div. I. 6. IX. 25. XI. 9. &c. *cognomen Aſinii, de quo ſupra.*

POLLVX, Div. I. 43. ejus ædes Tuſculi. ibid. 34. ejus ſtella aurea Delphis poſita.

POLYAENVS, Fin. I. 5. Acad. IV. 33. Geometra inſignis, Epicuri familiaris, Epicuro aſſenſus eſt, totam Geometriam falſam eſſe.

POLYBIVS, ad Div. V. 12. Numanticum bellum ſcripſit. cf. Offic. III. 32. Att. XIII. 30.

POLYCHARMVS, Att. V. 11. prætor Athenienſium.

POLYCLETVS, Verr. IV. 3. nobilis ſtatuarius. Or. II. 16. Herculem finxit. Brut. 86. ejus Doryphorus. Tuſc. I. 2. pictor & ſtatuarius. *v. Davies &c.*

POLYCRATES *Samius*, Fin. V. 30. nihil adverſi expertus eſt, niſi, quod annulum amiſit.

POLYDORVS, Or. III. 58. Priami ex Hecuba minimus filius, *de cujus fatis Virgil. Æn. III. 49. & Ovid. Met. XIII. init.*

POLYGNOTVS, Brut. 18. pictor, *Thaſius, vixit circa Olymp. XC. Plin.* XXXV. 8. *v. Junius in Catal. Pict. &c. in ſuperciliis*

pingendis excelluit. Lucian. Imagg. T. II. p. 6.

POLYIDVS, Div. I. 40. Corinthius, augur, filio mortem prædicit. *Homer. Iliad. ξ.* 148.

POLYPHEMVS, Tusc. V. 39. Cyclops Siculus.

POMPEJA, ad Div. V. 11. P. Vatinii uxor.

POMPEJI, Parcennii, Verr. IV. 11. Mamertini, civitate donati.

POMPEJVS Phrygio, Or. II. 70. homo dives, cujus heres Scaurus fuit.

POMPEJVS Vindullus, Att. VI. 1. *videtur Pompeji M. libertus esse.*

A. POMPEJVS *Bithynicus*, v. *Bithynicus.*

Cn. POMPEJVS Basiliscus, Verr. IV. 11. Mamertinus, a Cn. Pompejo civitate donatus.

Cn. POMPEJVS Philo. Verr. IV. 22. Tyndaritanus.

Cn. POMPEJVS Theodorus, Verr. II. 42. Siculus.

Cn. POMPEJVS *Strabo*, (*de cognominis caussa v. Plin. H. N. VII.* 12.) *Sext. fil.* in Cæcil. 19. T. Albucium, cujus quæstor fuerat in Sardinia, accusare vult, sed ei non permittitur. Verr. III. 16. prætor Siciliæ. Font. 15. Balb. 22. bellum sociale gerit, *in Consulatu a. DCLXIV. & triumphat.* Phil. XII. 11. In ejus exercitu tiro fuit Cicero. Brut. 47. mediocris orator. Cornel. I. homo diis nobilitatique invisus. *v. Plutarch. in Pompejo init.* causam lege Varia dixit.

Cn. POMPEJVS *Magnus*, *Cn. F. Sext. N.* Act. I. in Verr. 10. ludos votivos dat. Manil. 4. bellum Sertorianum conficit. Verr. V. 2. dux contra fugitivos in Sicilia. Act. I. in Verr. 15. de potestate tribunitia restituenda fert. *pr. Manilia Leg. tot. eum omnes perfecti Imperatoris numeros implere ostenditur, & de rebus gestis ejus agitur.* Lege Manilia ipsi bellum Mithridaticum committitur. Sext. 27. ejus in Tigranem lenitas. Flacc. 28. Hierosolymis captis nil ex fano attigit. Att. I. 14. prima redeuntis e bello Mithridatico concio nemini probatur. ibid. 12. ejus divortium cum Mucia probatur. ibid. 19. ad rogationem Flavii agrariam incumbit. Phil. II. 10. eum a conjunctione cum Cæsare revocat Cicero. Att. II. 16. dicit se Cæsaris leges probare, actiones ipsum præstare oportere. ibid. 19. laceratur edictis Bibuli. ibid. I. 16. a plebe Cneus Cicero dicitur, quod eum nimis diligeret. ibid. 14. laudibus Ciceronis invidet. II. 3. Epicrates dicitur. II. 17. Alabarches vocatur. II. 9. Hierosolymarius. II. 12. Quindecimvir. Har. Resp. 23. a Clodio vituperatur ad populum. Toto pene tribunatu ejus publico caruit. Quir. p. Red. ejus in Cicerone revocando insignis opera. ad Div. I. 1. creditur Ptolemæum reducere velle. ibid. 8. Milonem defendens convicio populi jactatur. Offic. II. 16. magnificentissima munera ejus in secundo Consulatu. ad Div. VII. 1. ejus ludi magnifici, in dedicatione theatri dati, describuntur & contemnuntur. Off. II. 17. ejus theatra, porticus, templa reprehenduntur modeste: *v. Tacit.*

cit. A. XIV. 20. *& ibi Lipſ.* ad Div. VIII. 11. ejus ſecundus Conſulatus exagitatur a C. Curione, trib. pl. Att. VI. 1. Dom. 7. ei Ciceronis ſententia res frumentaria committitur cum imperio. ad Div. VIII. 8. de provinciis Cæſaris ſtatuere non vult. Att. X. 8. Themiſtocleo conſilio utitur. ad Div. VIII. 13. ſtomacho ita faſtidioſo & languente eſt, ut, quod ſibi placeat, reperire non poſſit. Att. VII. 11. reprehenditur, quod Cæſare adveniente urbem reliquerit. ad Div. IV. 7. copiæ ejus & genus exercitus non probantur M. Marcello & Ciceroni. Att. VIII. 2. *initio belli Civilis* nil agit ſapienter & fortiter, omnia contra Ciceronis conſilium. Cæſarem aluit, auxit & armavit. Att. IX. 13. de pace mittit ad Cæſarem. Tuſc. III. 26. fuga poſt pugnam Pharſalicam. ad Div. XII. 14. in fuga non recipitur a Rhodiis. Div. II. 9. in ſolitudine Ægyptiorum trucidatur, *& quidem ad montem Caſium, ubi ejus tumulus fuit. Plin. H. N. V.* 12. *ubi v. Harduin.* Div. I. 14. multa eum fefellerunt. Phil. II. 42. ejus domus & horti ad Antonium venere. Brut. 68. majorem dicendi gloriam conſecutus eſſet, niſi gloriæ cupido eum ad res bellicas abstraxiſſet. Offic. I. 22. fruſtra ſe tertio triumphaturum dicit, niſi Ciceronis beneficio triumpharet. &c. Milon. 25. Magnus vocatur. *de quo cognomine quando datum v. Scalig. ad Euſeb. p.* 154. *b. De* rebus geſtis *in compendio agit Plin. H. N. VII.* 26. *De* liberis *autem v. Bimardum Diſſ. I. c.* 2. *T. I. Theſaur. Inſcript. Murator. p.* 6. *ſqq.*

Cn. POMPEJVS, *alter Magni fil.* Att. XII. Phil. XIII. 4. per Lepidum adducitur ad pacem.

Q. POMPEJVS, Auli F. Brut. 68. Bithynicus dictus eſt, *quod cognomen familiæ manſit. de filio A. Pompejo Bithynico v. in Bithynico.* biennio major Cicerone. doctus, laborioſus, actione parum jucunda.

Q. POMPEJVS *Nepos*, A. F. Brut. 25. Muren. 7. Verr. V. 70. homo novus, ſummos honores conſecutus eſt. Fin. II. 17. Off. III. 30. inficiatur Numantinum fœdus, *quod injuſſu ſenatus populique fecerat an.* DCXIII. *poſt Conſulatum anno ante geſtum.* Brut. 76. Cenſor *cum Metello Macedonico.* Font. 7. a Cæpionibus accuſatus abſolvitur. Amic. 21. ab eo capitali odio, C. Lælii cauſa, diſſidet P. Scipio Afr. *quod cum promiſiſſet Scipioni, ſe C. Lælii petitionem Conſulatus adjuturum, ſemetipſum Conſulem fecerat, ut commemorat Plutarch. in Apopht. p.* 200. *ex quo etiam intelligitur, hunc Pompejum tibicinis filium fuiſſe. Adde de eo Vellej. II.* 1.

Q. POMPEJVS, *Q. F. A. N. Rufus.* Or. I. 37. prætor urbanus *a.* DCLXIII. familiaris Craſſi & Antonii. Agr. I. 15. Conſul cum L. Sulla, *a.* DCLXV. Amic. 1. capitali odio a P. Sulpicio trib. pl. *ejusdem anni* diſſidet, (*a cujus emiſſariis etiam filius ejus interfectus eſt. v. Vellej.*

lej. II. 19.) cum ante amicissimi fuissent. Brut. 56. orationibus Ælii utitur.

Q. POMPEJVS Rufus, *hujus Quinti, Q. F. A. Nepotis, nepos ex L. Sullæ filia, ejus Q. Pompeji fil. quem a Sulpicii emissariis interfectum diximus.* Sull. 19. Att. IV. 16. Q. Fr. III. 2. Messalam tribunus pleb. *a.* DCC. *&* DCCI. reum de ambitu facit. ad Div. VIII. 1. inimicus Ciceronis, *qui in causa Milonis diem dicere Ciceroni voluit. v. argum. Milon. Pediani.* unde fama orta est, Ciceronem itinere *in Ciliciam* ab eo *exule* interfectum esse. *Quod comitiis Conf. perpetuo obnuntiaret, in carcerem conjectum commemorat Dio Cassius Lib.* XL. *p.* 141. *Anno post tribunatum de vi condemnatus est cum T. Planco.* ad Div. VIII. 1. Baulis exulat, in summa paupertate, *qua eum M. Cælius idem, qui ante accusaverat, liberat, cogendo matrem Corneliam, ut prædia fidei suæ commissa redderet. Valer. M. IV. 2. hoc dicit Cælius:* usque eo embæneticam facit, ut ego misererer ejus esuriei. *v. Perizon. de L. Vocon. p.* 141.

Q. POMPEJVS, *Sext. F.* ad Div. XIII. 49. Curio commendatur.

SEXT. POMPEJVS, *S. F. Cn. Strabonis Fr.* Brut. 47. summus JCtus, geometra & Stoicus. cf. Or. I. 15. III. 21. Offic. I. 6. Phil. XII. 11.

S. POMPEJVS, *Cn. Magni fil.* Att. XII. 37. fugit in Hispaniam citeriorem. ad Div. XI. 1. nuncio de Cæsaris morte firmior futurus putatur. Phil. XIII. 6. Massiliæ versatur, ac Mutinam ire cum exercitu timet, propter veteranorum odium. Phil. V. 15. a M. Lepido civitati restituitur.

P. POMPEJVS Chlorus. Verr. II. 8. civis Rom. de conventu Mamertino.

POMPILIVS, Offic. I. 11. Imperator, in cujus exercitu tiro fuit Catonis Censorii filius. *Sed alii hic legunt:* Popilius, *quam lectionem recepit Grævius, & capiunt aut de* C. Popilio Lænate, *qui Consul fuit belli Maced. II. anno primo, aut de* M. Popilio, *qui Liguriam biennio ante bellum Maced. II. obtinuit, & ibi bene res gessit. Manutius pater autem legebat:* Paullus Æmilius, *quod probat fil. Aldus.*

POMPILII, Petit. Conf. 3. amici Catilinæ.

POMPONIA, Att. I. 5. soror Attici.

Cn. POMPONIVS, Brut. 49. 57. 62. Or. III. 13. qualis orator fuerit. Brut. 90. bello civili Sullano interiit.

M. POMPONIVS, Offic. III. 31. L. Manlio Dictatori, Torquati patri diem dicit, sed actionem abjicit, jure jurando motus, quod filio coactus dederat.

M. POMPONIVS, Div. II. 29. *Ad eum C. Gracchus librum scripsisse, ex h. l. colligi potest. Plutarchus in Gracchis p.* 842. *fidissimum Gracchi hujus amicum fuisse dicit Pomponium, qui eum revocavit, cum sibi manus afferre vellet.*

M. POMPONIVS, Dionysius, Att.

Att. IV. 15. libertus, junctus ex Attico & Cicerone.

T. POMPONIVS, ad Div. V. 4. &c. *est* Atticus.

C. POMPTINVS, Catil. III. 2. Flacc. 40. prætor Consule Cicerone. Prov. Cons. 13. Allobroges ex Prætura vincit. *v. Dio* XXXVII. *p.* 50. 51. Att. IV. 16. Q. Fr. III. 4. triumphum petit *ex Allobrogibus victis, quem tandem per S. Galbam impetravit. Dio* XXXIX. *p.* 120. Pis. 24. necessarius Ciceronis. ad Div. II. 15. III. 3. XV. 4. legatus Ciceronis in Cilicia. Att. VI. 3. vitia ejus. *In hujus nominis orthographia magna est varietas in Gronoviana & Græviana.* de prov. Cons. 13. *scribitur* Pontinius, *quæ scriptura etiam in Fastis occurrit. v. Pigh. ad a.* DCXC. *& in lapidibus. v. Græv. ad Att. IV.* 16. Att. VI. 3. Pomptinius. ad Div. II. 15. Att. V. 1. Pomtinius. Cat. III. 2. Pomtinus &c. *v. etiam Cortium ad Sallust. Catil.* 45. *In lapidibus Donianis invenio bis:* Pomptinius. *in Gruterianis contra est* Pontinius.

PONTIANVS, Att. XII. 44.

PONTIDIA, Att. V. 21. VI. 1.

M. PONTIDIVS, Or. II. 67. Brut. 70. Arpinas, vehemens orator & volubilis, sed nimis stomachosus.

C. PONTIVS Samnis. Offic. II. 21. *Est imperator Samnitium, cujus ductu Romani coacti sunt fœdus Caudinum facere.*

L. PONTIVS Aquila. ad Div. X. 33. legatus D. Bruti perit ad Mutinam. Att. V. 2. 3. 4. ejus villa in Trebulano. *Fuit de percussoribus Cæsaris, cujus mentio etiam* Att. I. 1. Phil. XIII. 2. *vid. etiam* Aquila.

T. PONTIVS, Fin. I. 3. Senect. 10. Centurio robore insignis.

PONTIVS Titinianus. Att. IX. 19. a Pompejanis partibus ad Cæsarianas transit.

POPILIA gens. Leg. II. 22.

POPILIA, Or. II. 11. mater Q. Catuli, cui primæ mulieri hoc contigit, ut publice laudaretur mortua. Laudavit autem filius.

C. POPILLIVS, *P. F. is, qui Consul bis fuit. a.* DLXXXIII. DXCV. Phil. VIII. 8. ad Antiochum M. regem Alexandriam obsidentem mittitur. *v. Liv.* XLV. 12.

C. POPILLIVS, *Lænas, C. F. C. N.* ad Her. I. 15. a Gallis obsidetur, ita discedit, ut impedimenta relinqueret, exercitum educeret, *cum legatus esset L. Cassii Cos. a.* DCXLVI. Leg. III. 16. a Cælio legis tabellariæ auctore opprimitur. *v. C. Lænas & infra, P. Popillius C. F.*

C. POPILLIVS, P. F. *ejus scilicet, qui a Graccho ejectus est.* Brut. 25. non indisertus. *Hunc autem, aut filium puto esse eum,* qui Act. I. in Verr. I. 13. de peculatu damnatus *dicitur. Hotomannus refert ad* P. Popillium, *de quo in Cluentiana. Male. Is de ambitu damnatus est, non de peculatu.*

L. POPILLIVS, Cluent. 47. judex in judicio Juniano. *Sed mihi dubium non est, quin sit,* P. Popillius, *legendum, ut est c.* 36.

M. POPILLIVS, *M. F. Lænas,* Brut. 14. Consul, *a.* CCCXCIV.

Flamen Carmentalis, seditionem auctoritate & oratione sedat. unde Lænas dictus sit?

P. POPILLIVS, *C. F. P. N.* Verr. IV. 50. P. Rupilii collega in Consulatu, *a. DCXXI. v. Vell. II.* 7. Cluent. 35. Dom. 31. a C. Graccho lege lata in exilium mittitur. Quir. p. Red 3. Sen. p. R. 15. Brut. 34. restituitur rogatione L. Bestiæ trib. pl. Brut. 25. non indisertus. *Hunc putarunt Viri docti quidam intelligi pro Balbo c.* 11. *ibique pro* C. Lænas *esse legendum* P. Lænas, *ut habet Manutius, inprimis cum de C. Popillii exilio nil ipsis constaret. Neque absurda est ista conjectura. Nam* P. *&* C. *in Popilliis, atque eodem hoc confundi ex Cluent.* 35. *intelligitur, ubi olim* C. *legebatur pro* P. *Neque tamen* C. *rejecerim. Potest enim intelligi de eo, qui a Cœlio oppressus est, & sine dubio exulavit. v.* C. Popillius C. F.

P. POPILLIVS, Cluent. 36. reus de ambitu, damnatur.

PORCIA, Att. XV. 11. *M. Catonis soror, Domitii Ahenobarbi uxor.* ibid. XIII. 37. 48. ejus laudatio.

PORCINA, Herenn. IV. 5. orator. *est C. Æmilius Porcina.*

PORCIVS, Font. 5. de cohorte M. Fonteji, aut portitor.

L. PORCIVS *Licinus.* Brut. 15. Consul cum P. Claudio, *a.* DL XIX. Licinus *scribendum esse, non* Licinius, *recte monent Viri docti ad Liv.* XXXIX. 32.

L. PORCIVS Nasica, Or. II. 64. ejus facetum responsum Catoni Censori datum.

PORSENA, Sext. 21. eum interficere conatur Q. Mucius.

PORTVNVS, Nat. D. II. 26. *Deus, a portu dictus.*

POSIDES Matro, Solentinus. Verr. II. 42.

POSIDONIVS, Offic. III. 2. Panætii discipulus. Att. II. 1. commentariis Ciceronis Græcis de Consulatu suo absterretur a scribendo de eodem. Tusc. II. 24. dolores fortiter fert. Nat. D. I. 42. liber V. de natura deorum. Div. I. 3. quinque libros de Divinatione edidit. *ibid.* II. 21. prognosticorum causas persequitur. *ibid.* II. 15. statuit homines ad hostias deduci vi quadam sentiente & divina per totum mundum fusa. ib. I. 30. II. 15. morientes divinare putat. Nat. D. II. 34. ejus sphæra. ibid. I. 3. instituit Ciceronem. Att. II. 1. Rhodi vivit. Fat. 3. ejus sententia de fato reprehenditur.

POSSIDORVS, Verr. III. 42. legatus Thermitanorum.

POSTVMIA, ad Div. IV. 2. Att. V. 20. 21. Servii Sulpicii uxor.

POSTVMIVS, ad Div. VI. 12. Cæsaris familiarissimus. Att. V. 21. XV. 2. procurator ludorum Octavii, *sed ibi* Postumus *dicitur.*

POSTVMIVS Cominius, Balb. 23. Consul cum Sp. Cassio *a.* CCLX.

POSTVMIVS, Fin. II. 22. homo voluptuosissimus. *Davisius recepit ex emendatione Scaligeri* C. Hirrius Postumius.

A. POSTVMIVS *Albinus,* Verr. I. 41. Censor cum Q. Fulvio. *a.* DLXXIX.

A. POSTVMIVS, Nat. D. II. 2. Dictator in bello cum Tusculanis,

nis, *a. CCLVII. quo anno & Consul cum T. Virginio fuit.*

C. POSTVMIVS, Div. I. 33. haruspex.

Cn. POSTVMIVS, Verr. I. 39. Civis Rom. qui Verris pecunias extraordinarias tractavit. *v. Curtius.*

Cn. POSTVMIVS, Muren. 27. subscriptor Sulpicii contra Murenam, præturam petit Cicerone Consule.

M. POSTVMIVS, Verr. II. 18. quæstor Verris.

P. POSTVMIVS Tubertus, Leg. II. 23. *v. Tubertus.*

P. POSTVMIVS, ad Div. IV. 12. familiaris M. Marcelli.

Q. POSTVMIVS, Verr. I. 39. Civis Rom. qui Verris pecunias extraordinarias tractabat. *v. Curtius.*

Q. POSTVMIVS, Dom. 44. *f. potius, ut est in prima Manutiana & Græviana*, Q. Sejus Postumus.

SP. POSTVMIVS, Sen. 12. Consul cum T. Veturio, *a.* CCCCXIX.

T. POSTVMIVS, Brut. 77. bonus orator, bellator acerrimus, juris publici peritissimus. *Prætor fuit, a.* DCXCVI. *v.* Postumus.

POSTVMVLENVS, ad Div. VI. 10. cognomen familiæ Romanæ.

POSTVMVS, Att. VII. 16. ei Sicilia decernitur a Senatu initio belli civilis. *Corradus de* T. Postumio *intelligit, de quo ante. Pighius ad a. DCXCVI.*

POSTVMVS, *cognomen Rabiriorum, Curtiorum. &c.*

POTAMO, in Cæcil. 9. scriba Q. Cæcilii quæstoris in Sicilia.

P. POTITIVS, Verr. I. 51. Senator.

PRAECILIVS, ad Div. XIII. 15. pater & filius.

PRAXITELES, de Div. I. 36. cælator. *ibid.* II. 24. Praxitelia capita. *laudatur præterea* ad Herenn. IV. 6. Verr. IV. 2. &c.

PRECIANVS, ad Div. VII. 8. JCtus, *apud Cæsarem gratiosus & Ciceronis amicus. Nomen indicat, e gente Precia in aliam transisse adoptione.*

L. PRETIVS, Verr. V. 62. eques Rom. negotiator Panormitanus.

PROCILIVS, Att. IV. 15. 16. reus condemnatur. *Idem memoratur* ad Q. Fr. II. 8. *q. l. negat Manutius* Prociliam *familiam esse. sed rectiora edoctus ab Ursino, mutavit dein sententiam. v. Ursin. ad Att. l. c. Fuit quæstor. a.* DCXCII. *tribunus pleb. a.* DCXCVII.

PROCILIVS, Att. II. 2. *Historicus, qui multa scripsit, & Attico in pretio fuit. Ei Cicero præfert Dicæarchum; ex quo colligas, eum Geographica scripsisse. Ejus mentio etiam apud Varron. de L. L. IV. & Plin. VIII. 2. v. Voss. de Hist. Lat. I. 12.*

PROCLES, Div. II. 43. Eurysthenis frater geminus, rex Lacedæmoniorum.

PROCVLVS Julius, Leg. I. 1. ei Romulus apparet, & se Quirinum nominari jubet.

PROCYON, Nat. D. II. 44. sidus.

PRODICVS Chius, Nat. D. I. 42. sententia de Diis Deos tollit. Or. III. 32. de natura rerum scripsit. de Hercule Prodicio *v. in* Hercules.

PROMETHEVS, ad Heren. IV. 6.

SEXT. PROPERTIVS, Dom. 19. Propertii *sunt gentis* Aureliæ.

PROTAGORAS, Nat. D. I. 23. Abderites, Athenis ejicitur, & libri ejus comburuntur. Brut. 12. locos communes scripsit, & rerum singularum laudationes vituperationesque. Or. III. 32. de natura rerum scripsit. Nat. D. I. 1. de diis dubitat.

PROTOGENES, Att. II. 21. Jalysum fecit. Brut. 18. pictor. *Cauneus, circa Olymp.* CXII. *floruit. de eo vid. Plin.* XXXV. 10.

PROTOGENES, ad Div. VII. 1. M. Marii lector.

PRVSIAS, *Rex Bithyniæ.* Div. II. 24. apud eum Hannibal exulat. Negat se audere, quod exta prohibeant, *de eo v. Liv. XLV. extr. Epit.* 51.

PSEVDOPHILIPPVS, Agr. II. 33. *quocum bellum Macedonic. III. gestum est.*

PTOLEMAEVS, *Lagi fil.* Div. II. 66. Dux Alexandri, venenato telo ictus, cum ex doloribus moreretur, radicula Alexandro somno oblata servatur.

PTOLEMAEVS, Offic. II. 23. Alexandrinus hospes Arati Sicyonii. *Est rex Philadelphus.*

PTOLEMAEVS, Dom. 7. rex Cypri, regis Alexandrini, frater *minor*, lege Clodia per Catonem regno ejicitur. Flacc. 13. Sext. 25.

PTOLEMAEVS, Tusc. V. 34. laudat cibarium panem. *Rex Ægypti, nescio qui.*

PTOLEMAEVS *Auletes*, Rab. Post. 2. regno pellitur. pecunias sumit a Rabirio Postumo. ad Div. I. 1. seqq. ab Alexandrinis regno pulsus, a Senatu R. restitutionem in regnum petit. Cui id negotii detur magna controversia fuit. cf. *Dio Alexandrinus.* Q. Fr. II. 10. ejus lectica Aniciana.

Q. PVBLICENVS, Q. Fr. I. 2. 4. Ei statua decernitur in Asia. Dignus honore illo.

PVBLICIVS, Div. I. 50. vates.

PVBLICIVS, Catil. II. 2. socius Catilinæ.

C. PVBLICIVS, Or. II. 67. ejus dictum de P. Mummio.

Cn. PVBLICIVS, Menander, Balb. 11. Græcus, libertinus, qui cum legatis Romanis in Græciam missus est, lege lata ita civitatem habuit, ut civis esset, si domum rediisset, & inde Romam revertisset.

L. PVBLICIVS, Quint. 6. venalitiarius, s. mango.

Q. PVBLICIVS, Clu. 15. prætor.

PVBLILIA, Att. XII. 32. Ciceronis post Terentiam uxor.

PVBLILIVS, Att. XII. 7. socer Ciceronis.

PVBLIVS *Syrus*, ad Div. XII. 18. mimus.

PVBLIVS, ad Div. XVI. 22. *quidam de Clodio intelligunt, sed rectius Corradus, de creditore Ciceronis, in quo jocus est; sed* Att. II. 7. *est* Clodius.

PVLCHELLVS, Att. II. 1. &c. Clodius.

PVLLVS Numitorius, Fin. V. 22. Fregellas prodidit.

Cn. PVPIVS, ad Div. XIII. 9. in operis societatis Bithynicæ.

M. PVPIVS, Dom. 13. adoptat Pisonem.

PYLADES, Fin. II. 24. amicus Orestæ, *a quo* c. 26. Pyladea amicitia.

PYRRHO, Fin. II. 11. 13. Offic. I. 2. de summo bono sententia. Tusc. II. 6. sententia de dolore.

re. Fin. IV. 16. virtus. *ab eo dicti* Pyrrhonii. Or. III. 17.

PYRRHVS, Div. II. 56. Æacides. ad Div. IX. 25. ejus libri de re militari. Muren. 14. de eo triumphat M' Curius. Offic. II. 7. ad eum Macedones universi se conferunt, Demetrio relicto. ad Div. V. 12. bellum Pyrrhi scripsit Timæus. Parad. 6. Fabricio pecuniam frustra offert. Amic. 8. ab eo propter probitatem non alieni sunt Rom. animi. Sen. 6. a fœdere cum Pyrrho abstrahit Romanos Appius Cæcus.

PYTHAGORAS, Tusc. I. 16. Pherecydis discipulus. Or. II. 33. Tusc. IV. 1. junior est Numa Pompilio. Fin. V. 29. Tusc. IV. 19. 25. Ægyptum peragravit, & Magos Persarum adiit. Acad. IV. 37. ex numeris & Mathematicorum initiis omnia esse putat. Nat. D. I. 11. Deum esse animum per mundum permeantem ejusque particulas animos nostros. *ibid.* III. 11. ad harmoniam canere mundum statuit. Divin. I. 3. magnam auctoritatem tribuit divinationi. Offic. I. 17. ultimum in amicitia putat, ut fiat unus e pluribus. Tusc. I. 25. summæ sapientiæ credit fuisse, imponere rebus nomina. Offic. I. 30. sine ulla hilaritate summam auctoritatem consequitur. Tusc. V. 3. cum Leonte de philosophia sermo. Nat. D. III. 36. Musis bovem immolavit, *invento theoremate de ratione quadrati subtensæ in triangulo rectiangulo ad quadrata reliquorum laterum. Sic etiam tradit Vitruv. IX. 2. alii autem hecatombem immolatam dicunt. v. c. Laërt. VIII. 12. v. Intt. ad Laërt. & Davis. ad h. l.* Fin. V. 2. Metaponti moritur. &c. Tusc. IV. 1. ejus philosophiæ Romæ vestigia.

PYTHAGOREI, Div. I. 30. quare fabis abstinuerint. Tusc. I. 16. sententiarum suarum rationem reddere non solent; ab iis Plato sententiam de animorum immortalitate hausit. *ibid.* V. 39. IV. 2. fidibus utuntur & cantu. Nat. D. I. 5. eorum, Ipse dixit. de Senect. 11. vesperi commemorant, quid interdiu egerint, audierint, dixerint. &c.

PYTHIA, Divin. I. 19. 36. eam terræ vis concitabat.

PYTHIVS, Offic. III. 14. argentarius Syracusanus, Canium equitem R. circumvenit.

PYTHODORVS, Flacc. 22. Trallianus.

Q.

QVERELAE, ad Div. VI. 6. liber Cæcinæ, laudatur.

QVINQVATRVS, ad Div. II. 12. XII. 25. *solemnia in honorem Minervæ*, majora *mense Martio*, minora *Idibus Junii. v. Ovid. Fast. VI.* 651.

C. QVINTILIVS, Cluent. 62. eques Roman. in agro Falerno.

P. QVINTILIVS *Varus*, Quint. 17. *Juris civilis peritus fuit, ut ceteri, quibus jungitur. Pighius ad a. DCLX. putat esse eum, qui in Cluentiana commemoratur. v. in* P. Quintius Varus.

SEXT. QVINTILIVS, p. Red. in Senat. 9. prætor *P. Lentulo Spinthere consule.*

C. QVINTIVS, Quint. 3. & 49. *frater P. Quintii, pro quo est oratio.*

L. QVINTIVS, Cluent. 27. Tribun. pl. *L. Lucullo & M. Cotta Coss. a. V.* DCLXXIX. patronus Oppianici, qui concionibus invidiam judicio Juniano conflavit. Brut. 62. in concionibus turbulentus. *idem videtur, qui* Att. VII. 9. *appellatur* familiaris Ciceronis.

L. QVINTIVS Cincinnatus, Senect. 16. aranti nunciatur, eum dictatorem esse factum. Ejus jussu magister equitum C. Servilius Sp. Melium interficit.

Num. QVINTIVS. Sext. 38. tribunus plebis Clodianarum partium, Lentulo Spinthere Cos. una cum Attilio Serrano. ibid. 33. eum omnes irridendi causa Gracchum vocabant: *vel, quod popularis videri vellet, vel quod filius Gracchi insitivi, ut Abramio videtur: quem vid.*

P. QVINTIVS Varus, Cluent. 19. homo summa religione & auctoritate. *Sed Lambinus, Merula aliique volunt legi:* Quintilius. *Etiam Pighius ad a.* DCLX. hunc locum *refert ad Quintilium, de quo supra.* Varus *est cognomen* Quintiliorum, *non* Quintiorum. *Sed Codd. nil variant.*

P. QVINTIVS, *pro quo est oratio, ex qua de eo cognosci potest.*

T. QVINTIVS *Flamininus*, Att. XII. 5. Consul cum M' Acilio, *a. V.* DCIII.

QVINTIVS *Gallus*, ad Div. XIII. 43. *nonnullis etiam:* Gallius. *Videtur legatus aut praefectus Q. Philippi Asiæ proconsulis. conf. 73. & 74. Nam ei commendatur, qui negotiatur Philomelii, quod est oppidum magnæ Phrygiæ, conf.* ep. 49.

QVIRINVS, Offic. III. 10. Romulus. Att. XII. 45. XIII. 28. Quirino σύνναος Cæsar.

QVIRINALIA, ad Q. Fr. II. 3. 13. *Solemnia in honorem Romuli. v. Ovid. Fast. II.* 513.

R.

RABIRIVS, Acad. I. 1. malus auctor philosophiæ Latinus. *Ab hoc sine dubio diversus est præstans poëta* C. Rabirius, *qui etiam Ovidio laudatur:* magni Rabirius oris. *v. Vossius Hist. Lat. I. 21. & alius, fortasse medicus, ap. Plin. H. N. XXIIX. 7.*

C. RABIRIVS, Rabir. Perd. 2. Saturninum trib. pl. interfecisse dicit Labienus, & propterea accusat. Pison. 2. a Cicerone defenditur. Att. I. 6. domum Neapoli habet, vendit.

C. RABIRIVS, Postum. 1. eques Rom. filius C. Curtii *naturalis, Rabirius per adoptionem. Accusatus de residuis, damnato Gabinio, a Cicerone defenditur.*

L. RABIVS, Verr. I. 34. *Marianus, transfugit ad Mithridatem. ab eo cum L. Magio mittitur ad Sertorium. prodito deinde Mithridate, ad Romanos rediit, & Romæ & Myndi habitavit. Asconius habet* Phanius: *unde* Fannius *edidit P. Manutius. alii* Fabius. *Appian. Bell. Mithrid. p.* 364. *ed. Toll.* Δύο Λάκιοι, Μάνιός τε. (*non Mummius, ut Hotomannus profert ad Cic. l. c.*) καὶ Φάνιος Μιθριδάτην

δάτην ἔπειθον συμμαχῆσαι τῷ Σερτωρίῳ. &c.

RABOCENTVS, Piſon. 31. Beſſicæ gentis princeps, a L. Piſone ſecuri percuſſus eſt.

L. RABONIVS, Verr. I. 50. ædis Caſtoris ſarta tecta tuetur. &c.

L. RACILIVS, Verr. II. 12. ad Div. I. 7. Tribunus plebis Marcellino & Philippo Coſſ.

RARIVS, vel RANIVS, Att. XII. 21. *forſan libertus aut ſervus Bruti.* Ranii *nomen occurrit in lapide apud Gruterum.*

REBILVS, vide *T. Caninius Rebilus.*

REGILLVS, *cognomen Æmiliorum.* Att. XII. 24. filius Lepidi, qui cum Qu. Catulo conſul fuit, *a.* DCLXXV.

REGINVS, Att. X. 13. mari *infero* præfectus, a partibus Pompejanorum eſt. *Corrado videtur eſſe* L. Minutius Baſilus, *quem hoc muneris habuiſſe Oroſius tradit L. VI. c.* 15.

L. REGVLVS, ad Div. XIII. 60. *e Livineis: (unde ejus libertus Trypho* L. Livinejus *dicitur)* familiariſſimus Ciceronis.

M. REGVLVS, Off. I. 13. Punico bello primo captus a Pœnis de commutandis captivis Romam mittitur. Piſon. 19. ejus ſupplicium. Att. III. 17. & cf. *M. Attilius.*

REMVS, Div. I. 47. auſpicium capit. II. 20. cum fratre Romulo & altrice bellua vi fulminis ictus concidit.

REMORA, Divin. I. 47. dubitant Romulus & Remus, urbem ab ſe conditam Romam, an Remoram appellent.

Q. REX, ad Div. XIII. 51. *e familia Martia, qui* in cauſa Pompeji fuit. *Sed* Orat. II. 29. *eſt* Conſul *a. V.* DCXXXVI.

RHINTON, Att. I. 20. poëta Comicus Tarentinus: ex eo verſus Græcus, *v. interpretes.*

RHODO, ad Div. II. 18. amicus Q. Thermi.

ROMVLVS, Divin. II. 20. cum fratre Remo & altrice bellua vi fulminis ictus concidit. *ibid.* I. 17. II. 38. ejus lituus. ibid. I. 2. 48. augur cum fratre. Nat. D. III. 2. auſpicia conſtituit. Leg. I. 1. dixit Julio Proculo, ſe Deum eſſe. Balb. 13. Sabinos recipit in civitatem.

L. ROSCIVS, Phil. IX. 2. legatus Romanorum, a Larte Tolumnio Fidenis interfectus.

Q. ROSCIVS, Quint. 24. Q. Roſc. 7. eximie laudatur. de N. D. I. 28. perverſis oculis eſt. Divin. I. 36. amores & deliciæ Ciceronis. in Solonio circumplicatur ſerpentis amplexu. haruſpices augurantur claritatem ejus. Leg. I. 4. ſenex tardiores fecit tibias. Arch. 8. ejus mors. Divin. II. 31. &c.

SEX. ROSCII, S. Roſcio. 6. ex Amerino municipio municipes. pater & filius. *vid. argum. orat.* Off. II. 14. filius a Cicerone contra L. Sullæ dominantis potentiam defenſus eſt.

T. ROSCII, Sext. R. 6. *Capito* & *Magnus*, municipes Amerini, propinqui Sexti, quorum opera pater S. Roſcius interfectus, & filius accuſatus eſt.

C. RVBELLINVS, ad Div. XII. 26. *pro quo Grævius e MSS. repoſuit:* Rubellius, *quod jam Vrſino in mentem venerat.*

RVBRIA,

RVBRIA, ad Div. IX. 21. Carbonis cujusdam, Ciceronis amici, mater.

RVBRIVS, Verr. I. 25. minister Verris proquæstoris. *Idem videtur cum* Q. Rubrio, III. 80.

L. RVBRIVS, *Cassinas*. Phil. II. 16. ei testamentum subjicit M. Antonius.

P. RVBRIVS, Verr. III. 57. eques Rom. in Syracusano conventu.

Q. RVBRIVS Varro. Brut. 45. a Senatu hostis cum Mario judicatus, acer & vehemens accusator.

Q. RVBRIVS, Verr. III. 80. a Verre in Sicilia, torque, phaleris & corona donatur.

RVFIO, ad Div. VII. 20. *Trebatii gentilis: ut docet Manutius ex inscriptione.*

RVFIO, Att. V. 2. XIV. 14. *est* Sempronius Rufus. Rufio. *est diminutivum a* Rufus. *amabatur autem a Cicerone, ut ex epistola Cœlii intelligi potest.* de Sempronio Rufo *vid. infra.*

RVFVS, ad Div. V. 19. *est* L. Mescinius Rufus. cogitat ad Pompejum transire. ep. 20. queritur, Ciceronem rationes provinciæ se non expectato ad ærarium detulisse. XIV. 14. *est* M. Cœlius Rufus, aut Mescinius Rufus.

RVFVS, ad Div. IX. 24. amicus Pæti, dicitur de salute Ciceronis laborasse.

RVFVS, Orat. II. 69. vide in *Rutilius.*

RVFRENIVS, ad Div. X. 21. *legatus Lepidi Triumviri, aut Tribunus, aut simile quid.*

P. RVLLVS, Agrar. I. 5. *Trib. pl. Consule Cicerone, qui legem Agrariam tulit, quam Cicero tribus orationibus dissolvit. Est e Serviliis. De patre ejus vid. Plin. H. N. VIII.* 51.

Q. *Fabius* RVLLVS, Phil. V. 17. admodum adolescens consul fit. *vide Manut.*

RVPA, ad Div. II. 3. libertus Curionis.

A. RVPILIVS, Cluent. 63. medicus.

RVPILIVS, Off. I. 31. histrio, Antiopam sibi eligit.

P. RVPILIVS, Verr. IV. 50. Læl. 11. P. Popillii Lænatis collega in consulatu. *a. V.* DCXXI. quæstionem exercent in eos, qui cum Gracchis feciissent: utuntur consilio Lælii. *De ejus acerbitate in ea quæstione vid. Vell. II.* 17. Verr. II. 13. Consul in Sicilia, *a quo* lex Rupilia *seu* Leges Rupiliæ. bellum servile oppressit. *v. Sigon. & Pigh. ad h. a.* v. *in P. Rutilius Rufus.*

P. RVPILIVS, P. F. Menenia. ad Div. XIII. 9. eques Rom. magister societatis Bithynicæ, Crassipede Quæstore.

M. RVSCA, Or. II. 65. *e Pinariis*, Trib. pl. (a. V. DCXXII.) tulit legem annalem.

RVSCIO, Mil. 22. servus.

C. RVSIVS, Brut. 74. accusator vetus, Sisennam ridiculum facit.

C. RVSTICELLVS, *Bononiensis*, Brut. 46. exercitatus in dicendo & natura volubilis.

RVTILIA, Att. XII. 20. C. Cottæ mater, Publii Rutilii soror.

C. RVTILIVS Rufus. Brut. 40. familiaris Scævolæ. in Cæcil. 21. subscriptor P. Lentuli principis

pis senatus in accusatione M' Aquillii.

L. RVTILIVS, Læl. 20. eum Consulem efficere Scipio non potest, cum fratrem Publium feciſſet. *nisi vero legendum* Rupilius. *vid. in P. Rutilius.*

L. RVTILIVS. Cluent. 65.

M. RVTILIVS, ad Div. XIII. 8. a Cæsare præfectus agro in Gallia Cisalpina dividendo.

P. RVTILIVS *Lupus*, Font. 15. L. Julii Collega in Consulatu *a.* DCLXIII. bellum sociale gerit, in quo perit.

P. RVTILIVS Rufus, M. F. Brut. 29. Orator, de Jure respondet. orationes scripsit, & de jure. Panætii auditor, prope perfectus in Stoicis. repulsam in Consulatu fert. pro se ipse dixit a Scauro accusatus. Or. II. 69. a Scauro competitore ambitus accusatus, a quo victus in petitione erat, eundem ipse accusat. Offic. II. 13. adolescens innocens, juris peritus habitus est, quia frequentabat P. Mucium. Planc. 21. in petitione tribunatus pl. repulsam tulit. Or. I. 40. tribunus pl. eo anno, quo fœdus Mancinus cum Numantinis fecit. Rabir. Perd. 7. contra Saturninum stat. Offic. III. 2. Panætium de prætermissis non reprehensum dicit, propter eorum, quæ perfeciſſet, præstantiam. Fin. I. 3. libros edidit. Att. IV. 16. inductus a Cicerone in libris de republica. Or. I. 53. Brut. 29. damnatur, quia nimis tenuiter se defendi voluit & a se aliisque defensus est. Balb. 13. damnatur ab equitibus, quod in Asia quæstor provinciales a publicanorum injuriis defenderat. Smyrnæ in exilio vixit. cf. Nat. D. III. 32. & Tacit. A. IV. 43. Font. 13. injuste damnatus est. Rabir. Post. 10. crudelitatem Mithridatis effugit, mutato habitu Romano & Græco assumto. *Laudatur* l. c. Pison. 39. Scaur. fr. 2. *Si vera est lectio*, Tusc. IV. 17. *ubi dicitur* P. Rutilius leviter ægrotans mortuus esse ob fratris repulsam; *de hoc accipiendum esse puto. Nam* Læl. 20. *L. Rutilius Publ. frater repulsam tulisse dicitur. Alium autem P. Rutilium ei fratrem fuisse, qui, quod Publius petens cum Scauro repulsam tulisset, mortuus sit, ut videtur Davisio, vix mihi persuadeam. Sed Manutius legit* P. Rupilius. *Etiam Læl. l. c.* Rupilius *pro* Rutilius *legunt Viri docti. v. Pighius ad. a.* DCV. DCXXI. *qui & hic & alibi hunc locum semper ita profert, tamquam* Rupilius *legatur.* P. Rupilium *Africani amicitia ad Consulatum perveniſſe, cum tenui loco natus esset, de eo convenit. Ea ipsa res facit probabile, ibi legendum* Rupilius. *Nam* Rutilium *Africani Scipionis opera Consulatum consecutum, nemo demonstrare poterit. Itaque mihi valde sit verosimile, & in Tusculanis & in Lælio* Rupilios *esse reponendos, idque placet etiam Buherio ad Tusc. l. c. & pluribus defendit Drakenb. ad Liv. Epit. 59.*

P. RVTILIVS, Cæcin. 10. testis in Cæcinam, homo nullius fidei.

S.

SABAZIA, N. D. III. 23. sacra Bacchi,

Bacchi, *qui ipse Sabazius dicitur.*
SABAZIVS, de Leg. II. 15. eum Aristophanes ejici vult, tamquam peregrinum Deum.
L. SABELLIVS, Brut. 34. a L. Cæsuleno ex lege Aquillia de justitia accusatur.
SABIDIVS, petit. Cons. 2. homo obscurus, quem competitor Q. Ciceronis in prætura ad tabulas posuerat, cum alium amicum honestum non haberet. Sabidia *est etiam ap. Donium in lapide I.* 164. *&* Sabidius *in Gruterianis lapidibus non unus.*
SABINIVS *Reatinus*, Sext. 37. *ex operis Clodianis, a quibus P. Sextius pæne interfectus est.*
C. SACERDOS, *e Licinii*s. Verr. I. 10. prætor Siciliæ ante Verrem. Planc. 11. legatus Q. Metelli in Creta. *Consulatum petiit cum Cicerone. v. Ascon. argum. or. in Tog. Cand. De ejus prætura urbana & Siciliensi multa sunt in Verrinis.*
SADALA, Verr. 24. rex *Thraciæ:* ad eum a Cn. Dolabella mittitur C. Verres.
SAFINIVS, Cluent. 25. Atellanus.
SALACO, ad Div. VII. 24. Nomen *hominis cujusdam in paupertate superbi: unde* h. l. Hermogenes Tigellius *Salaco dicitur.*
Q. SALASSVS, ad Div. VI. 18. P. Curtii frater, *e gente Postumia, si quidem germanus Curtii frater fuit. Provinciam obtinuit e prætura a. V. DCC.*
SALII, de Div. I. 16. *Sacerdotes Martis.* in eorum curia situs lituus inventus est integer, cum ea deflagravisset. *ab iis* Att. V. 9. *dicitur* Saliaris modus, *de conviviis opiparis & magnificis.*
SALINATOR, Or. II. 67. *est Livius, qui in censura a. V.* DXLIX. *hoc cognomen primus accepit. Liv.* XXIX. 37. Tarento amisso *bello Punico II.* arcem retinuit. *Liv.* XXVII. 25. *v. in* Livius. Brut. 18. Senensi prælio ludos Juventuti vovet.
C. SALLVSTIVS *Crispus.* Att. XI. 20. ei Cæsar ignovit. *de inimicitiis inter ipsum & Ciceronem, & orationibus, quas contra se invicem dixisse putantur, v. Corrad. Quæst. p.* 113. *sqq.*
SALLVSTIVS Caninius. ad Div. II. 17. proquæstor Ciceronis, *ad quem est epistola. Docti viri legendum existimant:* Cneus, *pro* Caninius, *ut sit P. Sallustii propinquus, de quo paullo post. v. Pighius ad a. V. DCCII. sed Codd. nil juvant.*
CN. SALLVSTIVS, ad Div. XIV. 11. Att. XI. 11. *amicus summus Ciceronis.* In animo Cicero habet cum eo mittere filium ad Cæsarem, cum exularet.
P. SALLVSTIVS, Att. XI. 11. *frater aut propinquus* Cnei.
CN. SALLVSTIVS, de Div. I. 28. *Ciceronis libertus.* ad Div. XIV. 4. 11. laudatur. Att. I. 3. & 11.
SEXT. SALTIVS, Agrar. II. 34. Duumvir Capuæ.
SALVIVS, ad Div. IX. 11. IX. 7. libertus Attici X. 18. libertus Hortensii filii.
SALVS, Att. IV. 1. Dea, cujus templum erat prope domum Attici in colle Quirinali. *de quo vid. Plin.* XXXV. 4. de Div. I. 47. Salutis augurium.

SAMIA-

SAMIARIVS, Phil. XI. 2. exul, a quo interfectus est C. Trebonius, jussu Dolabellæ.

SAMPSICERAMVS, Att. II. 14. 16. 17. 23. *est* Pompejus. *Ceterum est nomen Emesenorum Reguli. Strabo L. XVI. p.* 1092. *ed. Amel.*

SANDO, ad Div. III. 7. pater Athenodori *Stoici.*

Q. SANGA, Pison. 31. Senator, *de Fabia gente.*

SANNIO, ad Herenn. IV. 50. nomen servi.

SAPALA, petit. Cons. 3. amicus Catilinæ, præco.

SAPPHO, Verr. IV. 57. ejus statua in Prytaneo Syracusano.

SARA, v. *Siregius.*

SARDANAPALVS, Fin. II. 32. Tusc. Q. V. 35. epigramma in sepulchro ejus ridet Aristoteles. *De eo rege erudita est disputatio Buherii ad fin. notarum in Tusc.*

SARPEDON, Div. II. 10. filius Jovis.

SASERNA: Phil. XIII. 13. amicus Antonii. Att. XV. 2. cum Matio & Postumio ludos procurat, ab Octavio institutos, *in honorem Cæsaris.*

SASSIA, Cluent. 5. mater Cluentii.

SATRIVS, ad Brut. 6. legatus C. Trebonii.

SATRIVS *Caninius.* Att. I. 1. *Casaubonus putat esse equitem Rom., cujus, in libello de claris Grammaticis, Suetonius mentionem facit. Cicero eum appellat* fratrem P. Varii. *Corruptum locum putant cum alii, tum Langius ad Cic. de Offic. III.* 18.

M. SATRIVS, de Offic. III. 18. M. Minucii Basili sororis filius, & heres.

SATVRNALIA, Cat. III. 4. Att. V. 20. XIII. 52. *solemnia in memoriam aureæ ætatis celebrata 'a. d. XIIII. Kal. Jan. Saturnalia secunda & tertia, cape de die secundo & tertio Saturnaliorum. v. Gronov. ad Liv.* XXX. 36.

CN. SATVRNINVS, Planc. 8. & 12. laudatur. ejus pater primus ex Atinati municipio Ædilis & prætor factus est. ad Div. VIII. 14. accusatur a Cn. Domitio. XII. 26. heres Q. Turii.

L. SATVRNINVS, de Har. resp. 20. Sext. 17. Quæstor Ostiensis, in annonæ caritate a procuratione rei frumentariæ amovetur & propterea popularis fit. Catil. IV. 2. C. Memmium interficit. Sext. 47. a Q. Metello censore notatur. Dom. 31. Q. Metellum lege ex urbe ejicit. Rabir. Perd. 3. 6. ejus cædes, *de qua tota oratio legenda. c.* 11. a servo interficitur. Haruspex. resp. ad Her. I. 12. it. IV. 22. *&c. &c.*

SATVRNVS, Nat. D. III. 24. etymologia. II. 20. 46. stella. III. 17. ad occidentem maxime cultus est. III. 24. vincitur a Jove filio.

P. SATVRIVS, Qu. Rosc. 1. patronus Chæreæ, qui pro eo contra Q. Roscium comœdum dixit. Cluent. 38.

SATYRI, Nat. D. III. 17.

SATYRISCVS, Div. I. 20.

SATYRVS, ad Att. XII. 22. Attici servus.

C. SAV-

C. SAVFEJVS, Rabir. Perd. 7. cum Saturnino Capitolium armatus occupat.

L. SAVFEJVS, Att. I. 3. it. IV. 6. amicus Attici, Epicureus. II. 8. in ſtudiis laborioſus. cf. XIV. 18. XV. 4. XVI. 3.

SAXA, *Decidius*. Phil. X. 10. it. XI. 5. e Celtiberia, a Cæſare civitate donatus & deinde Tribun. plebis factus. Phil. VIII. 3. de grege Antonii, nebulo, Centurio &c. *add.* XIII. 12.

SCAEVA, Att. XIII. 23. Cæſarianus, *Caſſius Scæva. alii de* Trebatio *intelligunt. J. F. Gronovius ne ſanum quidem locum putabat:* emendare tentat Tunſtallus epiſt. ad Midletonum pag. 63.

SCAEVA, Rabir. Perd. 11. ſervus Q. Crotonis Saturninum interficit & propterea libertate donatur.

SCAEVOLA, *eſt cognomen* Muciorum. *Itaque* Scævolas, *in* Muciis *quære.*

SCAMANDER, Cluent. 16. libertus Fabriciorum Aletrinatium.

P. SCANDILIVS, Verr. III. 58. eques Rom. Syracuſis.

SCANTIA, femina. Milon. 27. *In hoc nomine libri valde variant: alii* Sentia, *alii* Sanctia, *quorum illud probat Schottus in Nod. Cic. III.* 13. Scantiæ *nomen frequenter occurrit in lapidibus Gruteri. &c.*

M. SCAPTIVS, Att. VI. 1. negotiator Cappadociæ, frater ejus, quocum Cicero controverſiam habuit in provincia. Ei præfecturam defert Cicero.

SCAPTIVS, Att. V. ult. VI. 1. 2. &c. *negotiator, frater Marci, præfectus Appii in Cilicia, controverſiam pecuniariam cum Salaminiis habet, & multum Ciceroni Procoſ. moleſtiæ affert; quæ res his epiſtolis narratur.*

P. SCAPVLA, Quint. 4. fœnerator. Scapulæ *cujusdam* horti *commemorantur* Att. XII. 37. Scapulæ *autem ſunt e* Quintiis. *v. Harduin. ad Plin. VII.* 53. *Itaque* Scapulæ, *quibuscum decidit* Quintius, *gentiles ejus videntur fuiſſe.*

SCAPVLA, ad Div. IX. 13. auctor ſeditionis in Hiſpania ulteriori, confirmatæ a Pompejo filio. *de ejus interitu vid. Hirt. Bell. Hiſp.* 33.

SCATINII, Phil. III. 6. ſunt ex Aricia.

SCATO, Dom. 44. homo obſcurus, Clodianus, e Marſis, ſub cujus nomine Clodius ædes Q. Seji emit.

M. SCAVRVS, *ex Æmiliis*, Or. II. 64. humili genere ortus. Muren. 7. memoriam generis ſui intermortuam renovat. Brut. 29. ejus orationes & libri. Stoicus fuit. Offic. I. 30. ſingulari ſeveritate fuit. Muren. 17. a Q. Maximo in petitione Conſulatus vincitur. Brut. 30. cum P. Rutilio conſulatum petit, eumque vincit, & de ambitu accuſat Rutilium, ab eoque de ambitu accuſatur fruſtra. conf. Or. II. 69. Offic. I. 22. reſiſtit C. Mario. Sext. 47. omnibus ſeditioſis a Graccho ad Q. Varium reſiſtit. Har. reſp. 20. procuratio rei frumentariæ ei mandatur, remoto Saturnino. v. *L. Saturninus.* Dejot. 11. a trib. pl.

pl. Cn. Domitio Ahenobarbo accusatur. *v. Ascon. ad fr. Or. pr. Scaur. fil.* Dom. 19. de pluribus rebus simul ferre contra legem Didiam ausus, non obtinuit. Nat. D. II. 23. Mentem & Fidem in Capitolio dedicat. fr. Or. pr. Scaur. accusatur a Cn. Domitio, Q. Servilio Cæpione, & Q. Vario trib. pleb. *ubi vid. Ascon.* ibid. princeps Senatus. *v. Wesseling. V. C. Obs. I. 11. Consul fuit a. V. DCXXXVIII. princeps Senatus lectus a L. Metello & Cn. Domitio a. eodem. post idem Censor & iterum Consul fuit.*

M. SCAVRVS, *M. principis Senatus fil.* de Offic. II. 16. imitatur P. Lentuli magnificentiam ædilitatis *de qua v. Plin. H. N. XXXVI. 15. ubi* privignus Sullæ *vocatur. Nam Sulla duxit viduam Scauri, principis Senatus, Metellam, ut auctor est Plutarch. in Sulla; quam proscriptionum sectricem Plinius appellat: unde huic Scauro illæ tantæ divitiæ.* cf. pr. Sext. 54. *& Pighi ad a. V.* DCXCV. Sext. 47. ad eum prætorem causa P. Sextii acta est. Offic. I. 39. Cn. Octavii domum demolitus, ei accessionem adjungit. repulsam in *Consulatus petitione* tulit. Att. IV. 15. de repetundis accusatus *e Prætura Sardiniæ*, a Cicerone defenditur. v. fr. Or. pr. Scauro, & Ascon. Argum.

M. SCAVRVS, *ex Aureliis. v. in* Aurel.

C. SCIPIO, *e Corneliis.* pro Sext. 3. socer P. Sextii, vir optimus, in exilio Massiliæ vixit. *Sed* Cajus *est ex editionibus primis & MStis, posteriores receperunt* Lucius *& interpretantur de Asiatico. nep. vid. Manutius ad hunc locum.*

CN. SCIPIO, *Calvus L. F.* Planc. 24. & 25. Off. I. 18. *is, qui cum fratre* Publio *in Hispania cum Pœnis bellum gessit, pater P. Scipionis Nasicæ, qui vir optimus judicatus est, de quo infra.* Balb. 15. in Hispania occiditur cum fratre. cf. Tusc. I. 37. 46. Nat. D. III. 32.

L. SCIPIO *Asiaticus*, P. F. L. N. Mur. 14. de Antiocho triumphat, *unde* Asiaticus *dictus est: de quo triumpho vid. Plin.* XXXIII. 11. provinc. cons. 8. ei auxilio est Tib. Gracchus pater trib. pl. cum in carcerem duceretur. Brut. 47. non imperite dixit. Phil. XI. 7. collega C. Lælii sapientis in consulatu, ad quem cum Senatus deferret provinciam Asiam, quæ Scipioni obvenerat, frater major P. Africanus eam ignominiam deprecatur, & se legatum ei fore pollicitus, provinciam ei conservat. Rabir. Post. 10. ejus statua in Capitolio cum chlamyde & crepidis.

L. SCIPIO, Asiaticus, *L. F. ejus, ut opinor, cujus quæstura est ap. Liv. XLV. 44. L. N.* Rabir. Perd. 7. Verr. I. 14. Collega C. Norbani in Consulatu *a. V.* DCLXX. ad Herenn. III. 2. legibus solvitur propter bellum Italicum, ut ante annum suum Consul fieri posit.

M. SCIPIO, Brut. 20. ejus, qui sacra accepit, *h. e. P. Nasicæ*, filius, eloquens habitus est.

M. SCIPIO, *Maluginensis*, Or. II.

64. dictum de L. Manlio Acidino consule. *Esse videtur* M. Scipio, *qui inter Prætores nominatur ap. Liv. XLI.* 14. & 27. M. Cornelius Maluginensis *dicitur. Sic placet Sigonio de Nomin. c.* 5. *disputanti contra Robortellum qui ap. Ciceronem* Cæpio *legi volebat. Aliquid tamen dubitationis remanet Dukero ad Liv. l. c.*

P. SCIPIO, L. F. Off. I. 18. pro Planc. 25. laudatur propter res in bello fortiter gestas. pro Balbo 15. occiditur in Hispania cum fratre Cnæo, *de quo supra.* Phil. XI. 7. pater L. Asiatici & P. Scipionis majoris. *de* Lucio *supra. de* Africano *& ejus posteris vid. in* P. Africanus.

P. SCIPIO, CN. F. L. N. har. resp. 13. optimus de toto populo Rom. judicatus, sacra matris Deum manu sua accipit. *v. Liv.* XXIX. 14. XXXV. 10. *& tamen bis repulsam tulit. Plin.* VII. 34. Or. III. 33. omnibus civibus sui copiam fecit. Pontifex Max. *Consul fuit a. V. DLXII. collega M. Acilii Glabrionis, v. Liv.* XXXV. 24. *& jurisprudentia celeber; de quo vid. Rupertum ad Pompon. III.* 3.

P. SCIPIO, P. F. CN. N. Nasica. Corculum, *hoc est sapiens;* vid. Tusc. I. 9. Brut. 20. & 58. bis consul, *nempe a. V. DXCI. cum C. Figulo & a. V. DXCIIX. cum C. Marcello.* & censor fuit *a. V. DXCIV.* N. D. II. 4. C. Figuli collega a Ti. Graccho *patre* vitiose creatus, abdicat se magistratu. cf. Divin. II. 35.

P. SCIPIO NASICA, P. F. P. N. CN. PRON. Planc. 21. ædilitiam repulsam fert. Br. 22. cum D. Bruto Consul fuit, a. V. DCXV. Leg. III. 9. a Tribuno pl. Curiario in vincula conjicitur. Planc. 14. consul a Granio præcone reprehenditur. Catil. I. 1. Pontifex Max. Ti. Gracchum interfecit. Dom. 34. ejus factum SCtis probatur. Læl. 12. vexatur ab amicis Gracchi. Off. I. 22. privatus æque multum profuit reip. quam Africanus in exscindenda Numantia. Flacc. 31. Pergami moritur. Off. I. 30. in sermonibus ejus nulla comitas fuit. *hic* Serapio *dictus est a similitudine suarii cujusdam negotiatoris, sive alius vilis hominis primum ab irridente tribuno plebis. Liv. epit.* 55. *deinde vulgo. v. Plin. VII.* 12. ejus facete dictum est de Or. II. 70.

P. SCIPIO NASICA, P. F. P. N. P. PRON. CN. ABN. Brut. 34. in consulatu mortuus *a. V.* DC XLII. collega L. Bestiæ. de Off. I. 30. sermone effecit, ut unus e multis videretur. *duxit Cæciliam Macedonici filiam.*

P. SCIPIO, P. F. P. Serapionis Nepos. Br. 58. gener L. Crassi. *Hic est, qui pro* Sext. Rosc. 28. memoratur.

P. SCIPIO NASICA, *P. ex Licinia Crassi Filius.* Att. II. 1. a Favonio accusatur *de ambitu: sed eripitur ei adsumtus a Pompejo Collega in Consulatu tertio. Dio Cass. XL. p.* 144. *Adoptatus est a Metello Pio, unde* Q. Cæcilius Metellus Pius Scipio, *& modo P. modo Q. dicitur: v. quos laudat Oudendorp. V. C. ad Sueton. Tib.* 4. *Pompeji M. collega a. V. DCCI. & ejus-*

ejusdem socer: de quo vide supra in Metellis. *memoratur etiam* ad Div. VIII. 9. Verr. IV. 36. Verris advocatus, reprehenditur.

SCOPAS, Or. II. 86. Thessalus, a Simonide victor laudatus, sordidum se præbet.

SCOPAS, Div. I. 13. eximius sculptor. *v. Plin.* XXXVI. 5.

C. SCRIBONIVS, C. F. Pop. Curio. ad Div. VIII. 8. *est* C. Curio fil. *trib. pl. de quo supra.*

L. SCRIBONIVS, Libo, Or. I. 53. tribunus pl. quæstionem fert in Ser. Galbam prætorem Hispaniæ. add. de Or. II. 65.

SCROFA, Att. V. 4. *cognomen* Cn. Tremellii.

SCYLAX, Div. II. 42. Halicarnasseus, familiaris Panætii, excellens in astrologia, idemque in civitate sua princeps; repudiat Chaldaicum prædictionis genus.

SCYLLA, Verr. V. 56. Har. Resp. 27. Nat. D. I. 38. *monstrum, de quo plenæ fabulæ sunt. v. Ovid. Met. XIII.*

SCYRON, Acad. IV. 33. *Epicureus, tempore Ciceronis.*

SEBOSVS, Att. II. 14. 15. Catuli familiaris. *Harduinus ad Plin. IX. 15. putat esse* Statium Sebosum, *cujus ibi mentio.*

SEDVLIVS, Dom. 30. dux servorum, quorum opera P. Clodius usus est.

SEGAVIANVS, ad Div. X. 17. *sed pro hoc est in Græviana:* Sext. Gavius.

SEGVLIVS, Labeo, ad Div. XI. 20. 21. homo nequissimus. Octavianum Ciceroni iratum dicit.

SEJVS, Att. V. 13. *libertus aut procurator Attici. jungitur* Philogeni, *qui Attici libertus erat. Alius est* ad Div. VII. 12. *sed ibi Gronoviana legit* Titius.

Cn. SEJVS, Cluent. 38. Senator.

M. SEJVS, L. F. Offic. II. 17. in caritate annonam assibus populo vendit *in ædilitate a.* DCL XXX. *Plin.* XV. 1. Planc. 5. judicio condemnatus tamen M. Pisonem in petitione vincit. *de hoc intelligi potest* ad Div. IX. 7. *Idem, aut filius est, qui* XI. 7. *memoratur, & legatus D. Bruti fuisse videtur, it.* Att. XII. 11.

Q. SEJVS, Postumus, Dom. 44. 50. Har. resp. 14. eques Rom. cujus ædes P. Clodius emere voluit, domino repugnante.

SELENE, Verr. IV. 27. uxor regis Antiochi, *primo Grypi, deinde Pii, ex Ægypto, quæ & Cleopatra dicta est. Ejus filii duo fuere,* Antiochus Asiaticus, & Seleucus Cybiosactes, *de quibus suo loco, videndum. Eorum mentio in Verrinis IV. 27. add. Joseph. Ant. XIII. 29.*

SELEVCVS, ad Div. VI. 18. servus Q. Leptæ.

Q. SELICIVS, ad Div. IX. 16. *a quo* Seliciana villa. ad Att. I. 12. fœnerator. ad Div. I. 5. amicus Lentuli Spintheris, quocum Cicero consilia de causa Lentuli contulit.

SELIVS, ad Div. VII. 32. malus Orator.

C. & P. SELII, Acad. IV. 4. familiares L. Luculli, docti homines, qui Philonem Romæ audierant.

SEMELE, Tusc. I. 12. Nat. D. II. 24. mater Bacchi.

SEMIRAMIS, Prov. Cons. 4. *ita* A. Gabinium *Syriæ Procos. appellat, ut mollitiem ejus notet.*

Ti. & C. SEMPRONII, Or. I. 9. &c. *sunt* fratres Gracchi, *de quibus v. in* Gracchis.

A. SEMPRONIVS, *Musca quæsturæ* Or. II. 60. Candidatus a Vargula male accipitur.

C. SEMPRONIVS Rufus, ad Div. VIII. 8. calumniam fert. amicus Ciceronis: *cujus sæpe mentio.* v. c. Att. VI. 2. ad Div. XII. 22. 25. *vide etiam* Rufio.

L. SEMPRONIVS, Atratinus. ad Div. IX. 21. Consul & Censor fuit cum L. Papirio Mugillano A. V. CCCXII.

M. SEMPRONIVS, Or. II. 60. A. frater.

C. SENTIVS, *Saturninus.* Verr. III. 93. Pison. 34. prætor Macedoniæ *a. DCLXXI.* a Denseleto defenditur. permagnam e cibariis pecuniam, propter caritatem frumenti, deportat. homo innocentia singulari.

SEPTIMIA, ad Div. IX. 10. Att. XVI. 11.

C. SEPTIMIVS, Att. II. 24. scriba Bibuli Consulis.

C. SEPTIMIVS, Sen. p. Red. 9. prætor P. Lentulo Spinthere Consule. Att. XII. 13. 14. augur. *Pighius* Scævolæ *cognomen de conjectura dedit. Mihi videtur idem esse cum eo, qui* ad Div. VIII. 8. *in SCto M. Marcelli inter eos nominatur, qui scribendo affuerunt:* C. Septimius T. F. Quirina.

P. SEPTIMIVS Scævola. Act. I. in Verr. 13. Cluent. 41. Senator, de repetundis accusatur, propter judicium Junianum, Hortensio prætore. *Ab hoc diversum putem* P. SEPTIMIVM testem in L. Flaccum, Flacc. 4.

Q. SEPTITIVS, Verr. III. 4. eques Rom. arator in Sicilia.

SEPTVMVLEJVS, Anagninus. Or. II. 67. interfecit C. Gracchum, & pro ejus capite aurum accepit. Postea præfecturam in Asia a Scævola petiit.

SEPRVLLA. Att. I. 12. *Si sana lectio, nomen est servulæ, quæ P. Clodium emisit ex ædibus Cæsaris. Sed Græv. ostendit esse legendum:* Servulæ.

SERAPIO, Att. VI. 1. *est* Scipio Nasica, *de quo ante.*

SERAPIO, Att. X. 17. *servus Attici.*

SERAPIO, Att. II. 4. libros ejus non intelligit Cicero. ibid. 6. Eratosthenem valde reprehendit. *Fuit Antiochenus, qui Geographica scripsit. Commemoratur etiam a Plinio in Elencho scriptorum L. IV.*

SERAPIS, Div. II. 59. Nat. D. III. 19. &c. Deus Ægyptiorum.

C. SERENVS, Planc. 5. præfertur Q. Catulo. *Græv.* Seranus, *quod jam P. Manutio placuerat. Nam* C. Serranus *a. DCXLVI. proxime Consul ante Catulum & Cn. Manlium, cujus proxime mentio.* Serani f. Serrani *sunt ex Attiliis, de quibus supra.*

SERGIVS, Phil. II. 25. mimus.

C. SERGIVS, Aurata f. Orata. Or. I. 39. Off. III. 16. *Prætor a. DCLVI.*

CN. SERGIVS, Verr. III. 43. decumanus in Sicilia. Venerius.

L. SERGIVS, Verr. III. 78. scriba Ciceronis quæstoris.

L. SERGIVS, Dom. 5. familiaris P. Clodii, qui Q. Metellum Consulem P. Clodii fratrem lapidibus appetivit & percussit, eique

eique se ad Cn. Pompejum interficiendum obtulit.

Q. SERGIVS, Cluent. 8. Senator, inter sicarios damnatus est.

SERRANVS, ab aratro dictator. Sext. 33. 39. 43. &c. *v. in* Attilius.

C. SERRANVS, Rab. Perd. 7. est Collega Q. Cæpionis. *de eodem accipe* Planc. 5. *ex lectione Græviana. v. C. Serenus.*

Sext. SERRANVS *Gavianus.* Att. IV. 2. tribunus pl. *Spinthere & Metello Coss.* intercedit SCto, de ædibus Ciceroni restituendis, sed paullo post concedit. Har. Resp. 15. sacella inædificat. *De hoc accipe etiam* Sext. 33. Serranus non ab aratro, sed &c. *v. de hoc loco Perizon. Animadv. Hist. c.* 1.

SERRANVS Domesticus, ad Q. Fr. III. 8. ejus filius moritur. Laudat pater scripto Ciceronis. *Ex quo intellige diversum esse ab illo Sexto, de quo dictum, inimico Ciceronis.* Domestici *nomen reperies etiam in lapide apud Gruterum* DCCCIX. 9.

Cn. SERTIVS, Verr. II. 48. eques Romanus.

Q. SERTORIVS, Brut. 48. qualis in dicendo fuerit. Muren. 15. sollicitatur a Mithridate, ut se cum eo conjungat. *v. L. Rabius & Magius.* Manil. 4. a Cn. Pompejo vincitur. *Hic notissimus Romanorum in Hispania hostis, & bellum cum eo gestum sæpe memoratur v. c. Agr.* II. 30. *Verr. V.* 28. 56. *Phil. XI.* 8.

SERVAEVS, Fontej. 5. de cohorte M. Fonteji, aut portitor.

SERVILIA Claudii, Att. XII. 20. filia Q. Cæpionis qui naufragio periit.

SERVILII, Acad. IV. 18. fratres gemini, simillimi, ut dignosci vix possent. *Hi sunt Q. & P. Q. Cæpionis Filii, Cn. Nep. a quibus deinde Geminorum cognomen usurpatum & ad posteros propagatum est. P. Consul fuit a. DI. & DV.*

SERVILII, Cascæ, Phil. II. 11. *v. P. Servilius Casca.*

C. SERVILIVS Ahala, de Sen. 16. jussu dictatoris L. Quinctii Cincinnati Sp. Melium interficit. *Sed in hujus prænomine mira est in Codd. MSS. & edd. Ciceronis inconstantia. Nam* Catil. I. 1. *dicitur* Quintus, *ibique monuerunt Muretus & Pighius ad a.* 314. *legendum* Cajus. Dom. 32. *dicitur* Marcus; *ubi nihil Manutius aut reliqui Intt. in ed. Græviana.* Dom. l. c. in exilium missus est.

C. SERVILIVS *Vatia, M. F.* in Cæcil. 19. eum L. Veturius accusare vult, sed ei non permittitur. *Hic Servilius est pater P. Servilii Isaurici, prætor provinciæ, nescio cujus, fuit a. V. DCXL.*

C. SERVILIVS GLAVCIA, Brut. 62. peracutus, callidus, cumprimisque ridiculus. Catil. I. 1. interficitur. *v. in C. Glaucia.*

C. SERVILIVS, Verr. V. 54. negotiator Panormitanus.

Cn. SERVILIVS *Cæpio, Cn. F. Cn. N.* Brut. 20. *is, qui Consul fuit a. DLXXXIV. cum Q. Philippo,* quibus consulibus Ennius mortuus est. *v. Pighius ad h. a.*

Cn. SERVILIVS *Cæpio,* Verr. I.

55. Censor, *a. DCXXVIII. ante cum Q. Pompejo Consul a.* DCXII. *Est superioris filius. Nam in fastis dicitur Cn. F. Cn. N. Fratrem vix putem: tot anni sunt inter utriusque Consulatum interjecti.*

L. SERVILIVS, Verrin. III. 7. eques Rom. magister publicanorum in Sicilia, prætore Verre.

L. SERVILIVS Postumus, ad Div. XII. 16.

M. SERVILIVS Ahala. Dom. 32. *v. C. Servilius Ahala.*

M. SERVILIVS, Or. II. 65. dissuasit legem annalem Ruscæ, *quæ a.* DCXXII. *lata est.*

M. SERVILIVS *Geminus*, Att. VI. 3. a Metello Celere de repetundis accusatur. cf. ad Div. VIII. 8. *Fuit tribunus pleb. a.* DCXCIII.

M. SERVILIVS, ad Div. XII. 6. tribunus pl. *Hirtio & Pansa Coss.* producit Ciceronem in concionem, *quo tempore Philippicam XI. dixit.* Phil. IV. 6. cum collegis de republ. refert ad Senatum.

P. SERVILIVS Rullus, Agr. II. 20. *v. Rullus.*

P. SERVILIVS *Vatia, Isauricus, C. F. M. N.* Manil. 23. legi Maniliæ favet. Agrar. II. 19. agri ab ipso imperio Rom. adjecti. Verr. I. 21. Olympum vi cepit. Red. in Sen. 10. Q. Metellum Consulem Ciceroni placat. ad Div. I. 1. negat Ptolemæum restituendum esse. *Consul fuit cum Appio Pulchro.*

P. SERVILIVS, *P. Isaurici F. qui Consul cum C. Cæsare fuit.* Att. IV. 15. prætor Pompejo II. Consule. ad Div. XIII. 66. Asiam obtinet. ibid. 69. Ciceronis collega in auguratu. ibid. X. 12. Ciceroni adversatur in causa Antoniana. ad Div. XII. 2. metu Antonii, in quem invectus erat, non audet in Senatum venire &c. Att. II. 1. Catonis imitator. *laudatur* etiam Att. XI. 5. I. 19. &c.

P. SERVILIVS, Casca, Phil. II. 11. Att. XVI. 15. Phil. XIII. 15. unus de percussoribus Cæsaris, *qui ei primum vulnus inflixit. Trib. pleb. a.* DCCX. *v. Plutarch. in Cæsare p.* 739. *Sed* Cic. Phil. II. 11. duos Cascas *cædi interfuisse dicit. Plutarchus etiam l. c. fratrem hujus* Cascæ *commemorat. Is est* C. Servilius Casca, *quem Appianus commemorat, nisi quidem ibi* P. *legendum, de B. Civ. II. p.* 813. *Mirum enim si C. potius quam hunc* P. *nominasset, qui inter principes fuit. Ibidem etiam male* Servilius Galba, *pro* Servius Galba, *uti recte citant viri docti. Sed hoc obiter. cf. Viros doctos ad Sueton. Cæsar. c.* 82.

Q. SERVILIOS Cæpiones *v. in Cæpionibus.*

SERVIVS Galba. *v. Galba.*

SERVIVS Sulpicius v. *Sulpicius.*

SERVIVS, ad Div. VIII. 4. designatus tribunus pl. de ambitu accusatus condemnatur: ejus locum petit Curio.

SERVIVS Pola, ad Div. VIII. 12. accusator.

SERVIVS Tullius, Div. I. 53. ei dormienti caput ardet. Brut. 10. æqualis Pisistrati.

SERVIVS Claudius, Att. I. 20. ejus libros Ciceroni donat L. Papi-

Papirius Pætus, ad Div. IX. 16. frater sc. *patruelis aut consobrinus* Papirii Pæti, homo doctus, qui facile diceret, qui versus Plauti esset, qui non. *Grammaticus ergo fuit, cujus etiam ap. Sueton. de claris Grammat. Gell. XIII.* 21. *Plin. XXIII.* 4. *mentio fit. Ex ep. ad Att. l. c. colligere licet, eum Afranio & Metello Coss. mortuum esse.*

SESTII, *v. Sextii.*

SETENAS, Att. VIII. 5. *Dicitur esse cum imperio. Ea epistola scripta est L. Lentulo & C. Marcello Coss.* Setenatem *autem fasti & omnes libri veteres ignorant. Pighius ad a.* DCCIII. *legendum censebat* Sufenas, *& capiebat de* M. Nonio Sufenate, *qui eo anno Cretam & Cyrenen obtinuit, & memoratur Att. IV.* 15.

SEXTIA tabula, Quint. 6. &c. *est Sextii argentarii cujusdam. Sextiorum autem argentariorum sæpe est apud Ciceronem mentio. Ad eam auctiones & aliæ res agebantur, in quibus tabulis & testibus opus.*

A. SEXTILIVS, Flacc. 15. videtur negotiator Acmonensis fuisse.

SEXTILIVS Andro, Flacc. 34. Pergamenus.

C. SEXTILIVS Rufus, ad Div. XII. 13. præest classi C. Cassii. XIII. 48. Quæstor primus in Cyprum missus a Romanis.

C. SEXTILIVS, Flacc. 36. M. Lurconis sororis filius.

P. SEXTILIVS, Flacc. 13. Quæstor urbanus. Silano & Murena Coss.

P. SEXTILIVS Rufus, Fin. II. 17. heres fiduciarius, hereditatem non tradit. *Est fortasse Superioris illius pater.*

Q. SEXTILIVS, ad Q. Fr. II. 1. amicus Milonis: in eum & ceteros Milonis amicos impetum faciunt operæ Clodianæ, *cum a Milone de vi accusatus Clodius esset.*

SEXTIVS, Verr. V. 43. 45. lictor C. Verris in Sicilia.

C. SEXTIVS Calvinus, Brut. 34. orator bonus, sed incommoda valetudine. *Pighius eum putabat, qui ex prætura, quam a.* DCLIV. *gessit,* Macedoniam obtinuit. Pison. 34. *Sed ibi in melioribus libris non* Sextius, *sed* Sentius *legitur, quæ nomina etiam in Codd. Catulli permutantur. Voss. ad Catell. p.* 103. Or. II. 60. C. Julii Cæsaris familiaris, luscus. dictum ejus in Appium.

L. SEXTIVS, *pater P. Sextii de vi accusati.* Sext. 3. trib. pl. fuit, altius ascendere noluit.

L. SEXTIVS, ad Div. XIII. 8. P. Sextii L. F. filius ex Albini filia.

L. SEXTIVS Pansa, ad Q. Fr. II. 11. ejus postulationi restitit Q. Cicero Asiæ prætor.

P. SEXTIVS, Brut. 48. prætor designatus *a.* DCLIII. accusante T. Junio L. F. damnatus est.

P. SEXTIVS, *P. F.* ad Div. V. 17. exulat. *Quæstor fuit a.* DC LXXXXV. *& post ædilis. Habuit enim, ut ex l. c. intelligi potest, annonæ curam, quæ est ædilium. Eum Cicero epistola cit. consolatur. P. Sextii, de quo statim, patruelem, propinquum certe fuisse, ex eadem epistola apparet.*

P. SEXTIVS, L. F. Sext. 3. C. Albini & deinde C. Scipionis uxorem duxit. Catil. I. 8. Div. V. 6. proquæstor *C. Antonii in Macedonia.* ad Quir. p. R. 6. in Senat. 8. Att. III. 20. tribunus pl. *Lentulo Spinthere consule*, cogitat de Cicerone ferre, sed neque nominatim, neque satis diligenter de bonis publicatis. ad Div. I. 9. accusatus de vi a Cn. Pompejo laudatur. *defenditur a Cicerone oratione, quæ extat.* ad Div. VII. 32. dicta Sextiana, i. e. *frigida & parum acuta. Nam de hoc Sextio locum capere non ambigam: quod ex ep. ad Div. V. 6. quæ valde jocose est ad P. Sextium scripta, conjicere licet, eum facetum aut fuisse, aut videri voluisse.* Att. VIII. 15. quia cum imperio est, potest cum Pompejo in Græciam transire. ibid. XI. 7. Cæsar permittit, ut iisdem, quibus ante lictoribus uteretur, etsi SCtum improbaret, quo ipse aliique post fugam tribb. pl. imperium acceperant. ad Div. V. 20. pecuniam, quam Mescinius Rufus in fano deposuerat, aufert; *ex quo intelligitur, eum Ciliciam obtinuisse. v. Græv. ad ep. 7. L. VIII. ad Att. Prætor fuit a.* DCC.

T. SEXTIVS Gallus, Mil. 31. ante sacrarium Bonæ Deæ, quod in fundo ejus fuit, primam plagam accepit P. Clodius.

SEXTIVS, Att. XIII. 2. parochus publicus, h. e. *qui publico nomine excepit* Ariarathen Ariobarzanis filium, Romam venientem. *Quæstor circa tempus, quo hæc epistola scripta est, fuit L. Sextius, qui M. Bruti post proquæstor in Macedonia, & a.* DCCXXX. *Consul fuit, forte P. filius, de quo supra.*

SIBYLLA, Div. I. 18. Erythræa II. 54. ejus versus. Verr. IV. 49. libri Sibyllini. &c.

SICA, ad Div. XIV. 4. 15. Att. VIII. 12. XII. 23. &c. servi nomen. *In ejus prædio deversatus est Cicero, abiens in exilium, Att. III. 2. add. Plutarch. in Cicer. p. 877. ubi* Vibius Siculus *vocatur. Si tamen de eadem re utrobique sermo est.*

C. SICINIVS, Brut. 76. Q. Pompeji, qui Censor fuit, ex filia nepos. quæstorius mortuus est. probabilis Orator.

Cn. SICINIVS, Brut. 60. homo ridiculus, malus orator. seditiosus trib. pl. fuit, *a.* DCLXXVII. *Cum omnes magistratus vexaret, M. Crassum tamen non attigit, quia metuebat. Plutarch. in Crasso p. 547.*

SICINIVS, Att. V. 4. *Nescio qui.* Sicinius *in Crasso Plutarchi, quem Corradus hic commemorat, est* Cn. Sicinius, *de quo ante. sed is in tribunatu interfectus est. Manutius putat, peritum fuisse conscribendorum edictorum provincialium.*

SILANIO, Verr. IV. 57. statuarius nobilis. *de quo Plin. XXXIV. 8. qui* αὐτοδίδακτον *fuisse tradit.*

D. SILANVS, *e Juniis.* Fin. I. 7. adoptat T. Manlii Torquati filium, & pecuniarum captarum convictum in conspectum venire vetat.

D. SILANVS, *M. F.* Off. II. 16. magnifice ædilitate functus est. Pison. 24. Catil. IV. 4. Flacc. 13. &c.

&c. Consul cum Murena. Brut. 68. vitricus M. Bruti. Acuminis & orationis satis habuit.

D. SILANVS, in Cæcil. 21. a Cn. Domitio accusatur. *Sed* Marcus *legendum esse, viri docti viderunt, & ex seqq. patebit.*

M. SILANVS, Brut. 35. Q. Metelli Numidici collega, *a. V.* DCXLV. de republica sic satis bene dicebat. Verr. II. 47. Cornel. I. fr. a Cn. Domitio trib. pl. vexatur, cum Consularis esset, accusaturque propter Egritomari injuriam.

M. SILANVS, ad Div. X. 34. tribunus militum in exercitu Lepidi IIIviri, qui ab Antonio ad eum transierat, cum ante a Lepido contra ejus voluntatem ad Antonium isset.

SILENVS, Tusc. I. 48. *Comes Bacchi*, docet Midam, quid sit optimum homini.

SILENVS, Divin. I. 24. ejus Historia Græca. *Calatianus, historicus Græcus, incertæ ætatis, cujus & Livius XXVI.* 49. *& multi alii mentionem fecere, quorum loca vid. ap. Voss. de Hist. Gr. L. III. p.* 189.

A. SILIVS, Att. XII. 24.

P. SILIVS, ad Div. VII. 21. IX. 16. XIII. 62. 63. Prætor *Bithyniæ & Ponti a. V.* DCCII. *post præturam a.* DCXCIV.

SILVANVS, Arch. 4. auctor legis Plautiæ. v. *Ind. LL.*

SILVIVS, Att. VI. 1. *Græv.* Silius. Administratio ejus provinciæ laudatur. *Est* P. Silius, *de quo ante.*

SILVS, Or. II. 70. *Est fortasse* M. Sergius Orata Silus *qui a.* DCXLVIII. *quæstor provincialis fuit. Est enim cognomen Sergiorum. Hoc loco confirmatur disputatio Drakenb. ad Liv. XXXII.* 27. *docentis, cognomen Romanum esse non modo* Silo, *sed etiam* Silus. *Ap. Tacitum A. XV.* 59. *est Domitius Silus in MS. Flor.*

SIMONIDES Ceus, Or. II. 16. Fin. II. 32. memoriæ artem invenit. Nat. D. I. 22. de diis ἐπέχει. Div. I. 27. ignotum quemdam mortuum sepelit, & ab eo monetur in somnio, ne naviget. Tusc. I. 42. ejus versus duo. Tusc. I. 24. ejus memoria insignis.

SIMVLANS, Sext. 64. nomen Comœdiæ Afranii.

SIREGIVS, Att. XV. 17. *J. Fr. Gronovius conjiciebat:* Sira *regius:* Siræ *enim mentio ep.* 15. *Is Ægyptius fuit, quod res ipsa docet, Cleopatræ fortasse legatus. Ceterum in edd. non* Sira, *sed* Sara *legitur.*

SIRENES, Fin. V. 18. fabula de Sirenum cantibus, quomodo intelligenda.

L. SISENNA, *e Corneliis.* Brut. 64. doctus, bene latine loquens, gnarus reip. facetus, inter ætatem Hortensii & Sulpicii interjectus. In historia vincit superiores, sed abest tamen a summo. *add. Vell. II.* 9. Leg. I. 2. puerile quid in historia consectatur. Brut. 74. sermonis usitati emendator esse voluit; itaque inusitatis verbis usus est, a C. Rufio ridetur. Divin. I. 43. disputat, somniis credi non oportere. Corn. I. in prætura bonorum Cn. Cornelii possessionem edicto P. Scipioni

dat. *de hac Prætura & edicto est disputatio Guil. Ott. Reizii Excurs. IX. ad Theophilum.* Verr. II. 45. defensor C. Verris. *&* Brut. 74. Chritilium. IV, vir primarius & dives. *de eo v. Conrad. ad Brut. p.* 344.

P. SISER, Att. XI. 13. liberti nomen.

SISYPHVS, Tusc. I. 41. prudentia ejus. ibid. 5. versat saxum.

SITIVS, Att. XV. 17. Sittiana syngrapha *est* ad Div. VIII. 2. P. Sitium *reperies ap. Hirtium B. Afr.* 36. *v. supra in* P. Cincius.

SOCRATES, Tusc. IV. 37. qualis natura fuerit. Offic. I. 26. eodem semper vultu, eademque fronte fuit. Att. VIII. 2. cum XXX. tyranni essent, Athenis mansit. Div. I. 54. post pugnam apud Delium eadem, qua ceteri, fugere non vult, quia deterreatur a Deo. Off. I. 41. contra mores consuetudinemque civilem fecit. Tusc. I. 9. quare absolvi noluerit. Fin. II. 1. parens Philosophiæ. Tusc. I. 41. ejus ad judices oratio. Acad. I. 4. ejus philosophiæ genus quale? Div. I. 25. apud Platonem Critoni prædicit suam mortem. Ejus somnium ea de re. Tusc. V. 3. primus philosophiam de cœlo vocavit. Off. III. 3. solebat eos exsecrari, qui natura cohærentia, utilitatem & honestatem, opinione distraxissent. Div. I. 3. manet in antiquorum philosophorum sententia de divinatione. Off. II. 12. proximam ad gloriam viam dixit esse, si quis id ageret, ut qualis haberi vellet, talis esset. Tusc. I. 43. ejus de sepultura sententia. Tusc. V. 37. se mundanum appellat. Nat. D. I. 34. a Zenone scurra Atticus vocatur. Off. I. 30. ἤθων. Top. 10. inductione plurimum usus est.

SOCRATICI, Div. I. 3. manent in antiquorum philosophorum sententia de divinatione. Off. I. 37. sermone usi sunt leni minimeque pertinaci, & cui immistus fuit lepos.

SOLON, Off. I. 30. versutus & callidus. Att. X. 1. ejus lex: ne quis in seditione sit neutrius partis. de Divin. I. 49. orientem tyrannidem multo ante prospexit. Sex. Rosc. 25. cur nullam legem in parricidas statuerit. Off. I. 22. Areopagitas constituit. Leg. II. 23. 25. 26. ejus lex de sepulturis.

SOPATER, Verr. II. 28. Halicensis.

SOPATER, Verr. IV. 39. Tyndaritanus.

SOPHOCLES, Verr. III. 88. Agrigentinus. homo disertus & doctus.

SOPHOCLES, Off. I. 40. a Pericle collega in prætura reprehenditur, quod pulchrum puerum admiraretur. Div. I. 25. poëta divinus. in somnis vidit Herculem dicentem, quis pateram suam auream surripuisset. Ex Or. 1. *intelligi potest, Ciceronem Sophoclem pro principe Tragicorum habuisse.*

SOPOLIS, Att. IV. 16. pictor celeber tempore Ciceronis. *Hujus etiam mentio apud Plin. XXXV.* 11. *Sed ibi vulgo* Sopylus *dicitur: & sic laudat Junius in Catalogo p.* 21. *&c.*

SOSIPPVS, Verr. II. 9. Agyrinensis, frater Epicratis.

SOSITENVS, Verr. III. 85. Entellinus.

SOSITHEVS, Att. I. 12. servus anagnostes Ciceronis.

C. SOSIVS, Att. VIII. 6. prætor *Lentulo & C. Marcello Coss.* Fuit Quæstor M' Lepidi.

Q. SOSIVS, Nat. D. III. 30. eques Roman. ex agro Piceno, tabularium incendit.

SOSTRATVS, Verr. III. 23. Centuripinus.

SOSVS, Acad. IV. 4. liber Antiochi contra Philonem.

SOTERICVS MARCIVS, Balb. 25. Tiburtinus. Sotericum *malum artificem laudat Seneca ap. Gell. XII.* 2.

SPARTACVS, Har. resp. 12. &c. *Dux fugitivorum, qui bellum servile commovit.*

SPHAERVS, Tusc. IV. 24. Stoicus; ejus definitiones laudantur, & ab ipso Cicerone adhibentur. *Bosporanus, Zenonis Cittiei discipulus non ultimus. de eo v. Laërt. VII. 177. Torrent. ad Suet. Aug.* 89.

SPEVSIPPVS, Acad. I. 4. Platonis ex sorore nepos. Academicæ philosophiæ quasi heres relinquitur a Platone. Or. III. 18. nil ab Aristotele dissensit. Nat. D. I. 3. Deum esse vim animalem, omnia regentem, statuit.

SPINTHARVS, Att. XIII. 25. servus aut libertus Ciceronis.

SPINO, N. D. III. 20. Deus Romanorum. proprie fluvius prope Romam.

SPONGIA, Att. I. 16. judex in judicio Clodiano de religione. *nomen fictum.*

SPVRINNA, ad Div. IX. 24. Divin. I. 52. haruspex.

C. STALENVS, Cluent. 7. *pro quo & alii:* Stajenus. Senator, judex in judicio Juniano, apud quem pecunia deposita est, qua Oppianicus judices corrumpere voluerat. Cluent. 24. Brut. 68. se ipse adoptavit, & de Staleno Ælium *fecit.* furiosus & petulans in dicendo. Top. 20. Verr. II. 32.

STASEAS, *Neapolitanus*, Or. I. 22. Fin. V. 3. & 25. Peripateticus, qui multos annos Romæ apud M. Pisonem vixit.

STATILIVS, Q. Rosc. 10. nomen histrionis non adeo boni.

L. STATILIVS, Cat. III. 3. socius Catilinæ.

L. STATILIVS, *Taurus*, Att. XII. 13. & 14. augur.

STATIVS ALBIVS, Cluent. 62. colonus in Falerno.

STATIVS, ad Div. XVI. 16. Att. II. 8. it. V. 1. Q. Fr. I. 2. 1. e servo Qu. Ciceronis libertus, gratiosissimus.

STATIVS, Or. II. 64.

L. STATIVS MVRCVS, Phil. XI. 12. *e prætura* proconsul Asiæ, jubetur C. Cassio provinciam & exercitum tradere. *adde Vell. II. 70. de ejus exitu ibid. 77. quem etiam Appian. Civ. Bell. & Dio Cassius tradunt. add. Wesseling. Obs. I. 12.*

SEXT. STATIVS, Att. VI. 1. commendatur a Pompejo Ciceroni, ut præfectus fiat.

STESICHORVS, Verr. II. 34. ejus statua Himeræ posita. *Fuit enim Himera patria ejus. de eo & carminibus ejus v. Fabric. B. G. II. 15.*

STHE-

STHENIVS, Verr. II. 34. Thermitanus.
STILPO, *Megarenſis*, Fat. 5. philoſophus acutus & probatus: natura ebrioſus & mulieroſus. naturæ vitium corrigit. cf. Acad. IV. 24. *Zenonis Cittiei præceptor, de quo vid. Laërt. II.* 113.
STOICI, Off. I. 35. pene Cynici. III. 8. ſolum, quod honeſtum, ſtatuunt bonum. Legg. I. 20. a veteribus Academicis verbis diſcrepant, non re. Off. III. 3. ſummum bonum dicunt, convenienter naturæ vivere. *add.* Fin. III. 4. *eorum ſententia de ſummo bono explicatur toto libro III. & refellitur Peripateticorum more libro IV.* Fin. III. 2. 12. & 13. it. V. 8. N. D. I. 7. a Peripateticis verbis diſcrepent, an re? Fin. III. 2. ex omnibus philoſophis Stoici plurima verba novaverunt. Div. I. 3. Acad. IV. 33. omnia fere divinationis genera defendunt. Tuſc. I. 32. animos putant diu poſt mortem manſuros, non ſemper. Top. 1. dialecticen & judicandi vias diligenter perſecuti ſunt. Off. I. 7. in verborum etymologiis diligentes. Fin. V. 25. fures. Or. III. 18. ad Div. XV. 19. Brut. 31. inopes in dicendo. ad Div. IX. 22. quamque rem ſuo nomine appellant.
SEXT. STOLA, Flacc. 20. judex in cauſa L. Flacci.
STRABO, Att. XII. 17. *augur fuiſſe videtur, quod Ciceronem excuſavit, qui in cœna augurali Apuleji non adfuerat. Ea excuſatio autem non valebat, niſi per augures ad minimum tres fieret. ep.* 14. *Corradus putat eſſe* M. Lenium Strabonem, *de quo ſupra in* Leniis.
STRATO, *Lampſacenus*, Acad. I. 9. Theophraſti auditor. Acad. IV. 38. negat mundum a Diis eſſe. &c. Fin. V. 5. phyſicus eſſe voluit. N. D. I. 13. vim divinam in natura ponit.
STRATO, Cluent. 63. ſervus medicus.
STRATOCLES, Br. 11. *hiſtoricus Græcus aut rhetor*, de Themiſtoclis morte quæ finxerit.
STRATONICVS, N. D. III. 19. homo facetus, ejus dictum in Alabandenſem. *Cithariſta, cujus facete dicta multa collegit Athenæus L. VIII. c.* 8. *ſq.*
STRATORIVS, ad Div. XII. 23. videtur cum Cornificio in Africa fuiſſe quæſtor aut legatus.
C. SVBERNIVS, Calenus, ad Div. IX. 13.
L. SVETIVS, Verr. I. 5.
SVFENAS, Att. IV. 15. *cognomen* Nonii, *de quo vid. in* Setenas.
Num. SVFFVCIVS. Divin. II. 41. honeſtus homo & nobilis. ejus ſomnium.
D. SVLLA. ad Div. XV. 17. *alii* P. Sulla. *Pighius ad a. DCCII. putat legendum eſſe*, D. Silanus. *Sed quando IX.* 10. *iisdem pene verbis de* P. Sulla *res eadem narratur, non dubito, quin* P. Sulla *legendum ſit.*
L. SVLLA, *e Corneliis*, Fontej. 15. Legatus L. Cæſaris bello ſociali. Div. I. 33. Hiſtoria ejus. *Scripſit Commentarios rerum ſuarum, v. Plutarch. in Sulla.* Off. I. 30. cuivis deſervit, ut impetret, quæ vult. Cat. III. 10. P. Sulpicium & C. Marium ejicit. Leg. II. 22. in C. Marii cineres ſævit.

sævit. primus e Corneliis cremari voluit. Leg. III. 9. ejus lex tribunitia; *qua nihil tribunis præter nomen relictum est.* Off. II. 8. ejus victoria noxia Rom. imperio, quod disciplinam perdidit. Phil. IX. 6. ei primo statua equestris inaurata posita est. Dom. 30. Volaterranis civitatem adimere non potuit, etsi jusserit. Div. II. 30. ei immolanti serpens apparuit. Q. Frat. I. 1. 11. Rhodiis insulas quasdam attribuit &c. *de Legibus Sullæ v. Ind. Legg.*

P. SVLLA, *pro quo est oratio*, L. Sullæ propinquus. Consul designatus cum Autronio, de ambitu condemnatur, & post a L. Torquato de conjuratione accusatus, a Cicerone defenditur & absolvitur. Off. II. 8. L. Sullæ in proscriptionibus administer. Q. Fr. III. 3. accusat Gabinium de majestate. Att. IV. 16. Gabinium de ambitu postulat. ad Div. IX. 11. ejus mors.

Ser. SVLLA, Sull. 2. P. frater, Senator, Catilinæ socius.

C. SVLPICIVS OLYMPVS, Verr. I. 48. civis Romanus.

C. SVLPICIVS, *Gallus.* de Or. I. 53. Brut. 20. Græcis literis & eruditus & eloquens. *Consul fuit a. V. DLXXXVII. cum M. Marcello. v. Liv. XLV.* 44. Off. I. 6. de Sen. 16. astrologiæ studiosus & peritus. *Liv. XLIV.* 3. *& ibi Interpr. add. Plin. H. N. II.* 12. *& quos ibi laudat Harduinus. cf. Pigh. ad a. c. & inprimis ad a. DLXXVI.*

C. SVLPICIVS, Catilin. III. 3. prætor Cicerone consule.

P. SVLPICIVS RVFVS, Har. resp. 19. Trib. pl. *a. V. DCXXV.* ibid. 20. C. Julio consulatum contra leges petenti longius resistens, fit popularis. Off. II. 14. hujus eloquentiam accusatio illustravit C. Norbani. Catil. III. 10. a L. Sulla ejicitur. Br. 55. seq. qualis orator? nullas orationes reliquit, quæ extant P. Canutius post mortem scripsisse fertur. Or. III. 3. mors ejus. conf. ad Her. I. 15. IV. 2. Orat. I. 7. *add. Vellej. II.* 18. 19.

P. SVLPICIVS, Act. I. in Verr. 10. Trib. pleb. *a. V. DCLXXXIV.*

Q. SVLPICIVS, *Gallus*, Or. I. 53. filius C. Sulpicii Galli.

SER. SVLPICIVS, Br. 16. consul anno decimo post exactos reges: *Unde gens Sulpicia. de qua v. Cic. Muren.* 7.

S. SVLPICIVS, Q. F. Lemonia, Rufus. v. Phil. VIII. 7. IX. 1. Mur. 3. accusat L. Murenam, cujus competitor fuerat, de ambitu. ad Div. VIII. 6. Consul cum M. Marcello. ibid. 10. cunctator est. ibid. IV. 3. 4. Achajæ proconsul. *Ejus est elegans epistola 5. qua Ciceronem de obitu Tulliæ consolatur.* Att. IX. 19. filium mittit contra Cn. Pompejum, cum Cæsare facit. Phil. I. 1. nullum Cæsaris decretum post Idus Martias figendum censet. Brut. 40. in jure civili præceptoribus usus est L. Lucilio Balbo & C. Aquillio Gallo. Mur. 7. JCtus. Phil. IX. 1. in legatione ad Antonium Mutinam obsidentem obiit; de cujus honoribus tota oratione sententia dicitur, in quam SCtum factum est. *Fragmentum inscriptionis, quæ ei pro Rostris posita est, vid.*

vid. v. c. ap. Reines. Inscr. p. 504. *Nomen* Servii *sæpissime est apud Ciceronem. De quo singulis locis intelligendum sit, res & temporis ratio facile docebit.*

S. SVLPICIVS, fil. Att. IX. 19. contra Pompejum mittitur. ad Div. XI. 7. consobrinus D. Bruti. ibid. IV. 3. 4. philosophiæ & omnibus liberalibus studiis operam dat. *Trib. pl. fuit a. V. DCCVI.*

SVMMANVS, Div. I. 10. *Deus, cujus simulacrum in fastigio Jovis Capitolini positum erat.* de cœlo ictus. Caput ejus ex responso haruspicum in Tiberi inventum. *de* Summano. *Ovid. Fast. VI.* 731. *negat se satis, qui sit, scire. Glossæ* Sumanus, θεὸς, Προμηθεύς. *Plinius H. N. II.* 52. *ei tribui dicit nocturna fulmina: quem sequitur Augustin. IV.* 23. *C. D. & alii: eoque pertinet inscriptio ap. Gruterum p. CXXI. n.* 1. *Lapis antiquus, in quo* Jupiter Summanus *exhibetur, illustratur in libro Benedictini Monachi: Explication de divers monumens singuliers, p.* 334.

SVRA, ad Div. V. 10. nomen liberti.

SYLLVS, Nat. D. I. 33. *Pythagoreus hoc nomine fuit. Sed is hujus loci non est. Est enim de Academicis sermo. Sed de Syllo Academico nil reperio.*

SYNEPHEBI, opt. g. d. 6. Comœdia Menandri.

SYPHAX, Inv. II. 34. *rex Numidarum, primo Romanorum, deinde Carthaginiensium socius. Victus in triumpho ductus est. Liv. XXX. extr.*

SYRO, Fin. II. 35. ad Div. VI. 11. Epicureus, amicus Ciceronis.

SYRVS, Att. XII. 22. Attici servus.

T.

P. TADIVS, Verr. I. 39. Videtur negotiatus esse Athenis, post Verris legatus in Sicilia. Verr. V. 25.

Q. TADIVS, Verr. I. 49. propinquus Verris. Testis contra Verrem. *Hic fortasse est* Tadius, *cujus mentio* Att. I. 5.

TAGES, Div. II. 23. auctor disciplinæ Etruscæ, qui repente terra, cum araretur, editus, agricolam totam illam disciplinam docuit. *De eo vid. Demster. Etrur. Regal. III.* 1. *ubi etiam de ejus libris, qui Acherontici dicti: & Bonarotam in Addend.* §. 17.

TALNA, Att. I. 16. judex in judicio Clodiano de religione, qui Clodium absolverat. *Videtur esse nomen fictum, ut cetera, quæ ibi sunt.*

TALNA, *e Juvenciis.* Att. XIII. 29. juvenis philologus, a Nicia Grammatico laudatur, Cornificiam Q. filiam petit. *Melior scriptura est* Thalna, *ut est in Fast. Capitol.*

TAMISIVS Mustela. Phil. II. 4. XII. 6. v. *Mustela.*

TANTALVS, Fin. I. 18. Tusc. IV. 16. I. 15. &c.

TANVSIVS, petit. Cons. 2. in bello Sullano interfectus. *Palermus conjiciebat legendum* Tantasius: *quod Asconius inter eos, quos in proscriptione Sullana interfecerat Catilina,* L. Tantasium *quemdam commemorat.*

TARASO, *v. Tharaso.*

TARCONDIMOTVS, ad Div. XV. 1. *Regulus in quadam Ciliciæ parte, quem Cicero* fidelissimum socium populi Rom. amicissimumque trans Taurum *appellat.* Tarcondimotus *autem scribendum esse, non* Tarcondomotus, *confirmat numus, nuper a Masseo editus in Antiquitat. Aquitanicis.*

TARQVINIVS Priscus. Legg. I. 1. ei ab aquila apex imponitur. Tusc. V. 37. Demarati filius. Sull. 7. rex peregrinus.

L. TARQVINIVS, Superbus, Div. I. 22. somnium portendens exsilium, Leg. II. 4. eo rege, nulla erat lex Romæ de stupris. Tusc. III. 12. Cumis senio confectus est.

L. TARQVITIVS, Att. VI. 8. *Pompa putat esse eum, cujus ap. Plinium in Catal. Auctor. L. II. libri de disciplina Etrusca commemorantur.*

L. TARVTIVS Firmanus, Div. II. 47. familiaris Ciceronum, homo in primis Chaldaicis rationibus eruditus, repetit natalem Romæ a Parilibus, quibus a Romulo condita dicitur. Romam conditam dicit, cum in jugo luna esset, & ejus fata prædicit.

T. TATIVS, Her. IV. 12. *rex Sabinorum, qui ob raptas Sabinas bellum cum Romulo gessit &c.*

TAVRISCVS, Or. III. 59. actor. ejus dictum laudatur.

M. TAVRVS, Q. Fr. III. 1. 2. *de hoc nihil mihi præter hoc constat, quod fundum habuit confinem fundo Q. Ciceronis.*

TAVRVS, ad Div. XII. 25. *est is, quem a. V. DCCXVI. consulem suffectum fuisse putant,* T. Statilius. *Videtur legatus Calvisii Sabini fuisse, qui ex sortitione Antonii Africam petebat, cum jam Cornificius ex SCto obtineret.* cf. Minotaurus. *Cum autem provinciam Calvisius tum non obtinere posset, ejus legatus tamen Taurus fuit a. V. DCCXV.*

TEBASSVS, Att. XIV. 10. nomen veterani Cæsariani.

TELAMO, Tusc. III. 18. patria pulsus est. Or. II. 46. Nat. D. III. 32.

TELEPHVS, Flacc. 29. rex Mysiæ, viam ostendit Agamemnoni.

TELXIOPE, N. D. III. 21. Musa ex primis quatuor, natis Jove altero.

TENES, N. D. III. 15. conditor Tenedi, & Deus urbis. conf. Verr. I. 19.

TERENTIA, *Ciceronis uxor, ad quam sunt epistolæ libri XIV. de qua vide Corradum in Quæstura.*

TERENTIVS Vespa, Or. II. 62.

TERENTIVS, *Poëta.* Læl. 24. familiaris Lælii &c.

A. TERENTIVS, Cæcin. 9. testis in Cæcinam. *Eundem esse puto, qui ad Div. XVI. 12.* A. Varro *dicitur, quem a. DCXCI. quæstorem fuisse reperio.*

L. TERENTIVS, Att. XI. 17. *Ex Africa, tempore belli civilis, clam emittitur per Nasidium Pompejanum.*

M. TERENTIVS, Verr. I. 23. consul cum Cassio. legis frumentariæ auctor. *est* M. Lucullus, *de quo supra. de* M. Terentio

rentio Varrone, *doctissimo illo Romanorum, v. M. Varro.*
P. TERENTIVS HISPO, Att. IV. 7. XI. 40. eques Romanus, publicanus in Asia.
Q. TERENTIVS *Culeo.* Haruſp. reſp. 7. pontifex minor. *Hic eſt tribunus* Culeo, *qui privilegium ferre de Ciceronis reditu voluit a. V. DCXCV.* Att. III. 15.
TEREVS, Att. XVI. 2. & 5. fabula Accii, *de* Tereo, *rege Thracum ſceleratiſſimo. v. Ovid. Met. VI. 455. ſqq.*
TERMINALIA, Phil. XII. 10. Att. VI. 1. *dies feſtus Deo Termino ſacer.*
M. TERPOLIVS, Corn. 2. Trib. pleb. *D. Bruto & M. Lepido Coſſ.* contemtiſſimum nomen inter tribunos.
TERTIA, Verr. III. 34. Iſidori mimi filia. *Obſervent tirones, quod vulgo putatur, Tertiæ nomen eſſe nomen ordinis vel numeri filiarum, id æque falſum eſſe, ac, ſiquis diceret,* Quintum, *ſignificare quintum numero filium.*
TERTIA, Div. I. 46. filia L. Paulli. *Sed* ad Brut. Germ. 5. 6. *eſt* ſoror Bruti, *quæ Caſſio nupſit. De cujus morte v. Tacit. III. 76. ubi v. Lipſ. Eadem eſt:*
TERTVLLA, Att. XV. 11. XIV. 20. Caſſii uxor: abortum fecit. *Viri docti quidam volebant legere,* Tertia: *quam conſtat Caſſii uxorem fuiſſe. Sed* Tertulla *eſt diminutivum a* Tertia, *ut vidit Manutius.*
TESTA, ad Div. VII. 13. eſt Trebatius, *de quo infra.*
TESTIVS, *Penarius,* Or. II. 66. orator, qui in dicendo mentum intorquere ſolebat.
P. TESTIVS, Verr. I. 28. accenſus C. Veronis prætoris in Aſia.
TETRILIVS ROGVS, Acad. IV. 4. Philonis auditor.
TEVCER *Pacuvii,* Orat. I. 58. tragœdia.
TEVCRIS, Att. I. 12. 13. 14. C. Antonium *collegam in Conſulatu ficto hoc nomine appellat.*
THALES, *Mileſius,* Orat. III. 34. in otio vixit. Leg. II. 11. ejus dictum de Diis. Acad. IV. 37. ex aqua omnia eſſe dixit. N. D. I. 10. Deum ex aqua cuncta fingere. Div. I. 49. animadvertit olearum ubertatem fore, prædicit defectionem Solis.
THALLVMETVS, Att. V. 12. ſervus aut libertus Attici eruditus.
THARASO, ad Div. II. 7. libertus C. Curionis Filii.
THAVMAS, N. D. III. 19. Iridis pater: *quæ inde* Thaumantias *a poëtis vocatur.*
THEBE, Inv. II. 49. Alexandri Pheræorum tyranni uxor.
THEMISTA, Fin. II. 21. Piſ. 26. *eſt Epicurea, Lampſacena. de qua vid. Menag. ad Laërt. X. 5. & Hiſt. Mul. phil. p. 498.*
THEMISTAGORAS, Verr. I. 33. Lampſacenus.
THEMISTOCLES, Off. I. 22. ejus nomen Solonis illuſtrius. Acad. IV. 1. ejus memoria. Off. I. 30. taciturnus, diſſimulator, inſidiis aptus. ib. II. 20. quid reſponderit interrogatus, utrum bono viro pauperi, an minus probato diviti filiam collocaret. ib. III. 11. quid dixerit poſt victoriam ejus belli, quod cum Perſis

Persis habuit. Brut. 11. mors ejus fabulosa. Themistocleum consilium. Attic. X. 8. *tribuitur Pompejo, qui existimabat, qui mare teneat, eum necesse esse rerum potiri.*

THEODECTES, *Phaselites*, Or. 51. 57. Aristotelis auditor, *in arte in primis oratoria, itemque Isocratis. v. Laërt. V.* 24. *& ibi Menag. Valer. M. VIII.* 14. 3. *& Suidas in h. v.* Tusc. I. 24. ejus insignis memoria. *Quintil. Inst. Or. XI.* 2. *&c.*

THEODORVS, Byzantius, Brut. 12. Sophista Socratis temporibus. in arte subtilis, in orationibus jejunus. Scripsit aliis orationes. Orat. 12. a Socrate in Platonis Phædro appellatur λογοδαίδαλος. v. *Quintil. III.* 1. *Apud Laërtium II.* 104. *civilibus orationibus clarus dicitur. Ceterum hoc nomen restituendum est Ciceroni Orat. c.* 13. *pro* Thucydides.

THEODORVS, Cyrenaicus, Nat. D. I. 1. Deos tollit. *unde* Atheus *dictus, & cum Athenis tum Cyrenis ejectus est. v. Laërt. II.* 86. 101. *s.* Tusc. I. 43. mortem crudelem contemnit, quam ei rex Lysimachus minatur propter libertatem linguæ. *Ad eum missus erat a Ptolemæo, Lagi filio, apud quem diu moratus est. Laërt. l. c.* 102. *Ab eo dicuntur* Theodorii. *Cave confundas cum* Theodoro Cyrenaico, *Geometra, quo Plato præceptore usus est, cujus mentionem etiam Xenophon facit in Memorabil.*

THEODORVS, Verr. IV. 51. Ennensis Senator.

THEODOSIVS, Har. Resp. 16. Chius.

THEOMNASTVS, Verr. II. 21. Syracusanus. Theoractus dicitur contumeliæ causa.

THEOPHANES, Mitylenæus, *sed & Lesbius dicitur*, Arch. 10. Att. II. 5. res Pompeji scripsit versibus. Ab eo civitate donatus est. *Unde posteri ejus Pompejorum nomine Romæ fuere. v. Rykius ad Tac. A. VI.* 8. Balb. 25. Att. VII. 7. Balbum Gaditanum adoptat. ibid. II. 5. familiarissimus Pompejo particeps consiliorum ejus. ib. V. 1. plurimum apud Pompejum valet. cf. ib. II. 12. 17. &c. *item Plutarch. in Pompejo. Manutius in Argum. Or. pro Balb. libertum Pompeji facit, refutatus a Fabretto ad Inscr. ant. p.* 478. *v. Burm. ad Vellej. II.* 18.

THEOPHILVS, ad Div. IV. 9. 10. libertus M. Marcelli.

THEOPHRASTVS, *Aristotelis auditor.* Or. 19. unde nomen habeat. Att. II. 16. vitam theoreticam practicæ anteponit. Nat. D. I. 13. inconstans est in sententia de Diis. Acad. I. 10. negat in virtute sola esse beate vivere, *propterea reprehenditur* Tusc. V. 9. Inv. I. 35. Syllogismum oratorium quinquepertitum facit. Brut. 46. ab anicula hospes vocatur. ibid. 9. præceptor Demetrii Phalerei. ib. 31. Tusc. V. 9. elegans & suavis. ibid. 37. peregrinatus est. ibid. III. 28. moriens naturam accusat. Att. II. 3. liber ejus περὶ φιλοτιμίας: *pro quo Tunstallus Ep. ad Midleton. p.* 141. *facit* περὶ πολιτείας: *qualem*

ſcriptum ab eo teſtis Laërtius V. 45. eoque tum opus erat Ciceroni de Republica ſcribenti. Vulgatum eſt e conjectura Victorii. Tuſc. V. 9. Fin. V. 5. de vita beata. Off. II. 16. de divitiis. Tuſc. III. 10. Calliſthenes. *h. e. de luctu, quo luget mortem Calliſthenis amici ſui &c.* Nat. D. I. 33. Leontium meretricula Epicurea contra eum ſcripſit.

THEOPOMPVS, Leg. III. 7. Lacedæmonius, qui Ephoros inſtituit.

THEOPOMPVS, Orat. II. 13. Chius, Iſocratis diſcipulus, ſcripſit hiſtoriam *libris XII. initio facto, ubi Thucydides deſiit, complexus annos* 17. v. *Diodor. Sic. XIV. p.* 305. Off. II. 11. Leg. I. 1. fabuloſus eſt. Att. XII. 40. liber vel epiſtola ad Alexandrum M. ibid. XII. 6. Theopompinum genus, *eſt mordax ſcribendi genus, quo uſus eſt Theopompus. eo ſe dicit Cicero uſurum in* ἀνεκδότοις. Brut. 17. officit Philiſto. ibid. 56. acerrimo ingenio fuit.

THEOPOMPVS, Att. XIII. 7. Cnidius, familiaris Cæſaris. *Eſtne hic, quem C. Trebonius Aſia expuliſſe dicitur* Phil. XIII. 16. *Alius, ni fallor, eſt* ad Q. Fr. I. 2. 2. *forte de cohorte Q. Ciceronis in provincia.*

THEORACTVS, Verr. IV. 66. v. *Theomnaſtus.*

THERAMENES, Tuſc. I. 39. in ipſo mortis articulo ludit in Critiam, *cujus opera ad mortem damnatus erat. v. Xenoph. Hiſt. Gr. L. II. &c.* Or. II. 22. ejus ſcripta Ciceronis ætate nulla extitere. ibid. III. 16. faciendo dicendoque ſapiens.

THERICLEA: Verr. IV. 18. *ex lectione Grævii: ſunt pocula, quæ nomen habent a Thericle, figulo Corinthio, qui certum genus poculorum excogitavit: neque ſolum figlina, ſed etiam ex alia materia. Nam v. c. ap. Joſeph. A. XI. 1. ſunt* θηρικλεια χρύσεια *inter vaſa, quæ Cyrus Judæis reddidit. ſed quidam eum* τορευτὴν *faciunt. Ejus mentio & apud Lucian. Lexiph. c. 7. Athenæum IX. 470. E. v. inpr. Bentlejus de Phalaridis Epiſtolis. Vixit tempore Ariſtophanis Comici. v. Junius in Catal. Pictor. &c. ſed inprimis Salmaſium ad Solinum. p. m. 734. ſeq.*

A. THERMVS, *e Minuciis*, Flacc. 40. bis, Cicerone defendente, abſolutus eſt magno populi gaudio, *poſt prætoram.*

Q. THERMVS, ad Div. II. 17. Aſiæ prætor *a. DCCI. ſqq.* Att. I. 1. curator viæ Flaminiæ. Phil. XIII. 6. Pompejum Cn. F. hortatur, ut ad Mutinam eat cum ſuis copiis. *Ad eum ſunt epiſtolæ duæ* II. 18. XIII. 53. conf. Att. V. 13. 21. &c.

THESEVS, Nat. D. III. 18. Neptuni filius. Offic. I. 10. Pater Hippolyti, a Neptuno petit, ut ab equis ejus laceretur filius. Neptunus quæ promiſit, præſtat. Leg. II. 2. Atticos ex agris in urbem compulit &c.

THESSALVS, Verr. I. 33. Lampſacenus.

THEVDAS, ad Div. VI. 10. libertus Trebiani.

L. THORIVS, Balbus, *Sp. F.* Fin. II.

II. 20. 22. Lanuvinus (*unde in numo ejus quæstorio Juno Sospita*) voluptuosissimus. *Pighius ad a. DCLXXIII. eumdem putat, qui* Brut. 67. L. Turius *dicitur*, parvo ingenio, sed multo labore, cui paucæ centuriæ ad Consulatum defuere. *Sic etiam Valens in familia Thoria pag.* 471. *T. II. v.* L. Turius. L. Thorius *fuit trib. pl. a. DCLXXIIX.*

SP. THORIVS, *Balbus*, Brut. 31. valuit in populari genere dicendi. Auctor legis Thoriæ. *v. Ind. Legg.*

THOTH, Nat. D. III. 22. Ægyptiorum Mercurius, quo nomine & primus mensis apud eos appellatur.

THRASYBVLVS, Att. VIII. 3.

THRASO, Verr. V. 22. Tyndaritanus.

THRASYMACHVS, Or. III. 32. Chalcedonius, de natura rerum scripsit. ibid. 16. Sophista celeberrimus. Or. 12. primus cum Gorgia arte quadam verba vinxit. Abstinet a republica.

THVCYDIDES, Or. II. 12. quomodo scripserit. Brut. 11. summo loco natus &c.

THYESTES, Tusc. III. 12. 18. Jovis pronepos. ib. I. 44. Brut. 20. fabula Ennii &c.

THYONE, Nat. D. III. 23. uxor Nisi, mater Bacchi, *quam Semelen interpretantur.*

TIBERIVS, Att. V. 21. amicus Attici, Q. Volusi socer.

C. TIDIVS Strabo, ad Div. XII. 6. ad C. Cassium in Syriam se confert. *Cæsare interfecto. Manut. malebat* Titius: *ut esset* L. Titius Strabo, *de quo ad Div. XIII.* 14. C. Tidium Strabonem *inter provinciales prætores refert Pighius a.* DCC.

M. TIGELLIVS, Hermogenes. ad Div. VII. 24. a Licinio Calvo acriter perstringitur. Att. XIII. 49. 51. *De hoc homine, Sardo, libertino, est ap. Horat. Serm. I. 2. Omnibus hoc vitium est &c.*

TIGRANES, Manil. 2. rex Armeniæ, gener Mithridatis. Sext. 27. a L. Lucullo vincitur. Cn. Pompejus in suis castris supplici insigne regium restituit & regnare eum jubet.

TIGRANES, *filius superioris.* Att. III. 8. P. Clodius, qui eum captivum e custodia surripuit & dimisit, non punitur. *In custodiam conjecerat & Romam perduxerat Cn. Pompejus: Dio XXXVI. p. 27. De hoc facinore Clodii v. eumdem XXXVIII. p. 78.*

L. TILLIVS Cimber, Phil. II. 11. de percussoribus Cæsaris: *cum ante acerrimus partium Cæsarianorum propugnator fuisset. Senec. de Ira III.* 30. ad Div. XII. 13. classem in Bithynia comparat, *paullo post mortem Cæsaris. Eam provinciam a Cæsare adhuc vivo acceperat, in eamque, interfecto Cæsare, clam abiit. Vulgo appellabatur olim:* Tullius; *quod præfert Oudendorp. V. C. ad Cæsar. B. C. III.* 42. *De eo vid. præter Manut. & Græv. ad l. c. Periz. Anim. Hist. p.* 431. *sq.*

TIMAEVS, Or. II. 14. Tauromenites, regnante Agathocle vixit, eruditissimus & eloquentissimus historicus. N. D. II. 27. rationem concinne reddit, qua-

re Dianæ Ephesiæ templum deflagraverit. *Quod Ciceroni hic concinnum videtur, id Longinus frigidum & puerile judicat.* ad Div. V. 12. Pyrrhi bellum scripsit: Timoleontis res gestas prodidit. *Ejus acerbitatem in alios historicos & errores notat Diodorus Sic. XIII. p.* 211.

TIMAEVS, Fin. V. 29. Locrensis, Pythagoreus, Platoni æqualis.

TIMAGORAS, Acad. IV. 25. Epicureus, negat, sibi umquam duas flammulas esse ex lucerna visas, cum oculum torsisset.

TIMANTES, Brut. 18. pictor. *Cythnius, auctore Quintiliano, II.* 13. *Sicyonius autem, auctore Eustathio ad Iliad. ά.* 163. De eo etiam capiendus Cicero *in Orat.* 22. *ad q. l. v. Quintil. l. c. & alios ap. Junium in Catal. Pict. Leopard. Emend. XX.* 19.

TIMARCHIDES, Verr. II. 28. &c. libertus & accensus C. Verris: *de cujus sceleribus multa in Verrinis.*

TIMOCLES, Pison. 36. saltator, L. Pisonis in Macedonia comes.

TIMOCRATES, Nat. D. I. 33. Metrodori Epicurei frater, quia, nescio quid, ab Epicuro dissentit, totis voluminibus ab eo conciditur. *ibid.* 40. a fratre reprehenditur, quod dubitet vitam beatam ventre metiri, *scil. in libris, quos contra eum scripsit. Laërt.* X. 23. *Eundem tamen Epicurus inter heredes suos scripsit. v.* de Fin. II, 31. *Lampsacenus an Athenienſis fuerit, æque, ut de fratre, disputatur ap. Jonſium I.* 20. 3. *& Menag. ad Laërt. X.* 22.

TIMOLEON, ad Div. V. 12. ejus res gestæ proditæ sunt a Timæo.

TIMON, Tusc. IV. 11. Amic. 23. Athenienſis, fugit congressus hominum.

TIMOTHEVS, Tusc. V. 31. Athenienſis imperator cœnas Academicorum laudat. Or. III. 34. Cononis filius, Isocratem præceptorem habuit. Offic. I. 32. belli gloria patre non inferior.

TIMOTHEVS, Milesius. Leg. II. 15. cum plures quam septem nervos in fidibus haberet, Lacedæmonii eos demi jusserunt. *rem paullo aliter narrat Athenæus L. XIV. c.* 9. *ex Artemone περὶ διονυσιακῶν ἐπιδημιῶν. cf. Leopard. Emend. VIII.* 14. *ubi decretum Lacedæmoniorum in hunc Timotheum emendatur & explicatur.*

T. TINCAS, Placentinus. Brut. 46. homo dicax & facetus.

TIRESIAS, Tusc. V. 39. Div. I. 40. II. 2. augur clarus & præstans, sed oculis captus.

TIRO, ad Div. VII. 29. servus, deinde libertus Ciceroni & filio & fratri carissimus. *ad eum sunt epistolæ L. XVI. ex quibus de summa hominis gratia satis cognosci potest.*

TIRO, Phil. II. 4. V. 6. *est* Numisius Tiro, de sicariis Antonii triumviri.

TISAMENVS, Att. XII. 10. servus.

TISIAS, Or. I. 18. Inv. 2. Siculus, primus rhetoricam scripsit. Brut. 12. qua occasione & quo tempore scripserit.

TITHONVS, Senec. *Laomedontis filius, Auroræ maritus, de quo nota est fabula.*

TITINIA, Cottæ. Brut. 60. pro ea

ea contra Ser. Nævium dicit M. Cicero.

Cn. TITINIVS, Cluent. 56. eques Romanus.

Q. TITINIVS, Verr. I. 49. eques R. frater germanus C. Fannii: *i.e. ex eadem matre. v. Wesseling. V. C. Obs. I.* 13. Att. V. 21. commendat Ciceroni L. Tullium, ut legatum sumat. Att. IX. 6. filius est cum Cæsare. *Hunc Titinium fœnus exercuisse intelliges ex* ep. 4. L. II. ad Att. & VII. 18.

TITINII, *a Catilina in proscriptione Sullana interfecti commemorantur* pet. Cons. 2.

TITIVS, Dom. 9. Har. resp. 27. Sext. 52. e ducibus operarum Clodianarum.

C. TITIVS, Brut. 45. eques Rom. qui primus eo pervenit, quo pervenire potest Latinus Orator sine Græcis literis. Orationes fuerunt acutæ, facetæ item tragœdiæ, sed parum tragice scriptæ. Vixit L. Crassi temporibus.

C. TITIVS, L. F. Rufus, ad Div. XIII. 57. Prætor urbanus Paullo & Marcello Coss. ib. XII. 15. legatus Dolabellæ in Asia.

L. TITIVS, Verr. IV. 26. Civis Rom. in Sicilia habitans.

L. TITIVS, Strabo. ad Div. XIII. 14. eques Rom. *Hunc Manutius putabat eundem esse, qui* XII. 6. Tidius *appellatur: v. C. Tidius. Sed quoniam is sive Tidius sive Titius in magistratu fuit, ante quam hæc epistola scribebatur, ut ibi diximus, idem cum hoc Titio esse non potest, propterea quod hunc Cicero* equitem Rom. *appellat. Non autem puto moris fuisse, qui esset ex equestri ordine, eos, cum magistratibus usi essent, simpliciter* equites *appellare.*

P. TITIVS, ad Div. X. 12. tribunus pl. (*a. DCCX.*) intercedit SCto in Ciceronis sententiam facto, rogatu Servilii. *de eodem est ep.* 21. *Hunc etiam Corradus putat esse cum, ad quem epistola* 16. *L. V. scripta sit. Ex epistola intelligitur, illum Titium bene de rep. sensisse, & Pompejanis partibus favisse: quod nescio an in P. hunc conveniat, qui in toto tribunatu Ciceroni, aliisque hujus sectæ adversatus est, P. Cascæ collegæ tribunatum abrogavit, & legem per vim tulit, de triumviris reip. constituendæ in quinquennium creandis &c. v. Pighius ad a. DCCX. Ceterum hic est* Titius, *qui* Appium minorem reum fecit de vi. ad Div. VIII. 8. *nam vocatur* emissarius Servilii.

Sext. TITIVS, Or. II. 11. tribunus pl. seditiosus, *a. V. DLIV. Antonio Oratore & Albino Consule, a quo leges Titiæ dicuntur.* Multa contra remp. fecit, ei restitit Antonius. Idem in eum testimonium dixit, cum postea reus factus esset. Brut. 62. loquax & acutus, sed mollis in gestu. Ab eo saltationis genus molle nomen *Titius* accepit. Or. II. 66. se Cassandram dicit, quod vera diceret, nec fidem inveniret. Rab. Perd. 9. condemnatus est, quod Saturnini imaginem domi suæ haberet. *Nescio an hic sit, qui* Or. II. 62. III. 23. nimis studiose pila lusisse, & signa sacra noctu fre-

fregisse *dicitur*. *Non dubitat Corradus ad Brut. p.* 341.

T. TITIVS, T. F. ad Div. XIII. 75. Legatus Pompejo rei frumentariæ præfecto. *Hic est fortasse, ad quem epistola* 16. L. V. *perscripta est. cf.* P. Titius.

TITIVS, ad Div. VII. 12. Epicureus, *si sana lectio est. Sed alii, ut Manutius, malunt*, Titus, *h. e. Atticus: alii, quod Grævius recepit*, Sejus.

TITVRIVS, Font. 5. *Videtur de cohorte M. Fonteji fuisse, aut portitor Tolosanus.*

M. TITVRNIVS Rufus, ad Div. XIII. 39. unus ex Tiburnia familia reliquus est.

TLEPOLEMVS, Verr. III. 28. Græcus, pictor, de cohorte Verris. IV. 13. Cibyrata *dicitur per jocum, quia Verri tamquam venator vasorum fuit.*

TONGILIVS, Catilin. II. 2. de conjuratis Catilinariis fuit, & Catilinæ scortum.

TORANIVS, ad Div. VI. 20. Pompejanus, exul. *Prætorius fuit, quem postea filius C. Toranius, Triumvirûm partes secutus, Triumviris prodidit, a quibus interfectus est. v. Valer. M. IX.* 11.

TORTORIVS, Att. VII. 2. *est nomen corruptum.*

A. TORQVATVS, *e Manliis*, Planc. 11. Africæ prætor (*a. DC LXXVI.*) mirifice laudatur. Ejus frater patruelis est T. Torquatus T. F. *de quo infra.*

A. TORQVATVS, *L. F. L. N.* Fin. II. 22. amicus Ciceronis summus. Att. V. 1. vir optimus. ad Div. VI. 1. Athenis exulat, quod contra Cæsarem steterat. *Prætor fuit. a. V. DCCI.*

A. TORQVATVS, Leg. II. 22. *De quo sermo sit, ex re non satis certo judicari potest. Forte is est, qui Censor a. DVI. & deinde bis Consul fuit.*

L. TORQVATVS, L. F. Cat. III. 8. Agr. II. 17. &c. Consul cum Cotta, *a. V. DCLXXXIX.* Pison. 31. pro Cicerone apud L. Pisonem intercedit. *ibid.* 19. Macedoniam Cicerone referente obtinet, & Imperator a Senatu appellatur. ad Brut. 68. elegans in dicendo, prudens &c.

L. TORQVATVS, L. F. L. N. Sull. 2. accusat adolescentulus P. Sullam de ambitu, & ita facit, ut pater Consul fiat. Att. IV. 16. de accusatione Gabinii cum P. Sulla contendit. VII. 12. negat Pompejum extra Italiam sequendum. IX. 8. sequitur cum fratre Pompejum extra Italiam. Fin. I. 5. Epicureus. *itaque inducitur eo libro disputans cum Cicerone & Triario de finibus.* Brut. 76. non tam rhetor, quam πολιτικός. in eo literæ interiores & reconditæ, divina memoria. *Prætor fuit a. DCCIV.*

T. TORQVATVS, L. F. Tusc. IV. 22. qui primus Torquatus dictus est. *v. Liv. VII.* 10. *v. Manlius.*

T. TORQVATVS, Fin. I. 7. collega Cn. Octavii *in Consulatu a. DLXXXVIII.* ejus filius, a D. Silano adoptatus, cum in Prætura Macedoniæ pecunias cepisse diceretur, pater, re cognita, eum vetuit in conspectum venire. *Male editur* L. Tor-

Torquatus. *Nam Fasti habent* T. *ut Epit. Livii* 54.

T. TORQVATVS, T. F. Planc. 11. Auli Africæ prætoris frater patruelis. Brut. 70. doctus vir ex Rhodia disciplina Molonis, plus facultatis ad dicendum habuit quam voluntatis. Ad consulatum venisset sublato ambitu, si vixisset.

TRABEA, ad Div. IX. 21. poëta Comicus. Tusc. IV. 31. ejus versiculi. Fin. II. 4.

C. TREBATIVS Testa, ad Div. VII. 12. Epicureus fit. ibid. 5. commendatur Cæsari Galliæ proconsuli. Top. I. Topica sibi a Cicerone explicari vult. *JCtus fuit, ad quem multæ & facetæ sunt L. VII. epistolæ. Tribunus pl. a. V. DCCVI. de eo v. Menag. Amœn. J. C. c.* 14.

L. TREBELLIVS, Phil. VI. 4. Antonianus, antea adversarius in tribunatu, (*a. V. DCCVII.*) cum de tabulis novis ferretur. ad Div. XI. 13. cum equitibus suis ad occupandam Pollentiam venit. Phil. XIII. 12. &c.

M. TREBELLIVS, Quint. 5.

TREBIANVS, ad Div. VI. 9. Pompejanus, post pugnam Pharsalicam ab armis non decessit.

A. TREBONIVS, ad Div. I. 3. XII. 12. eques Rom. negotiator.

A. TREBONIVS, Verr. I. 47. proscriptus *a Sulla*, frater P. Trebonii.

C. TREBONIVS, Phil. XIII. 10. eques Rom. C. Trebonii, *de quo mox*, pater.

C. TREBONIVS, C. F. ad Div. XV. ult. quæstor legi, de Clodii adoptione, adversatur, & tribuno Herennio non paret. Phil. II. 11. e percussoribus Cæsaris, laudatur. *ibid.* 14. ad Div. X. 28. sevocat Antonium, ante curiam, dum interficitur Cæsar. Phil. XI. 1. prætor Asiæ, a Dolabella Smyrnæ amicitiæ simulatione interficitur. ejus mortem lamentatur Cicero. ad Div. XII. 16. ejus carmen ad Ciceronem missum, *forte in Antonium & Antonianos. Hic legem Treboniam tulit in tribunatu a. DCXCVIII. ut Pompejus duas Hispanias, M. Crassus Syriam in quinquennium & Cæsar Galliam in aliud quinquennium obtinerent. Post legatus Cæsaris in Gallia, & a. DCCVIII. Consul suffectus Cæsari. Dio Cass. XXXIX. p.* 105.

P. TREBONIVS, Verr. I. 47. A. frater.

Cn. TREMELLIVS, *Scrofa*, Act. I. in Verr. 10. tribunus militaris designatus, judex in causa Verrina, homo summa religione & diligentia. *Pighius ad a. DCLXXVI. putat esse eum, qui prætor post fuit, & de re rustica scripsit: cujus villam, quem ipsum, valde laudat Varro de R. R. I.* 2. *Unde* Scrofæ *cognomen, quod hujus avus primus tulit, aliam rationem ex ejus persona Varro l. c. II.* 4. *aliam Macrob. Sat. I.* 6. *commemorat. Utraque lepida fabella est.*

Q. TREMVLVS, *e Marciis*. Phil. VI. 5. Hernicos vicit. statua ejus in foro posita. *Is, qui consul bis fuit a. CCCCXLVII. & CCCCLV.*

C. TRIARIVS, *e Valeriis*, Fin. I. 5. amicus Ciceronis, vir gravis

& doctus, minus delectatur Epicuro, quod ornamenta Platonis, Aristotelis, &c. neglexit. Att. XII. 28. ejus liberis tutor est Cicero. Brut. 76. ejus plena fuit literatæ senectutis oratio, gravis: bello civili periit. *hunc locum male refert ad L. Triarium Pighius ad a. DCLXXII. Videtur cum verbum* senectutis *movisse. Sed additur:* in illa ætate. *Deinde quod cum* Torquato *jungitur, id ipsum docet, de C. sermonem esse. v. de Fin. I. c. Tribunus plebis fuit a. DCCII. & a Cn. Pompejo in bello civili classi præfectus. Cæs. B. C. III.* 5. ad Div. VIII. 7. ejus soror Paulla Valeria divortium facit & D. Bruto nubit. *Manutius ad h. l. male appellat* P. Triarium. *Nam loci Ciceroniani, quos profert, ostendunt, cum de Cajo loqui voluisse. Nisi forte ista fuit P. soror, & locos illos male de eo accepit.*

L. TRIARIVS, Terr. I. 14. quæstor urbanus, *a. DCLXXII.*

P. TRIARIVS, L. F. Att. IV. 16. 17. ad Q. F. III. 2. accusat M. Scaurum, *defendit Cicero.* v. Ascon. arg. Or. pr. M. Scauro.

TRICIPITINVS, *e Lucretiis*, Leg. II. 4. *Lucretiæ pater.*

TRIETERIDES, Nat. D. III. 23. sacra Bacchi e Niso & Thyone nati.

TRIPTOLEMVS, Her. IV. 6. Tusc. I. 41. Verr. IV. 49. *notus ille auctor & inventor agriculturæ in Græcia, de quo est in fabulis.*

TRITANNVS, Fin. I. 3. Centurio viribus insignis. *de quo v. Plin. H. N. VII.* 20. *Solin. c.* 4.

TRITOPATREVS, Nat. D. III. 21. Jovis & Proserpinæ filius.

TRITO, Nat. D. I. 28. II. 25. Deus marinus.

TROAS, ad Q. Fr. III. 6. tragœdia Q. Ciceronis.

TROILVS, Tusc. I. 39. *Priami filius ab Achille interfectus.*

TROPHONIVS, Nat. D. III. 22. Valentis & Phoronidis filius, idem cum Mercurio ex his genito. de Div. I. 34. prope Lebadiam ei sacra fiunt; *ubi sc. notum illud antrum Trophonii fuit. Alius ab hoc est:*

TROPHONIVS, Tusc. I. 47. ædificavit templum Delphicum, ejus votum.

TRYPHO, Att. III. 8. ad Div. XIII. 61. *est nomen servile.*

L. TVBERO, *ex Æliis.* Ligar. 7. cum Cicerone una domi eruditus, post affinis, in omni vita familiaris &c. Planc. 41. ad Q. Fr. I. 1. 3. legatus Q. Ciceronis in Asia. Lig. 8. Sortitus belli civilis initio ex SCto Africam provinciam, quam Considius obtinuerat, cum eam a Varo jam occupatam inveniset, ad Cn. Pompejum in Macedoniam se contulit. *Restitutus est post a Cæsare cum filio Quinto, de quo mox.*

P. TVBERO, *Q. F. P. N.* Or. II. 84. Africanum avunculum laudavit, scripto C. Lælii.

Q. TVBERO, *Q. F. P. N.* Muren. 36. Stoicus. Africani sororis filius, ejus perversam sapientiam in funere Africani ægre fert populus, propterea que prætura excidit. Brut. 31. in triumviratu

viratu judicavit contra avunculum Africanum. ejus orationes in Gracchum. *ex h. l. colligit Pighius, eum tr. pl. a. DCXX. fuisse.* cf. de Or. III. 21. ad Att. IV. 16. *De patre utriusque, L. Paulli genero, v. Plinium H.N. XXXIII.* 11. *Val. M. IV.* 4.

Q. TVBERO, L. F. Ligar. 1. s. accusat Ligarium de vi. *In bello civili Pompejum cum patre secutus est, post a Cæsare restitutus. Cum in causa Ligariana non vicisset, ad jus Civile se contulit.*

P. TVBERTVS, *e Posthumiis*, Leg. II. 23. primo Valerii Poplicolæ, & deinde Menenii Collega fuit. In urbe sepultus est, ejusque posteri hoc jus tenuerunt.

L. TVBVLVS, *ex Hostiliis*, Fin. II. 16. Prætor, & *quidem, ut est* Att. XII. 5. L. Metello & Q. Maximo Coss. *h. e. a. V. DCXI.* pecunias capit ob res judicandas, & decreta de ea re quæstione fugit. cf. ibid. IV. 28. V. 22. Nat. D. III. 30. I. 23. fr. or. p. Scaur. &c. *Perizon. Triga Diss. p.* 152. *extr. credit esse nepotem* C. Hostilii Tubuli, *prætoris urb. a. DXLIV. cujus frequens mentio ap. Livium L. XXVII. sqq.*

M' TVCCIVS, ad Div. VIII. 8. accusat C. Sempronium Rufum, & ab eodem accusatur. *v. Drakenb. ad Liv. epit.* 20.

Cn. TVDICIVS, Cluent. 70. Senator.

C. TVDITANVS, *e Semproniis*, Brut. 25. disertus. *De Tuditanorum gente v. Rupertus ad Valer. M. IX. 5. p.* 542.

M. TVDITANVS, Brut. 18. Tusc. I. 1. Consul *a. DXIII.*

P. TVDITANVS, Brut. 15. M. Corn. Cethegi Collega in consulatu (*a. DXLIX.*) deinde etiam in Censura.

TVDITANVS, Acad. IV. 27. affinis Catuli, insanus. Phil. III. 6. avus Fulviæ Antonii uxoris; ejus insania. *v. Valer. M. VII.* 8. *& ibi Perizonium.*

M. TVGIO, Balb. 20. *Videtur ei juris parti se maxime dedisse, quæ est de jure aquæductuum.*

P. TVLLIO, Syrus, Har. Resp. 1. amicus Clodii.

L. TVLLEJVS, ad Div. XV. 4. Legatus Ciceronis in Cilicia, *qui omnibus aliis locis scribitur* Tullius: *idem cum sequente.*

L. TVLLIVS, Verr. IV. 11. frater M. Ciceronis *patruelis*, quem secum in Sicilia habuit, cum in Verrem inquireret. Att. V. 4. V. 21. legatus Ciceronis in Cilicia.

L. TVLLIVS, Montanus, Att. XII. 52. cum Cicerone filio Athenas proficiscitur.

M. TVLLIVS Laurea, Att. V. 4. XIII. 22. ad Div. V. 20. scriba Ciceronis.

M. TVLLIVS *Decula*, Planc. 21. ædilitiam repulsam tulit. Agr. II. 14. consul cum Cn. Cornelio, *a. DCLXXII. Hunc putat esse Sigonius, quem Cicero defendit reum de vi: ex qua oratione pauca fragmenta restant.*

M. TVLLIVS, ad Q. Fr. II. 3. postulat Sextium de vi. *Ipse Cicero nescit, qui sit.*

M' TVLLIVS, Brut. 16. patricius, Consul cum Sulpicio a. X. post reges exactos.

TVLLIVS, Verr. III. 71. magister publicanorum in Sicilia, amicus Verris.

TVLLVS, Catil. I. 6. Att. VIII. 15. est Volcatius Tullus, qui M. Æmilii Lepidi collega in Consulatu fuit.

TVLLVS Cluvius. Phil. IX, 3. unus e legatis Rom. qui a Larte Tolumnio interfecti sunt. *Sed Pighius legendum censet* L. Julius: *qui a. CCCIII. decemvir fuit: non* C. Julius, *qui trib. mil. fuit a. CCCXV. v. ad h. a.* Apud Plinium XXXIV. 6. *ed. Hard. vocatur* Tullus Cloelius, *e MS. Edd. aliæ habent* Tullus Cælius. *v. Harduin. & not. Gruteri ad Cic. l. c.*

TVLLVS HOSTILIVS, Phil. XIII. 12. tribunus plebis designatus.

TVLLIVS Cimber. v. *Tillius.*

D. TVRRANIVS, Att. I. 6. homo χρηστοήθης, cum Q. Cicerone in prædiis Arpinatibus est. VI. 9. cum Cicerone in Cilicia aliquandiu fuit. *Eundem hominem esse, res ipsa suspicari facit, etsi priori loco sit* Turranius, *altero* Turannius. *Nam hæc nomina eadem sunt, ut &* Turanius. *Eadem varietas etiam in lapidibus deprehenditur. Forte est ille ipse, qui commemoratur ap. Plin. H. N. III. 1. IX. 8. v. Harduin. Ind. Auctor.*

M' TVRRANIVS, Phil. XIII. 10. provinciam sibi ab Antonio datam recusat.

TVRDVS, ad Div. IX. 21. cognomen familiæ Papiriæ plebejæ. C. Papirius Turdus *trib. pl. est ap. Liv. XLI. 6.*

L. TVRIVS, Brut. 67. parvo ingenio, sed studiosus. Ei paucæ centuriæ ad consulatum defuere. *Olim hic legebatur* Thorius. *unde viri docti ceperunt de* L. Thorio Balbo, *de quo supra. Nescio an in hominem illum voluptuosissimum cadat* multus labor, *quem huic L. Turio Cicero tribuit.* Turius *apud veteres non unus occurrit.* Q. Turius *ap. ipsum Ciceronem, alius* Turius *ap. Horat. Sat. II. 1. 49. ubi vid. Schol. & Bentlejum.* L. Turius *a M. Catone contra Cn. Gellium defensus commemoratur apud Gellium Noct. Att. XIV. 2. ut lapides taceam. Nam apud Donium IV. 93. est* L. Turius L. F. *&c.*

Q. TVRIVS, ad Div. XII. 26. negotiator Africanus.

TVRIVS Eros, ad Div. XII. 25. libertus Q. Turii.

TVRPILIA, ad Div. VII. 21.

TVRPIO, Att. VI. 1. sutorius.

L. TVRSETIVS, Phil. II. 16. ei testamentum M. Antonius subjicit.

TVRVLIVS, ad Div. XII. 13. Quæstor Tillii Cimbri in Bithynia.

TVSCENIVS, ad Q. Fr. I. 1. 6. & 2. 2. homo obscurus, qui de Q. Cicerone questus erat.

TVTIA, Att. XVI. 2. *nomen feminæ, nescio cujus. Nam Tutia Vestalis, de qua est ap. Valer. VIII. 1. quæ in libris fere est* Tuccia, *huc non pertinet, quod temporis ratio facile indicat. Ceterum valde arridet Corradi conjectura, qui* Julia *legendum suspicabatur, eamque intelligebat, de qua est L. XV. ult.* Tutiam *familiam autem*

tem fuisse facile concedam. v. Drakenb. ad Liv. epit. 20.

TVTOR, Or. II. 64. nomen mimi veteris, oppido ridiculi.

TYMPANIS, N. D. III. 35. Tympanidis rogus. *Locus sine dubio corruptus, in quo frustra adhuc viri docti desudarunt. vid. Davisius & Buherius ad h. l.*

TYNDAREVS, Fat. 15. Clytemnæstræ pater.

TYNDARIDAE, Nat. D. II. 2. Persen victum nunciant. *ibid.* III. 5. eos Lacedæmone sepultos tradit Homerus. &c.

TYRANNIO, Att. II. 6. XII. 2. &c. *Grammaticus & Geographus, qui Ciceronis temporibus vixit. Acrem in reprehendendo fuisse ex ep. 6. L. II. intelligitur. ibid. IV.* 4. 8. reliquias Bibliothecæ Ciceronianæ disponit & collocat. XII. 6. *argumenta scriptorum Tyrannionis, vocat* tenues θεωρίας: ad Q. Fr. II. 4. docet Cicerones pueros.

TYRVS, Nat. D. III. 23. mater Veneris Syriæ.

V.

M. VACCVS, *e Vitruviis.* Dom. 38. ejus domus eversæ area *Vacci prata* dicta, *quod Privernatium & Fundanorum dux contra Romanos fuisset, a. V. CCCCXXIV. v. Liv. VIII.* 19. 20.

VACERRA, ad Div. VII. 8. JCtus tempore Ciceronis. *Cogitabam aliquando per jocum ita dici* Valerium JCtum.

VALENS, N. D. III. 22. Mercurii cujusdam e Phoronide pater.

A. VALENTIVS, Verr. III. 37. interpres C. Verris in Sicilia.

VALERIA tabula, Vatin. 9. ab ea dicuntur tribuni plebis, Vatinii collegæ, jussisse mitti Bibulum, quem Vatinius in vincula duci jusserat. ad Div. XIV. 2. ad eam exulis Ciceronis uxor, *contumeliæ causa* deducitur, conf. *Sextia tabula.*

VALERIA, Flacc. 34. uxor Andronis Sextilii.

PAVLLA VALERIA, ad Div. VIII. 7. soror Triarii, discidium facit, & D. Bruto nubit. vid. in *C. Triarius. Observent tirones* Paullæ *nomen, æque ut* Paulli, *quæ cognomina proprie sunt, interdum esse etiam prænomina, ut hoc loco. vid. Perizon. in animadv. hist. cap.* 3. *p.* 130.

VALERIVS, Verr. III. 21. præco Verris.

VALERIVS, Orat. III. 21. scenicus, quotidie cantabat.

VALERIVS, Att. II. 3. absolvitur, *incertum utrum* Valerius Flaccus, *an* Valerius Messala, *an* Valerius JCtus.

VALERIVS, ad Div. V. 20. *nescio quis, manceps pecuniæ publicæ cujusdam.*

VALERIVS, Att. I. 12. interpres C. Antonii in Macedonia, *nisi forte Romæ in ipso Senatu, quod Casaubono placebat. putant quidam esse eum, de quo ad Div. XIV.* 2. *de quo dubito.*

C. VALERIVS *Flaccus*, Balb. 24. prætor urbanus. *a. DCLV.*

D. VALERIVS *Soranus*, Brut. 46. doctus Græcis literis & Latinis, familiaris Ciceronis.

L. VALERIVS *Flaccus*, Phil. XI. 8. flamen Martialis. bellum gerit cum Aristonico, frustra contra nitente collega P. Licinio Crasso. *v. L. Flaccus.*

L. VALERIVS *Flaccus*, pro Rabir. Perd. 7. collega, C. Marii, arma capit contra Saturninum. *vid. L. Flaccus.*

L. VALERIVS *Flaccus*, Pison. 23. legatus L. Pisonis in Macedonia, *is, qui prætor Cicerone Cos. fuit. vid. L. Flaccus.*

L. VALERIVS *Potitus*, Brut. 14. legibus & concionibus populum post decemviralem invidiam placat. *De hoc Valerio v. Liv. III.* 39. 49-55.

L. VALERIVS, ad Div. I. 10. III. 1. VII. 11. XII. 7. JCtus mediocris.

M' VALERIVS, Brut. 14. Dictator. populum in monte Sacro sedavit, indeque Maximus dictus est, *quod nomen familiæ hæsit.* a. V. CCLIX. *ad h. a. v. Sigonius. in vulgatis male est* M.

M. VALERIVS, M. F. *Corvus*, Div. I. 24. consul cum Aulo Cornelio *Cosso* in bello Samnitico. *a. V. CCCCX. qui tertius ejus consulatus fuit, nam quinquies consul fuit, bis dictator, semel censor, sexies prætor, quater ædilis.* Corvi *nomen primus tulit: unde? omnibus notum est. vid. Liv. VII.* 26.

P. VALERIVS *Publicola*, Leg. II. 23. in urbe sepultus, idque posteri tenuerunt. haruspex. resp. 8. pro meritis in remp. domum in publica villa accepit. *Quomodo viri docti verba:* in publica villa, *tentarint, docebit Græv. ius ad h. l.*

P. VALERIVS *Flaccus*, Phil. V. 10. legatus Romanorum ad Hannibalem in Hispania.

P. VALERIVS, Phil. I. 3. comes Ciceronis, cum primum iter in Græciam post mortem Cæsaris instituisset. ibid. & Att. XVI. 7. villam habuit ad Leucopetram, in quam tum Cicero divertit. Att. V. 21. a Dejotaro sustentatur, debitor Attici. *idem est, quem* ad Div. XIV. 2. *nominat* hominem officiosum. *v. Valerius interpres.*

Q. VALERIVS, *Soranus*, Br. 46. doctus Græcis literis & Latinis. Or. III. 11. literatissimus omnium Latinorum.

Q. VALERIVS, Q. F. *Orca*, in Sen. post redit. 9. prætor P. Lentulo Spinthere Cos. ad Div. XIII. 4. legatus proprætore a Cæsare præpositus agris dividendis; postea proconsul Africæ, non consulatu gesto. cf. ep. 6.

C. VALGIVS *Hippianus*, ad Div. XIII. 76. *idem est, qui* Q. Hippius *in eadem epistola appellatur.* C. Valgius *dictus est a patre, qui eum adoptavit.* C. Valgium *quendam, qui de usu herbarum ad Augustum scripsit, commemorat Plin. XXV.* 2.

VALGIVS, Agrar. III. 1. P. Rulli gener, qui multos agros tempore Sullano occuparat.

C. Cn. & L. VARENI, Fr. Or. pro Vareno: *qui defensus est a Cicerone, reus inter sicarios, quod Cajum occidisset, Cuem vulnerasset.*

VARGVLA, Or. II. 60. dicax homo, C. Julii Cæsaris, ejus, qui in libris his inducitur, amicus.

C. VARGVNTEJVS, Sull. 2. Senator, socius Catilinæ, qui Ciceronem in lectulo interficere voluit.

P. VARINVS, Flacc. 19. prætor Asiæ,

Asiæ, *a. V. DCLXXX. Appian. Civil. B. I. p.* 205. *appellat* Varinium Glabrum: *quod cognomen ei abjudicat Sigonius ad a.* 680. *asserit Bimardus ex antiqui monumenti fragmento, in quo historia belli servilis descripta fuit ap. Murator. Thes. nov. Inscr. T. I. p.* 4.

M. VARISIDIVS, ad Div. X. 7. & 12. eques Romanus.

L. VARIVS *Cotylas*, Phil. XIII. 12. columen amicorum Antonii. Phil. VIII. 10. & 11. legatus Antonii ad Senatum.

P. VARIVS, Att. I. 1. *videtur fœnerator fuisse.*

Q. VARIVS *Hybrida, Sucronensis*, Sext. 47. seditiosus. ei restitit M. Scaurus. Orat. I. 25. homo vastus & fœdus, sed eloquentia magnam gratiam consecutus. Brut. 49. 62. bonus orator. Brut. 89. sua lege damnatus est, *de qua vide Ind. Legum.* N. D. III. 33. Drusum ferro & Metellum veneno sustulit, summo cruciatu ipse perit. M. Scaur. fr. M. Scaurum principem in proditionis crimen vocat lege sua, sed frustra. conf. *Valer. Max. III.* 7. *quem reprehendit Wesselingius V. C. Obs. I.* 11.

Q. VARIVS, Verr. II. 48. testis in Verrem. *an hic est, qui inter judices Milonianos fuit?* Mil. 27.

A. VARRO *Murena, e Terentiis*, ad Div. XVI. 12. amantissimus Ciceronis. *idem occurrit* ad Div. XIII. 22. *postea consul fuit a. V. DCCXXX.*

C. VARRO, *e Terentiis*, Brut. 19. qui in clade Cannensi cum Paullo collega cecidit, *a. V. DXXXVII. v. de eo Liv. XXII.* 25. *s.*

C. VARRO, *e Visellliis*, prov. cons. 17. consobrinus Ciceronis. Verr. I. 28. tribunus militum in Asia, prætore C. Nerone, *cf. C. Visellius Varro.*

M. VARRO, *e Terentiis.* Brut. 56. L. Ælium præceptorem habuit. ad Div. XIII. 10. Quæstor M. Bruti, prætoris Galliæ Cisalpinæ, ibid. XI. 10. ejus thesauri, *vid. Corrad. & Manut. ad h. l.* Att. XIII. 13. 16. & 18. cupit aliquid a Cicerone sibi inscribi, πολυγραφώτατος. ad Div. IX. 13. legatus Pompeji in Hispania ulteriori. Div. I. 31. doctus homo, perterretur vaticinio cujusdam Rhodii remigis. Phil. II. 41. ejus villam occupat M. Antonius. &c. *de eo v. Plin. H. N. VII.* 30.

P. VARVS, *Attius.* Lig. 2. Africæ prætor, Africam initio belli civilis privatus occupat, cum Italia profugisset. *vid. Cæsar de bello civil. I.* 31. *Hic est* P. Attius, Att. VII. 13.

SEXT. VARVS, ad Div. X. 32. Hispaniæ proconsul. *incertum est, qui sit; quando Sext. Quintilium Varum Hispaniæ proconsulem fuisse, nemo prodidit. vid. Manut. ad h. l.*

P. VATINIVS, Vatin. 1. sqq. *in qua oratione pleraque ejus scelera, in primis in tribunatu C. Cæsare Cos. suscepta commemorantur.* Phil. X. 5. Imperator & prætor Illyrici, Dyrrachii portas aperit Bruto, & ei exercitum tradit. c. 6. ad Div. V. 10. augur fit in locum Appii.

V. 9. Imperatoris epistola ad Ciceronem, qua petit, ut se defendat, & supplicationem conficere studeat. ibid. I. 9. a Cicerone defenditur & quare.

VECTENVS, Att. X. 5. 11. amicus Ciceronis, Monetalis *appellatur*. cf. XV. 13. XII. 3. *argentarium fuisse ex locis his, aut fœneratorem saltem, intelligitur*.

T. VECTIVS, Flacc. 34. Senator.

P. VEDIVS, Att. V. 1. Pompeji familiaris, homo nequissimus.

M. VEHILIVS, Phil. III. 10. provinciam sibi ab Antonio attributam recusat accipere. *Ex hoc nomine quidam* Vellejus *fecere, quod nomen hoc notius esset: estque ita in nonnullis editionibus.* Vehilii *etiam in lapidibus antiquis reperiuntur. Ceterum nihil de hoc Vehilio uspiam me legere memini.*

VEJENTO, Att. VII. 3. a decedente Bibulo, provinciæ Syriæ præfectus. *P. Manutius quæstorem putat fuisse. Sed constat Sallustium quæstoris locum apud Bibulum obtinuisse*, ad Div. II. 17. *Itaque magis placet cum Pighio ad a. DCCIII. legatum putare: quem enim, nisi quæstorem præficeret, præficere poterat, nisi legatum aliquem. v.* ad Div. II. 15. *Sunt autem e* Fabriciis Vejentones. *Et fortasse hujus nepos fuit aut pronepos* A. Fabricius Vejento, *qui post præturam a. DCCCVII. a Nerone in exilium missus est. de eo Xiphilinus in Nerone & Tacit. Ann. XIV.* 50.

C. VELLEJVS, Or. III. 21. Epicureæ philosophiæ addictus, L. Crassi oratoris familiaris. Nat. D. I. 6. Senator, ad quem tum Epicurei primas deferebant. *Hic est, qui trib. pl. fuit, a. V. DCLXIII.*

Q. VELOCIVS, Or. III. 23. gladiatoriam didicit puer; sed adultus plus operæ foro, amicis & rei familiari tribuit. *Perperam ex h. l. colligit Petavius ap. Olivetum ad h. l. eum lanistam & actorem causarum eodem tempore egisse.*

VELVINVS, ad Q. Fr. I. 1. 2. *nomen hominis obscuri, qui fundum habebat, non procul a fundo Q. Ciceronis.*

VENONIVS, Vindicius. Balb. 25.

C. VENNONIVS, Att. VI. 1. ad Div. XIII. 72. *Vossius de Hist. Lat. L. III. p. 226. putat, non esse* Vennonius *scribendum, ut est sc. ll. cc. & Att. XII.* 13. *Leg. I.* 2. *sed* Venonius, *quia ducatur a* Venox. *Et exhibent omnes Codd. & edd. hanc scripturam, pro Balbo l. c. Mihi vero rectius* Vennonius *videtur, uti est in lapidibus semel apud Donium, sæpe apud Gruterum (quamquam & ibi* Venoniam *reperio ducique puto a nomine* Venno, *quod ibidem est* 291.

Sext. VENNONIVS, Verr. III. 39. *de Verris cohorte fuisse apparet, una ex manibus, quibus pecuniam aliis extortam capiebat.*

VENNONIVS, de Leg. I. 2. historicus Latinus, exilis & jejunus. Att. XII. 3. ejus libris ægre caret Cicero. *Hunc Vennonium ab omnibus his alium esse, & Cicerone longe antiquiorem, mihi satis certo videor ex loco de*

de Leg. I. 2. colligere: Ponit enim primo annales Pontificum, *deinde* Fabium, Catonem, Pisonem, Fannium, Vennonium, Antipatrum. *Post*, succeſſere huic, *inquit*, Gellii, Clodius, Aſellio &c.

P. VENTIDIVS *Baſſus*, Phil. XII. 9. ei amicus Cicero fuit, antequam ſe cum inimicis reipublicæ conjungeret. ad Div. X. 24. 33. poſt prælium Mutinenſe ſe cum tribus legionibus conjungit. XI. 18. ſe cum Antonio conjungit ad Vada Sabatia. X. 18. Mulio *dicitur*. ejus caſtra deſpicit Cicero. Phil. XIII. 2. Antonii amicus. *Idem pluribus aliis locis memoratur. Neſcio utrum ad locum ex epiſtolis ad Div. reſpiciat Plin. H. N. VII. 42. ubi Ciceronem auctorem eſſe dicit, hunc Ventidium* mulionem caſtrenſem ſuffarraneum *fuiſſe, an vero ad alium ex Oratione, aut libro deperdito. De ejus natalibus, miraque fortuna vid. præter Plin. l. c. Gellium Noct. Att. XV. 4. De ejus rebus geſtis in Aſia Dionem Caſſ. XLVIII. XLIX.*

VENVLEJA, Att. XII. 24. Craſſi.

VENVLEJVS, Verr. III. 42. de Verris cohorte.

VENVLEJVS, ad Div. XII. 30. *legatus Calviſii, qui cum aliis quibusdam Africam abſente Calviſio adminiſtrare audebat, obtinente e SCto provinciam Cornificio. Ei lictores, ut ceteris, ademerat Cornificius, quod probat Cicero. Quæſtorem provincialem fuiſſe a. DCCII. reperio, eodem anno, quo & Latinus & Horatius, ejusdem Calviſii legati, quæſtores fuere.*

VENVS, Div. I. 13. Cnidia. Or. 2. &c. Coa Apellis. Nat. D. III. 23. plures Veneres, Nat. D. II. 23. Lubentina. in Cæcil. 17. &c. Erycina. *Ab hac dicuntur* VENERII. ibid. *h. e. ſervi Veneris Erycinæ ſ. fani ejus in Erycino monte.*

C. VERRES, *pater*. Verr. II. 39. Senator.

C. VERRES, C. F. Verr. I. 12. quæſtor Cn. Carbonis, in Gallia, eum deſerit, & pecuniam publicam avertit. *ibid.* 17. ſq. Cn. Dolabellæ legatus in Cilicia, &, quæſtore Malleolo mortuo, proquæſtor. Furta & ſcelera in legatione perpetrata. *ibid.* 36. ſ. Malleoli pecuniam avertit, nec pupillo reſtituit. *ibid.* 38. contra Cn. Dolabellam a M. Scauro accuſatum teſtimonium dicit, eumque prodit. *ibid.* 40. ſ. prætor urbanus *a. V. DCLXXIX.* præturæ flagitia. *ibid.* 49. in prætura ex SCto de ſartis tectis judicat. *De triennio præturæ Siculæ diſcendum e L. III. IV. V. de artibus, quibus elabi, adjutore Hortenſio, judicio & accuſatori voluit.* v. Act. I. 6. 7. ſ. *De tota cauſa lege argumenta Verrinarum. Ab hoc dicta* Verrea. Verr. II. 25. &c. ipſius juſſu, ſublatis Marcelleis, in Sicilia inſtituta. *de exitu ejus eſt ap. Plinium H. N. XXXIV. 2.*

Q. VERRES, Act. I. 8. e tribu Romilia, C. Verris propinquus.

VERRIVS, ad Div. IX. 20. 26. amicus Pæti & Ciceronis. ibid. XII. 14. amicus Lentuli Spintheris fil. *Mannt. ad IX. 20. putat*

tat esse Verrium Flaccum illum, juris Pontificii peritum, cujus libertus fuit Verrius Flaccus Grammaticus.

C. VERRVTIVS, Verr. II. 76. *nomen fictum a Verre, sub quo ipse latebat.*

VERTVMNVS, Verr. I. 59. *Deus, qui in omnes figuras se vertit, aut vertere potest. v. Propert. IV.* 2.

VESTA, Div. I. 45. Ex ejus luco vox audita. *De hoc luco, qui sub Commodo combustus est, vid. Herodian. L. I. c.* 14.

C. VESTORIVS. ad Div. VIII. 8. ad Att. IV. 6. VI. 2. Puteolanus, argentarius.

L. VETECILIVS, Ligur. Verr. II. 8.

M. VETILIVS. Phil. III. 10. *v. Pighius ad a. DCCIX.*

P. VETILIVS, Cæc. 9. testis in Cæcinam.

VETTIVS, Att. II. 4. *est Cyrus architectus.*

VETTIVS, Chrysippus, ad Div. VII. 12. Cyri architecti libertus.

VETTIVS, Cœl. 30. unus de stupratoribus Clodiæ, quem, cum ortæ inter eos essent inimicitiæ, ulta est per Camurtium quendam & Esernium &c.

L. VETTIVS, Vat. 10. in Senatu confessus est, se cum telo fuisse Cn. Pompeji interficiendi causa. Att. II. 24. *index a Cæsare inductus in Senatum, ut diceret, se interficere principes voluisse, invidiæ inimicis Cæsarianis faciendæ causa. Sed mendacium reprehenditur, & reus ipse fit de vi. res accurate ibi narratur. cf.* Sext. 63. *Adde de ejus indiciis in causa Catilinaria Dionem Cass. XXXVII. p.* 48. *de ipso interpretes Suetonii ad Cæs.* 17.

P. VETTIVS Chilo, Verr. III. 71. eques Romanus, magister publicanorum in Sicilia.

P. VETTIVS Scato, Phil. XII. 11. Dux Marsorum. Cum eo Cn. Pompejus colloquium inter castra habet. *v. Interpretes ad Vellej.* II. 16.

P. VETTIVS, Verr. V. 44. quæstor Verris.

Q. VETTIVS Vettianus, Brut. 46. Marsus, vir prudens & in dicendo brevis.

VETTIVS, Att. IV. 5. *homo vilis*, a quo villam Catuli Cicero emit, *is sine dubio, qui* VI. 1. manceps *dicitur.*

L. VETVRIVS Philo, Brut. 14. *Consul bello Punico II. cum Q. Metello a. V. DXLVII.*

T. VETVRIVS, Offic. III. 30. Consul cum Sp. Postumio.

C. VIBIENVS, Mil. 14. Senator, quomodo interierit.

C. VIBIVS Capax, Cluent. 60. Larinas.

L. VIBIVS, Verr. II. 74. eques Rom.

T. VIBIVS, ad Div. XI. 12.

C. VIBIVS Pansa, ad Div. VIII. 8. *v. Pansa. de eodem forte capiendus* ad Att. II. 20.

L. VIBVLLIVS Rufus, ad Div. I. 9. Pompeji familiaris. Att. VII. 24. e Piceno, quo missus erat a Pompejo, redit, *v. Cæsar. B. C. I. I.* 15. Att. VIII. 1. ejus res gestæ laudantur, de Pompejo parum honorifice sentit. ad Q. Fr. II. 9. III. 1. 5.

VICEPOTA, Leg. II. 11. nomen habet a vincendo & potiundo, *adeo-*

adeoque ipsius victoriæ nomen est. Ædem ejus infra Veliam fuisse constat e Livio, II. 7. Viri docti scribendum censent Vicapota. *vid. not. doctorum Virorum ad Liv. l. c.*

L. VICINIVS, ad Div. VIII. 8. *pro quo Grævius reposuit* Vinicius. Tribunus plebis *M. Marcello & Sulpicio Coss. Permutantur fere in libris scriptis* Vicin. *&* Vinic. *v. Interpr. ad Sueton. Aug. 65.*

VICTORIA, Div. I. 43. Capuæ sudat.

M. VIGELLIVS, Or. III. 21. a Panætio Stoicam philosophiam didicit.

L. VILLIVS, L. F. Pomtina, Annalis, ad Div. VIII. 8. Senator. *unde* Annales *Villii dicti. v. Ind. Legg. Leges Annales.*

S. VILLIVS, ad Div. II. 6. Milonis familiaris.

L. VINICIVS, *v. Vicinius.*

VINIVS, ad Att. II. 2.

S. VIRBIVS, Cluent. 8. Larinas.

VIRGILIANVS, *v.* Q. Fabius.

C. VIRGILIVS, Planc. 40. Prætor, Q. Ciceronis Collega. Siciliæ prætor eo anno, quo Cicero exulavit. noluit eum, quamvis amicum, Clodii minis territus, recipere. ad Q. Fr. I. 2. 2. in magna existimatione est. ad Div. II. 19. propinquus Curionis. Att. XII. 51. XIII. 26.

C. VIRGILIVS, Prov. Cons. 4. *v. C. Virginius.*

M. VIRGILIVS, Brut. 48. frater T. Aufidii trib. pl. L. Sullæ Imperatori diem dixit. *sc. in tribunatu a. V. DCLXVI. ut eum a profectione ad bellum Mithridaticum abstraheret. Sed Sulla, neglecto Virgilio, abiit, ut est ap. Plutarch. in Sulla p.* 458. *ubi male* Verginius *dicitur. In ipso Cicerone* Virginius *&* Virgilius *permutantur.*

C. VIRGINIVS, Prov. Cons. 4. legatus, impedit Pisonem Calventium, ne Byzantio omnia signa auferat. *Sed Codd. habent* Virgilius, *quod recepit Grævius. Quis autem ille Virgilius sit, nescio. Nam prætor ille Siciliæ an sit, dubito, quod vix Romam rediisse potuit, cum Piso in provinciam abiret, siquidem rediit, & non eo quoque anno Siciliam obtinuit.* C. Virginium *autem reperio tribunum plebis a. DCXC.*

A. VIRGINIVS, Læl. 27. ejus adolescentis familiaritate delectatur Lælius, ut P. Rutilii. *Fuit ergo P. Rutilii æqualis. Ceterum hanc lectionem e MSS. revocavit Langius: qui valde hic variant, & de lectione vehementer docti viri dissentiunt. vid. Gulielm. & Grut. ad h. l. item Pigh. Annal. DCXXXIV. Mihi omnem dubitationem de h. l. tollere videtur, quod ita, ut hic, junguntur ap. Pomponium de Orig. Jur. §. 40.* P. Rutilius Rufus, *&* Paullus, *quod est vitiosum pro* Aulus, Virginius, *ut eorundem præceptorum in Jure Civili, inprimisque P. Mucii, discipuli. cf. C. Langius ad l. c. & Rupert. ad Pompon. L. III. c. 6.*

L. VIRGINIVS, Fin. II. 20. filiam suam interficit, ne Appii Decemviri libidini dedatur. *Rem narrat Liv. III. 44. sqq.*

VIRGINIVS, Att. XII. 5. argentarius.
VIRIATVS, Offic. II. 11. Lusitanus, propter prædæ æquabilem partitionem magnas opes habuit, quibus exercitus imperatoresque cesserunt. Brut. 21. Viriati bellum cum Romanis.
VISCELLINVS, Læl. 11. *est* Sp. Cassius, *qui post tertium consulatum appetiti regni crimine damnatus & de Saxo Tarpejo dejectus est. v. in* Cassius. *De scriptura vocis nil certi dici potest, quando & Latini & Græcorum historicorum libri mire variant:* Viscelinus, Vulselinus, Becellinus, Uscelinus, Vitellinus, Betillinus &c. Viscellinus *est in Fastis Cuspiniani, quos sequitur Sigonius: quem v. ad a. CCLI. itemque Pighium.*
VISEJVS, Phil. XIII. 12. tribunus plebis designatus Antonii beneficio, antea Pisauri balneator fuerat.
VISELLIA, Att. XV. 13.
C. VISELLIVS Varro, Brut. 76. Aculeonis filius, consobrinus Ciceronis, ad ædilitatem pervenit. Juris peritus. Att. III. 23. T. Fadio tribuno plebis legem scripsit, quam ferret, de Cicerone revocando, eamque probat Cicero. *v. C. Varro.*
L. VISIDIVS, Phil. VII. 9. Eques Romanus, qui Ciceronem in consulatu diligenter custodivit. Antonio Mutinam obsidente, vicinos cohortatus est, ut milites fierent, & suis eos facultatibus sublevavit.
VLYSSES, Offic. I. 31. omnibus jucundus & affabilis. ad Div. I. 10. rediens cognovit suorum neminem. *ib.* X. 13. πολύτροπος. de Offic. III. 26. apud Tragicos jactatur in eo, quod Homerus tacuit, eum militare noluisse. &c. &c.
P. VMBRENVS, Catil. III. 6. libertinus, Catilinæ socius.
VMMIVS, ad Div. XVI. 14. *Ad hanc scripturam confirmandam* Ummidiam *affert ex lapide Victorius. Est etiam ap. Horatium Serm. I. 1. 96.* Ummidius, *ad q. l. v. Bentl. & Viros doctos ad Varr. R. R. III. 13.*
Q. VOCONIVS *Saxa*, Verr. I. 42. Balb. 8. legem tulit de mulierum hereditatibus. *v. Ind. Legg.* Verr. I. 42. *male pro* Q. *habent editiones Gron. & Græv.* C.
Q. VOCONIVS, Cluent. 54. judex quæstionis in causa Cluentii fuit. *Ex quo intellige, eum ædilitium fuisse. v. Ind. Latin. in* Judex quæstionis. *Male Sigon. Ant. Jur. Civ. Rom. II. 18. prætorem facit, & judicem quæstionis pro quæsitore dici contendit. Ab hoc diversus est mea sententia:*
VOCONIVS, *qui* Att. VIII. 15. *dicitur initio belli civilis* cum imperio fuisse. *Hic est, qui a. DCXCII. quæstor, & a. DCC. prætor urbanus fuit, & deinde Pompejum in Macedoniam secutus est. Ceterum illud addendum est ex* Phil. III. 6. Voconios ex Aricia fuisse ortos.
C. VOLCATIVS, Corn. I. fr. vir honestissimus, a Cn. Dolabella communi & quotidiano jure privatur. *Nescio, an is, de cujus*

cujus subita morte Plinius H. N. VII. 53. tradit.

L. VOCATIVS *Tullus*, Planc. 21. in ædilitate petenda repulsam fert; *postea tamen Consul fuit cum M' Æmilio Lepido a. V. DCLXXXVII.* Tog. Cand. fr. consilium habet, an petentis Consulatum Catilinæ ratio habenda esset, negatumque est, ei potestatem petendi concedendam esse. ad Div. I. 1. Pompejo censet restitutionem Ptolemæi committendam.

L. VOLCATIVS *Tullus*, *L. F.* ad Div. XIII. 14. prætor urbanus *a. DCCVII. is, qui postea Consul fuit a. DCCXX.* ad Div. IV. 4. M. Marcello offensus, Cæsari non agit gratias, eo restituto.

VOLCATIVS, Verr. II. 19. 23. &c. e comitibus C. Verris.

VOLVMNIA, ad Div. XIV. 16. minus officiosa est in Terentiam, cum Cicero exularet. *Non facile dixerim, utrum Senatoris Volumnii, quocum magnus usus Ciceroni fuit, soror aut filia, an nota illa liberta fuerit.*

VOLVMNIA, Phil. II. 24. liberta Volumnii Eutrapeli, mimico nomine Cytheris; v. *Cytheris.*

L. VOLVMNIVS, ad Div. VII. 32. Senator, quocum magnus usus Ciceroni fuit. *de prænomine constat e Varrone R. R. II. 4. 12. Estne hic* Volumnius Flaccus, *qui cum mandatis ad Senatum a Bruto Mutinæ obsesso mittitur, Bruti legatus,* ad Div. XI. 12. 18?

P. VOLVMNIVS, Cluent. 70. Senator, *qui inter judices in Cluentiana causa fuit.*

P. VOLVMNIVS Eutrapelus. Phil. XIII. 2. Antonii amicus. ad Div. VII. 32. 33. *epistolæ ad eum scriptæ sunt. Ex epistola autem 32. colligere licet, urbanitatem hominis non insignem adeo fuisse, sed scurrilem potius & mimicam. vid. Ind. Græc. in* ἐυτραπελία.

VOLVSIANVS, Verr. III. 21. haruspex C. Verris. *Idem ibid. c. 11. dicitur* Volusius; *ut aut locus alter ex altero corrigendus, aut potius ita accipiendum sit, ut in eadem epistola idem dicitur* Hippius & Hippianus. ad Div. XIII. 76.

L. VOLVSIENVS, Cluent. 70. eques Romanus.

VOLVSIVS, Verr. III. 11. haruspex. *v. Volusianus.*

Cn. VOLVSIVS, Att. V. 11. *Ciceronis quæstorem fuisse putat Manutius, quem vide. Inter comites Ciceronis fuisse, certum est. Non autem negare possum, certam mihi videri Corradi opinionem, qui pro* Cn. *censebat legendum* Q. *ut hic sit:*

Q. VOLVSIVS, Att. V. 21. *de comitibus Ciceronis in Cilicia, præfectus, puta, aut tribunus mil.* ad Div. V. 10. a Cicerone eloquentiam discit. *de eodem est ibid. 20.*

M. VOLVSIVS, ad Div. XVI. 12. quæstor ex Asia rediens Ciceroni litteras affert a Tirone. *Hic est, qui postea ædilis plebis proscriptus a triumviris singulari fallaciæ genere percussores evasit, ut commemorat Valer. Max. VII. 3. 8.*

VOPISCVS, *Julius Cæsar.* Phil. XI. 5. defendente Cicerone quinquies absolutus est, sexta vice autem accusatus, damnatus est. *restitutus a Cæsare ædilis factus, postea* consulatum petit, *Antonii castra ad Mutinam sequitur. Hunc esse arbitror, cujus mentio apud Varronem R. R. I. 7. extr.*

VPIS, N. D. III. 23. pater Dianæ cujusdam, *a quo & ipsa Diana* Upis *Græcis dicitur, v. c. Callimacho H. in Dian.* 204.

VRIVS Jupiter, vid. *Jupiter.*

VVLCANVS, N. D. I. 30. Alcamenis, Athenis claudus. III. 21. Nili filius. III. 22. Jovis & Junonis filius.

L. VVLTEJVS, Verr. III. 66. de comitibus L. Metelli in Sicilia.

T. VVLTVRCIVS, Catil. III. 2. socius Catilinæ.

X.

XANTHIPPE, Tusc. III. 15. Socratis uxor.

XANTHIPPVS, Offic. III. 26. Lacedæmonius, quo duce M. Attilius Regulus captus est.

XENO, Att. V. 10. Epicureus Ciceronis temporibus, ab ipso & Attico diligitur. *ab hoc alius est*

XENO, Apollonidiensis, Att. V. 13.

XENO, Menenus, Verr. III. 22. Centuripinus.

XENOCLES, Brut. 91. Adramytenus, rhetor Asiaticus, quocum Cicero fuit adolescens.

XENOCRATES, Acad. I. 4. Chalcedonius. Or. III. 13. Academiæ nomen obtinuit, ab Aristotele nil dissensit. Off. I. 30. severissimus philosophorum & propterea clarus & magnus. Att. I. 16. eum jurare non permiserunt cives, quod ei, non jurato, crederent. Tusc. V. 32. Alexandri dona magna contemnit. N. D. I. 13. scripsit de natura Deorum, Deos octo facit. Acad. IV. 46. multos libros scripsit de ratione loquendi. Tusc. I. 10. quid de animo senserit. Acad. I. 4. Platonis ubertate completus non relinquit Socratis dubitationem & disserendi genus.

XENOMENES, ad Div. XVI. 5. hospes Ciceronis Thyrei.

XENOPHANES, Colophonius. Acad. IV. 42. princeps Megaricorum, *quod quo sensu dicatur, vid. in* Megarici: *nam proprie est auctor sectæ Eleaticæ, ibid.* IV. 23. negat sciri aliquid posse: ejus versus non boni, ibid. 39. Lunam habitari dicit. ibid. 37. unum esse omnia. N. D. I. 11. infinitum cum mente Deum facit. Div. I. 3. divinationem funditus sustulit.

XENOPHON, Socraticus. Orat. III. 34. Agesilai præceptor. ad Div. V. 12. ejus libellus de Agesilao laudatur. N. D. I. 12. inconstans in sententia de Deo. Tusc. II. 26. ab Africano semper in manibus habetur. Div. I. 53. consulit Socratem, an sequatur Cyrum. ad Qu. Fr. I. 1. 8. Cyrum non ad fidem historiæ scripsit. ejus Cyropædiam Africanus minor non ponebat de manibus. Div. I. 25. in ea militia, qua cum Cyro minore perfunctus est, sua scribit somnia, quorum eventus mirabiles.

Z.

ZALEVCVS, Leg. I. 22. legislator Locrensium. Att. VI. 1. an leges Locris scripserit, nec ne? Leg. II. 6. negat ullum fuisse Timæus.

ZENO, *Cittieus*, Acad. I. 10. 11. 12. auditor Polemonis. corrigere conatur disciplinam Academicam. in quibus discesserit? philosophiæ ejus compendium. *ib.* 13. ejus philosophia est potius correctio, quam commutatio Academicæ veteris ex opinione Antiochi. ad Div. IX. 22. de obscenitate verborum pugnat cum Academia. Mur. 29. ejus philosophia ridetur. Fin. III. 2. non tam rerum inventor, quam verborum novorum. Tusc. II. 21. N. D. I. 34. Socratem vocat scurram Atticum. Div. I. 3. manet in antiquorum philosophorum sententia de divinatione. *ibid.* in suis commentariis quasi semina quædam sparsit divinationum. Acad. IV. 41. æthera summum deum esse putat mente præditum. Tusc. I. 9. animum ignem putat. Acad. I. 12. negat esse aliquid posse, quod non sit corpus. Tusc. V. 6. 7. &c. ejus de perturbationibus doctrina. Off. III. 8. putat nos ad honestatem natos esse, eamque solam esse expetendam. Acad. IV. 24. in quo ejus cum Arcesila disputatio vertatur. N. D. I. 14. ejus sententia de Diis quomodo Hesiodi Theogoniam interpretetur. Orat. 32. manu dialecticæ & rhetoricæ differentiam demonstrat. Div. II. 58. ejus sententia de somno, & quid sit dormire? Acad. IV. 6. quomodo definiat ἀκατάληπτον? ibid. 47. gestu manus visum, assensum & comprehensionem & scientiam explicat. *Ejus quoque mentio fit.* ibid. 42. Tusc. III. 17. de Fat. 4. *& multis aliis locis.*

ZENO, *Eleates.* Vusc. II. 22. 21. ne in summis quidem doloribus indicat conscios proditionis. Nat. D. III. 33. Eleæ a tyranno necatur. ejus in dolore & morte constantia. *Tyrannus ille fuit* Nearchus. *quamquam in eo nomine discrepant veteres.*

ZENO, *Epicureus.* Fin. I. 5. Ciceronis & Attici præceptor. de Nat. I. 21. Epicureorum coryphæus appellatur a Philone.

ZETHVS, ad Herenn. II. 27. de Or. II. 37. *Jovis & Antiopæ filius eodem partu cum Amphione editus. Hyginus fab.* 76. 155.

ZETHVS, ad Div. IX. 15. libertus.

ZEVXIS, *Blaudenius*, ad Q. Fr. I. 2. 2. homo e provincia Q. Fratris.

ZEVXIS, *Heracleotes*, Inv. II. 1. pictor; *de quo locos veterum vid. ap. Junium in Catalog. pict.*

ZOPYRVS, Tusc. IV. 37. Physiognomon, ejus de Socrate judicium. Fat. 5.

ZOSIPPVS, Verr. IV. 42. Tyndaritanus nobilis.

INDEX

ARTIFICVM, GRAMMATICORVM, HISTORICORVM, GEOGRAPHORVM, POETARVM, MEDICORVM, IVRECONSVLTORVM, RHETORVM, ORATORVM, MATHEMATICORVM, PHILOSOPHORVM, QVORVM NOMINA IN CICERONIS LIBRIS OCCVRRVNT.

ARTIFICES.

AEtion, pictor.
Aglaophon, pictor.
Alcamenes, statuarius.
Antigenidas, tibicen.
Antipho, ὀνειροκρίτης.
Apella, architectus.
Apelles, pictor.
Arion, musicus.
Aristoxenus, musicus.
Avianius, statuarius.
Boethus, statuarius & cælator.
Calamis, statuarius.
Canachus, statuarius.
Chares, statuarius.
Cluatius, architectus.
Cyrus, architectus.
Damo, musicus.
Gavianus Evander, statuarius.
Lysippus Sicyonius, statuarius.
Mentor, cælator.
Myron, statuarius.
Nicomachus, pictor.
Parmenides, pictor.
Phemius, musicus.
Phidias, statuarius.
Philo, architectus.
Polycletus, statuarius.
Polygnotus, pictor.
Praxiteles, statuarius.
Protogenes, statuarius & pictor.
Scopas, sculptor.
Silanio, statuarius.
Sopolis, pictor.
Stratonicus, musicus.
Timantes, pictor.
Timotheus, musicus.
Vettius, architectus, *est* Cyrus.
Zeuxis, pictor.
Zopyrus, physiognomon.

GRAMMATICI.

L. Ælius.
Aristophanes.
Callimachus.
Daphitas.
Helenius Acro.
Nicias.
Servius Claudius.
Tyrannio.
M. Varro.

HISTORICI GRAECI.

Acusilas Argivus.
Agathocles.
A. Albinus.
Apollodorus.
Cn. Ausidius.
Callisthenes.
Clitarchus.
Demochares.
Dicæarchus.
Dinon.
Duris Samius.
Ephorus Cumæus.
Euhemerus.
Hellanicus Lesbius.
Heraclides Ponticus.
Herodotus.
Naucrates.
Pherecydes.
Philistus.
Polybius.
Silenus.
Stratocles.
Theophanes Lesbius.
Theopompus.
Thucydides.
Timæus.
Xenophon.

HISTORICI LATINI.

L. Ælius.
L. Antipater.
L. Atius.
Atticus.

M. Bru-

M. Brutus.
Q. Catulus pater.
Clodius.
L. Cœlius. *eſt* Antipater.
Q. Fabius pictor.
C. Fannius.
Cn. & Sext. Gellii.
L. Luccejus.
C. Macer.
L. Piſo.
Procilius.
C. Salluſtius Criſpus.
L. Siſenna.
L. Sulla.
Vennonius.

GEOGRAPHI.

Alexander.
Dicæarchus.
Eratoſthenes.
Hipparchus.
Serapio.
Tyrannio.

POETAE GRAECI.

Alcæus.
Alexander.
Anacreon.
Antimachus.
Antipater Sidonius.
Aratus.
Archias.
Archilochus.
Ariſtophanes.
Callimachus.
Daphitas.
Epicharmus.
Euhemerus.
Euphorion.
Eupolis.
Euripides.
Heſiodus.
Hipponax.
Homerus.
Ibycus.
Menander.
Nicander.
Orpheus.
Rhinton.
Simonides.
Steſichorus.
Theophanes.

POETAE LATINI.

L. Accius.
L. Afranius.
Aſinius Pollio.
Attilius.
Cæcilius.
C. Calvus. *v. Licinius.*
Corn. Gallus. *ad Div. X.* 32.
Ennius.
A. Furius.
D. Laberius.
L. Livius Andronicus.
C. Lucilius.
T. Lucretius Carus.
Nævius.
M. Pacuvius.
Plautus.
L. Plotius.
P. Syrus.
P. Terentius.
C. Titius.
Trabea.

MEDICI.

Alexion.
Artemidorus.
Aſclapo.
Aſclepiades.
Hippocrates.
Nico.
Philippus.
A. Rupilius.

RHETORES.

Æſchylus Cnidius.
Alcidamus.
Antipho Rhamnuſius.
Apollonius Alabandenſis.
Apollonius Molo.
Aſpaſia.
Corax.
Demetrius Phalereus.
Demetrius Syrus.

Dionyſius Magnes.
Diophanes Mitylenæus.
Hermagoras.
Hermetes.
Iſocrates.
Menecles Alabandenſis.
Menedemus.
Menelaus Marathenus.
Pamphilus.
Theodectes.
Tiſias.
Xenocles.

ORATORES & SOPHISTAE.

Æſchines Athenienſis.
Æſchines Mileſius.
M. Antonius.
Calidius.
Calvus.
Chariſius.
L. Craſſus.
Demades.
Demetrius Phalereus.
Democharis.
Demoſthenes.
S. Galba.
Gorgias Leontinus.
Gorgias, *alius*.
Hierocles Alabandenſis.
Hippias.
Q. Hortenſius.
Hyperides.
Lycurgus.
Lyſias.
Menippus Stratonicenſis.
Pericles.
Philippus.
Prodicus Chius.
Theodorus Byzantius.
Thraſymachus Chalcedonius.

JCTI.

L. Acillius.
C. Aculeo.
L. Ælius.
S. Ælius Catus.
L. Antipater.
Apulejus.
C. Aquillius Gallus.
Aterius ſ. Haterius.
T. Aufidius.
M. Brutus.
C. Camillus.
Caſcellius.
M. Cato.
Q. Cornelius.
Ti. Coruncanius.
P. Craſſus Mucianus.
C. Druſus.
Q. Fabius Labeo.
Q. Fabius pictor.
Furius.
Hoſtilius.
M. Junius.
T. Juventius.
P. Mucius.
Q. Mucius Q. F.
Q. Mucius P. F.
L. Octavius Balbus.
P. Octavius Balbus.
Offilius.
S. Pompejus S. F.
Precianus.
P. Quintilius Varus.
P. Rutilius Rufus.
Serv. Sulpicius.
Trebatius Teſta.
M. Tugio.
Q. Tullius Cicero.
Vacerra.
L. Valerius.
A. Virginius.
C. Viſellius Varro.

MATHEMATICI.

Alexander, Aſtrologus.
Archelaus, Aſtrologus.
Archimedes.
Caſſander, Aſtrologus.
Euclides, Geometra.
Eudoxus, Aſtrologus.
Hipparchus, Aſtrologus.
Meto, Aſtrologus.
Polyænus, Geometra.

S. Pom-

S. Pompejus, Geometra.
Scylax, Aſtronomus.
C. Sulpicius Gallus, Aſtrologus.
L. Tarutius, Aſtrologus.

INDEX PHILOSOPHORVM IN SECTAS REDACTORVM.

Ionici.

Anaxagoras.
Anaximander.
Anaximenes.
Archelaus.
Thales.

Socratici.

Æſchines.
Antiſthenes.
Ariſtippus.
Crito.
Euclides.
Phædo.
Plato.
Xenophon.

Cyrenaici.

Anniceris.
Antipater.
Hegeſias.
Theodorus.

Megarici.

Alexinus.
Diodorus Cronus.
Stilpo.

Eliaci & Eretriaci.

Aſclepiades.
Menedemus.

Cynicus.

Diogenes.

Academici.

a) Veteris Acad. Platonicæ.

Crantor.
Crates.
Heraclides Ponticus.
Pamphilus.
Polemo.
Speuſippus.
Xenocrates.

b) mediæ.

Arceſilas.
Egeſinus.
Evander.
Lacydes.

c) novæ.

Æſchines Neapolitanus.
Carneades.
Charmidas ſ. Charmadas.
Clitomachus.
Melanthius Rhodius.
Metrodorus Scepſius.

d) quartæ.

Cicero.
Dio.
Heraclitus Tyrius.
Philo.
Tetrilius Rogus.

e) quintæ.

Antiochus.
Ariſtus.

Peripatetici.

Ariſtoteles.
Ariſtoxenus.
Calliſthenes.
Cratippus.
Critolaus.
Demetrius Phalereus.
Dicæarchus.
Diodorus.
Hieronymus Rhodius.
Lyco.
Lyſias.
Phormio.
Theophraſtus.
Staſeas.
Strato.

Stoici.

L. Ælius.
Antipater Tyrius.
Antipater Tarſenſis.
Archidemus.
Ariſto.
Athenodorus.
C. Bloſſius.

C. Boëthus.
M. Brutus.
M. Cato.
Chryſippus.
Cleanthes.
Dardanus.
Dio.
Diodotus.
Diogenes Babyl.
Dionyſius Heracleotes.
Dionyſius, *alius*.
Hecato Rhodius.
Herillus.
C. Lælius.
C. Lucilius Balbus.
Mneſarchus.
Sp. Mummius.
Panætius.
Perſæus.
S. Pompejus.
Poſidonius.
Sphærus.
Q. Tubero.
M. Vigellius.
Zeno Cittieus.

Pythagorei ſ. Italici.

Acrion.
Æſchylus.
Alcmæon.
Archytas.
Callipho.
Cercops.
Damo.
Dinomachus.
Echecrates.
Empedocles.
Lyſis.
Nicetas.
Philolaus.
Phintias.
Timæus.

Heraclitei.

Heraclitus.

Eleatici.

Democritus.
Leucippus.
Meliſſus.
Metrodorus Chius.
Parmenides.
Protagoras.
Xenophanes.
Zeno.

Democritici.

Anaxarchus.
Nauſiphanes.

Sceptici.

Pyrrho.

Epicurei.

T. Albucius.
Amafanius.
Amynomachus.
Apollodorus.
Atticus.
C. Caſſius.
Catius.
Dio.
Epicurus.
M. Fabius Gallus.
Hermachus.
Leontium.
Metrodorus Lampſacenus.
Patro.
Phædrus.
Philodemus.
Plato Sardianus.
L. Saufejus.
Scyron.
Syro.
Themiſta.
Timagoras.
Timocrates.
Titius. *Græv.* Sejus.
L. Torquatus.
Trebatius Teſta.
C. Vellejus.
Xeno.
Zeno.

Barbari Philoſophi.

Anacharſis.
Calanus.
Epimenides.

TAB. I.

PHERECYDES Physicus
Præceptor
Thaletis & Pythagoræ.

THALES
a quo
IONICI

PYTHAGORAS
Tab. II.

SOCRATES

ANTISTHENES.	EVCLIDES.	PLATO.	PHAEDO.	ARISTIPPVS.
a quo	a quo	a quo	a quo	a quo
CYNICI	MEGARICI	α) ACADEMIA	ELIACI	CYRENAICI
STOICI			ERETRIC	ANNICERII
Zeno.				HEGESIAICI
				THEODORII.

1.	2.	3.	4.	5.
VETVS	MEDIA	NOVA	QVARTA	QVINTA
Speusippus.	Arcesilas.	Carneades.	Philo.	Antiochus.
Xenocrates	Lacydes	Clitomachus		
Polemo	Evander			
Crates	Egesinus			
Crantor				

β) LYCEVM s. PERIPATETICI.
Aristoteles.

TAB. II.

TAB. II.

PYTHAGORAS.

a quo

ITALICI.

1.	2.	3.	4.
PYTHAGOREI.	HERACLITEI. Heraclitus.	ELEATICI. Xenophanes.	SCEPTICI. Pyrrho.
		DEMOCRITICI. Democritus.	
		EPICVREI. Epicurus.	

INDEX LATINITATIS.

AAB. pro *quoad* eleganter *adjectivis* jungitur. ad, Div. X. 15. *ab* equitatu firmus. ib. 8. *ab* omni re sumus paratiores. Brut. 16. *ab* omni laude felicior. Att. VIII. 14. tempus mutum *a* literis. Rosc. A. 30. *ab* innocentia clementissimus. * item *verbis*. ad Div. I. 4. *a* vi præstare nihil possum; vi excepta &c. Rosc. C. *a* Fanio se judicio absolvit. * Rosc. Am. 29. *a* quibus occidebantur? i. e. *quorum jussu, qui sicarios immittebant.* * Rabir. Post. 10. impunitas *a* judicio & sermone. * Verr. II. 28. malle pecuniam accipere *a* salute. h. e. *ob salutem, ut legit Grævius, ab ea parte, quæ salutem petit.* * pro *apud*. Mil. 35. res honori fuit *a* suis civibus. * pro *ex*. ad Div. XI. 10. *a* certo sensu & vero judicare. * Att. XVI. 7. Antonii edictum legi *a* Bruto, *communicante Bruto mecum, acceptum a Bruto.* * Att. V. 21. dare *ab* alio. ibid. solvere *ab* alio, i. e. *per alium, attributione*. ib. XII. 25. repræsentabimus *a* Faberio. * *Est etiam ubi significat, pro quo, cujus causa aliquid fiat.* Rosc. Am. 36. ut ea dedita opera *a* nobis facere videamini. *Lectio Facciolati: a vobis* i. e. *vestra sponte, huc non quadrat.*

ABACVS. *mensa, in qua exponuntur in conviviis cum ad usum, tum ad magnificentiam vasa argentea &c. hinc:* Verr. IV. 16. *abaci* vasa. ibid. cum aliquot *abacorum* faceret vasa aurea. *De abaco multis agit Salmas. ad Jus Att. & Rom. c. 23. sola potoria vasa attribuens abaco eaque paria plumbo revincta, & in loculis abaci velut defossa. Cicero Parad.* matulam *in abaco commemorat, & in Verr. quarta alia etiam vasa in abaco reperiuntur.* Scyphorum paria *pariter Cicero habet.* Loculi *illi sunt e Sidonio. An sint antiquiores, vix dicam.*

ABDICO, *ere. verbum augurale.* Div. I. 17. cum tres partes aves *abdixissent.*

ABDO. Arch. 6. qui ita se literis *abdidere. de his, qui nullam partem reipubl. capessunt, & vitam in otio literarum consumunt.*

ABDVCO, *ere.* pro *distinguere.* Div. II. 5. animadverti ab iis rebus, quæ sensibus aut artificiis perciperentur, *abducere* divinationem. * *abduci* dicuntur servi, uxores, milites, cum aut vi aut pretio facimus, ut deserant eos, quibuscum sunt. Quint. 6. *abducere* servulum. Dejot. 1. servum *abduxit* a legatorum pedibus. Verr. III. 34. Tertia-vi *abducta* a Rhodio tibicine. Phil. X. 4. qui *abducit* ab illo exercitum.

ABEO. Cæcin. 7. *abiturum* eum non esse. *interfectum iri.* * Verr. III. 64. ne res ab eo *abiret: de auctionibus in quibus abire res ab eo dicitur, qui a plus licitantibus vincitur, ut pervenire ad ipsum res non possit.*

ABHORREO, pro *discrepo.* ad Div. I. 9. a communibus præceptis *abhorret* liber. * Or. I. 18. *abhorreat* a sensibus nostris oratio: *de disputatione philosophi Stoici, quam non concoquebat.* * *abesse.* Cœl. 4. *abhorrere* a suspicione

ſpicione. * *minus idoneum eſſe.* noſtra ætas (i. *ſenilis*) a caſtris *abhorret.* Att. XIV. 19.

ABJECTVS. *de iis, qui in magno metu ſunt, perculſi terrore.* Catil. III. 5. recitatis literis debilitatus & *abjectus.* ib. IV. 2. *abjecta* metu filia. * *de his, qui ita fracti ſunt, ut metuendi non ſint. Sic* Catil. II. 1. *Catilina* abjectus *dicitur.* IV. 10. *abjecta* multitudo inimicorum. * Comicorum ſenarii ſunt *abjecti*, i. e. *negligentius & cum magna licentia compoſiti.* Or. 55.

ABJICIO, Or. 59. ponendus eſt ambitus, non *abjiciendus.* ponitur, *cum eſt numeroſus*, abjicitur, *cum non eſt, ſed ut quodque verbum primum in buccam venit, ita pronunciatur.* * Att. XVI. 5. ea judices illum *abjeciſſe.* i. *depoſuiſſe*, *de vitiis.* * Att. III. 19. vitam *abjicere*, i. *interficere ſe.* * *reprimere, refellere.* ad Div. X. 12. quanta contentione interceſſorem *abjecerim. add. in* frango.

ABJVDICO. Act. I. in Verr. 5. nulla res ab eo *abjudicaretur.* i. *judicio auferretur.* * Or. II. 24. ubi plus mali quam boni reperio, id totum *abjudico* atque ejicio, *ſc. ex oratione mea.*

ABLVO. Tuſc. IV. 28. perturbatio animi placatione *abluatur.*

ABNVO. *nego.* Leg. I. 14. *abnuit* a ſe commiſſum eſſe facinus.

ABRADO. Cæcin. 7. poſteaquam videt, nil ſe *abradere* ab Cæcina poſſe. i. e. *precibus aliisque artibus nil pecuniæ auferre poſſe.*

ABRIPIO. Verr. V. 12. etiamſi natura a parentis ſimilitudine *abriperet.*

ABRVPTIO. Att. XI. 3. *de divortio.*

ABROGO, are. *dicuntur magiſtratus Rom. cum agunt cum populo & ferunt ad populum, ut, quod ante jusſerat, rogatus lege, tollat.* Q. Fr. II. 3. Cato legem promulgavit de *abrogando* Lentuli *imperio.* hinc illud: *abrogare* fidem alicui: h. e. *habendam non putare & ſimilia.*

ABSCISSIO. *figura rhetorica*, qua, cum cœpimus aliquid dicere, præcidimus. Herenn. IV. 54.

ABSOLVO. Verr. II. 8. *abſolvit* eum Veneri, ſibi condemnat. i. *decernit, hereditatem Veneri non eſſe commiſſam, ſed cogit tamen ſibi dare, ne condemnet.* * Roſc. C. 12. a Fannio judicio ſe *abſolvat.* i. e. *curet, ne poſſit in judicium vocari, propterea, quod cum eo non deciderit.*

ABSOLVTIO. Inv. I. 22. *quid ſit?* ibid. 30. ut ad inventionem argumenti, *abſolutio* etiam argumentandi adjungeretur.

ABSOLVTVS. Inv. I. 11. *abſoluta* conſtitutio eſt, quæ ipſa in ſe continet juris & injuriæ quæſtionem. Or. III. 49. *abſoluta* converſio, *plena periodus omnibus partibus* &c. Part. Or. 27. cauſa *abſoluta, eſt conficiens ſine alterius adjumento.* * Planc. 31. *abſolutæ* ſunt preces tuæ. i. *nil amplius valent. Sed Græv. cum Manutio malebat:* obſoletæ.

ABSOLVTE. Or. 51. *abſolute* concludere orationem. i. e. *quam numeroſiſſime finire.* Fin. III. 7. *abſolute vivere.* i. e. *beatiſſime.*

ABSORBEO. Sext. 6. tribunatus *abſorbet* orationem meam. *non ſinit me de ceteris rebus loqui.*

qui. Brut. 81. *absorbuit* eum æstus gloriæ. i. *transversum egit, ad consilia prava & violenta impulit.*

ABSVM. Sull. 5. *abesse* alicui, i. e. *non defendere* causam ejus. * Somn. Scip. 11. absens *est, non petens magistratum.* Nam Africanus, de quo *ibi sermo, interfuit Comitiis istis, sed non petiit. v. Pigh. ad a.* 619. *& Drakenb. ad Liv. IV.* 42. 1. *X.* 22. 9. * Or. 68. tantum *abest, ne* enervetur oratio, *ut &c.*

ABSVRDVS. Div. 9. *absurdus* sonus, *de ranis.* Or. II. 20. *de oratore malo.*

ABVNDANTER. Or. III. 14. II. 35. *abundanter* dicere. i. *copiose.* Top. 10. aliis disputationibus *abundantius* occurrunt, aliis *angustius.*

ABVSVS. Top. 4. Usus, non *abusus*, legatus est, *quo res consumitur, ut vinum, oleum.*

AC. ad Div. XV. 11. *post* cum, *pro* tum. * *sequente vocali, aut alia litera durius sonante.* Mil. 12. ac instrumentum. *Sed Burm. in MS. Leidensi reperit* atque. *v. ad Suet. Cæs.* 26. Nat. D. III. 33. ac Apollodorus: *sed meliores edd.* at. Verr. III. 5. ac criminum. ad Div. XII. 7. ac gloriæ.

ACCEDO. Or. I. 9. ad rempublicam *accedere.* i. e. *magistratus petere. Hinc* Verr. I. 12. ad magistratus remque publ. *accedere. fit autem prima accessio ad rempubl. petitione quæsturæ. Ubi autem sermo est de Græcis, significat vel ducem belli primum fieri, vel initium facere apud populum de rep. dicendi. v. respublica.* * *dicitur etiam de febrili paroxysmo.* Att. VII. 2. *accedere* alteram leviorem, intell. *febrim. v. Cuper. Obs. II.* 15. * Verr. III. 40. *accedere* ad vectigalia, *dicuntur, qui ea redimere volunt, quod faciunt publicani. v. Gron. ad Sen. ep.* 101. *cui simile est illud* Phil. II. 26. *accedere* ad scelus sectionis. * Verr. III. 28. *accedere* ad conditiones ejus & pactiones. *ea conditione paciscì, qua ipse voluit, quamvis valde iniqua.* * Verr. II. 38. *accedere* ad causam, *suscipere, de actore.*

ACCENSVS. Verr. I. 28. &c. *publicus minister magistratuum similis Viatori. de quo genere vid. Salmas. Mil. Rom. c.* 14. 15. *Fabrett. Inscr. c.* 6. *p.* 433.

ACCESSIO. Rabir. Post. 11. *accessio* decumæ, *pro compendio.* * Verr. II. 53. accessiones *dicuntur, cum quis tamquam interpres & internuncius crebro ad homines accedit,* h. l. *pretii postulandi causa, & de pretio cum iis agendi.* * Acad. IV. 35. *accessio* definitionis, *est determinatio, ut recentiores vocant, quæ adjicitur, ut absoluta sit definitio.* cf. Fin. II. 13.

ACCESSVS. ad Div. IX. 14. *accessus* ad causam, *est ratio, qua in oratione sensim aggredimur agere id, cujus causa suscepta erat oratio.*

ACCENDO. *pro augeo, acuo.* Or. I. 25. præclare enim se res habeat, si hæc *accendi* aut commoveri possint: *de ingenio & memoria, quæ dari arte non possunt, sed acui & augeri.*

ACCIDO. Prov. Cons. 14. res *acciso:* i. e. *tenues, imminutæ calamitatibus.*

ACCIDO. Verr. IV. 1. ad animum oculosque *accidit.* Vatin. 2. honorificum ad aures *accidit.* cf.

Sext.

Sext. 50. Verr. IV. 60. mirum quendam dolorem *accidere* iis. Mil. 22. 36. Si quid ipsi *accidat*, i. e. *si condemnetur, per ἐνφημίαν*. Att. I. 14. *accidere* alicui ad pedes.

ACCIO, ire. Fin. V. 31. nisi ea voluptatem *acciret*. i. e. *afferret, efficeret*.

ACCIPIO. pro *capere*. Verr. III. 18. sensum oculis animoque *accipere*. cf. ad Div. XV. 21. * *intelligere*. Nat. D. III. 1. quæ parum *accepi*. * *tractare*. Tusc. IV. 36. quo te modo *accepissem*, nisi iratus essem. * judicatum solvi *satis accipere, opponitur ei, qui satisdat*. v. *in Satisdare*. * Verr. III. 22. *accipere* judicium. sich einlassen, *velle cum eo, qui nos provocat, & adducit in judicium, experiri, & suam causam defendere*. * *discere*. Or. I. 25. & si quis est, qui hæc arte *accipi* posse putet. * *exigere*. Verr. III. 30. jubet magistratus Siculos *accipere* decumas. * *probare significat fere in his*. Att. I. 14. *accipere* rogationem. *&c.* v. *rogatio*. * Brut. 14. Appius consules de plebe non *accipiebat, quod dicitur ap. Liv. IX.* 46. accipere nomen, *& est, judicare alicujus petitionem legitimam, & ad petendum admittere*. * Divin. I. 46. *accipio* omen. *est formula, qua utebantur, omine bono oblato*. * Att. VI. 1. *accipiam* dolorem: *mihi illum irasci feram, patiar*. * *acceptum vel, in acceptum* ferre *&* referre alicui, *est in tabulis scribere, nos aliquid ab aliquo accepisse pecuniæ*. v. Verr. I. 36. 57. *&c.*

ACCLAMATIO. *dicitur non solum in bonam, sed etiam in malam partem*. ad Qu. Fr. II. 1. maxima *acclamatione* senatus, i. e. *reclamante senatu*.

ACCOLA. *pro vicino, qui in eodem agro, oppido habitat*. Verr. IV. 50. *accolæ* Cereris.

ACCOMMODO. Off. I. 21. *accommodare* se ad rempubl. i. e. *accedere ad remp*. Orat. 7. *accommodare* vim suam ad eloquentiam: *studere eloq*. Rosc. Am. 35. *accommodare* jusjurandum suum ad alicujus testimonium: *de judicibus invidiose, cum testibus incertis & nullius fidei credunt, & ex eorum testimoniis pronunciant*.

ACCOMMODATIO. Verr. III. 82. ex liberalitate atque ex *accommodatione* magistratuum consuetudo æstimandi introducta est. *quod commodis aratorum noluerunt adversari, cum id sine suo incommodo fieri posset*.

ACCRETIO. Tusc. I. 28. *accretio* & diminutio luminis.

ACCVRATE. ad Div. XIII. 10. &c. *accurate* scriptæ literæ *dicuntur, quibus aliquem valde, multis rationibus commemorandis, commendamus*.

ACCVRATIO. Brut. 67. *accuratio* veteratoria.

ACCVRATVS. Att. XIII. 45. ad quem *accuratissimas* literas dedi. h. e. *cui rem diligenter mandavi literis*.

ACCVSATIO. Verr. I. 1. comparare & constituere *accusationem*. h. e. *ea omnia facere, quæ ad accusationem firmam pertinent*.

ACCVSATOR. *est proprie in causa publica, in privata autem* petitor. Quint. 13. *differte* accusator *opponitur* petitori. *Sed interdum*

dum tamen etiam pro petitore dicitur. Partit. Or. 32. *accusatori* hæc duo prima sunt: Sed *accusatorem* pro omni actore & petitore appello. * Verr. II. 1. firmus *accusator; qui nil timet.* Rosc. Am. 19. *accusator* certus. v. *certus.*

ACER. Brut. 72. *acerrimus* æstimator. i. e. *perspicacissimus.* Off. I. 4. si *acres* ac diligentes esse volumus -- magna sæpe intelligemus ex parvis. Rosc. Am. 5. *acria* ac severa judicia. ib. 20. *acres* canes; *qui omnes allatrant.*

ACERBE. Verr. II. 19. *acerbe* diripere bona. h. e. *ita ut nihil relinquatur.* Tusc. I. 39. ab hoc *acerbius* exegit natura, quod dederat. Phil. I. 4. *acerbe* cogebar in senatum: i. e. *vi, minis.* Att. XI. 1. *acerbissime* afflictor de rebus domesticis.

ACERBITAS. ad Q. Fr. I. 1. 13. *acerbitas* naturæ, *de iracundia.* * *nimia severitas.* de Sen. 18. Severitatem probo-*acerbitatem* nullo modo. * *odium.* Off. I. 25. dissensio sine *acerbitate.* * *miseria, calamitas.* ad Div. II. 16. *acerbitas* hæc omnibus impendere videtur. ibid. *acerbitatem* a rep. privatis incommodis redimere. Planc. 42. *acerbitates* meæ, *de exilio.* * *crudelitas.* Verr. I. 27. in tanta vi atque *acerbitate* versari. Arch. 12. *de judicibus, qui innocentem & indignum condemnant.* Phil. XII. 11. cujus *acerbitas* morum immanitasque naturæ.

ACERBUS. *eleganter de eo, qui in exigendo labore, usura, mercede, aut alia quacunque re nimis durus est, nihil neque de tempore, neque de re remittit.* Att. VI. 1. *acerbissimi* fœneratores. Balb. 5. *acerbissima* diligentia. v. in *acerbe.* * *crudelis.* Verr. V. 58. mors *acerba.* Cluent. 15. *acerba* natura. * Prov. Cons. 14. res *acerbæ* i. e. *nondum plane compositæ & pacatæ.*

ACERRA. Leg. II. 24. *est thuribulum.*

ACERVALIS. Div. II. 4. *Soriten interpretatur* acervalem.

ACERVATIM. Or. 25. *acervatim* multa frequentare, *sc. in eadem complexione verborum. est generis dicendi ampli & magnifici.*

ACIPENSER. Fin. II. 8. &c. *genus piscis, quod in deliciis Rom. erat, magnoque pretio vendebatur. de eo multa Intt. Horat. II. 2. 47. Salm. Solin. p. 940. add. Plin. IX. 17.*

ACQVIESCO. *gaudeo, delector.* Mil. 37. qui morte ejus *acquiescunt.* Læl. 27. Senes adolescentum caritate acquiescunt.

ACRATOPHORVM. Fin. III. 4. *genus vasis vinarii, cujus mentio etiam ap. Varr. R. R. I. 85. v. Pollux. VI. 6.*

ACREDVLA. Divin. I. 8. est ulula, *ut ostendit Salmas. ad Solin. p. m. 972. B. alii ranam putant.*

ACRICVLVS. Tusc. III. 17. *acriculus* senex Zeno, *qui facile irascebatur.*

ACRIMONIA. Act. I. 17. in Verr. *acrimonia* patris ad resistendum.

ACRITER. Att. X. 16. *acerrime* adservare consilium. *diligentissime tegere.*

ACROAMATA. *Sunt homines, qui cantu, dictis exhilarant con-*

vivas &c. Iis corollaria data in conviviis patet ex Verr. IV. 22. mentio eorum Sext. 54. *ubi v. Manut.* Arch. 9. *cf. Suet. Aug.* 74. *ubi v. Excursum nostrum.*

ACROASIS. Att. XV. 17. literæ sic ἐυπιτῶς scriptæ, ut eas vel in *acroasi* audeam legere. h. e. in cœtu hominum doctorum.

ACTAE *commemorantur inter instrumenta voluptatis, propter earum amœnitatem.* Cœl. 15. Att. XIV. 8. in *actis* esse. i. e. *in prædiis maritimis, s. in territoriis in litore amœno positis, ut Verris in litore Siciliæ.*

ACTIO. *magistratuum actiones sunt, aut leges, ad populum latæ, aut SCta, quæ iis referentibus ad senatum facta sunt: Hoc sensu commemorantur actiones tribunitiæ, consulares* &c. v. c. ad Div. I. 9. Dom. 9. 13. *Senatorum autem actiones sunt sententiæ in senatu dictæ, in quas SCta facta sunt, aut quibus impugnare aliquid vel impedire conantur: unde etiam orationes sic dicuntur, quibus populo lex vel suadetur vel dissuadetur. Talis est actio Ciceronis* ad Div. X. 28. * *In sensu forensi* actio *est* 1) *accusatoris vel petitoris, qui ex lege in aliquem agit, accusando, petendo.* Rosc. Com. 12. integram *actionem* alicui relinquere. Cæc. 11. quæro, sitne hujus rei *actio* nonnulla. *Hinc prætor dicitur, actionem* dare, v. c. Verr. II. 27. *cum permittit accusatori vel petitori in aliquem ex lege aliqua agere.* in Cæcil. 5. Civibus cum sunt ereptæ pecuniæ, civili fere *actione* repetantur. i. e. *ea, qua civis utitur in eum, qui pecunias eripuit, & est juris civilis vel privati.* cf. *de utroque genere actionum Salmas. de mod. usur. c. 3. p. 108. sqq.* 2) *est formula, qua actor utitur in intendenda reo lite, quæ a JCtis fere petebatur.* Cæcin. 3. qua *actione* illum uti velit. ad Att. VI. Cn. Flavium scribam *actiones* composuisse. cf. Top. 17. Orat. I. 36. 41. *Non multum diversæ fuere Actiones Hostiliamæ &c. de quibus v. Ind. Hist.* 3) *cum* actio prima, altera, tertia *commemoratur*, ut Verr. I. 30. 11. Act. I. in Verr. 18. &c. *significatur, quoties ea causa ad judices tota acta sit. Sic, duæ sunt actiones in Verrem, quarum in prima solis testibus usus est Cicero, altera perpetua oratione: quamquam altera actio illa Verrina scripta tantum est.* * *quid apud rhetores sit actio, notum est. ea memoratur* Or. III. 26. consumere, *&* exhaurire *actionem.* i. e. *ab initio statim nimis vehementem esse, ut ad finem actio durare non possit.* cf. Tusc. IV. 19. Dejot. 2.

ACTOR. *est in sensu forensi is, qui alterius nomine accusat aut petit, h. e. lege in aliquem agit.* v. c. in Cæcil. 1. * *in scena autem histriones.* ad Q. Fr. I. 1. 16. *actores* industrii. in Cæcil. 15. *actores* secundarum aut tertiarum partium.

ACTVARIA *sc. navis.* Att. V. 6. & actuariolum, X. 11. &c. *inde dictum hoc genus, ut ait Nonius, quod celeriter agi remis possent. Duo autem erant earum navium genera, minus & majus, de quibus v. Scheffer. de Re Nav. II. 2.*

ACTVOSE. Or. III. 26. *cum vehemente actione oratoris.*

ACTVO-

ACTVOSVS. Orat. 36. *actuosa* pars orationis, *est ea, quæ in ἀνζήτει versatur*, Nat. D. I. 40. virtus est *actuosa: opponitur* otioso.

ACTVS. Verr. I. 12. *actus* primus vitæ. Marcell. 9. hic restat *actus. e scena petita loquendi ratio. Nam partes fabulæ dicuntur* actus.

ACVLEVS. Cluent. 55. *aculeus* severitatis, *de judicibus*. Att. I. 18. *aculei* sollicitudinum. Sull. 16. noli excussos *aculeos* orationis meæ arbitrari. Or. III. 34. *aculeos* relinquere in mentibus: *de oratore, qui ea dicit, quæ descendunt in animos, quæ urunt homines, neque sinunt quiescere, donec faciant ea, quæ suasit orator.* * *fallaces conclusiunculæ, sophisinata*. Acad. Qu. IV. 31. *hinc* ibid. 24. contorta & *aculeata* sophismata.

ACVMEN. *Dialecticorum sophismata dicuntur* acumina. Or. II. 38. * Or. II. 29. *acumen* orationis, *est subtilitas, qua in explicando & ratiocinando orator utitur.* * Nat. D. II. 3. de Div. II. 36. auspicia ex *acuminibus, quæ sint, satis non constat. Davisius nos ablegat ad Scaligerum ad Festum in Peremnia. Ibi nil est præter locum Ciceronis. Sententias & conjecturas suppeditabunt auctores laudati in Lexico Fabri in v.* Acumen.

ACVO. *pro impello, cohortor.* ad Div. XV. 21. in *acuendo* plurimum valet. cf. Off. III. 1. Or. 41. Ligar. 3. * *exercitatione, aut alia ratione aliquid augere, melius reddere.* Or. III. 30. *acuere* linguam. ib. I. 20. intelligendi prudentiam *acuere*. cf. ibid. 25. * *cautiorem reddere, monendo &c.* Rosc. A. 38. illum *acuere*, hos fallere. * *intendere ingenii, prudentiæ nervos.* Att. II. 7. *acueram* me, ad excogitandam &c.

ACVTE. ad Div. XV. 21. *acute* movebatur. i. e. *insigni ingenio erat, crebris & acutis sententiis abundabat.* Or. I. 21. *acute* dicere, *refertur ad sententias, & est philosophorum; subtiliter* &c.

ACVTVS. Or. I. 25. *acutus* ad excogitandum: i. e. *solers, celer, subtilis.*

ACVTVLVS. Nat. D. III. 7. Zenonis *acutulæ* conclusiones, i. e. *contortæ, exiles* &c. *quæ cum audiuntur, nihil contra dici posse videtur, ceterum animum non movent.* v. Tusc. V. 5.

AD. *eleganter post adjectiva.* v. c. Nat. D. II. 62. *ad* rationem sollertiamque præstantior. Dom. 32. illustrius *ad* laudem. Catil. I. 5. quod est lenius *ad* severitatem. ad Div. III. 11. viri insignis *ad* laudem. Catil. III. 4. annus fatalis *ad* interitum. *item post substantiva:* Tusc. III. 5. mentis *ad* omnia capacitas. * *in comparatione.* Leg. I. 2. nihil *ad* Cœlium &c. * *in.* ad Div. XI. 18. *ad* omnia templa supplicatio. Verr. I. 1. adesse *ad* judicium. * *apud.* Att. X. 4. fuit *ad* me diu. * *erga.* Rosc. A. 40. *ad* alienos tectum esse. * ad Div. X. 8. certans *ad* officia. i. e. *officiis.* * Att. XVI. 6. *ad* diem solvere. *die constituta.* * Qu. Fr. II. 13. *ad* numerum judices habere, i. e. *numerum justum judicum.* * Læl. 5. non fuisse sapientes *ad* eorum normam. * Quint. 4. quid iis *ad* denarium solveretur. i. e. *denariis, si nummi peregrini cum denariis compararentur. de re vid. Gron.*

Pec. Vet. III. 10. * *contra.* ad Div. IV. 16. animus obduruit *ad* dolorem novum. * *quantum ad.* Cluent. 70. nihil *ad* similitudinem hominis præter formam reservavit. * *circiter.* Cluent. 40. annos *ad* quinquaginta natus. *v. Gronov. de Pec. Vet. I.* 7. * Fat. 2. ponere, *ad* quod te audiam, i. e. *de quo.* * HS ɔɔɔɔ *ad libellam* sibi deberi. *neque plus neque minus, quam ɔɔɔɔ, ut nec libella desit nec superet.*

ADAEQVO. Qu. Fr. II. 6. Senatorum urna copiose absolvit, equitum *adæquavit;* i. e. *pares absolventium & condemnantium sententias habuit.*

ADDICERE. *in auctionibus & emtionibus est ei tradere rem, qui ceteros licitatores vicit.* Verr. I. 55. Rabir. Post. 17. *addici* numo sestertio velit. *Ceterum* numo addicere *vulgo de his venditionibus dicebant, quæ instar donationis essent, ut ostendit Salmas. de usur. c.* 13. *p.* 360. * *de debitoribus, qui cum solvere non possunt, creditori traduntur.* Sext. 17. Pison. 35. *hinc* Quinct. 30. cupiditati *addicere* aliquem, *est condemnare, pro lubidine petitoris aut accusatoris.* Sen. p. Red. 7. *addicere* fortunas civis optime meriti, *sc. libidini Clodii, potestati ejus permittere, ut ea sunt in potestate nostra, quæ a nobis emta sunt, aut potius, ut est debitor judicio nobis addictus. de quo genere addictorum* v. *Salmas. mod. Usur. c.* 18.

ADDICTVS. Rosc. Com. 14. *addictus* erat *tibi* h. e. *condemnatus, ut tibi solveret pecuniam quam petieras.* Flacc. 20. cum judicatum non faceret, *addictus* Hermippo & ab hoc ductus est. ad Div. VII. 24. *addictus* Hipponacteo præconio, h. e. *infamiæ addictus traditusque est, Calvo quasi præcone, eoque ejusmodi, qualis Hipponax fuit, qui Anthermum & Bupalum versibus suis infamiæ tradidit.* Verr. II. 32. pretio *addictam* habere fidem, i. e. *corruptum esse.* Phil. II. 21. vendita atque *addicta* sententia.

ADDICTIO. Act. I. in Verr. 4. *addictio* bonorum; *cum judex petitori ejus bona possidenda tradit, unde petitur.*

ADDVCERE. *rei* dicuntur *adduci* sc. in judicium. v. Act. I. in Verr. 2. * Verr. III. 61. *adduci* in sermonem & vituperationem. * *de arcu cum intenditur,* Divin. I. 54. *item eodem modo de tormentis & balliſtis.* Tusc. II. 24.

ADDVBITATVS. Off. I. 24. res *addubitata: pro incerta habita, & propterea omissa.*

ADEO. Sen. p. Red. 9. in jus *adire.*

ADEPS. Cassii *adeps* Cat. III. 7. *de homine molli & ignavo.*

ADESVS. Quint. 12. *adesa* pecunia, *consumta: opponitur* abundanti.

ADHAEREO. ad Div. VIII. 6. in incili omnia *adhæserunt.* vid. *Incile.* * Vatin. 5. extremus *adhæsit: vix ultimus quæstor factus est.*

ADHAERESCERE. Or. I. 25. *adhærescere* justitiæ. * *adhærescere dicuntur, quæ vim eam habent, quam volebamus: sumtum genus a facibus jactis in urbes, munimenta, item, a telis.* Or. II. 53. *adhærescit* argumentum. cf. Dom. 24. 5. * *oratio dicitur adhære-*

hæresçere, (*uti aqua, cum in flumine ad saxum aut aliam injectam rem offendit,*) *cum aspera est, hiulca, non leniter fluens.* Brut. 79. 93. * *orator autem adhæresçit, cum lingua non est satis soluta & incitata.* Brut. 93. * *in memoria manere.* Or. I. 61. fastidiis *adhæresçunt.* * *de iis, qui ad aliquem doctorem se ita conferunt, ut in omnibus sequantur eum.* Acad. IV. 3. * *convenire, consentaneum esse.* Or. III. 10. non ad id genus *adhæresçit.* * Sext. 8. *adhæresçere* ad Columnam. v. *Columna.*

ADHAESITATIO. Fin. I. 6. *adhæsitationes* atomorum.

ADHIBEO. *elliptice, ut intell. in consilium,* Phil. V. 9. ad Div. XI. 7. * ad Qu. Fr. I. 1. 7. sic se *adhibere* in tanta potestate, i. e. *gerere.* * Cluent. 52. *adhiberi* ad leges *dicuntur patroni causarum, a quibus postulatur, ut ex legibus causam defendant.* * Arch. 3. qui aures *adhibere* posset, h. e. *audire versus & de iis judicare.* * Nat. D. I. 2. Diis cultum, preces *adhibere.*

ADHINNIO. Pis. 28. Piso dicitur *adhinniisse* ad orationem *Epicurei, qui voluptatem summum bonorum dixerat.*

ADIGO. Top. 10. *adigere* arbitrum finibus reg. v. *Arbiter.* * *postulare, cogere.* Att. X. 9. *adigit* ita Postumia.

ADJICIO. Verr. II. 15. *adjicere* oculum alicui rei: *cupidum ejus fieri.* Nat. D. II. 57. *adjectæ* voces auribus: *auditæ.*

ADIPATVS. *de dictione, opponitur eleganti & politæ.* Orat. 8.

ADITVS. Manil. 1. *aditus* laudis, *dicuntur rostra, ex quibus ad populum agitur; quia ibi laudem popularem consequi licet.* Dom. 1. *aditum* ad aures habere. Or. 15. *aditus* ad causam. cf. Sull. 2. *est in oratione, cum de ipsa causa dicere incipimus.* Dom. 47. dare religioni *aditum,* i. e. *superstitionis genus probando facere, ut usurpari ab aliis possit & in usum consuetudinemque venire.* Att. V. 2. *aditus* ad me minime provinciales; *non quales esse in provinciis apud prætores solent, nempe per cubicularium.*

ADJVNGERE. *Dialecticum verbum est.* Tusc. V. 25. sequentia *adjungere.* i. e. *quid ex quoque consequatur, videre.* * Acad. I. 11. *adjungebat* non omnibus visis fidem. * Rosc. A. 31. suspicionem ad prædam *adjungere: de iis suspicari qui prædam habent.* * in Cæcil. 4. Marcellorum nomini tota provincia *adjuncta est: in eorum patrocinio est.*

ADJVNCTIO, *conditio, exceptio.* Inv. II. 57. quasdam esse cum *adjunctione* necessitudines, quasdam simplices & absolutas. &c. * *oratoria quædam exornatio.* Heren. IV. 27.

ADJVNCTVM. *vox Dialectica, de qua vid.* Top. 11.

ADMIRABILIS. *in partem deteriorem* Phil. III. 7. *admirabilis* impudentia. * Admirabilia. Fin. IV. 27. παράδοξα *Stoica.*

ADMIRARI. *in partem deteriorem.* Off. II. 16. qui has pecuniarum effusiones non *admiremur.*

ADMISCERI. N. D. II. 10. aër multo calore *admistus est.* *add.* admixtus.

ADMISSARIVS *int. equus.*

Pis. 28. *Piso* admissarius *dicitur propter libidines.* v. *Budæus ad Pand. p. m.* 293.

ADMIXTVS. Tusc. I. 29. nihil est in animis *admixtum. opponitur* simplici. v. in *Simplex.*

ADMODVM. *plane.* Brut. 55. literarum *admodum* nil sciebat. * Leg. III. 11. scis frater, solere in hujusmodi sermone, ut transiri alio possit, ADMODVM dici. *verbum assentientis. Nam addit Quintus:* Non equidem assentiar.

ADMOVEO. Brut. 54. *admovere* orationem sensibus. i. e. *facere, ut vim sentiant auditores.*

ADOLESCENS. *de homine* 40. *annorum* in Cæcil. 9. M. Cæcilium fratrem tuum, lectissimum atque ornatissimum *adolescentem. Erat autem prætor designatus.* Phil. II. 46. *se* adolescentem *vocat, loquens de consulatu suo.*

ADOPTARE. Brut. 19. qui hunc minorem Scipionem *a* Paullo *adoptavit.*

ADOPTATVS. ad Div. XVI. 21. adventus *adoptatissimus.*

ADPROMITTO. Rosc. A. 9. cum ita futurum T. Roscius *adpromitteret.* i. e. *promitteret insuper, quæ Chrysogonus promitteret, futura; unde ap. JCtos* adpromissores, *de quibus v. Salmas. de mod. usur. p.* 709.

ADREPO. Verr. III. 68. *adrepere* ad amicitiam. *paullatim se insinuare in amicitiam. &c.*

ADSCENSVS. Planc. 25. multis est in virtute *adscensus.*

ADSCISCO. Dom. 36. *adsciscere* laudem, sapientiam.

ADSCRIBO. de Leg. I. 6. me quoque *adscribe* fratris sententiæ. Rabir. P. 1. *adscribat* ad suum judicium meam sententiam. Phil. II. 32. *adscribere* perfidiæ alicujus suam voluntatem.

ADSCRIPTIO. Cæcin. 33. *significat id, quod adscriptum est.*

ADSCRIPTICIVS. N. D. III. 15. novi & *adscripticii* cives.

ADSCRIPTOR. Sen. p. Red. 4. *adscriptor* in me restituendo. i. e. *qui auctori restitutionis meæ assensus est.* Agr. II. 9. *adscriptores* legis, *sunt approbatores e collegio tribunitio, qui una cum Rullo ferendam statuerant.*

ADSPERGO. ad Div. VI. 6. leviter *adspersus.* i. e. *perstrictus.* Cæcin. 6. *adspergere* sextulam alicui. i. e. *dare, de re parva.* ad Qu. Fr. II. 10. epistola hoc *adsperst* molestiæ.

ADSPIRATIO. Nat. D. II. 33. *adspiratio* aëris: *emissio aëris e pulmonibus & ore, ut capit etiam Heins. ad Virg. Æn. X.* 291. *Sic* adflatus *dicitur Ovid. Her.* 12. 44. *v. & in* adspiro.

ADSPIRO. *pervenio.* Tusc. V. 5. in equuleum non *adspirat* vita beata. Sull. 18. qui tum dicat *adspirasse* in campum Sullam. *N. D. II. 55. pulmones se contrahunt *adspirantes.* i. e. *aëra emittentes.*

ADSTIPVLATOR. Pison. 9. qui isto, non modo propugnatore se tutiorem, sed advocato aut *adstipulatore* paratiorem fore putaret. cf. Quint. 78. *Est autem* adstipulator, *qui in re præsenti est, & una idem pro eodem stipulatur, cum quis sibi stipulatur aliquid, v. Salmas. Mod. Usur. p.* 709. 710. * Acad. IV. 27. Stoicorum *adstipulator* Antiochus. *metaphorice.*

ADSTRINGO. Att. X. 6. pater nimis indulgens, quicquid ego *ad-*

adſtrinxi, relaxat. Tuſc. III. 6. breviter *adſtringere* argumenta. Fat. 14. arctius *adſtringere* rationem, h. e. *ita proponere, ut plus valeat.* Quinct. 5. *adſtringere* aliquem ſuis conditionibus, i. e. *facere, ut conditiones accipere cogatur.* Off. III. 32. fraus *adſtringit* perjurium, non diſſolvit, i. e. *auget.* Planc. 30. officii ſervitutem *adſtringere* teſtimonio ſempiterno. Sull. 29. *adſtringere* ſcelere.

ADSTRICTVS. Brut. 31. *adſtrictior* oratio Stoicorum. i. e. *conciſior.* Or. I. 16. numeris *adſtrictior* poëta oratore.

ADSVEFACERE. *cum ablat.* Or. III. 10. quorum ſermone qui *adſuefacti* erant. Catil. II. 5. ſcelerum exercitatione *adſuefactus.* v. *Gron. & Duker. ad Liv. XXIV.* 48. *XLVIII.* 31. 35.

ADSVETVS. *cum ablat.* Or. III. 15. homines labore *adſueti.* v. *Gron. & Drak. ad Liv. XXXI.* 35.

ADSVM. *de advocatis, & cauſarum patronis utriusque partis.* Verr. II. 29. Fin. II. 17. * ad Div. IX. 25. *adeſſe* ad imperandum. i. e. *ut imperanti pareamus.*

ADVENTICIVS. *extrinſecus ad nos perveniens, non noſtrum, aut noſtro labore partum &c.* Fin. V. 21. adjumenta externa & *adventicia.* Manil. 9. *adventiciis* multorum Regum & nationum copiis. Verr. V. 31. *adventicium* auxilium. Rab. P. 17. *adventicia* pecunia. Att. I. 19. pecunia *adventicia* dicitur, quæ ex novis vectigalibus redit. Or. III. 33. doctrina *adventicia*, i. e. *ab alio populo inventa.* Div. II. 58. viſio *adventicia, a ſenſibus profecta.*

ADVENTVS. ad Div. VI. 20. *adventibus* ſe offerre. i. e. *advenientibus obviam ire.*

ADVERSARIA. *ſunt libri, in quos ſine ordine omnia conjiciuntur, ita dicti, quia tantum in adverſa parte ſcribitur.* Roſc. C. 2. nomen in *adverſariis* patet. *vid. Salmaſ. de Uſur. p.* 147.

ADVERSARIVS, *qui contra nos licetur in auctionibus & emtionibus.* Att. XII. 43. XIII. 31.

ADVLATIO. N. D. II. 63. canum tam amans dominorum *adulatio.*

ADVMBRARE. pro *inchoare.* Fin. V. 22. a natura *adumbrantur.* * *fingere.* Dom. 31. auctorem meliorem *adumbrare.*

ADVMBRATVS, *falſus, fictus.* Sull. 18. *adumbratum* indicium. Fin. V. 24. *adumbrata* opinio. * *Adumbrata dicuntur, quæ ſpeciem alicujus rei habent, neque tamen ſunt. Ducta metaphora ex picturia & ſtatuaria.* Tuſc. III. 2. *adumbrata* imago gloriæ. Cœl. 5. non expreſſa ſigna, ſed *adumbratæ* virtutum. Verr. III. 33. *adumbratus* vir Pippæ, ſc. *quia Verri uxorem ſuam permittebat.* N. D. I. 27. *adumbrati* Dii *dicuntur Dii Epicurei, quia non corpus habent, ſed quaſi corpus.* * *inchoatus.* Leg. I. 22. *adumbratæ* intelligentiæ *dicuntur, notitiæ innatæ,* προλήψεις.

ADVOCARE. eſt in ſenſu forenſi 1.) *rogare amicos, ut nobiscum deliberent de re aliqua, in primis de lite, quo ſenſu* advocati Quint. 12. *dicuntur.* 2) *rogare aliquem, ut in conſilio nobis adſit.* Sic Quinct. 1. quos tibi, Aquilli, *advocaſti.* 3) *amicus actoris aut rei dicitur* advocatę, *cum cor-*

cat, quibuscum de causa deliberet, ut juvare partes amici possit. Clu. 19. Oppianicus in judicio Scamandri aderat frequens, *advocabat*, omni studio gratiaque pugnabat.

ADVOCATIO, *cœtus advocatorum.* Quinct. 14. Rosc. C. 5. Verr. I. 49. Cæcin. 15. Sull. 29. &c. * *Certum temporis spatium, quo opus est, ut advocare possimus, eine Frist.* ad Div. VII. 11. *advocationes* binas postulare.

ADVOCATVS. *dicitur amicus, quem vocamus ad nos, ut eum consulamus de controversiis nostris, quique honoris causa in judicio in subselliis nostris sedet, aut nobiscum in rem præsentem venit.* vid. Off. I. 10. Quinct. 8. Or. II. 47. * Philipp. I. 7. armatos homines, quos in Senatum induxerat Antonius Consul *advocatos* vocat: vellem adesset sine *advocatis.*

ADVSTVS. Att. V. 20. *adustus* incendio Plætoriano dicitur, *qui in alterius judicio notam aliquam abstulit, tamquam, qui judicio de repetundis ex hoc capite legis accusatur:* AD QVOS EA PECVNIA PERVENERIT.

AEDILES. *magistratus municipalis.* ad Div. XIII. 11. hoc anno ædilem filium meum fieri volui -- is enim est magistratus in nostro municipio.

AEDILITIVS. Brut. 28. *dicitur, qui Ædilis fuit.* ad Qu. Fr. I. 1. 9. vectigal *Ædilitiorum.* sc. *ludorum, pecunia, quæ in provinciis pro Ædilibus exigebatur.* v. *in* Vectigal.

AEGRIMONIA. Att. XII. 38. *ægritudo.*

AEMVLVS. Verr. V. 31. *pro rivali, adultero.*

AEQVABILIS, *qui eandem ubique rationem tenet, semper est idem.* Tusc. II. 27. * Jus *æquabile*, in quo omnes ejusdem conditionis sunt, nihil gratiæ, divitiis, &c. tribuitur. Inv. I. 11. 53.

AEQVABILITAS. *jus æquum*, Or. I. 42. * Or. II. 85. cum *æquabilitate* facere. i. e. *æquabilem se hominibus præstare.*

AEQVALITAS. Læl. 5. *est ea virtus, quæ & civilitas dicitur, cum æquo jure cum omnibus vivimus, omnes nobis æquales putamus, nihil nobis præcipuum petimus.*

AEQVALITER, Orat. 58. *æqualiter* ingredi & constanter, *dicitur oratio numerosa, quæ non mox fluens & lenis, mox hiulca & aspera est.*

AEQVARE. sortes æquare. v. *in* sortes.

AEQVILIBRITAS, *est Epicureorum ἰσονομία*, N. D. I. 39. v. *Ind. Gr. in ἰσονομία.*

AEQVIPARARE. *pro æquare.* Tusc. V. 17. nemo est qui factis me *æquiparare* possit. *Sic & Livius dixit XXXVII.* 55.

AEQVVS. Verr. II. 15. *æquo* jure disceptare h. e. *ut judex nihil adversarii gratia faciat.*

AER. *pro homine, quocum consuetudo nulla esse potest*, Att. I. 18. Metellus non homo, sed litus, *aër*, solitudo.

AERARIVS. Quinct. 4. ratio *æraria*, h. e. *ratio pecuniæ diversæ in Gallia & Romæ.* * Cluent. 43. in *ærarios* referri h. e. *in ultimam classem, cui adscripti suffragio carebant, & tantum æra tributi loco pendebant. Erat autem hæc nota censoria, quam plebi quidem in primis, sed interdum*

dum tamen etiam senatoribus & equitibus senatu & ordine equestri motis, inurebant, ut ostendit Gronov. de pecun. veter. lib. IV. 1. p. 263. Or. II. 66. ex *ærariis* eximere. * *ærarii* Tribuni. v. *tribunus*, & *æratus*.

AERARIVM. Att. VII. 21. *ærarium* sanctius, *erat, ex quo sumtus ordinarii non petebantur, sed ad summum reip. tempus reservabatur.* v. *Man. ad Att. VII. 15. cf. Liv. XXVII.* 10.

AERATVS, *pecuniosus.* Att. I. 16. Tribuni non tam *ærati*, quam ut appellantur ærarii, i. e. *non tam erant ii, qui esse debebant, h. e. qui pecuniam habebant, sed pauperrimi, & in ærarios referendi, adeoque faciles ad corrumpendum.* * *ex ære factus.* Verr. IV. 36. lecti *ærati* i. e. *æratis pedibus.* v. *Manut. ad h. l.*

AES, Att. II. 1. *æs* circumforaneum, *quod circa forum apud argentarios fœnori datur.* Verr. V. 13. Dirui *ære*, i. e. *solvendo non esse. banquerouttiren. sed est elegans jocus in hac formula. Nam* æri diruti, *proprie dicuntur, milites, quibus ignominiæ causa stipendium non datur, aut pars stipendii adimitur. v. Sigon. ad Liv. XL. 42. Bud. ad Pand. p. m.* 130. *quia igitur* castra aleatoris *dixerat, eleganter eum, qui alea eversus erat bonis,* ære dirutum *dicit. Phil. XI. 6.* exire *ære* alieno. Att. VI. 1. præ *ære* vendere. * Verr. V. 13. *æra* vetera, *eleganter dicuntur crimina vetera, quorum pœna nondum persoluta est.*

AESTIMABILE. *quod æstimatione aliqua dignum est.* v. *in* æstimatio. Fin. III. 6.

AESTIMATIO. Verr. III. 92. remissior *æstimatio frumenti. Æstimatio fr. dicitur, cum prætores, legati, quæstores pro frumento, quod in eorum cellam imperatur* (v. *Cella. Cibaria*) *pecuniam accipiunt ab aratoribus, & quidem tantam, ut ipsis utilius sit, pecuniam accepisse, aratoribus, dedisse.* * *æstimatio* pœnæ. Or. I. 54. *est, cum accusator* (*more Athenienst*) *in ipsa accusatione, quam pœnam reus meruerit, æstimat. v. Xenophon Mem. Socr. I.* 1. * *Hæc autem:* ad Div. V. 20. accipere *æstimationem.* XIII. 8. accipere in *æstimationem, capienda sunt de ratione, qua Julius Cæsar æs alienum, quo laborabat civitas, dissolvi jussit: cujus hæc vis erat, ut debitores darent creditoribus in solutum prædia, sed non eo pretio, quo tum erant, post bellum Civile, sed eo, quo ante bellum fuerat: unde* æstimatio *pro* jactura *est* ad Div. IX. 16. & æstimationes *pro* prædiis *pecuniæ loco acceptis.* ad Diverf. IX. 18. *æstimationes* tuas vendere non potes. cf. Att. XII. 25. v. *Cæs. de Bell. Civ. III.* 1. * æstimationem *Cicero interpretatur Stoicorum* ἀξίαν; *cum dicerent, solam quidem virtutem esse bonum, sed esse tamen præterea res dignas* æstimatione *aliqua, h. e. ut præponerentur aliis, ac sumerentur, tamquam valetudinem rectam, divitias, honores &c.* Fin. III. 10. 6. Acad. I. 10. Fin. III. 13.

AESTIMO. Fin. III. 3. magno *æstimanda.* Fin. IV. 23. nonnihilo *æstimandum* sit. * *æstimare* frumentum. Pis. 35. Verr. I. 38. &c. v. *æstimatio.*

AETAS. *pro adolescentia.* Off.

II. 13. tua tamen *ætas* incidit in id bellum. *Sic interpretatur Broukh. ad Prop. I. 6. 21.*

AFFECTIO. Roſc. Am. 48. quod *affectet* iter, videbis, i. e. *qua ratione uti velit.*

AFFECTIO. Fat. 4. aſtrorum *affectio.* Div. II. 47. cœli *affectio eſt, quam vulgo* conſtellationem *vocamus.* * Top. 18. *affectio* quædam ad res aliquas, *in comparandis rebus cernitur, & eſt hujusmodi;* principum commoda majora quam reliquorum; quæ jucundiora, quæ pluribus probata &c. * Inv. I. 25. *affectio* eſt, animi, aut corporis ex tempore, aliqua de cauſa commutatio, ut lætitia, cupiditas, morbus &c. * Fin. III. 20. *affectio* animi, *dicitur de naturali illa ratione humani animi, qua bene aliis conſulendum, ſuos amandos putat, ſolitudinem fugit &c.*

AFFECTVS, ûs. Tuſc. V. 16. qualis cujusque animi *affectus* eſſet: *habitus, adfectio, ſtatus.*

AFFECTVS. D. II. 47. quomodo *affecto* cœlo &c. i. e. *qua conſtellatione.* v. *Affectio.* * affectum *dicitur de eo, quod cœptum eſt & jam ex parte profligatum.* Prov. Conſ. 8. affectum *bellum & pæne* confectum. * *dicitur etiam quicquid afflictum, debilitatum eſt &c.* Or. I. 45. Verr. IV. 43. ætas *affecta.* Or. III. 18. *affectus* ſenectute. Verr. III. 18. *affecta* Sicilia. ad Div. V. 13. ita *affectum,* ut deletum extinctumque fateare. ibid. 20. nunc ſic *affecti* ſunt &c. * de *animi perturbationibus* Att. XII. 32. graviter *affectus.* * *tractatus.* Verr. IV. 67. ut abs te *affecta* eſt, ita in te animatam videmus. * *ſignificat ſtatum rei quemcunque.* Fin. I. 11. manus tua ſic *affecta, de manu extenſa.* Tuſc. III. 9. manus recte *affecta.* Part. Or. 23. quidam animi habitus ſic *affecti* & conſtituti. * Top. 2. res, quæ quodammodo *affectæ* ſunt ad id, de quo quæritur. i. e. *ad eam referuntur aliqua ratione, ei junctæ, ut conjugata, genus, ſimile, differens, contrarium, adjunctum, antecedens &c.* cf. c. 3.

AFFERO. Phil. II. 7. vim *afferebam* ſenatui. v. *Vis.* Quinct. 27. manus *allatas* eſſe. v. *Manus.* Tuſc. III. 31. hic mihi *afferunt* mediocritates. * *defero.* ad Div. VII. 17. quæ ad te ultro *attulerim.*

AFFICIO. *tracto, habeo.* Off. I. 23. Corpus ita *afficiendum* eſt, ut obedire conſilio rationique poſſit. * Tuſc. II. 7. dolorem iis verbis *afficias,* quibus Epicurus voluptatem. i. e. *appelles.* * *de perturbatione* Roſc. A. 24. ſua quemque amentia *afficit* h. e. *ad furorem redigit.* * Off. II. 10. admiratione *afficiuntur* ii, qui anteire ceteros virtute putantur.

AFFIGO. Tuſc. III. 28. huic generi malorum non *affigitur* ea opinio. *Sed in Daviſiana eſt* affingitur, *ut eſt* c. 33.

AFFINGO. Tuſc. III. 3. qui nihil opinione *affingit: addit, auget.*

AFFIRMATE. *jurejurando.* Offic. III. 29. quod *affirmate* promiſeris.

AFFIRMATIO religioſa. Offic. III. 29.

AFFLO. Att. XVI. 5. rumoris neſcio quid *afflaverat.* i. e. *ortum erat.*

AFFLATVS furoris. Or. II. 46.

est ἐνθουσιασμός. *N. D. II. 66. *afflatus* Deorum, *dicitur de cura D.*

AFFLICTO. *male me habeo, ut fit in nimio luctu.* Tusc. III. 32. cum se Alcibiades *afflictaret.* ibid. 27. *afflictari* lamentarique cœpisse. *Har. Resp. 19. *afflictatur* resp.

AFFLICTVS. Quinct. 30. ab *afflicta* amicitia transfugere ad florentem. i. e. *cum homine afflicto.*

AFFLIGERE. *idem, quod afflictare.* Divin. II. 2. nec *afflixi* me. * Sext. 41. causam susceptam *affligere.* i. e. *prævaricari.* * Brut. 12. *affligere* rem vituperando. *opponitur, augere rem laudando.*

AFFLVO. Fin. I. 12. præteritas voluptates *affluere* patiatur *int. ad animum, recordetur.* Q. Fr. III. 3. nihil ex istis locis non modo literarum, sed ne rumoris quidem *affluxit.*

AFFLVENS. Or. 24. *de mediocri genere dicendi.*

AGGREGO. ad Div. I. 9. voluntatem suam ad alicujus dignitatem *aggregare.* h. e. *suscipere defensionem dignitatis alicujus.*

AGILITAS naturæ. Att. I. 17.

AGITO. Att. I. 19. agraria lex vehementer *agitatur*, auctore Pompejo. *h. e. a legislatore vehementer & crebro agitur ad populum, ut lex accipiatur.* **vexare, reprehendere &c. accusando, dicteriis* &c. Or. II. 58. 59. Balb. 25. * agitari *etiam dicuntur, de quibus crebro deliberatur, ut* de Offic. I. 24. rebus *agitatis*, i. e. *exploratis, deliberatione facta.* Cluent. 32. *agitata* res *sc. in judiciis.* * Quinct. 2. jactata & *agitata* æquitas, *i. e. omni ratione impedierunt, quo minus, quod æquum erat, obtineretur.* * Verr. II. 1. *agitari* scelerum pœnis. i. e. *perturbari ita, ut furor consequatur.*

AGMEN. Or. I. 34. orationem in *medium agmen* deducere e domestica exercitatione. i. e. *in judicio causas dicere.*

AGNASCOR. Or. I. 57. *agnascendo* testamenta rumpi. *si quis post testamentum natus esset, ad quem, si nullum testamentum esset, hereditas perveniret, neque testamento est exceptus: quod valet etiam de adoptionibus.* v. *de variis agnascendi modis Cajum Instit. II. 3. & ibi Intt. in Schulting. Jurisp. Antejust. p. 100. sqq.*

AGNATIO. Leg. I. 7. *agnationibus* familiarum distinguuntur status. h. e. *serie generis, per personas generis virilis, distinguuntur familiæ patriciæ & plebejæ.*

AGO. *dicitur de iis rebus, de quibus actio magistratuum, senatorum, accusatorum & petitorum.* v. *Actio.* Manil. 1. Or. I. 30. in Cæcil. 5. lege *agere* i. e. *ex lege, permittente lege accusare vel petere.* Or. I. 38. *agere* in hereditatem. i. e. *petere h.* Quint. 9. ex sponsione *agere, sc. causam.* Or. I. 48. *etiam* JCtus *dicitur* agere, *cum actiones suppeditat.* Mur. 17. *agere* cum populo tanquam ex syngrapha. v. *Syngrapha.* Act. I. in Verr. 12. *agere* de rep. cum populo. Læl. 25. in forum versus *agere* cum populo. i. e. *converso ore versus forum, ubi plebs est, cum solerent magistratus honoris causa convertere os ad senatum & comitium.* v. *Intt. ad h. l.* ad Div. I. 9. quæ ego *agebam sc. in senatu.* * Brut. 92. *agens* orator *dicitur, cujus vehemens est actio,*

pene

pene ut histrionum, ut res non narrari, sed agi videatur. * Arch. 7. hæc studia (humanitatis) adolescentiam *agunt.* i. e. *subigunt, acuunt ingenium adolescentum, quod & alere dicitur; unde eodem sensu legitur in edd. nonnullis* alunt. *vid. de hac significatione Muret. Var. L. XII.* 15. *sic est etiam* agitare *ap. Quintil. I.* 10. In Geometria fatentur esse partem utilem teneris ætatibus. *agitari* namque animos, & acui ingenia, & celeritatem percipiendi inde venire &c. * *Notandæ sunt etiam hæ formulæ:* ad Div. III. 6. *agere* forum. v. *Forum.* Verr. IV. 6. *agere* spumas in ore. Att. XIV. 9. *agere* rimas. ib. XIII. 52. ἐμετικὴν *agere.* v. *Ind. Gr.* Tusc. III. 21. *actum* habebo, quod egeris. Verr. I. 3. *agunt* præcipitem pœnæ civium Rom. i. e. *conscientia scelerum in cives Rom. pœnas ab eo exigit, eum ita furiosum efficit, ut ad insana consilia ruat.* * *agere* animam ad Div. VIII. 13. *morti propinquum esse. de qua forma dicendi* v. *Gron. ad Sen. Controv.* 11.

AGRARII. Catil. IV. 2. Gracchus *agrarios* concitare studuit. i. e. *eos, qui agros legibus agrariis consequi cupiebant. de* Agrariis *Legibus* v. *Ind. LL.*

AGRESTIS. *qui non commovetur his rebus, quibus animus humanus commoveri solet.* Arch. 8. *agrestis* animus. * Or. I. 25. *agrestis* motus corporis, *reprehenditur in oratore.* * Or. II. 3. *agrestes* libri, i. e. *jejuni, exiles, non elegantes, de libris rhetoricis.* * Orat. 3. *agrestiores* Musæ, *dicuntur Jurisprudentia & ceteræ artes, quæ non comprehenduntur humanitatis nomine, nec elegantiæ quicquam aut suavitatis habent.*

AGRICOLA. Dejot. 9. *de rege Deiotaro, qui multos agros habebat, e quibus fructus percipiebat.*

AGRIPETAE. Att. XV. ult. *sunt* agrarii. *de quibus supra.*

AJO. Att. VI. 1. IV. 4. *ain'* tu? h. e. *estne, ut dicis? vere ita sentis?*

ALA. Off. II. 13. cum te alteri *alæ* præfecisset. v. Alarii.

ALARII. ad Div. II. 17. *sunt alæ equitum ex Italia & provinciis collectæ, quæ singulis legionibus addebantur, loco* 30. *turmarum, quæ olim ex ordine equestri addebantur. de variis alæ discriminibus pro ratione temporis vid. quem hic laudat Grævius, Schelium ad Hyginum p.* 66.

ALBATVS. Vat. 13. *veste alba indutus, hoc est, qui, ut Livius ait, addidit cretam in vestem, quod & ii, qui honores petebant, faciebant, & qui epulis solemnibus intererant &c.*

ALBVM. *tabula alba, in qua edicta & alia hujusmodi proponebantur.* Or. II. 12. *item omnes libelli, tituli proponendi in publico. Salmas. mod. Usur. p.* 678.

ALEA. *de re incerta & a casu pendente.* Div. II. 15. non perspicitis, *aleam* quandam inesse hostiis deligendis. *fortuitum esse, quibus extis hostia deligatur. Eadem formula usus est Ovidius A. A. I.* 376.

ALIAS. *interdum.* Cato 15. *alias* - plerumque.

ALIENATIO. Or. 42. *alienatio* sacrorum, cf. Leg. III. 20. *cum nos sacris liberamus, ut aut intercant,*

tereant; aut ad alios transferantur.

ALIQVANTO. *multo, longe.* Verr. I. 54. iſte, qui *aliquanto* plus cogitaſſet. *Quanto? Deciſio facta erat CCM HS. Verres autem poſt accepit DLXM.* ad Div. IX. 26. *extr.* epulamur non modo non contra legem - - ſed etiam intra legem, & quidem *aliquanto. Et ſic ſemper & aliquanto & aliquantum dicitur. v. notam noſtram ad Sueton. Cæſ.* 87.

ALIQVIS. Tuſc. III. 18. ſi vero etiam *aliquid. per ἐυφημίαν, de re Venerea. Similis ἐυφημία eſt in his:* ſi *quid* ei acciderit: *&:* ſi *quid* acciderit, *de morte, clade bellica.* * *pro alius quis.* Off. I. 7. aut ira, aut *aliqua* turbatione incitatus. *cf.* Or. II. 42. *& ibi Pearc.* * *Dicitur etiam* aliqui *pro* aliquis. *vid.* v. c. Acad. IV. 26. annullarius *aliqui.*

ALITER. Tuſc. III. 30. *aliter* ferunt *atque ut* aliis auctores fuerunt.

ALIVS. Att. XVI. 14. *aliud ex alio* ſcribere; *ut quodque in mentem venit.* Phil. II. 33. *alio* die. *formula, qua utebantur qui comitia obnunciatione dirimebant.* Or. 22. eadem res *alio atque alio* verbo elata. * *diverſus, abhorrens.* ad Div. II. 2. nec quicquam *aliud a* libertate communi: *ubi tamen nonnulli libri omittunt* a. * *pro altero, ſecundo.* ad Quir. p. Red. 5. *& ibi Græv.*

ALLEGO. Roſc. Am. 9. *allegat* iis homines nobiles. *ſubmittit ad eos, qui cum iis agant.* Not: *Publice* legantur *homines, qui inde* legati *dicuntur; privatim* allegantur, *unde* allegati.

ALLEGATIO. Verr. I. 16. quibus *allegationibus* illam ſibi legationem expugnavit.

ALLEGATVS. Qu. Fr. II. 3. Nerius index edidit ad *allegatos* &c. *Manut. interpretatur, præter eos, quos jam ediderat, nominaverat. quo fere ſenſu* Plin. Pan. 70. hoc ſenatui *allegandum* putavi. i. e. *ſignificandum. ſed dubito, an aurei ſeculi ſit iſta notio verbi. Et Nerius unum Seſtium ediderat, non plures. F. Junius rectius* allegatos *eſſe dicit eos, quos vulgo* deputatos *vocant, quibus mandatum ſit, adire indicem, & indicia audire. ſcil.* ad allegatos *dictum eſt, ut* ad judices. v. in *ad. ſic eſt etiam* Cluent. 13. *vid. inpr. Gron. ad Liv. XXXVI.* 11.

ALLEVO. *minuo.* Inv. I. 42. * Att. VII. 1. *allevaturum* corpus ſc. *a febri.*

ALLIDO. Qu. Fr. II. 6. Servius *alliſus* eſt, ceteri concidunt. i. e. *in periculum venit, quod evaſit, ceteri condemnantur.* vid. *Gron. ad Sen. Nat. Qu. II.* 44.

ALLIGO. *dicitur de omnibus rebus, de quibus* obligare *dicitur.* Cluent. 56. Rabir. P. 7. lege *alligari.* Cluent. 55. Rabir. P. 6. quæſtione nova *alligari.* Roſc. Com. 12. ſtipulatione *alligare.* Tuſc. II. 17. vulnus *alligare.* Div. I. 54. oculus *alligatus. quem locum & formam loquendi vindicat Gronov. ad Liv. VII.* 24. cf. *ad Sen. ep.* 94. Flacc. 17. *alligare* ſe ſcelere. Planc. 33. beneficio *alligari.* v. *Obligare.* * Leg. II. 20. Sacris *alligari, dicuntur, qui ſacra hereditate aut quacunque ratione accipiunt.* * Or. III. 44. *alligare* verba certa lege verſus. * Fin. II. 24. ne ſine fructu

alli-

alligatus sis sc. *amico.* * Cluent. 64. *alligatum* nuptiis haberet in potestate. * Att. VIII. 16. *alligari* atque impediri re aliqua.

ALLVDO. Nat. D. II. 39. mare terram appetens litoribus *alludit.* Orat. I. 56. *alludere* varie, *dicitur, qui aliquem variis ratiocinibus aggreditur, ut aut de sententia deducat, aut in suam sententiam adducat.*

ALSVS. *frigidus.* Qu. Fr. III. 1. nil ἀποδυτηρίῳ *alsius.* cf. Att. IV. 8.

ALTER. *in numerando interdum* primum, *interdum* secundum *significat.* ad Div. XII. 25. *altero* vicesimo die. *Manut. Græv. Cortius interpretantur secundo.* v. *Duker. ad Liv. Epit.* 49. *init.* Off. I. 17. *alteri* alæ *est uni. vid. not.*

ALTERCATIO. *disputatio, quæ interrogando & respondendo constat, in senatu aut judicio.* Gloss. Philox. ἀμοιβαῖος λόγος. *particulam hujusmodi altercationis vid.* Att. I. 16. Clodium fregi in senatu *altercatione* ejusmodi. cf. IV. 13. ad Div. I. 2. Brut. 44. * *disputatio quæcumque.* Nat. D. I. 6. oritur mihi magna de re *altercatio* cum Vellejo.

ALTERCOR. *de alternis actorum interrogationibus & responsionibus in judiciis* Brut. 43. Crassus *altercando* invenit parem neminem. v. *Budæus ad Pandect. p. m.* 48.

ALTERNVS. Vat. 11. *alterna* consilia rejicere. v. Ind. LL. *Lex Vatinia.* Verr. II. 13. *alternæ* civitates. Planc. 15. *alterni* judices. ibid. Arch. 10. *alterni* versus. i. e. *generis elegiaci. v. Gronov. in Stat. c. 8.*

ALTITVDO. Rabir. P. 16. mentis luminibus officit *altitudo* fortunæ & gloriæ. * Off. I. 25. facilitas & *altitudo* animi, quæ dicitur. *Est eadem quæ* βαθύτης. *v. Ind. Gr.* Mil. 8. mens *alta*, i. e. *quæ res humanas contemnit.* * Fin. II. 16. ut *altior* interdum fieres. *dicitur de his, quibus ipsa magnitudo rerum, quas dicunt, videtur animi magnitudinem afferre, ita, ut, qui audiat, sentire possit.*

ALTVS. *Servius ad Virgil. Æn. VIII.* 395. *profert e primo* ad Brut. si Pompejus non *ex alto* peteret. i. e. *multis causis e superiori vita repetitis, ut Cicero in petendo facere solet. vid. Pierium ad Virg. l. c.*

AMANDARE. *avertere.* Nat. D. II. 56. *amandavit* a sensibus.

AMANDATIO. *relegatio.* Rosc. A. 15.

AMARVS. *morosus.* Att. XIV. 21. *amariorem* me senectus facit, stomachor ad omnia. ad Att. XVI. 13. via *amara. sed Græv. habet:* inepta.

AMBIGVVM. Or. II. 24. quæ sit causa *ambigui: ejus rei de qua controversia est.*

AMBITIO. *petitio honorum honesta*, Or. I. 1. ad Div. VII. 1. Att. I. 1. *ambitio* nostra nititur &c. * *ambitio dicitur de omnibus rebus, quæ aut gratiæ colligendæ causa facimus, aut ut nos gratiosos esse ostendamus apud hos, a quibus petimus aliquid.* Verr. II. 55. 40. ad Div. V. 20. tuæ *ambitioni* reservata esse, *h. e. tibi relicta, ut gratiam inire ab aliis possis, quibus hoc beneficii tribuas.* Brut. 69. *ambitione* labi. sc. *in laude, cum laudamus indignos, ut gra-*

gratiam ineamus. ad Div. XIII. 5. *ambitione* mea, i. e. *precibus meis, quibus utor, ut impetratis rebus, gratiosus videar.* Cluent. 26. *ambitio* judicum &c. *vid. de hac voce Gron. ad Liv. XLV.* 36. * Off. I. 30. in Scipione *ambitio* major, vita tristior. *est σεμνότης quædam & gravitas in cultu & habitu.*

AMBITIOSE *fieri dicuntur, quæ gratiæ causa fiunt* ad Div. XIII. 69. Att. XV. 1. ut concionem *non ambitiose* corrigerem h. e. *non leviter, tacens vitia, ut gratiam a te inirem.* * *quia quæ gratiæ causa facimus, solemus studiosius facere,* ambitiose *dicitur etiam pro* studiose. ad Div. III. 7. *ambitiosius* facere soleo, quam dignitas mea postulat.

AMBITIOSVS. *qui gratias hominum captat, aut gratiosus apud homines magnos videri vult.* Cluent. 38. Verr. III. 84. Qu. Fr. I. 2. 2. ne me in Græcos tam *ambitiosum* factum mirere. Flacc. 18. ita est *ambitiosus*, ut omnes vos nosque salutet quotidie. ad Div. VI. 6. cedit *ambitiosis* voluntatibus, & ibid. 12. rogationes *ambitiosæ; quæ fiunt, non quod officium amicitiæ, propinquitatis postulet, sed ut gratiosos nos esse apud eos ostendamus, quos rogamus, si ab iis rogata impetramus, & simul gratiam ineamus.* Att. I. 18. amicitiæ nostræ *ambitiosæ* sunt in quodam splendore forensi. ad Div. XIII. 1. homo minime *ambitiosus*, minime in rogando molestus.

AMBITVS. *crimen quod admittitur, cum minime legitimis modis magistratus impetrare studemus, h. e. iis, quos leges de ambitu prohibent.* ad Qu. Fr. II. 3. de *ambitu* postulatus est. * Or. III. 48. Brut. 44. &c. verborum *ambitus, est περίοδος.*

AMBROSIA. Or. II. 57. *ambrosia* alendus, *dicitur de eo, qui in aliqua re præter ceteros excellit, cujusmodi hominem divinum & Deum adeo Latini appellant. v. Deus.*

AMBVSTVS, *qui de crimine capitali accusatus vix evasit, & insignem tamen turpitudinem abstulit.* Mil. 5. Har. R. 3. *v. Gronov. Diatr. in Statium c.* 33.

AMENTATVS. Or. I. 57. Brut. 78. *amentata* hasta; ab amento, *quod est lorum in media hasta, cujus ope majori vi projicitur hasta; unde metaph.* amentatæ hastæ *comparatur crimen, quod ita impingitur alicui, ut facile in eo hærere possit.*

AMFRACTVS. Cluent. 56. Vita remota a procellis invidiarum & judiciorum *amfractu: est eorum, qui Senatores fieri nolunt, ne sibi judicandum sit.* * Leg. II. 8. *amfractus* annuus. pro *anno.*

AMICTVS. Or. II. 2. *amictus* oratoris, *est compositio togæ, cum ad dicendum surgit,* v. *Gesner ad Plin. Ep. II.* 3.

AMOR. Att. VI. 1. est mihi in *amoribus.* * Fin. III. 20. *Amores* sancti, *sunt amores pudici, non quicunque, ut Davisius interpretatur, sed puerorum pulcrorum, quos licitos esse Stoici dicebant.* v. Tusc. IV. 33. *Nam primo dicit Cicero, sapientem uxorem adjungere & velle ex ea liberos; hi sunt amores casti. deinde addit: ne amores quidem sanctos alienos esse a sapiente arbitrantur.*

AM-

AMPHORA. *mensura, de cujus magnitudine non satis convenit. Volusius Mæcianus & Festus tribuunt* 48. *sextarios.* ad Div. XII. 15. *est* amphorûm; *quod alii dicunt esse pro* amphorarum. *vid. Manut. Victorius, formari ab* ἀμφορεύς. *Similiter Plin. H. N. VI.* 22. magnitudo navium ad ter millia *amphorûm. ubi vid. Harduin.*

AMPLE dicere. Brut. 55. *in genere magnifico & sublimi.*

AMPLECTOR. Tusc. II. 13. quod idem interdum virtutis nomine *amplectimur.* i. e. *exprimimus, significamus.* * amplecti *dicimus eos, quos omni ratione colimus, quibusque studemus.* Mil. 27. amplecti plebem, *quod faciunt populares.* Phil. VII. 8. *amplecti* equites. ad Div. IV. 8. *amplecti* nobilitates & dignitates hominum. Qu. Fr. II. 12. totum aliquem *amplecti.* Flacc. 18. *amplecti* remp. *est ambigue dictum; nam est curare remp. eique consulere, & pecuniam publicam ad se rapere.* * *laudare, probare.* Phil. X. 4. *amplecti* virtutem. *Att. XII. 35. cogitationem toto pectore *amplecti.* * Catil. IV. Cæsaris sententia *amplectitur* omnes acerbitates ceterorum suppliciorum. * Rosc. Com. 12. quod ego argumentum pluribus verbis *amplecterer*, si non alia certiora & clariora testimonia in causa haberem.

AMPLEXARI, *laudare, probare.* Fin. II. 9. voluptatem *amplexari* sæpe vehementius. Acad. I. 9. species, quas mirifice Plato erat *amplexatus.*

AMPLIARE. Verr. I. 9. *est verbum forense, quod significat, judices non decernere, sed pronunciasse* amplius. vid. *Amplius. unde* ampliatio. *formula ampliandi erat:* Non liquet.

AMPLIFICARE rem. de Or. III. 26. *est rem dicendo aut majorem aut deteriorem facere pro consilio oratoris.* hinc

AMPLIFICATIO. Partit. 15. est gravior quædam affirmatio, quæ motu animorum conciliat in dicendo fidem.

AMPLITVDO animi. Tusc. II. 26. * hominum *amplitudo, de qua sæpe Cicero, oritur ex potentia, aut majestate aut copiis.* v. de Inv. II. 55.

AMPLIVS. Verr. I. 29. pronunciare *amplius.* sc. *rem esse cognoscendam & deliberandam.* cf. Brut. 22. v. *Ampliare.*

AN, *sequente* non ne *redundat* Arch. 12.

ANAGNOSTES. *servus, qui inter cœnandum aliquid legit.* Att. I. 12. ad Div. V. 9.

ANAPAESTVS. Or. 56. Aristophaneus, *genus versuum, dictum, quod eo usus est inprimis Aristophanes.* * Or. 56. *anapæsta.* Tusc. III. 24. illud *anapæstum* regis. i. e. *carmen anapæsticum. Defendunt contra Lambinum Davisius ad h. l. & Hemsterhus. ad Lucian. Prometh. T. I. p.* 32.

ANATOCISMVS. *usuræ usurarum.* Att. V. 21. *anatocismus* anniversarius, *cum solvuntur usuræ usurarum, sed earum tantum, quæ singulis annis solutæ sunt pro sorte, non pro usuris. Tamquam si quis accipiat mille florenorum usuram pro sorte, anniversarius anatocismus est, cum postero anno, adjectis mille florenis ad caput,*

put, capiuntur 50. *floreni amplius*, 1050. *tertio* 1100. *quarto* 1150. *&c. nulla autem usura solvitur anno tertio pro illis* 50. *florenis, qui ad caput pro usuris usurarum accesserant.*

ANCEPS. Or. III. 36. viæ *ancipites, sunt rationes Academicorum in utramque partem de re disputandi.* de Nat. D. I. 37. *ancipites* bestiæ, *sunt geminam naturam habentes.*

ANDABATA. ad Div. VII. 10. quem ne *Andabatam* quidem defraudare poteramus. *Est genus gladiatorum, quod ex equis galea frontem oculosque tectum pugnabat. de quo genere vid. Lipsi. Saturn. Serm. II.* 12.

ANGVLVS. Nat. D. II. 18. nihil *angulis* incisum.

ANGVSTE, *tenuiter, exiliter, Dialecticorum more.* Part. 40. *angustè* disserere, ut Dialectici qui appellantur. Brut. 84. *angustè* dicere. Nat. D. II. 8. *angustè* concludere, *de subtilibus & brevibus ratiunculis Stoicorum.* Mur. 13. nihil est tam *angustè* scriptum. *de formulis JCtorum.* * Tusc. V. 31. habere se *angustius* i. e. *pluribus difficultatibus urgeri.*

ANGVSTIA. Brut. 47. nisi in eas *angustias* petitionis incidisset, *quæ sc. fuere temporibus Marianis, cum pauci ad Consulatum pervenire possent, quod Marius ei semper imminebat &c.* * Nat. D. II. 8. *angustia* conclusionis non facile se tutatur. i. e. *subtilitas, brevitas.* v. *angustè.* * Pis. 11. *angustiæ* pectoris, *tribuuntur homini humili, abjecto, tamquam, invido, avaro &c.*

ANGVSTVS. *periculosus, miser.* ad Div. X. 16. in rebus tam subitis atque *angustis.* * *humilis, abjectus.* Fin. I. 18. homines minuti & *angusti.* * *subtilis, exilis, jejunus.* Or. II. 14. *angustæ* disputationes. * Acad. I. 10. cum ea contraherent, in *angustumque* deducerent i. e. *modum adhibendum dicerent.*

ANHELATVS. Or. III. 11. *anhelata* verba. *vitium in pronunciando.*

ANIMA. ad Div. VIII. 13. Hortensius *animam* agebat. *morti proximus erat.* Rosc. Com. 8. si tu hos quæstus recipere posses, non eodem tempore & gestum & *animam* ageres. *jocosè de homine nimis cupido pecuniæ.*

ANIMADVERSIO. Or. 55. notatio naturæ & *animadversio* peperit artem. Or. II. 34. atque hoc totum est sive artis, sive *animadversionis*, sive consuetudinis, nosse regiones, intra quas venere & pervestiges, quod quæras. Offic. I. 29. *animadversio* & diligentia excitanda. * Cæcin. 12. actoris notio & *animadversio* &c. *de hoc loco multa sunt disputata, quibus nil expeditum est: quæ vid. in ed. Græviana. Si verba hæc sunt a Cicerone, non capienda sunt ita, ut* notio & animadversio *sit actoris tamquam cognoscentis & animadvertentis: prætor enim habet notionem & animadversionem, non actor; sed ut vindicandi actoris & ulciscendi & defendendi juris ejus causa prætor cognoscat & animadvertat. Sic Rosc. Am.* 24. *parentum pœnæ. Cæl.* 29. *reip. pœna. Flacc.* 38. *Lentuli pœna, quam quis luit propter parentes,*

remp. Lentulum. v. Punire. Condemnare.

ANIMADVERTO. ad Div. XI. 27. dignitas tua facit, ut *animadvertatur*, quicquid facias. *latere non possit, sed in sermones hominum veniat.* Rosc. Am. 40. *animadvertere* peccata. i. e. *punire: quia puniuntur peccata, cum animadvertuntur & cognoscuntur, cum contra, non punire, sit, negligere peccata.*

ANIMABILIS natura. Nat. D. II. 36. *est aër.*

ANIMALIS. Tusc. I. 17. *animales*, id est, spirabiles.

ANIMATIO. de univ. §. 31. est ἐμψύχωσις.

ANIMOSE vivere. Off. I. 26. *magno animo.*

ANIMVS, *pro cupiditate.* Att. XII. 46. vincere *animum.* cf. Marcell. 3. * Cluent. 42. *vis* animi. i. e. *magnitudo.* * *superbia, temeritas.* in Cæcil. 11. *animos* ejus retardaret.

ANNALES, *sunt libri, quibus* monumenta solum temporum, locorum, hominum gestarumque rerum *continentur.* Or. II. 52. Annales maximi *autem dicebantur, quos* Pontifex M. consiciebat & in album efferebat &c. ibid. * Att. XII. 24. *est etiam:* liber annalis.

ANNECTO. Off. I. 4. rebus præsentibus *annectit* futuras i. e. *e præsentibus colligit futuras.* Top. 13. quod *annexum* est; *dicitur consequens in enunciatione conditionali.*

ANNONA. *pretium frumenti, quod e copia aut paucitate frumenti oritur, quod anno quoque provenit. item ipsum frumentum, quod provenit.* Verr. III. 92. ratio frumenti e temporibus & *annona* est consideranda. ibid. 93. *annonæ* similis. Dom. 6. *annona* durior. Phil. VIII. 8. perfugia *annonæ. in caritate annonæ.*

ANNOTO. Oecon. *init. annotaret*, quid & quando cuique dedisset.

ANNVLARIVS. Acad. IV. 26. an tibi quærendus erit *annularius* aliqui, quoniam gallinarium inveniisti Deliacum illum, qui ova cognosceret?

ANNVLVS. *signum equestris dignitatis est aureus annulus, unde* Verr. III. 76. *annulum* invenit. i. e. *eques factus est.*

ANNVMERO. Rosc. Am. 32. ego in grege *annumeror. Male hanc formam reprehendit Heins. ad Ovid. Her.* 16. 328. *recte defendit Burmannus.*

ANNVO. *nutu significare velle nos aliquid.* Quint. 5. simul ac *annuisset*, numeraturum se dicebat.

ANNVS. Verr. III. 93. *annus* est in vilitate. Agr. II. 1. Mil. 9. *annus* suus. *est is, quo cuique per leges annales petere magistratum aliquem licet. v. Leges Annales in Ind. LL.* Nat. D. II. 20. *annus* magnus; *qui dicatur v. ibid.* de Leg. II. 12. *anni* compositor.

ANNVVS. ad Att. XII. 3. *annua* die solvere. v. Dies. & Gronov. Obs. I. 16.

ANQVIRO. Off. I. 3. Læl. 21. 23. & *ibi Intt.* * Off. II. 13. *in* eum *anquiritur. Sed Pearcius e Victor. & MSS. reposuit* inquiritur; *Davisiusque negabat dici posse* anquirere in aliquem. *Si* anquirere *est ubique quærere, aptum est verbum h. l.*

ANSA. Læl. 16. *ansas* dare alicui ad reprehendendum; *occasionem, materiem* &c. Sext. 10. sermonis *ansas* dare. i. e. *in sermones hominum sua culpa incurrere.*

ANTEAQVAM. ad Div. III. 6. te, *anteaquam* successum esset, decessurum fuisse. *Hic est unus locus, in quo bonæ edd. hanc lectionem habent omnes: in ceteris locis, e quibus vulgo laudatur, fere habent aut* ante quam *aut* ante cum. *Sed ibi quoque MS. ap. Græv. habet* ante quam: *quod præfert Duker. ad Liv. XXXV.* 25.

ANTECEDENS. Top. 12. locus ex *antecedentibus, est conclusio e causis, quæ sc. effectum antecedunt.*

ANTECEPTVS. Nat. D. I. 16. *antecepta* animo rei informatio; *est* πρόληψις *Epicurea, notitia insita.*

ANTECESSIO. Top. 13. *pro causa. Sic* Offic. I. 4. *anteceſſiones* rerum videre, *est causas intelligere.*

ANTEFERRE. ad Div. V. 16. consilio aliquid *anteferre*, i. e. *præcipere, ante quam veniat, dolorem v. c. minuere, ante quam tempus, dies, eum leniat; nam sic quasi antefertur dies.*

ANTEQVAM devenire, *pro* deveniatur. Quinct. 17.

ANTESTARI. Mil. 25. te tamen, Magne, *anteſtaretur* h. e. *testem innocentiæ suæ citaret. E foro petitum verbum. vid. de vi propria locum Horat. Serm. I. 9. 79. Salmas. ad Jus A. & R. c.* 30.

ANTICIPATIO Deorum. Nat. D. I. 16. *est* πρόληψις *Epicurea, notitia insita de Diis.*

ANTICIPO. Att. VIII. 14. *anticipare* molestiam alicujus.

ANTIQVITAS, *de moribus similibus iis, qui apud antiquos erant, de candore, fide &c.* Rabir. P. 10. Sext. 3. gravissimæ *antiquitatis* vir.

ANTIQVARE legem. Leg. III. 17. Off. II. 21. i. e. *non recipere, rejicere. Verbum inde natum, quod in tabella scriptum erat: A. P.* i. e. *antiqua probo.*

ANTIQVVS. Rosc. Am. 9. *antiqui* homines. i. e. *simplices, qui ex suo ingenio alios judicant, & quoniam ipsi honesti sunt, alios etiam tales putant.* Quint. 22. *antiqui* officii homo. v. *antiquitas.* * Verr. IV. 47. *antiquum* opus. Act. I. Verr. 5. artificium *antiquum. de statuis & vasis, in quo genere antiqui præstabant artifices eorum temporum.* * ad Div. X. 35. nihil *antiquius* judicavi. Div. I. 15. *antiquior* mihi possessionibus gloria. * *prior, dignior.* Verr. V. 14. *antiquior* locus dicendæ sententiæ. * *superior, sed brevi tempore.* Q. Fr. III. 1. *antiquior* dies erat adscripta. *Nam de brevi tempore dici, docet Burm. ad Virg. Æn. IV.* 458.

APERIO. *promitto.* ad Att. V. 1. *init.* * *explicare.* Or. 33. *aperire* notitiam, sc. *communem notionem obscuriorem ad definitionem perspicuam revocare.* * Verr. V. 71. locum *aperire* suspicioni. * *aperiri dicuntur provinciæ, a quo primo exercitus in eas ductus.* Manil. 8. *Pompejus dicitur* Pontum aperuisse. *vid. de hac forma Broukh. ad Tib. I. 3. 36.*

APERTVS. Cluent. 17. quis *apertior* in judicium adductus est.

sc. *vetus*, *de quo magis apertum esset*. * *apertæ* naves. Verr. V. 40. *opponuntur* constratis. *v. aphractus*.

APEX, *summum ornamentum*. Cato. 17. *apex* senectutis est auctoritas. * Leg. I. 4. Tarquinio *apicem* ab aliqua impositum. *Est pileus subtilis in medio virga eminente. v. Guther, Jur. P. I. 29.*

APHRACTVS. Att. V. 13. *aphractorum* imbecillitas. *Est genus navium, quod opponitur cataphractis s. constratis*, h. e. *iis, quæ tabulis tegebantur, ut sub hoc veluti tecto stare propugnatores & in hostem tela tutius mittere possent. de utroque genere vid. Scheff. de Re Nav. L. II. c. 5.*

APISCOR. *adipiscor*. ad Div. IV. 5. Leg. I. 20. cujus *apiscendi* causa. Att. VIII. 22. &c.

APLVSTRVM. in Arat. Navibus a sumtis fluitantia quærere *aplustra*. Aplustrum *vel* aplustre *autem est ornamentum navium in puppi, de quo post Schefferum de re nav. II. 6. & alios v. Heins. & Drakenborch. ad Silium X. 325. Loca, ubi hac forma occurrit, suppeditabit Salmas. ad Solin. pag. 404.*

APODYTERIVM. *vid. Ind. Græc.*

APOTHECA, *cella ubi reponuntur in futuros usus v. c. vinum, frumentum*. Vatin. 5. Philipp. II. 27.

APPARARE. Qu. Fr. II. 3. *apparabantur* in Sestium crimina.

APPARERE, *præsentem esse, si quid forte jubeatur. de lictoribus, viatoribus, scribis* &c. Cluent. 53. *apparere* quæstioni, *dicuntur scribæ, lictores &c. hinc* de Leg. II. 8. *apparere* Diis, *dicuntur ministri sacrorum*. * Phil. II. 34. ubi merces *apparet? i. e. ostende, quid pro tanta mercede didiceris.*

APPARITOR, *qui apparet magistratui*. Verr. III. 78. *ita appellatur* Verris scriba.

APPARITIO. Qu. Fr. I. 1. 4. quos vero ex necessariis *apparitionibus* tecum esse voluisti, qui quasi ex cohorte prætoris appellari solent. v. *cohors prætoris.*

APPELLARE. *pronunciare*. Brut. 35. *appellandarum* literarum suavitas. * *auxilium petere*. Quint. 7. *appellantur* tribuni. Verr. IV. 65. *appellatur* prætor. * *agere cum aliquo*. ad Div. I. 2. quod singulis *appellandis* rogandisque perspexeram. Verr. I. 41. *appellat* Annium - docet hominem quid fieri possit. * *de debitoribus*. Phil. II. 29. *appellari* de pecunia. cf. Quint. 11. * Offic. I. 25. ne iisdem de causis alii plectantur, alii ne *appellentur* quidem: i. e. *objurgentur*. * *rogare, hortari* &c. ad Div. XII. 28. Senatus pro tua dignitate *appellaretur*, h. e. *Senatum hortarer, ut decerneret, quod esset dignitatis tuæ augendæ.*

APPELLATIO. *provocatio ad trib. pl. auxilii causa*. Vatin. 14. * *titulus*. Att. V. 20. *appellatio* inanis, *de titulo imperatoris sine re. pro quo alias* nomen. *Sic est tamen etiam ap. Suet. Cæs. 77.*

APPELLATOR, *qui provocat*. Verr. IV. 65.

APPENDERE. Opt. g. d. 5. non annumerare lectori putavi oportere, sed tam quam *appendere*.

APPENDICVLA causæ, Rabir. Post. 4. *dicitur actio in aliquem ex capite legis de repetundis: ad quem*

quem ea pecunia pervenerit; qualis est Rabiriana. Nam cum ex bonis Gabinii non tantum coactum esset, quanti ei lis æstimata erat, agebatur in Rabirium, quasi ad eum pars pecuniæ pervenisset, quam Gabinius a Ptolemæo acceperat.

APPLICARE, *conjungere.* Fin. II. 12. ut ad honestatem *applicetur* voluptas. *sc. in sententia de summo bono.* * *de discentibus, qui magistrum deligunt.* Brut. 91. *applicavi* me ad Molonem. * Or. I. 39. se ad aliquem quasi patronum *applicare.* v. *applicatio.*

APPLICATIO. *conjunctio.* Læl. 8. (9) *applicatio* animi, cum quodam sensu amandi. *de amicitia.* * Or. I. 39. *applicationis* jus. *Peregrini vel inquilini, Athenis lege, Romæ consuetudine, sibi deligebant aliquem, quem sibi adoptarent patronum* (προστάτην), *ad quem ita se, ut clientes Romani, habebant. Jus* applicationis *igitur est, quod habet patronus in eum hominem, qui se ad eum applicuit, in ejus bona, hereditatem &c. an possit v. c. ei heres esse, si intestato mortuus sit, nec ne &c. sed de hoc alio loco fortasse plura dicemus.*

APPONERE. *subornare.* Verr. I. 10. calumniatores e sinu suo *apposuit,* ib. IV. 9. &c.

APPOSITE ad persuasionem. Inv. I. 5. *apte.*

APPOSITVS, *idoneus.* Verr. I. 11.

APPRIMO. Fin. III. 9. *pro* apprime. *sed Davisius & Walkerus malebant:* a primo. *recte. Est autem, quod paullo post dixit:* in prima susceptione.

APPROBARE. *confirmare argumentis.* Inv. I. 34. *ductum a conductoribus operum publicorum, qui dicuntur* approbare opus suum, *cum est ex lege censoria factum, ut ostendit Gron. ad Sen. N. Q. II.* 16.

APPROBATIO assumtionis. Inv. I. 34. i. e. *confirmatio.*

APPVLSVS. *accessus.* Nat. D. I. 10. *appulsus* solis. * Div. I. 30. Deorum *appulsu* somniare. *de somniis a Deo objectis.*

APTE. Or. 68. sententia *apte* exposita atque absolute. *de numero eo, qui cernitur invincienda oratione.* v. *aptus.*

APTVS. aptum *dicitur quodcunque ex alio pendet.* Tusc. V. 25. causæ aliæ ex aliis *aptæ* & nexæ. Acad. IV. 10. ex qua re una vita omnis *apta* sit. Cæcin. 18. non ex verbis *aptum* pendet jus. Tusc. V. 12. ex se ipso ei *apta* sunt omnia; *de eo cujus animi tranquillitas non pendet a rebus externis, sed ab internis perpetuisque bonis.* Off. III. 29. *apta* pinnis, *pro: cui pinnæ aptæ sunt.* πτεροέσσα. *Sic Virgil. Æn. XI.* 242. cœlum stellis fulgentibus *aptum. add. IV.* 482. *Sic sæpe etiam Lucretius.* * *apta dicuntur etiam, quæ recte inter se juncta sunt.* Or. 52. *apta* oratio, *est numerosa, in qua ita apta omnia inter se sunt verba, ut numerose cadat.* Or. 70. ex *aptis* dissoluta. v. *Vincta oratio. Scopæ dissolutæ.* * apta *videntur etiam pro* perfectis *dici.* Nat. D. II. 18. *Perfectissimam formam dixerat esse rotundam. Descripta autem sphæræ ratione, addit:* Quo nihil fieri potest *aptius.*

AQVA. Acad. IV. 26. Lysippus

eodem aere, eadem temperatione, eodem cælo, *aqua*, ceteris omnibus centum Alexandros ejusdem modi facere non posset? aqua *autem in statuis & vasis cum ferreis tum æneis colori inservit, & aqua aquæ in hoc genere præstat, ut ex Plutarcho ad h. l. demonstrat Petr. Faber. add. Plin. XXXIV. 14. & ibi Harduinum. Hinc explico locum Virgil. Æn. XII. 91.* *Aquæ *inter voluptatis mollitiæque genera commemorantur* v. c. Cœl. 20. *& intelliguntur Bajæ.* * *de re Venerea.* Cœl. 14. *de Clodia:* egone *aquam* adduxi, ut ea tu inceste uterere. Att. I. 16. *de eadem:* Arpinates *aquas* concupivit. *quem locum tamen de prædio Bajano Marii a M. Crasso appetito ingeniose explicat Tunstallus Epist. ad Midletonum p. 32. cf. Lips. Lect. Ant. I. 12.* * Fin. II. 22. fundamenta causæ tamquam *in aqua* ponitis; *de fundamentis lubricis & infirmis.* * Qu. Fr. II. 8. in hac causa mihi *aqua* hæret. *unde ducta sit hæc loquendi ratio, v. ap. Salmas. in Solin. p. 717.* * *aqua* & igni interdicere. i. e. *in exilium ejicere. ad Div. XI.* 1.

AQVARIVS, *qui aquas publicas in urbem deducit, curator aquæductuum & aquarum publicarum.* Cœl. VIII. 6. *ad quem locum v. Manut. Polenus ad Frontin. de aquæd. p. 42. putat esse servos omnes, ad quos pertinebat aliquid agere in aquarum ductibus. Nisi vero obstat apud Frontinum verbum* adjudicare. *Sed id ironice capit Polenus.* * Vatin. 5. provincia *aquaria, est Ostiensis, quæ cum obtigisset quæstori Vatinio, propterea acclamabatur a populo, quod libidinibus erat infamis, aquæ autem in Venere usus, &* aquam gerere *esset ministri lenonum, ut ait Lampridius in Commodo, c. 2. cujusmodi homo* aquariolus *dicitur. vid. Casaub. ad Lamprid. l. c.*

AQVILENTVS. humidus. N. D. II. 19. *aquilenta* regio & australis.

AQVVLA. Or. II. 39. secluſa aliqua *aquula, dicitur ars, a ceterarum artium orbe divulsa.*

ARA. *perfugium, asylum.* Nat. D. III. 10. tamquam in *aram* confugitis ad Deum. Verr. V. 48. *ara* sociorum est lex de repetundis. * aræ *&* foci *cum junguntur, cave putes,* aras *de templis,* focos *de ædibus privatis intelligi, ut vulgaris opinio fert, in illo proverbio: pro* aris & focis *pugnare: quem errorem etiam erravit Cl. Dukerus ad Flor. III. 13. cum eum locus ille docere meliora potuisset, quem frustra tentat. Sed utrumque dicitur de privatis ædibus, in quibus* ara *erat Deorum Penatium, patriorum, in impluvio (v. Impluvium),* focus *autem in atrio, isque Larium erat.* Dom. 40. uniuscujusque vestrum sedes, *aras, focos* &c. ibid. 41. *extra de domo:* hic *aræ,* hic *foci,* hic dii penates. Dejot. 3. te amicum & placatum Dejotari *aræ focique* viderunt. Phil. VIII. 3. templa - penates, *aras, focos.* Nat. D. III. ult. *distinguuntur, aræ focique,* templa & delubra Deorum &c. cf. Sext. 42. init. Philipp. II. 30. Liberi Cn. Pompeji repetebant Deos patrios, *aras, focos,* larem suum familiarem, in quæ tu invaseras. v. *Penates. Lares. Vidit jam aliqua*

qua ex parte, sed obscurius, neque rationem reddidit, cur sic locuti sint, Cortius ad Sallust. Catil. 52. 3. *Breviter, at perspicue dixit Meurs. Auctar. Philol. c.* 8. * *Sidus quoddam.* Nat. D. II. 44.

ARARE *dicuntur, qui agros habent, quibus colendis vitam sustinent & rem quærunt.* Verr. III. 5. *&c.*

ARATOR. *qui arat.* Verr. I. 37. II. 13. 64. III. 20. &c. *Sunt autem aratores non solum provinciales sed etiam cives Rom. qui agros publicos colunt, & pro iis decumas solvunt, ut e Verrinis clare patet.* Verr. III. 20. *aratores* diripere. ibid. 27. summi *aratores, qui magnas arationes habent.*

ARATIONES *dicuntur agri, quos quisque arat.* Verr. III. 53. desertæ *arationes.* Phil. II. 39. *arationes* grandi fœnore & fructuosæ.

ARBITER *est, in sensu forensi, qui aut honoris causa deligitur ab his, qui controversiam habent, aut a prætore datur, ut, non quemadmodum judex e certa formula, quæ definiat, quid & quomodo sit judicandum, a qua ei discedere non licet, sed ex fide bona, ex æquo & bono, controversiam dirimat.* vid. *de discrimine* arbitri & judicis, arbitrii & judicii, pr. Rosc. Com. 4. 5. Off. III. 16. Top. 10. *arbitrum* adigere aliquem. i. e. *agere, cogere ad arbitrum.* Cæcin. 7. *arbiter* familiæ herciscundæ i. e. *rei, hereditatis inter coheredes dividendæ. Hinc metaphorice eleganter Chrysippus* Fat. 17. *arbiter* honorarius *inter duas sectas dicitur.* * *Sed est tamen interdum pro* judice, *ut* arbitrium *pro* judicio. *Nam* Rosc. Am. 39. arbiter *dicitur* judex mandati, *quia etiam in judicio mandati additur;* ex fide bona. * *testis.* Flacc. 36. quis est decisionis *arbiter? qui interfuit, eamque factam esse, & quomodo facta sit, testari potest? hinc* Verr. V. 31. ab *arbitris* remotus locus. cf. *Cortius ad Sallust. Catil.* 20. 1.

ARBITRATVS. Qu. Fr. II. 4. *arbitratu suo* aliquem concidere: *pro lubitu.*

ARBITRIVM *est judicium ex æquo & bono, ex bona fide.* vid. *Arbiter.* Rosc. Com. 4. judicium est pecuniæ certæ, *arbitrium* incertæ. *Vid. locum ipsum. hæc* arbitria *dicuntur* honoraria, Rosc. C. 8. *quia arbitris honoris causa defertur arbitrium. Sed est tamen etiam interdum pro* judicio. *Nam* Quint. 3. *arbitrium* pro socio, *est judicium societatis. Vocatur autem propterea* arbitrium, *quia simile est arbitrii. Nam prætor in formula, in quam judicium dat, addit: ex fide bona. Judicium autem esse, ex eo patet, quod Prætor, certam formulam dat, quod in arbitriis non fit.* * *arbitrium* rei uxoriæ, Off. III. 15. Top. 17. *est de dote, post divortium* v. *dies annua, bima, trima.* * Dom. 13. *arbitria* funeris. *Sic lege etiam* Sen. post Red. 7. *non* arbitraria. *v. Gron. ad Liv. XI.* 9. *qui docet* arbitrium *esse pecuniam, quam socii h. e. publicani solvunt pro redimendo jure monopolii, quod vocant: ad quem h. l. provocat Grævius. Sed quomodo ad arbitria funeris hæc significatio transferenda sit, non ostendit. Hotomannus interpretatur pecuniam vespillonibus datam, aliisque fu-*

nus juvantibus. Arbitria *sunt omnes impensæ, quæ in funus fiunt. Ita cepit etiam Gutherius de Jur. Pont. II.* 9.

ARBOR infelix. C. Rabir. 4. *est crux. cf. Liv. I.* 26. *Ceterum quæ arbores infelices a Rom. dictæ sint docet locus notus ap. Macrob. III.* 20.

ARCA. Qu. Fr. II. 12. *arcæ* nostræ fiducia. i. e. *pecuniæ.* * Mil. 22. Servi in *arcas* conjiciuntur, ne quis cum iis colloqui possit.

ARCERE, *continere, coërcere:* Har. R. 3. *arceri* otii finibus. Tusc. II. 21. vinclis prope & custodiis *arceamus.* Nat. D. II. 54. alvus *arcet,* quod recipit.

ARCESSI crimine. Verr. II. 46. *int. in judicium.*

ARCESSITVS. Nat. D. I. 6. ipsius rogatu *arcessituque.*

ARCHITECTARI voluptates. Fin. II. 16. *excogitare.*

ARCHITECTVS, *auctor, inventor.* Fin. I. 10. *architectus* beatæ vitæ *dicitur Epicurus.* cf. Rosc. A. 45.

ARCTE. Div. I. 28. *arcte* dormire.

ARCTIM. *dubia vox.* Att. XII. 44.

ARCVLA. Att. II. 1. meus liber *arculas* discipulorum Isocratis consumsit. *h. e. in eo omnia ornamenta adhibita sunt ex præceptis Isocrateorum* arculas *vocat* μυροθήκια, λημύθια &c. Off. II. 7. *est de scrinio, quo vestes muliebres servantur.*

ARDENS. Sext. 54. *ardens* tribunatus i. e. *seditiosus.* Att. XIV. 10. *ardentes* in eum literas misit. i. e. *vehementes, iracundas.* Fin. III. 11. avaritia *ardens.*

ARDOR cœli. Catil. III. 8. visas ab occidente faces *ardoremque cœli.* Nat. D. II. astra, quæ oriantur in *ardore cœlesti,* qui æther vel cœlum nominatur.

AREA scelerum, *est in edd. quibusdam* Att. IX. 18.

ARGENTARIA *est genus negotii, quod in vendendis h. e. permutandis cum compendio numis versatur: quod qui exercent,* argentariam *facere dicuntur,* Verr. V. 59. Cæcin. 4. *ut* sagariam *facere est sagis vendendis rem quærere. Ab ea dicti* argentarii, *quorum non semel apud Ciceronem mentio, iidem cum mensariis, numulariis, trapezitis, collybistis. v. inprimis Salmas. de Usur. c.* 17. *Budæum ad Pand. p. m.* 197. *Cujac. Obs. X.* 14.

ARGENTEVS. Muren. 9. *argentea* scena. i. e. *argento ornata; ut* gemmea vagina *ap. Ovid. Met. est gemmis distincta.*

ARGENTVM. Verr. IV. 20. *argentum* bene factum, *pulchra vasa argentea.* Verr. IV. 22. purum, *opponitur* cælato, *in quo nulla sunt emblemata s. sigilla. de quo genere vid. Salmas. ad Solin. p.* 736. Rosc. Am. 46. v. *cælatum.* Fin. II. 8. Corinthium. v. *Ind. Geogr. Corinthus.*

ARGVMENTATIO, *syllogismus.* Inv. I. 34. *argumentationis* summa i. e. *propositio major. Sed* Partit. 13. *est argumenti explicatio. & sic pluribus locis.*

ARGVMENTVM *fabulæ genus, de quo* Invent. I. 19. * *genus ornamenti, in valvis &c. quod exhibebat historias, ut in nostris tapetibus fieri solet.* Verr. IV. 56. *Sic Virgil. Æn. VII.* 791.

ARGV-

ARGVTIAE digitorum. Or. 18. *affectatio in motu digitorum inter dicendum, molliori. Sic Plin. XXXIV.* 8. *Lysippo tribuit* argutias operum, in minimis rebus custoditas. *v. c. in capillis. Paullo post vocat* elegantiam *add. in* argutus.

ARGVTVLVS. ad Att. XIII. 18. *argutuli* libri *dicuntur Academici Ciceronis, argute scripti.*

ARGVTVS; arguta *dicuntur omnia, e quibus argui aliquid & colligi potest.* Sic ad Att. VI. 5. *argutissimæ* literæ. Div. II. 12. exta *argutissima, quæ opponuntur his, quæ* muta *dicuntur.* v. *Heins. ad Silium I.* 138. Leg. I. 9. nam & oculi nimis *arguti*, quemadmodum animo affecti simus loquuntur. *Sic dixit & Ovid. A. III.* 2. 83. *Tibullus eodem sensu dixit* oculos loquaces II. 7. *ubi v. Broukh.* * *elaborata arte & polita.* Sic Or. 12. ambitus verborum *arguti, sunt concinni pæne nimis & elaborati; cum v. c. paria paribus respondent, qualia sunt in nobili illa ἐπιστολῇ in Rosciana. hinc* * argutum dicitur, *quod nimium est in re ceterum bona, ineptum.* ad Div. VIII. 1. *arguta* sedulitas. Or. III. 59. *arguta* manus, *quæ scenicorum more verba adjuvat.* v. *argutiæ. & Gell. N. A. I.* 5.

ARIDVS. Rosc. A. 27. victus *aridus, est rusticorum, qui raro cibum sumunt, post quem manus lavandæ sunt; unde ipsa vita rustica* arida *dicitur* Quint. 30. *cf. Burmen. ad Quintil. Inst. Or. II.* 3. *p.* 134. *qui* vulgarem cibum *interpretatur.* * Or. II. 38. *aridum* genus orationis, *est subtile, jejunum, sine ornamentis & suavitate, quale est Dialecticorum & reliquorum, qui artis præcepta tradunt. Sic Seneca sæpe rhetores & declamatores* aridos *vocat, eodem sensu. v. Gron. ad Sen. Contr.* 34.

ARIES. *est machina bellica, qua muri percutiuntur & rumpuntur.* Offic. I. 11. quamvis murum *aries* percusserit. *v. Lips. Poliorcet. III.* 1. *hinc transfertur ad argumenta, & cetera, quibus contra aliquem utimur.* Top. 17. ex quo *aries* ille subjicitur in vestris actionibus. *Gesnerus V. Cel. ad Varron. R. R. p.* 329. *putat ductam metaphoram e re rustica, ubi arietes capreolos fulciunt.*

ARISTOLOCHIA. Div. I. 10. *est herba, quæ ex eo nomen invenit, quod parturientes juvet, ut tradit Dioscorides III.* 4. *cf. Salmas. ad Solin. p.* 504. *Contra serpentum morsus valere, ut tradit Cic. l. c. alii etiam ex veteribus docuerunt, quos laudat ad h. l. Davies.*

ARMAMENTA, in Arateis: omnia caute *armamenta* locans tuto labere sub undas. *instrumenta navium & alia. v. Græv. ad Flor. IV.* 3. 76.

ARMAMENTARIVM *est navale, & locus ubi armamenta, arma reponuntur.* C. Rab. 7. ex *armamentariis* pop. R. arma dantur. Or. I. 14. Philo architectus, qui Athenienſibus *armamentarium* fecit. &c.

ARMARIVM. *est scrinium, loculus, in quo vestes, vasa, aurum, libri, pecuniæ reponuntur.* Verr. IV. 12. Cluent. 64. &c.

ARMATVRA levis. Phil. X. 6. &c. *est velitum, quorum arma erant gladius, hastæ & parma:*

ceterorum militum est gravis armatura. *Lipsſ. de Re Mil. III.* 1. Div. II. 10. Sed hæc nobis fuerit, tamquam *levis armaturæ*, prima orationis excursio; nunc cominus agamus &c. *quo loco levis armatura pro ipsis velitibus ponitur.*

ARMILLAE, *ornamenta militaria.* de Rep. IV. ap. Prisc. *Armillæ* quæ brachialia vocantur. *v. Græv. ad Flor. I.* 1. 12. *ubi docet, eas proprie* viriolas *dictas, & Gron. ad Gell. II.* 11.

ARRIDEO. Opt. g. d. 4. Cum adhibiti derideantur. Nam si *arrideantur*, esset id ipsum Atticorum: *probentur.*

ARRIPIO. *disco, probo.* Rosc. C. 11. quod ipse celeriter *arripuit*, id cum tarde percipi videt. Mur. 30. hæc (*Stoicorum placita*) Cato *arripuit.* Nat. D. I. 27. *arripere* rem nullo modo probabilem. * Cato. 18. non cani, non rugæ repente auctoritatem *arripere* possunt. Div. XI. 10. *arripere* omne genus &c. *de cogendis militibus.* * *accusare* Planc. 23.

ARROGANTER. ad Div. XI. 13. *arroganter* sustinent, *int. hostem.* i. e. *animose & cum contemtu hostis.*

ARS. Or. II. 11. ad *artem* revocare: *quod quomodo fiat, ibidem docetur.*

ARTICVLVS. Cato. 15. *articuli* sarmentorum, *sunt, qui &* nodi *vocantur, item* genicula, *neque modo in sarmentis, sed etiam in flagellis arborum & culmis. v.* Græv. ad h. l. * Quint. 5. in ipso *articulo* temporis. * *articuli* orationis. v. Or. II. 88. ad Herenn. IV. 19.

ARTIFICES scenici, Arch. 5. *de comœdis & tragœdis. Egregia observatio est Dukeri ad Liv. XXXIX.* 22. *artifices simpliciter dici de histrionibus: ubi vid. Sed etiam* de aurigis *est ap. Plin. VII.* 53. *extr.* & gladiatores τεχνῖται *in Chron. Alexandr. p.* 660. *ed. Merc. v. Wesseling. V. C. ad Diodor. IV. p.* 214.

ARTOLAGANVS, *genus placentæ vilioris.* ad Div. IX. 20.

AS, proprie *æneus numus Romi. qui pendebat libram pondo, & erat ipsa æris libra. Ejus partes hæ sunt:* uncia, sextans, quadrans, triens, quincunx, semis, septunx, bessis, dodrans, dextans, deunx. *Itaque as habet* 12. *uncias,* 6. *sextantes,* 4. *quadrantes,* 3. *trientes,* 2. *semisses, unum dextantem, unum dodrantem, unum bessem, unum septuncem, duos quincunces. De unciæ partibus v. in* Uncia. *de distributione assis v. Volusium Mecianum ap. Gron. de Pec. vet. p.* 395. *Assium valor varius fuit. Olim* librales *erant, in quos cadit definitio supra posita. hujusmodi assem exhibere se putat Spanhem. de Usu & Pr. Num. Diss. I. p.* 22. *Belli Punici I. temporibus, autem propter penuriam pecuniæ, facti sunt* sextantarii, *h. e. qui sextantem assis libralis æquarent. Bello Punico II.* Unciales, *& post, lege Papiria* Semiunciales, *ut quartam & vicesimam libralis partem æquarent. v. Plin. XXXIII.* 3. *Asses librales intelliguntur* æris gravis *nomine. v. Perizon. de Ære gravi. p.* 25. *sqq. Quoniam autem commoditates multas habet in computationibus totius in* 12. *partes distributio, etiam aliæ res ad assis modum distributæ sunt; inprimis*

inprimis hereditates. v. Cæcin. 6. ad Div. XIII. 20. *Hæc tironum causa de asse addere placuit.*

ASCISCO, *arrogo.* Or. I. 19. * Fin. III. 5. rerum cognitiones - propter se *asciscendas* arbitramur. ibid. quæ naturæ primo *ascita sint.* ibid. V. 7. primum *ascitum est vocabulum philosophiæ Stoicæ, quo Cicero utitur de rebus iis, quæ & prima naturæ, principia naturæ, commendatio prima naturæ, dicuntur h. e. de iis, quas homo primas, & natura appetit & diligit.*

ASINVS. Att. IV. 5. me *asinum* germanum fuisse: i. e. *stupidum, qui quæ suasisti, non feci, nec salutaria esse intellexi.*

ASOTVS. Fin. II. 8. nolim mihi fingere *asotos*, ut soletis, qui in mensam vomant, & qui de conviviis auferantur, crudique se rursus postridie ingurgitant &c.

ASPERITAS judicialis. de Or. II. 15. *cernitur in πάθεσι, sententiarum aculeis & omni illa contentione, quæ judiciali eloquentiæ propria est.*

ASPERNOR. Rosc. Am. 53. hanc proscriptionem nisi hoc judicio a vobis rejicitis & *aspernamini.* Cluent. 69. Deos - - a suis aris *aspernatos esse. add.* ad Q. Fr. I. 1.

ASSECLA. Cluent. 63. assecla *dicitur* servus Stratonis. Sic Verr. I. 24. *Rubrius comes & minister in provincia Verris legati, dicitur* legati *assecla.* * Att. VI. 3. qui potentissimorum contumelias non tuli, ferrem hujus *assecl*æ. * in Sallust. 8. omnium mensarum *assecla*, i. e. *parasitus. Sunt autem ap. Cic.* assecl*æ semper vilioris generis;* assectatores, *de quibus statim, non item. Sed dicitur tamen ap. Nep. Att. 7. legatus*, prætoris *assecla.*

ASSECTARI *dicuntur, qui aliquem honoris & gratiæ causa in comitia, curiam, forum, domumque deducunt. Sic* Or. I. 56. *dicitur* Ser. Galba consularis P. Crassum ædilitatem petentem *assectatus* esse, quod Crassi filiam C. filio suo despondisset.

ASSECTATOR, *qui assectatur.* Verr. II. 11. Africani vetus *assectator.* Balb. 27. cum ducibus ipsis, non cum comitatu *assectatoribusque* confligant. Petit. Cons. 9. assidua *assectatorum* copia. *h. l. distinguuntur clare a salutatoribus & deductoribus: quamquam & horum* assectatio *dicitur, ibid. Eos autem distribuit in voluntarios, & eos, qui id debent.*

ASSECTATIO, *opera assectandi.* Muren. 34. tenues homines habent hanc in nostris petitionibus operam atque *assectationem. ex quo loco colligas* assectationem *de tenuibus hominibus, clientibus dici tantum*, qui *& soli apud Ciceronem* assectatores *dicuntur.* Sed *ut generale est* assectari, *neque de tenuibus solum,* sed *principibus etiam dicitur* (v. *assectari*): *sic* assectatio *etiam utrique generi communis est. Testis locus classicus* de Petit. Consul. 9. *Et quoniam* assectationis *mentio facta est, id quoque curandum est, ut quotidiana cujusque generis, & ordinis & ætatis utare &c.* Hujus autem rei tres partes sunt: *una* salutatorum, *altera* deductorum; *tertia* assectatorum. &c. *Quorsum autem hæ assectationes perti-*

pertinuerint, *ibidem docetur his verbis:* Nam ex ea ipsa copia conjectura fieri poterit, quantum sis in ipso campo virium & facultatis habiturus.

ASSENTIOR. ad Div. I. 9. *assentiri* temporibus. *pro*, *inservire.*

ASSERERE. Flacc. 17. Cum in causa liberali, eum qui *asserebatur*, cognatum suum esse diceret. Asserere *in foro dicitur & is, qui eum, quem quis sibi, tamquam suum servum, vindicat, liberum esse testatur, & ab eo, qui vindicat, defendit*, &, *qui in servitutem vindicat. Utriusque est* assertio, & vindiciæ, *utriusque* asserere & vindicare, *uterque* assertor: *sed alter* in servitutem, *alter* in libertatem: *quod patet e Livio III.* 44. *s. qui locus est classicus. h. l. est ejus, qui vindicat in libertatem.* * *in Lexico Nizoliano ex* Offic. III. 13. *affertur*, ut illi *asserunt: sed non est neque in bonis codd. neque edd. cf. Borrich. Vindic. p.* 17.

ASSERTIO. Acad. I. 12. *assertione* approbare. *Sed Davisius recte reposuit* assensione.

ASSERVIO. Tusc. II. 24. toto corpore contentioni vocis *asservire.* i. e. *cum voce una totum corpus contendere.*

ASSEVERO. Verrin. II. 10. utrum *asseveratur* in hoc, an tentatur? h. e. *utrum serio ista dicuntur, an tantum periculi faciendi causa, si forte hujusmodi defensionem probare possit?*

ASSESSIO. ad Div. XI. 27. Oblitumne me putas, quæ tua fuerit *assessio*, oratio, confirmatio.

ASSIDVVS, *locuples.* Top. 2. e *XII. tabb. assiduo* vindicem *assiduum* esse, id est, locupletem locupleti. *quia sc. fit ab* ære dando, *ut ait Quintil. X. 5. cf. Gell. VIII.* 8. *XVI.* 10. *Sed hæc notio verbi postea obsolevit. Ciceronianæ notiones hæ sunt:* 1. *qui perpetuo in loco aliquo versatur.* Rosc. Am. 6. *assiduus* in prædiis esset. ibid. 29. *assidui* erant Romæ. ib. 16. qui liberos suos *assiduos* agricolas esse volunt. h. e. *semper in agris esse, & in prædiis; neque enim de iis sermo est, qui rustico opere, arando, fodiendo, funguntur, sed de dominis prædiorum, quorum præsentia tantum opus est. Clare* Cato. 16. semper boni *assiduique* domini referta cella vinaria &c. est. *Sed his* assiduis agricolis *opponuntur* assidui urbani *ap. Plaut. Trinum. I.* 11. *cf. Gronov. Pec. Vet.* IV. 9. Pison. 26. in hac quotidiana *assidua* urbanaque vita. *Hinc eleganter* Or. II. 39. assidui *dicuntur rhetores, & quicunque in una arte perpetuo versantur. Ab hac significatione fluxit altera, qua* 2) assidui *dicuntur, qui aliquem ubique sectantur, assectatores.* v. *assiduitas. ad quem modum* A. I. in Verr. 12. *dicitur* assiduus *accusator & odiosus, qualis ille est ap. Xenophont. Memorab. Socr. II.* 9. 6. ὃς ἂν ἀπηλλάττετο, ἕως &c. Rosc. A. 24. hæ sunt impiis *assiduæ* domesticæque Furiæ. 3) assiduum *dicitur, quod est perpetuum, sine intermissione.* Att. XIII. 16. *assidui* imbres. ibid. 12. *assiduus* cursus. Planc. 8. *assidua* frequentia. ad Div. IV. 7. *assiduæ* lacrimæ. ibid. X. 21. febricula *assidua, opp. intermittenti.* Verr. I. 39. *assidua* commemoratio &c.

ASSI-

ASSIDVITAS. 1. *perpetua præsentia: ut de advocatis* Planc. 11. Sext. 3. Planc. 27. Valuit *assiduitate; quæ κατ' ἐξοχὴν dicitur, cum quis perpetuo Romæ est, in civium oculis, quod ea res ad petitiones prodesse putatur, & propterea inter præsidia petitionum commemoratur.* Verr. I. 39. aut, quod levissimum est, *assiduitate* - - gratis prætor factus est. Muren. 9. *assiduitatis* - putat esse consulatum. N. D. II. 38. *assiduitas* quotidiana; *de rebus cœlestibus, quas quotidie videmus.* Att. XII. 33. *assiduitas* medici. 2. *assectatio, neque solum tenuiorum, sed etiam salutatorum principum.* Qu. Fr. I. 3. Hortensius me summa simulatione amoris, summaque *assiduitate* quotidiana sceleratissime insidiosissimeque tractavit. Petit. Cons. 3. quotidiana amicorum *assiduitas* & frequentia. 3. *perpetuitas, continuatio sine intervallo, frequentia.* Rosc. Am. 53. *assiduitas* molestiarum. Off. II. 21. *assiduitas* bellorum. Inv. I. 3. dicendi *assiduitas.* ad Div. XVI. 25. *assiduitas* literarum. ad Herenn. IV. 13. vitabimus istius literæ nimiam *assiduitatem.*

ASSIGNARE, *dare, tribuere.* Att. X. 4. nihil *assignabis,* nec patruo, nec mihi, sc. *culpæ. inprimis autem notanda ea ratio, cum de agris distributis, muneribus, honoribus dicitur. Sic* Pison. 36. quid? per tuum servulum ordines *assignati. Chargen, in re militari.* v. *Ordines.* Somn. Sc. 7. munus *assignatum* defugisse. Agr. III. 3. *assignare* agros colonis. *&c.* vid. *assignatio.*

ASSIGNATIO. ad Div. XIII. 8. *assignationes* Sullanæ, *sc. agrorum. Distinguuntur autem hic & aliis locis a* venditionibus, *ut* assignare & vendere agros. Agr. III. 3. ad Div. XI. 20. *ubi forte dicuntur agri legionibus assignari.* assignatio *fit per leges Agrarias, coloniis deducendis,* venditio *autem auctione.*

ASSILIO. Or. II. 53. nec *assiliendum* statim est ad illud genus. *i. e. non nimis cito, ante tempus, accedendum.*

ASSIMVLATVS. Cœl. 6. *assimulata* virtus. Verr. II. 77. literæ lituræque omnes *assimulatæ,* expressæ. Cluent. 13. *assimulata* familiaritas.

ASSVMERE. Fin. III. 5. *sensu Stoico dicitur de προηγμένοις.* * Fin. I. 10. omnis voluptas *assumenda,* omnis dolor depellendus. * *comparare sibi; tamquam in subsidium.* Or. I. 50. si quis aliam quoque artem sibi *assumserit.* ibid. 37. nisi dicendi copiam *assumsisset* sc. *præter jus civile.* * *arrogare sibi, vindicare.* Offic. I. 1. si id mihi *assumo,* videor id meo jure quodammodo vindicare. ad Div. I. 9. neque quicquam mihi *assumsi,* nec hodie *assumo.* * *in Syllogismo est* assumere, *cum majori propositioni, quam vocant, subjicimus minorem.* Divin. II. 53. Sed cum bis sumsit, quod voluit (*hæc est* propositio major, *quæ Ciceroni simpliciter* propositio *dicitur*) id tamen *assumit,* quod concedi non potest. ibid. *Assumit* autem Chrysippus hoc modo: Sunt autem Dii &c. * *in rhetoricis* assumere, *est extrinsecus petere argumenta, non ex ipsa causa.* Top. 2. alii loci in eo ipso, de quo agitur,

agitur, hærent, alii *assumuntur* extrinsecus. cf. Or. 35.

ASSVMTIO. Fin. III. 5. *assumtione* digna *sunt* προηγμένα. * Inv. I. 34. assumtio, *est minor propositio syllogismi.*

ASSVMTIVVS. Inv. I. 11. *assumtiva* constitutio. *quid sit? vid. ibid.*

ASSVS, *a, um.* ad Div. IX. 20. usque ad *assum* vitulinum opera producitur. * Att. XII. 6. pro isto *asso sole*, quo tu abusus es in pratulo nostro, a te nitidum solem unctumque repetemus, i. e. *pro eo, quo usus es sine unctione. vid. Buchner ad h. l. & Casaub. ad Pers. p.* 346. * Qu. Fr. III. 1. in balneariis *assa* in alterum apodyterii angulum promovi. h. e. *sudatoria, ut Seneca appellat*, s. *sudationem, ubi sudabatur tantum, sine lotione. vid. Salmas. ad Carinum c.* 17. *p.* 810. *b. Figuram ejus ex antiquo monumento exhibet J. A. Fabricius ad Sextum Emp. p.* 30. *Casaubon. ad Theophr.* περὶ ἀναισχυντ. *p. m.* 144. *distinguit* assam cellam *a* sudatoria, *& in nonnullis balneis quatuor cellas fuisse ait, in quibus præter sudatoriam assa fuerit, quod ex h. l. & ex Dial. Adriani cum Epicteto confirmat. In loco Ciceronis quidem non diserte a sudatoria cella distinguitur assa. Quomodo autem assa cella a sudatoria discreparet, vellem demonstrasset Casaubonus.*

ASTRA. Att. II. 25. tollere laudes ad *astra.* ibid. 21. decidere ex *astris.* i. e. *amittere laudem.*

AT. *servit objectionibus.* Verr. II. 6. *At* enim istum soli Siculi persequuntur &c. Fin. II. 24. *At* enim sequor utilitatem &c. *& infinitis locis aliis.* * *saltem.* Verr. III. 85. si non bonam, *at* aliquam rationem afferre &c.

ATER. Att. II. 41. albus *aterve* fuerit, ignorans.

ATOMVS. *femin. g. Corpusculum minutum & individuum, quo in explicanda origine mundi utebatur Democritus & post eum Epicurus.* Fin. I. 17. Nat. D. I. 20. &c.

ATQVE. *inservit initiis & transitionibus.* Or. I. 22. *Atque*, inquit Sulpicius, hoc primum a te quærimus. Legg. III. 9. *Atque* ut Flaminium & ea quæ prisca sunt relinquam. Catil. III. 6. *Atque* illud, quod primum faciendum fuit, factum atque transactum est. cf. Or. I. 4. *init.* ad Div. XI. 28. &c. * *cum* adeo *in correctionibus adhibetur, inprimis cum intendi sententiam volumus, ut sit, sive potius.* Att. I. 14. ego princeps - *atque adeo* secundus fui. Rosc. Am. 10. hoc consilio, *atque adeo* hac amentia impulsi. &c. ibid. 35. Si prodierit, *atque adeo*, cum prodierit. * *statim, confestim.* Legg. II. 4. Si in jus vocat, *atque* eat. *Nam sic legendum, videre viri docti. de hac vi particulæ v. Gron. ad Liv. XXVI.* 39. *Duker. & Drak. ad XXVII.* 21. *& alios Davisio ad h. l. citatos.*

ATQVI. ad Div. VI. 6. *atqui* utebar familiarissime Cæsare. ad Att. VII. 7. *atqui* certe ille agere debuit. Nat. D. II. 7. *atqui* nihil melius est mundo. Verr. II. 59. Quid vero? modum statuarum haberi nullum placet? *atqui* habeatur necesse est.

ATRAMENTVM. Nat. D. II. 50.

II. 50. *succus sepiæ.* ad Div. IX. 21. *atramentum* sutorium: *est* Chalcanthus, *s. ut hodie vocatur* vitriolus. *v. Plin. XXXIV.* 12.

ATTENDERE. Partit. Or. 24. de necessitate *attendere.*

ATTENTARE. Verr. II. 54. omnium inimicos diligenter cognoscere, colloqui, *attentare:* i. e. *perspicere, quo animo sint:* Or. 61. *attentare* fidem judicis, *dicuntur oratores, qui blanditiis orationis judicem a justitia abducere conantur.* Sext. 4. quam urbem ab illa scelerata manu *attentari* suspicabamur.

ATTENTATVM. ad Quir. p. R. 7. classis *attentata, in quam impetus hostium factus.* Or. III. 28. melius fuerat præterire, quam *attentatum* deserere: *abjicere, quod cœperas discere.*

ATTENTVS. Rosc. Amer. 15. *attentata* & rustica vita. Quint. 3. paterfamilias prudens & *attentus.*

ATTENVATE dicere. Brut. 55. *est boni oratoris in genere tenui versantis, idem, quod* presse, *quod ei jungitur.*

ATTENVATVS. Or. 30. *attenuata* multa habet, i. e. *e genere subtili.* Brut. 82. *attenuata* nimia religione oratio. *subtilis ad jejunitatem usque.*

ATTINET, *opus est, convenit.* Verr. V. 66. quid *attinuit* &c. Off. I. 31. neque *attinet* naturæ repugnare. * Rosc. A. 43. nihil ad me *attinet.* i. e. *contemno, non timeo.* * *sine præpos. Ad.* ad Att. XV. 1. primum quod *attinet.*

ATTINGERE, *cadere in aliquem, convenire, proprium esse.* Nat. D. I. 9. labor non *attingit* Deum. Off. I. 6. veri investigatio maxime *attingit* naturam humanam. Fin. V. 9. quatenus quicquid se *attingat.* h. e. *ad se pertineat.* * Tusc. V. 33. cupiditates necessitatem non *attingunt* i. e. *non sunt necessariæ.* Leg. II. 5. quæ non magis legis nomen *attingunt,* (*merentur*) quam si latrones aliqua sanxerint. * Leg. II. 1. alia causa me delectat, quæ te non *attingit* ita. * Tusc. IV. 13. ut in malis corporis similitudo *attingit* animi naturam, sic in bonis. h. e. *quemadmodum affectiones, morbique animi habent quandam similitudinem cum corporis morbis affectionibusque, sic bona corporis cum bonis animi: animus in utroque genere similis est corpori.* * Rosc. A. 26. bestiæ, quæ tantum scelus *attigissent.* i. e. *de tam sceleste homine comedissent, ut Græci ἅπτεσθαι eodem modo. v. c. Thucyd. II.* 50. * Muren. 9. *attingere* forum, *dicuntur, qui posita prætexta, a prætore in foro accipiunt togam puram, qua accepta iis licet in foro versari, causas agere* &c. * Att. XIII. 33. horum vix ego *attigi* penulam: *parcissime invitavi, ut manerent.*

ATTONSVS. Tusc. V. 17. laus est *attonsa* Laconum. i. e. *immunita e poëta.*

ATTRAHO. ad Div. VII. 10. Romam te *attraham h. e. venire jubebo.*

ATTRECTO. Cœl. 8. *attrectare* fœminas: *est per libidinem contingere partes, quibus libido incitatur. Est verbum proprium in ea re, quo usus etiam Sueton. Ner.* 26.

ATTRIBVO. Tusc. III. 3. non *attribuere* ad amissionem amicorum miseriam nostram. i. e. *adjicere.*

cere. * *in re pecuniaria quid sit v. in* Attributus.

ATTRIBVTIO, *apud rhetores dicitur, quicquid rei tribuitur. Vulgo* prædicatum. v. Inv. I. 26. * *in re pecuniaria dicitur, quam hodie vulgo* assignationem *vocant, cum non ipsi solvimus ex arca, sed ab alio, qui nobis aut debet, aut pro nobis solvere paratus est amicitiæ ergo.* ad Div. XVI. 24. Att. XVI. 3. in *attributione* mihi ignota nomina. h. e. *homines a quibus mihi solvere vult, ignoti sunt mihi.*

ATTRIBVTVS. Verr. I. 13. pecunia *attributa h. e. quæ nobis solvitur ab alio, data assignatione, quam hodie vocant.* Verr. III. 70. societates, unde erat *attributa* pecunia. Att. XIII. 22. *attributos* quod appelles, valde probo. *Attributi sunt ii, a quibus attributa est pecunia, a quibus debitor solvit.*

AVARITIA. Fin. IV. 27. *avaritiæ, in plur.* Verr. II. 54. *avaritia* hians & imminens.

AVCTOR. *Hujus vocabuli multiplex est & varius apud Ciceronem usus. Quas nos quidem observavimus diversas significationes, hæ sunt:*

1) *is, a quo fama orta est, & qui dicere potest, unde habeat, quæ dicit.* ad Div. XII. 4. Rumor erat -- *auctor* erat nemo. *Unde* auctor *etiam pro nuncio est.* vid. *Gron. ad Liv. V. 1. Heins. & Burm. ad Ovid. A. II. 6. 34.*

2) *præceptor.* Off. II. 2. quamquam in antiquissima philosophia, Cratippo *auctore,* versaris.

3) *qui exemplum rei faciendæ dedit: qui rem facere suadet aut præcipit exemplo.* Academ. IV. 3. nec literarum Græcarum nec philosophiæ jam ullum *auctorem* requiro, *sc. cum Africanum & Catonem habeam, qui didicerunt.* Off. III. 7. num locupletiores quæris *auctores?* Verr. III. 38. Cur non, hoc *auctore,* etiam Romæ servi ad vectigalia accedunt. Verr. V. 26. Unum *auctorem* facti tui profer. Fin. IV. 16. Cato omnium virtutum *auctor.* i. e. *exemplar.*

4) *qui rem facere suadet, aut jubet, aut permittit. Div. I. 15.* aves *auctores, sc. rerum suscipiendarum aut omittendarum.* cf. Att. I. 19.

5) a) auctor legis *dicitur, qui primum leges scivit,* Dom. 30. b) *legis suasor, adjutor, laudator* Agr. II. 5. Leg. III. 16. *cf. Gron. ad Liv. II. 56.* c) *qui legem ferri jubet, quod erat senatus; unde* Senatores *auctores* legum *dicuntur.* Verr. V. 67.

6) *auctores* in senatu, Brut. 34. *aut* consilii publici. Or. I. 49. *sunt principes Senatores h. e. Consulares, & qui habent jus sententiæ priori dicendæ, adeoque rei alicujus auctores fieri possunt. item, qui multum valent in senatu,* ut Or. III. 17. *item, qui alicujus rei in senatu auctores sunt decernendæ,* Att. III. 18. *in quorum sententiam fit SCtum.* ad Fam. XV, 4. Regem Ariobarzanem, te *auctore,* commendatum habebam. *h. e. e SCto in tuam sententiam facto. cf. Gronov. ad Liv. XXIV. 43.*

7) *fide dignus.* Leg. II. 6. *auctor* haud deterior Theophrastus Timæo.

8) *testis.* Flacc. 17. gravis *auctor* injuriæ publicæ.

9) *qui*

9) *qui alicujus injurias defendit & accusando vindicat; quia sc. est auctor judicibus rei puniendi.* Flacc. 22. *auctorem* querelarum & doloris sui habent. *item:*

10) *defensor quicumque, qui alicujus rem causamque gerit.* Flacc. 15. *auctor* suæ civitatis. *Gronov. de Pec. Vet. IV. 3. p. 374. Sic* Sext. 66. *optimatium defensores & principes dicuntur, auctores* & conservatores civitatis. i. e. *defensores.* Planc. 13. *auctor* societatum multarum *fuisse dicitur, qui publicanorum defensor fuit, multaque pro iis gessit cum fide.* cf. Cluent. 24. Verr. V. 66. judices *dicuntur* auctores legum, judiciorum, & juris.

11) *est venditor, qui suum esse spondet, quod vendit, & ejus vendendi se potestatem habere, adeoque, actione tenetur de evictione, unde auctoritas; v. Auctoritas; aut periculum judicii præstat, ut in mancipio.* Cæcin. 10. *auctor* fundi. *cf. Gronov. ad Senec. Cons. ad Marc. 10. hinc ductum esse illud videtur* Muren. 2. Quod si in iis rebus repetendis quæ mancipii sunt, is periculum judicii præstare debet, qui se nexu obligavit, profecto etiam rectius in judicio consulis designati is potissimum consul, qui consulem declaravit, *auctor* beneficii populi Rom. esse debet. *Ceterum venditor est* auctor primus; *qui autem spondet pro eo, rem esse ejus, vendendique potestatem eum habere, auctor secundus. v. Salmas. mod. Usur. p. 728. 733. 694.* Verr. V. 22. quod a *malo auctore* emissent, diutius se obtinere non posse: *qui evictionem præstare non posset. Ab hoc verbo* auctio *videtur* venditionis *vim accipere, non ab augendo pretio in licitando, ut vulgo statuunt.*

12) *tutor.* Cæcin. 25. dos quam mulier, nullo *auctore*, dixisset, *non adhibito tutore, qui in rebus mulierum auctor est.*

13) Cluent. 5. *auctores* nuptiarum, *sunt parentes, cognati, tutores, qui nuptias aut confecerunt, aut probarunt, aut tabulas nuptiales obsignarunt.*

14) Dom. 14. *auctor* comitiorum Centuriatorum & Curiatorum, *est, qui habet comitia, iisque præest.*

15) Verr. V. 67. *Senatores dicuntur* auctores judiciorum & juris, *quia judicia haberi volunt, ea administrant, & suum cuique jus reddi volunt.*

16) *Senatus quo sensu* auctor *sit*, Patres auctores *fiant.* v. in *auctoritas senatus.*

17) Or. I. 45. auctor *dicitur de ingenio. v. Jens. Lect. Lucian. I. 8.*

AVCTORITAS *tribuitur ei, qui, quocunque sensu, auctor* 1) *est, nunciando, jubendo, suadendo, inveniendo, docendo, vendendo, testando, defendendo, rogando, exemplum præeundo &c. aut* 2) *esse potest, aut* 3) *esse posse putatur. Est ergo*

1) auctoritas *ejus, qui primus quid invenit & fecit.* Invent. I. 28.

2) *sententia judicum; non solum, quia auctores sunt condemnationis vel absolutionis, sed etiam, quia eo ipso auctores sunt alicujus rei omittendæ, vel licentiæ, ejus faciendæ impune.* Verr. III. 94. providete, ne *auctoritate* vestra, (*sententiis vestris absoluto*

Verre) avaritiæ viam patefaciatis illustrem atque latam.

3) *est defensoris & accusatoris.* Sull. 1. quantum ille, (*accusator*) de mea *auctoritate* deripuisset. Verr. III. 5. expectate *auctoritatem* accusationis meæ. i. e. *dum ego vobis accusando fiam auctor Verris condemnandi.*

4) *est confirmantis aliquid, sed ita, ut differat ab ea, quæ est testimonium dicentis.* ad Quir. p. R. 7. audistis non solum *auctoritatem* (*sc. dicentis a me remp. servatam*) sed etiam testimonium.

5) *exemplum.* Sext. 6. reipubl. capessendæ *auctoritatem* præscribere. *sc. commemorando ejus tribunatu.* Tusc. II. 22. valuit *auctoritas* &c. Leg. I. 13. in disserendo aliorum *auctoritati* parere. *h. e. ea methodo uti, qua alii usi sunt.* Verr. III. 93. Antonii facto atque *auctoritate* defendito. V. 32. *auctoritas* majorum. i. e. *quæ majores fecere, ut nobis exemplum præirent.* Læl. 21. utrumque egit graviter, *auctoritate* & offensione animi non acerba *h. e. ut non daret exemplum amicitiæ acerbe ruptæ.* Rosc. Am. 6. *auctoritate* causam nobilitatis defendit *scil. apud municipes suos, quod exemplo suo suaderet, nobilitatis partes sequi.* Verr. III. 19. *auctoritatem* superiorum prætorum repudiare.

6) *consilium.* Att. X. 1. *auctoritas* ejus mihi vivit, h. e. *etiam mortui consilium sequor.* Off. III. 30. eorum *auctoritate* pax facta. cf. Cato. 6. Off. III. 27. I. 23. ad Div. VI. 6. Verr. I. 42.

7) *est philosophorum, quorum sententias libenter amplectuntur homines.* Acad. IV. 22. inconstantia levatur *auctoritas; quod eos non facile auctores sequimur, qui inconstantes sunt in sententiis.* Off. I. 1. summa doctoris *auctoritas* & urbis; *quia eruditissimus est, adeoque bonus auctor philosophiæ, & in urbe inventa est philosophia.* Div. I. 39. nemo philosophus aliter sensit, in quo esset *auctoritas.* Off. III. 29. maxima *auctoritate* philosophi. Acad. IV. 3. ad unius se *auctoritatem* conferre.

8) *opinio insignis de alicujus virtute, doctrina &c.* Verr. III. 90. *auctoritas* eorum est tanta, ut etiam delicti suspicionem tegere possit. Manil. 15. Imperatoris *auctoritas.* Verr. I. 2. judiciorum *auctoritas* constituta. Brut. 67. *auctoritate* eget, *de eo, cujus nullum nomen in patronis causarum erat, cum diligentissimus esset.* Leg. I. 5. nunc ab uno magna *auctoritate* & scientia sustinetur. Cato. 18. non cani, non rugæ repente *auctoritatem* afferre possunt.

9) *quæcunque res, cujus aliquis auctor est.* Acad. I. 9. *auctoritas* veteris disciplinæ (*sc. Academicæ*) *h. e. disciplina, cujus veteres Academici auctores fuere.*

10) *auctoritate alicujus utimur, cum eum auctorem, approbatorem, consentientem nobis, dicimus.* Div. I. 43. leges suas *auctoritate* Apollinis confirmavit. Acad. IV. 5. in eorum *auctoritate* delitesceret. Div. I. 1. ut ab ultimis *auctoritatem* repetam. Tusc. V. 12. hujus sententiæ gravitas a Platonis *auctoritate* repetatur: *inde, quod auctorem habet Platonem.* Læl. 1. sermo positus in veterum homi-

hominum *auctoritate*. i. e. *qui a veteribus habitus dicitur*.

11) *narrantis & testimonium dicentis fides, item, rebus narratis &c. facta fides*. Offic. II. 9. Att. V. 21. Flacc. 22. *auctoritatem* esse in eo testimonio &c. Div. II. 54. *auctoritatem* nullam debemus rebus commenticiis adjungere. ibid. 17. 22. quid haruspicina *auctoritatis* habeat. ibid. 59. somniorum *auctoritas*. Læl. 25. cum ad vanitatem accessit *auctoritas*. h. e. *si is assentatur, qui auctor esse posse, qui fide dignus videtur*.

12) *approbatio*. Tusc. IV. 34. amori *auctoritatem* tribuere. cf. Phil. III. 2. Div. I. 3.

13) *sententia, cujus se quis auctorem profitetur, judicium de re aliqua*. Cluent. 50. errat, si quis in orationibus nostris *auctoritates nostras* se consignatas habere arbitratur. Manil. 22. *auctoritatem* suam defendere. ibid. 20. Catuli *auctoritas* & sententia. Nat. III. 3. mihi hoc persuasum est, *auctoritate* majorum. i. e. *quia majorum sententia fuit*. cf. Læl. 4.

14) *quicquid facimus, quo auctores alicujus rei faciendæ, credendæ, fieri postulamus*. Cluent. 42. *auctoritas* censoria, *dicuntur notæ censorum, quibus auctores fiunt, aliquem criminis cujusdam reum esse*. Nat. D. III. 38. utrum poëtæ Stoicos depravarint, an Stoici poëtis dederint *auctoritatem*. i. e. *amorem probando, fecerint, ut poëtæ tam multa de amore &c.* ad Qu. Fr. I. 3. spero, si quid mea spes *auctoritatis* habet.

15) *ejus est* auctoritas, *qui primus legem scivit*. Dom. 31. sc. *quia reliquis est auctor legis scindæ, & primi suffragium plerumque tota prærogativa, ut prærogativæ ceteræ centuriæ sequuntur. v. Prærogativa*.

16) *voluntas jubentis, rogantis, hortantis*. Or. I. 23. ibid. 1. Verr. I. 40. *auctoritas* patris.

17) Off. I. 26. amicis major quam ante tribuenda *auctoritas* h. e. *plus eorum consilio, quam ante utendum. Est ergo ista* auctoritas, *cum quis dignus judicatur, qui consulatur, cui pareatur*.

18) *literæ, tabulæ & quicquid prodest ad faciendam fidem. Sic* Verr. III. 62. *auctoritates* civitatum, *sunt literæ publicæ e tabulariis, & testimonia per legatos*. ibid. 71. *auctoritates* societatum, *sunt tabulæ earum & literæ, quæ erant tamquam auctores, testes, furtorum Verris*.

19) auctoritas *tribuitur etiam locis. Sic* Manil. 1. *de suggestu pro rostris, e quo magistratus cum populo agebant: auctoritatem* hujus loci nondum attingere potui; *quia sc. ex eo loco populo fiebant auctores legum jubendarum, antiquandarum &c. Similiter* Off. I. 1. *auctoritas* urbis Athenienſis.

20) auctoritas est *etiam eorum, quorum consiliis, jussis, voluntati libenter obedimus*. Cato. 17. non solum in sententia, sed etiam in nutu residebat *auctoritas*. Leg. III. 15. *auctoritatem* optimatium legem tabellariam abstulisse; *quod hac perlata licebat in suffragiis suam voluntatem sequi, non optimatium*. ibid. 17. reliqua voluntas *auctoritati* traditur aut gratiæ.

21) *genus venditionis, cum venditor est auctor* (*v. auctor n.* 11.) *& actione tenetur de evictione*.

Muren. 7. multæ domus sunt - jure optimo, jure privato, jure hereditario, jure *auctoritatis*, jure mancipii, jure nexi. *v. Salmas. de Usuris p.* 207. *s. Hinc eleganter transfertur, ut:*

22) *auctoritas sit eorum omnium, qui aliquid se feciſſe, aut fieri juſſiſſe, ſuaſiſſe profitentur.* Sull. 11. defugere *auctoritatem* conſulatus ſui. i. e. *nolle fateri, ſe auctorem eſſe eorum, quæ in conſulatu facta ſint.* cf. *Terent. Eunuch. Act. II.* 4. 105.

23) *jus rei ſuæ vindicandæ. ſ. ipſa actio pro rei ſuæ evictione & vindicatione, cui locum facit illa altera auctoritas n.* 21. Cæcin. 19. *auctoritatem* fundi & uſum lex jubet eſſe biennium. cf. Top. 4. Off. I. 12. ejus rei æterna *auctoritas.* i. e. *ſemper vindicari, evinci poteſt, nunquam uſu capi. v. inprimis Salmaſ. de Uſuris c.* 8. *p.* 210. *ſ.*

24) *eſt & imperatoris, quod milites ea faciunt, quorum auctor eſt, quæ jubet.* Phil. III. 3. legio *auctoritatem* Cæſaris perſecuta eſt. ad Div. X. 28. ſi legiones ſe ad Cæſaris *auctoritatem* contuliſſent.

25) *nomina eorum, qui alicujus rei auctores ſunt.* Sull. 13. *auctoritates* principum conjurationis colligebat. h. e. *qui eſſent principes conjurationis, quod, ſi eſſent magnis nominibus homines, facilius eſſent auctores Allobrogibus futuri &c.* Nat. D. III. 4. *auctoritates* contemnis, ratione pugnas. Or. III. 2. *auctoritates* perſcriptæ. *Sunt nomina eorum, qui ſcribendo aſſuerunt SCto, & quorum nomina SCto præponuntur. An dicendum ſit* perſcriptæ præſcriptæve? *vid. perſcribo.*

26) *poteſtas jubendi, ſtatuendi &c. atque adeo licentia.* Verr. II. 49. habet *auctoritatem* legum dandarum a ſenatu. V. 58. tantum ſibi *auctoritatis* ſuscepit. *ſc. ut juberet homines interfici.* Phil. VIII. 8. *auctoritatem* reip. ſecum attulerat: *eam poteſtatem habebat, quam ipſa respublica, ut ipſa adeſſe & cum Antiocho agere videretur.* Nat. D. III. 35. oratio hæc videtur *auctoritatem* afferre peccandi.

27) *quæcunque & in quocunque genere vis.* Leg. II. 7. antiqua verba plus *auctoritatis* habent. ad Div. VI. 6. Conſtitui apud te augurii *auctoritatem* h. e. *tuæ prædictiones augurii vim habebunt.* Div. I. 18. *auctoritatem* vetuſtatis habet. i. e. *valet, quia vetus eſt.* ad Div. IX. 9. preces meæ apud eum non minus *auctoritatis* habent. Off. III. 30. utilitatis ſpecies ab honeſtatis *auctoritate* ſuperata eſt. h. e. *honeſtas plus valuit.* ad Div. I. 7. *auctoritatem* habet officii noſtra propugnatio potius, quam ſententiæ.

28) auctoritas *eſt hominum honoratorum & potentium, quatenus veremur ipſos lædere, iis negare aliquid &c.* Verr. I. 48. Ligur (*Senator*) non dubitabat, quin æquitate cauſæ & *auctoritate* ſua commovere hominem poſſet. -- ad extremum petere cœpit, ne usque adeo ſuam *auctoritatem* contemneret gratiamque deſpiceret.

29) *ſpecies & oſtentatio magnæ eruditionis & ſapientiæ &c. aſſumta,* Div. II. 67. de atomis Democri-

mocriteis: Nec cognovi quemquam (*præter Democritum*), qui majore *auctoritate*, nihil diceret.

30) *solatium*, ad Div. VI. 6. animum tuum hominis amicissimi -- *auctoritate* confirmandum puto.

31) *augurum auctoritas*. Leg. II. 12. maximum jus est augurum, cum *auctoritate* conjunctum. ib. nihil sine augurum *auctoritate* posse cuiquam probari. *Sc. Augures sunt auctores rerum gerendarum & omittendarum. Hinc auguria & auspicia ipsa dicuntur* de har. resp. 14. rerum gerendarum *auctoritates. Huc pertinet* religionum *auctoritas, qua respublica regi dicitur* Div. I. 40.

32) *ipsum decretum, & quod decretum est*. Leg. II. 19. hæc jura Pontificum *auctoritate* consecuta sunt. ibid. 21. maneret Pontificalis *auctoritas*.

33) Senatus auctoritas; *quamquam in genere est voluntas senatus & quicquid senatus decrevit*, approbavit; *tamen non una ejus est interpretatio. Itaque distincte de ea agemus.*

a) Leg. III. 12. potestas in populo, *auctoritas* in senatu sit. *Cum Romulus senatum instituisset, ejus auctoritas omnis in hoc uno cernebatur, ut consultus a rege, quid de quaque re videretur, diceret. Eo tempore igitur* auctoritas senatus *nihil erat, nisi* consilium senatus. Liv. I. 9. tum ex *consilio patrum* Romulus legatos circa vicinas gentes misit. *Romulo mortuo, cum plebs novum regem creare cogitaret, idque Patres impediri non posse viderent, ipsi regis creandi auctores fuere. Atque hic accessio aliqua auctoritatis Patrum facta est, quæ in hoc cernebatur, quod primo comitia regis creandi haberentur* auctoribus patribus, *h. e.* jubentibus s. permittentibus, *&, quod in iis populus jusserat, non valeret, nisi* patribus auctoribus h. e. *probantibus. v. Liv. I. 17. His terminis circumscripta mansit auctoritas Senatus, donec exacti reges essent, & iis succederent consules annui. Quamquam enim consulibus nihil deminutum erat ex potestate regia, auctore Livio II. 1. tamen, quoniam summa potestas a Bruto ad populum traducta, & cum eo agi cœptum erat, si quid fieri extra ordinem consul vellet, ex eoque alterum genus comitiorum exstiterat, nempe legibus ferendis, ea auctoritas Senatus, quæ in comitiis creandis regibus & postea Consulibus fuerat, ad comitia legibus ferendis traducta est. Liv. II. 2. extr.* Brutus ex SCto ad populum tulit, ut omnes Tarquiniæ gentis exules essent. *Accessit illud ex nova reipublicæ descriptione*, ut Senatus auctoritate uterentur magistratus, & (*tantum*) quasi ministri gravissimi consilii essent, Cic. Sext. 65. *ut adeo non solum ad comitia auctoritas Senatus pertineret, sed ad omnia, quæ vel a populo, vel a Consulibus agerentur. Ita celeriter ad ἀκμὴν Senatus auctoritas pervenit. Et id quidem, quod ultimum accessit auctoritati Senatus, mansit perpetuo: quæ autem ad comitia pertinebat, ea ita sensim imminuta, ut nihil pæne præter nomen restaret. Hinc Livius I. 17.* hodie in legibus magistratibusque rogandis

usurpatur idem jus, vi ademta: *quod quam vim habeat, egregie, ut omnia, ex historia Rom. demonstrat Gronov. Observ. I.* 25. *Imminuta est primum tributis comitiis, lege Publilia & Lætoria inductis, & Patribus e concilio plebis submotis, & plebejis magistratibus tributis comitiis creari cœptis. Liv. II.* 56. *deinde legibus latis, ut plebiscita etiam patricios obligarent, Horatia Valeria, Liv. III.* 55. *Publilia VIII.* 12. *& Hortensia. Liv. Epit. L. XI. Gell. XV.* 27. *Porro cum rogationibus tribunitiis de modo agrorum, fœnore, de altero consulatu latis, post longas seditiones, Senatus coactus est SCtum facere, quo Patres auctores omnibus ejus anni comitiis fierent. Liv. VI. extr. Tandem lege Publilia Liv. VIII.* 12. *& Mœnia* (*vid. Ind. LL.*) *qua legum, quæ comitiis centuriatis ferrentur, ante initum suffragium Patres fieri auctores jussi sunt. Quid? quod alterum genus auctoritatis, quod in decretis faciendis erat, quodammodo imminutum est per tribunos, qui intercedendi potestatem habebant, & id irritum sæpe faciebant, quod Senatus decreverat. Talem igitur auctoritatem Senatus Ciceronis temporibus cogitare debemus, cum ei tamquam propria quædam res tribuitur. Nam, quemadmodum* equestris ordinis *est* splendor, plebeji libertas Sext. 65. universi populi, majestas & potestas: *sic* Senatus *est* auctoritas.

b) *SCtum.* Leg. II. 15. *Senatus* vetus *auctoritas* de Bacchanalibus. ad Div. I. 2. *Senatus auctoritas* interceserat. Offic. III. 30. sine *Senatus auctoritate* fœdus fecerat. &c.

c) *SCtum, cui a tribuno pleb. intercessum est.* ad Div. VIII. 8.

d) *voluntas Senatus, non decernendo, repugnando &c. significata.* Cato. 4. C. Flaminius agrum Picenum contra *auctoritatem Senatus* viritim dividebat.

e) *consilium Senatus.* Sext. 65. *auctoritate Senatus* uti magistratus. sc. *consulendo, eorum consilium relatione exquirendo.*

f) *opinio insignis de prudentia, æquitate Senatus &c. quæ facit, ut eum malint omnes auctorem sequi.* Cluent. 55. vident *auctoritatem* hujus ordinis confirmari.

AVCTORAMENTVM. *pretium aut merces auctorati, h. e. ejus, qui se sua sponte alicui in servitutem addixit, inprimis ad gladium. Nomen inde ductum, quod sit ipse auctor libertatis amittendæ.* Offic. I. 42. Est enim illis ipsa merces *auctoramentum* servitutis. *vid. Salmas. de mod. Usur. p.* 861. *sqq.*

AVCVPARI. Cæcin. 18. verba *aucupari.* i. e. *nimis verbis inhærere in interpretando, & ita calumniari.* Att. VI. 8. *aucupaturi eramus* tranquillitates (*maris*) i. e. *exspectaturi.* Sext. 55. omni ex genere orationem *aucupari.* i. e. *materiam nimis studiose quærere, in qua ornamenta locum habeant, in qua te jactare possis. v. Gron. ad Sen. Controv.* 21. *Hinc*

AVCVPIVM. Or. 25. *aucupium* delectationis & quadrandæ orationis industria. i. e. *nimium studium auditoris delectandi.* Cæcin. 23. *aucupia* verborum & literarum tendiculæ. v. *aucupari.* * Fin. V. 11. Phi-

Philocteta propagabat vitam *aucupio* sagittarum.

AVDACITER. Senect. 22. *ubi v. Græv. & Guil. Intt. Liv. XXII. 25. inpr. Dukerum.*

AVDIENTIA. in Cæcil. 13. *audientiam* sibi facere. cf. Or. II. 80.

AVDIO. *eleganter adhibetur, cum concedimus adversario aliquid, ut sit: esto, sit ita.* Verr. II. 59. 60. Rosc. Am. 18.

AVDITIO. *rumor.* Planc. 23. *auditiones* fictæ. ad Div. VIII. 1. tenuissimam *auditionem* de ea re accepi. * Verr. I. 46. *auditione* expetere cœpit feminam. i. e. *cum tantum audisset, eam formosam esse.*

AVDITOR. Dom. 24. ille ne *auditor* quidem suæ gloriæ, ego etiam spectator meæ laudis esse potuissem.

AVELLO. Tusc. IV. 11. ægrotatio *avelli* non potest.

AVERRERE pecuniam a sociis. Verr. III. 96. *eripere.*

AVERSOR. Verr. V. 58. *aversor* pecuniæ publicæ.

AVERSVS. Or. II. 63. adversus & *aversus* impudicus es. Tusc. IV. 15. *aversus* a ratione. *repugnans rationi.*

AVERTERE. *furari, in rem suam convertere.* Verr. III. 19. *avertere* pecuniam domum. conf. II. 58. I. 4. III. 69. * Att. XVI. 7. qui me a tanta infamia *avertit.* i. e. *prohibuit.* * ad Div. XII. 6. omen *avertant* Dii. *formula, qua utebantur, cum aliquid accidisset, aut dictum esset, quod mali ominis esset. Quare? v. ap. Casaub. ad Theophr. περὶ δεισιδαιμ. p. m. 212.*

AVFERRE. *accipere.* Rosc. 4. qui unquam ad arbitrum, quantum petiit, tantum *abstulit.* * Quint. 5. paucos dies *aufert* a Scapulis. i. e. *impetrat paucorum dierum dilationem. v. Passerat. ad h. l. & Græv. ad VI. ad Div.* 12. * ad Div. II. 7. ne te *auferant* aliorum consilia. ad Div. VIII. 17. bona mens iracundia & amore *ablata. sc.* Auferri *dicuntur, qui affectibus aut quacunque ratione transversi rapiuntur, neque rationem audiunt, atque ita male agunt. v. Gron. ad Liv. XXXV. 12. Dukerum ad Flor. II. 6. Burm. ad Ovid. Her. 6. 31.*

AVGEO. Offic. II. 6. *augere* hominem. i. e. *ejus commodis inservire.* * *est etiam oratoris, cum amplificat.* Or. I. 21. *v. amplificatio.* * Off. II. 20. neque verbis *auget* munus suum.

AVGVR. *interpres omnis auguriorum.* ad Div. VI. 6. quare cum, ut *augures* & astrologi solent &c. * *Sacerdotum genus Romæ, cui interpretatio auguriorum erat publice mandata.* ad Div. VI. 6. ego *augur* publicus. ibid. III. 10. *augurem* olim Romæ cooptari non licebat, &c. *vid. inprimis* Leg. II. 8.

AVGVRALIS. Brut. 77. jus *augurale.* ad Div. III. 11. libri *augurales* i. e. *de jure augurali, quos Appius scripserat.* Divin. I. 33. *augurales* libri Etruscorum. ad Div. III. 11. *auguralis* cœna: *quam dabant novi augures. Varr. R. R. III. 6.*

AVGVRATIO, *auspicium, divinatio.* Div. II. 30. quæ tandem ista *auguratio* est ex passeribus.

AVGVRATVS, *a, um. consecratus; de locis, quæ certis cerimoniis*

moniis consecrantur, cujusmodi loca omnia templa *vocantur.* v. *templum.* Vatin. 10. in illo *augurato* templo ac loco. i.e. *pro rostris.*

AVGVRATVS, *sacerdotium augurum.* Vatin. 9. ne diutius loquar de *auguratu* tuo. Div. I. 17. lituus insigne *auguratus.* * *scientia augurum.* ibid. scientia *auguratus.*

AVGVRIVM. *ipsa actio auspicandi. hinc: augurium* agere, capere &c. Div. I. 17. Offic. III. 16. &c. Div. I. 47. salutis *augurium* (*διώνισμα ὑγιείας*) *Dio Cassius L. XXXVII. p.* 40. *explicat quid sit:* τᾶτο δὲ μαντείας τις τρόπος ἐστὶ πίστιν τινὰ ἔχων, ἢ ἐπιτρέπει σφίσιν ὁ Θεὸς ὑγιείαν τῷ δήμῳ αἰτῆσαι, ὡς ἔχ ὅσιον, ἄτε ἄιτησιν αὐτοῖς, πρὶν συνχωρηθῆναι, γενέσθαι, &c. *cf. Interpr. ad Sueton. August.* 31. *Lipsi. ad Tac. A. XII.* 22. Augurium capere *etiam de privatis dici,* & augurium *etiam pro omine quocunque, atque adeo oraculi dici, docet Cel. Burman. ad Sueton. Aug.* 95. * *interpretatio auspiciorum, & futuri inde prædictio.* ad Div. VI. 6. Constitui apud te auctoritatem *augurii* & divinationis meæ. &c. * Cato. 4. scientia juris *augurii.* cf. ad Div. III. 9. *de quibus locis vid. Gronov. ad Gell. I. præf.*

AVIARIVM. Qu. Fr. III. 1. *locus, ubi aves aluntur, vel necessitatis & utilitatis, vel voluptatis & suavitatis caussa. Ex posteriori genere fuit aviarium, de quo sermo ap. Ciceronem. de aviariis vid. Varr. R. R. III.* 3. & 4.

AVIS. ad Div. VII. 28. quasi *avem albam* videntur bene sentientem civem videre: *proverbialiter de re rara:* Div. I. 16. aversa *avi. i. e. contra auspicia.*

AVLAEVM. *velum pictum, cujus non solum in ædibus* (*Cortius ad fragm. hist. p.* 960.) *porticibus,* (*Propert. II.* 23. 46.) *usus, sed etiam in theatris.* Cœl. 27. deinde scabilla concrepant, *aulæum* tollitur. *de iis est inprimis insignis locus Ovid. Met. III.* 111. *s. cf. Lucr. IV.* 73. *s.*

AVLOEDVS. Muren. 13. Ut ajunt in artificibus Græcis, eos *aulœdos* esse, qui citharœdi fieri non potuerint.

AVRA. *ab vento leniori traducitur ad quamcunque rem, quæ nos aliquo propellit, sc. ut agamus aliquid, aut consequamur; non, quod vulgo existimant, ad favorem tantum levem populi. Nam ipse favor ille* aura *propterea dicitur, quia homines ad eas res agendas impellit, quas agere non conveniebat, aut ne animus quidem erat.* Haruspic. Resp. 20. Sulpicium longius, quam voluit, *aura popularis* provexit. Verr. I. 13. sperat sibi *auram* posse aliquam afflari in hoc crimine, *voluntatis assensionisque* eorum, h. e. *se voluntate eorum & assensione, qui Cn. Carbonem oderint, tamquam aura secunda, ex hoc crimine emersurum & tamquam scopulos prætervecturum.* Muren. 17. totam opinionem (*sc. de eventu comitiorum*) parva nonnunquam *aura rumoris* commutat (*tamquam cursum navis*) Sext. 47. extr. Q. Catulus, quem neque periculi tempestas, neque *aura honoris* potuit unquam de suo cursu dimovere. *Ap. Liv. XXII.* 26. aura favoris popularis, *dicitur de* gratia apud populum,

pulum, *ſed quatenus C. Terentius, qui jam animum attollebat ad conſulatus ſpem, hac gratia ad conſulatum ſe perventurum putabat. XXX. 45. extr. tamen eſt de levi populi favore ſimpliciter.*

AVRICVLA. Qu. Fr. II. 15. Ita me & eſſe & fore ſcito *auricula* infima molliorem.

AVRIS, Arch. 18. *aures* ſuas dedere poëtis. Att. II. 14. ſitientes *aures*. Arch. 6. *aures* defeſſæ. Or. 29. *aures* avidæ & capaces. *ſc. in dijudicandis verborum complexionibus, earumque juſta magnitudine.* Rabir. Perd. 14. *aures* referſit iſtis ſermonibus. Mil. 12. *aures* peregrinantur, neque verſantur in ſermone civitatis. &c. Planc. 27. *aures* hebetes populus Rom. habet. Att. I. 4. dare *aures* ſuas alicui. Orat. 9. Atticorum *aures* teretes & religioſæ. ad Div. XII. 16. noli putare, me hoc dare *auribus* tuis. &c.

AVRVM. Agr. I. 4. *aurum* coronarium. *v. in* Coronar. Flacc. 28. *aurum* Judaicum: quod Judæorum nomine ex Italia & ex omnibus provinciis Hieroſolymam exportari ſolebat. Flaccus ſanxit edicto, ne ex Aſia exportari liceret. &c. *Is eſt locus* de auro Judaico *elaſſicus: ubi v. Interp. inprimis Gothofred. ad Cod. Theod. L. XVI. tit. de Judæis. I. 14. 17. &c. Addictum tandem fiſco Cæſaris.*

AVSPEX. Cluent. 5. *auſpices* nuptiarum. Divin. I. 16. nuptiarum *auſpices*, - qui, omiſſa re, nomen tantum tenent. *cf. Plaut. Caſin. Pr. 86. Liv. XLII. 12. Suet. Claud. 26. Valer. M. II. 1. & ibi interpr. petebant auſpicia, ut nuptiæ auctoritatem haberent. v. plura ap. Juretum ad Symmach. IV. 14.* * Att. II. 7. *auſpices* legis curiatæ; *de Pompejo, qui in auſpicio fuit, dum lex Curiata a Cæſare ferretur.*

AVSPICATO. *auſpiciis captis antea.* Div. I. 1. Romulus *auſpicato* urbem condidit.

AVSPICATVS. *inauguratus, ſacer.* Rabir. Poſt. 8. qui in Campo Martio, - *auſpicato* in loco.

AVSPICIVM. Div. II. 38. aves *auſpicium* ratum fecere. ibid. I. 16. mentitum *auſpicium*. II. 36. augures præcipiunt, ne *juge auſpicium* obveniat, ut jumenta jubeant disjungere. *Juge auſpicium eſt, cum junctum jumentum ſtercus fecit. Feſtus.* Div. II. 36. Prætores *auſpicia* non habent. *i. e. jus auſpicii capiendi.*

AVSPICARI, *auſpicium agere, capere.* Div. II. 36. Prætores - - nec tripudio *auſpicantur. vid. Duker. ad Flor. I. 1. 6.*

AVSTERVS. Or. III. 26. ſuavitas *auſtera* & ſolida, (*opponitur* dulci & decoctæ) *qualis fuit vini Falerni, habens delectationem virilem. nam feminæ dulcia amant.*

AVTHEPSA. Roſc. Am. 46. *eſt vas in ſuperiori parte continens rem coquendam, in inferiori foculum cum igne; qualia hodie etiam adhibentur ad potiones aquæ calidæ conficiendas. Lamprid. in Elagab.* 18. argenteas authepſas *commemorat. ubi vid. Salmaſ. Voſſ. ad Catull. p. 318. Refertur h. l. inter vaſa Corinthia & Deliaca.*

AVXILIARIVS. ad Div. X. 32. militem non modo legionarium, ſed ne *auxiliarium* quidem. Prov. Conſ. 7. *tamen occurrit* cohors

auxiliaria. Est autem cohors legionis pars.

AXILLA. Or. 45. quomodo enim vester *Axilla* Ala factus est, nisi fuga literæ vastioris.

B.

BACCA. *de omni fructu arboreo.* Leg. I. 8. fruges & *baccæ.* Divin. I. 51. *baccæ* arborum. Nat. D. II. 51. idque semen inclusum est in intima parte earum *baccarum*, quæ ex quaque stirpe funduntur.

BACCHARI. Catil. I. 9. quanta in voluptate *bacchabere.*

BACILLVM. *insigne magistratuum in municipiis, loco fascium.* Agrar. II. 34. lictores non cum *bacillis* sed cum fascibus anteibant. *ad quem locum v. Turnebum.*

BAJAE. *proprie quæ sint, dictum in Ind. Geogr. Sed ab illis Campanis omnia balnea calentia* bajæ *vocatæ, item lacus hortorum delicati & suavi frigore. Sic dicuntur* Cœl. 15. 16. 20. *v. Scalig. ad Tibull. III.* 5. 3.

BALBVTIO. *de iis, qui satis clare, quæ sentiunt, dicere nolunt.* Tusc. V. 26. desinant *balbutire* Academici, aperteque & clara voce audeant dicere. * *male inepteque disero.* Divin. I. 1. Epicurus *balbutiens* de Natura Deorum.

BALNEARIA, *balneæ.* Q. Fr. III. 1. Att. XIII. 29.

BARBARIA. Or. I. 26. hæc *barbaria* forensis dat locum vel vitiosissimis Oratoribus. *h. e. turbæ forensis insciti.*

BARBATVLVS. Att. I. 14 juvenes *barbatuli* concursabant. *sc. qui nondum tondentur, qui lanuginem nondum deposuere. v. barbatus.*

BARBATVS. *de juvene, qui lanuginem nondum deposuit.* Catil. II. 10. quos aut imberbes aut bene *barbatos* videtis. *ubi vid. Græv.* cf. Cœl. 14. *Sic & Plaut. Cas. II.* 8. 25. * *de antiquis Romanis, qui barbam alebant; quod factum ad a. V.* 454. *quo tempore primus Africanus barbam posuit. Nam eo anno primum tonsores Romam adduxit e Sicilia P. Ticinius Meno, ut est ap. Varr. R. R. II.* 11. Mur. 12. *barbatis* illis veteribus ridicula videbantur. de Fin. IV. 23. quod antiqui illi, quasi *barbati,* ut nos de nostris solemus dicere, crediderint &c.

BARO, *homo stupidus.* Fin. II. 23. nos *barones* stupemus. cf. Div. II. 70. Att. V. 11. Apud Patronem & reliquos *barones* te in maxima gratia posui; *quo loco male Nizolius principes sc. Epicureæ sectæ intelligi volebat, quam vim apud veteres hoc verbum non habuit. Jocandi causa ita Epicureos ad Atticum Epicureis faventem scribens appellat, ut in epistola ad Pætum ad Div. IX.* 26. *Quæ autem hic de muliere quadam Barone quidam comminiscuntur, nihili sunt.*

BASILICAE. Porticus *grandiores & magnificæ, cujusmodi erant fere circa fora, ubi posthæc etiam judicia exerceri solita, theatra, templa. Suetonius* regias *vocat. Aug.* 31. *item Statius Silv. I.* 1. 22. *βασιλικὴν στοὰν disserte Zosim. V.* 2. *Ios. A. XV.* 11. 5. *Et sic numi Pauli exprimunt.* Verr. IV. 3. forum ac *basilicas* ornare. *Alio autem loco in Verrinis statuis ornatum dicitur Comitium.* Mur. 34. si unius *basilicæ* spatio honestamur. ad Att. IV. 16. *basilicam* in

in foro texere. ad Att. II. 14. *Basilicam* habeo, non villam, frequentia Formianorum.

BATVO. ad Div. IX. 22. *batuit*, inquit, impudenter, depsit multo impudentius. *de coitu dicitur, sumtum e gladiatoria arte verbum, in qua quid sit, rudibus batuere, docet Lipsius Saturn. I.* 15.

BEATE. Fin. V. 29. ut bene, sic etiam *beate*.

BEATITAS. BEATITVDO. *utrumque verbum durum judicat* Nat. D. I. 34.

BEATVS. *otiosus*. Orat. II. 33. Mur. 12. ne se beatum putet. * *dives*. Inv. II. 1. Crotoniatæ cum - inprimis *beati* nominarentur. Nat. D. III. 33. civitas *beatissima*.

BELLE. Att. VI. 1. *belle* curiosus. ad Div. XVI. 4. *bellissime* navigavimus. XIV. 14. *bellissime* mecum esse poteritis. *h. e. commodissime*. Att. IV. 16. hæc quomodo fers? *belle* hercule. *i. e. ut statim ipse interpretatur*, facile. *ibid.* XIII. 33. cecidit *belle* i. e. *festive, lepide*. cf. Orat. III. 26. *init.* bene & præclare quamvis nobis sæpe dicatur, *belle* & festive nimium sæpe nolo. Petit. Cons. 12. *belle* negandum est, ut demonstres necessitudinem, ostendas quam molestè feras, aliis te id rebus exsarturum esse persuadeas: *ex quibus verbis ipsis, quid sit h. l.* belle, *facile intelligitur*.

BELLVS. *urbanus, humanus, qui dolorem dissimulare potest* &c. Att. I. 1. durius accipere visus est, quam homines *belli* solent. ib. V. 10. fero fronte ac vultu *bellis*, sed angor intimis sensibus. * *lepidus, elegans*. ad Div. XIV. 7. Cicero *bellissimus*. * *commodus, probabilis*. ad Div. IX. 2. *bellum* esse, aliquo exire. Att. XV. 11. *bella* juris licentia. Phil. X. 7. satis *bella* affert. * *de eo, qui e morbo convaluit*, ad Div. XVI. 18. &c.

BENE. *valde*. Att. X. 16. *bene* mane. Verr. II. 70. *bene* penitus. * Tusc. I. 35. Pompejo *melius* est factum. i. e. *convaluit*. * *laute*. Fin. II. 8. Hos ego asotos *bene* quidem vivere dixerim, at beate numquam dixerim. *ibid. bene* cœnare.

BENEFICIVM. *eleganter dicitur de homine, qui a provinciali magistratu commendatur & laudatur, ut aut eo facilius honores in republica a populo Rom. consequatur, aut in judiciorum periculis sublevetur. Ea autem commendatio apud ærarium deponitur*. Arch. 5. in *beneficiis* ad ærarium deferri. cf. ad Div. V. 20. Balb. 21. *vid. Gron. de Sestert. III.* 17. * Læl. 25. ad populi *beneficium* sacerdotia transferebantur.

BES. *octo unciæ*. ad Att. IV. 15. Fœnus ex triente factum erat *bessibus. Fœnus bessibus est, cum singulis mensibus pro centum assibus, fœnoris loco, solvuntur duæ tertiæ assis, adeoque annis singulis octo asses pro centenis*.

BESTIARIVS. *genus gladiatorum, qui cum bestiis componuntur. Eorum mentio* Sext. 64. Qu. Fr. II. 6.

BETA. *genus oleris, cujus folia speciem Græcæ literæ referunt*. ad Div. VII. 26. a *beta* & malva deceptus sum.

BIBLIOTHECE. ad Div. XIII. 77. qui *bibliothecen* multorum numorum tractavit.

BIBO. Verr. I. 26. ut Græco more *biberetur*. *Est autem* Græcus mos, *cum merum cyathis libant, salutantes primo deos, deinde*

de amicos suos nominatim. nam toties merum bibunt, quoties & Deos & caros sibi nominatim vocant. Asconius.

BIMARITVS. *duarum mulierum vir.* Planc. 12. *bimaritum* appellas, ut verba etiam fingas, non solum crimina.

BIMVS. ad Div. III. 8. Hortensium roges, ut de sententia *bima* discedat, h. e. *qua censuit, mihi in alterum annum esse provinciam prorogandam.* ad Div. X. 24. legio *bima*, h. e. *quæ duos annos meruit.*

BLANDITIAE flagitiosæ *Apronii* Verr. III. 26. *mihi videntur in eo constitere, quod ei pro scorto fuit. Nam blanditiæ feminis maxime & meretricibus conveniunt.*

BONITAS, *fides.* Off. III. 19. cum alicujus fidem *bonitatemque* laudamus. * *virtus* Læl. 8. 9. *aliquoties promiscue dicuntur* virtus & bonitas. c. 9. virtus & bonitas *pro synonymis junguntur.*

BONVM. Fin. IV. 26. *bonum*, ex quo appellatum sit, nescio. Mil. 12. *dictum Cassianum:* Cui bono fuerit. Rosc. Am. 5. accusant, quibus *bono* fuit *i. e. profuit.*

BONVS. Sext. 66. bona fama *bonorum* i. e. *optimatium, de quibus capiendum semper, cum de republica loquens* bonos viros *nominat. In rebus privatis* vir bonus *est, qui fidem servat.* * *proprie autem* vir bonus *est locuples, qui habet in bonis: cujusmodi homines solent fidem servare, reipublicæ bene cupere, ut est* Att. IX. 12. *de quo vid. Cort. ad Sall. Catil.* 33. *Gron. Obs. IV.* 9. Or. II. 54. *bona dicta, sunt facetiæ, joci acuti. sales.* * Verr. I. 56. *bonum* suo cuique facito. *Erat in lege Verris, quam redemtori operis publici præscripserat, & hanc vim habebat, ut singula genera materiæ bona essent.* * Mur. 7. *bono* genere natum esse. *i. e. amplo & honesto.* * ad Div. IX. 16. *bonam* copiam ejurare. v. *ejurare.*

BOS. ad Att. V. 15. *bovi* impositæ clitellæ. v. *Clitellæ.*

BRACCATVS. Pis. 23. *braccatæ* cognationis dedecus. *Cognatio* braccata *est cum hominibus e natione braccata Gallorum.*

BRACCHIVM. Att. II. 1. molli *bracchio* objurgare aliquem. *h. e. leviter.*

BVCCA. Pis. 11. fluentes & cerussatæ *buccæ.* v. *Fluens & cerussatus.*

BVCCINATOR. ad Div. XVI. 21. quod polliceris, te fore *buccinatorem* existimationis meæ.

BVLEVTERIVM. *locus Syracusis, ubi curia erat.* Verr. II. 21.

BVLLA. *aurea bulla insigne puerorum ingenuorum, cordis figura, quod e collo in pectus dependebat.* Verr. I. 58. sine *bulla* venerat. * *in ornamentis valvarum commemorantur etiam* aureæ bullæ. Verr. IV. 56.

BVSTVARIVS. Pis. 9. *gladiator, qui ad bustum alicujus depugnat, quod in honorem mortuorum fiebat. v. Lips. Saturn. I. 8.*

BVSTVM. Tusc. V. 35. Sardanapalus incidi jussit in *busto* i. e. *sepulcro, monumento sepulcrali. Sic bustum* Basili Att. VII. 9. *item:* Catuli *bustum* Petit. consul. 3. Leg. II. 26. Pœna est, si quis *bustum* (nam id puto appellari

lari τὸ μβον) &c. * Pis. 4. Cum tu interim *bustum* reipublicæ &c.

C.

CADERE. *dicitur de oratione in fine periodi.* Orat. 69. *cadit* oratio. Brut. 8. numerose *cadere.* * in aliquem cadere, *est, locum apud eum habere.* Tusc. III. 4. *Cadit* in sapientem ægritudo. *ibid.* non *cadit* in consuetudinem nostram. * *de iis, qui in pugna intereunt.* Phil. III. 14. *cadere* cum dignitate. * *causam, litem perdere.* Muren. 28. *cadere* in judicio. ad Div. VII. 14. causa *cadent.* * *de eventu rei.* Brut. 40. sed ita *cadebat* &c. &c. * *incidere.* Tusc. IV. 14. non in omnem morbum animus ingenioſi *cadit.* * *venire in potestatem alterius.* Verr. V. 55. *cadere* sub legum & judiciorum potestatem. Att. VIII. 3. *cadendum* in unius potestatem. * *everti fortunis.* ib. XVI. 15. Turpius est privatim *cadere*, quam publice.

CADVCVS. Cato. 15. Vitis natura *caduca* est. * Phil. X. 5. hereditas *caduca.* Orat. III. 31. possessio *caduca.* i. e. *deserta, quam nemo petit.*

CAECATVS. Brut. 76. rapida & celeritate *cæcata* oratio. i. e. *obscurata, quæ intelligi non potest.*

CAECVS. *passive, pro, latens.* Or. II. 87. res *cæcæ.* Agr. II. 14. cur hoc est tam obscurum atque *cæcum.* * *cæcum faciens & obscurum.* Mil. 19. neque *cæca* nox ostendisset Milonem. Dom. 10. *cæcæ* nubes reipublicæ. * Ligar. 1. *cæcus* timor, *est inanis & falsus.* ad Div. VI. 7. *cæcum* timoris tormentum.

CAELATOR. Verr. IV. 24. *artifex argenti cælandi. qui signa vasis illiganda cælat.*

CAELATVS. Verr. I. 36. IV. 19. argentum *cælatum dicunt vasa argentea, quibus signa arte illigata sunt, ut aut tota aut dimidiata emineant, sine quibus* argentum purum *est. v. inprimis Salmas. ad Solinum* p. 735. s. Tusc. I. 35. tecta *cælata.*

CAELARE, *sculpere sigilla ex auro aut argento, quod fit cælo.* Div. I. 36. Hanc speciem Praxiteles *cælavit* argento. *Salmas. l. c. & p.* 774.

CAERIMONIA. *sanctitas.* Rosc. Am. 39. *cærimonia* legationis. * *sacra ipsa.* Mil. 22. *cærimoniæ* violatæ. *de sacris bonæ Deæ, quæ Clodius polluerat.*

CAESIM. Or. 67. *cæsim* dicere. i. e. *per incisa, sine comprehensione verborum.*

CAESVS. Topic. 26. ruta & *cæsa* recipere. cf. Or. II. 55. v. *ruta.* Att. V. 18. inter *cæsa* & porrecta. v. *porrecta.*

CAESTVS *est lorum clavis ferreis, cui manu dextra implicatur, ut pugil eo fortius ferire possit. figuram ejus exhibet Zornius in Bibl. Antiqu. Exeg.* Tusc. II. 17. *cæstibus* contundi.

CALAMISTRVM. *instrumentum ferreum, quo capilli crispantur urendo, unde* calamistrati. *hinc traducitur ad nimia orationis ornamenta.* v. c. Brut. 75. orationem *calamistris* inurere.

CALAMITAS. *tempestas frugibus perniciosa.* Verr. III. 98. *calamitas* fructuum. *hinc ad pernicioſos homines transfertur, qui civitates compilant hominesque re familiari evertunt. Sic Verres*

II. 37.

II. 37. *Calamitas* Siculorum *dicitur.* * *jactura.* Læl. 21. *calamitas* in amittendis amicitiis.

CALANTICA. *tegmen capitis, quo mulieres utebantur, cujus usum propterea Clodio objicit Cicero* in Clod. ap. Nonium.

CALCEVS. Nat. D. I. 29. calcei *repandi.* v. *repandus.*

CALCVLVS. Fin. II. 19. voluptatum *calculis* subductis. Læl. 16. ad *calculos* vocare. * *de ludo duodecim scriptorum*: fragment. Hortens. ut *calculum* reducas, si te dati pœnitet.

CALEFACIO, CALFACIO. *vexo, agito, molestiam creo, negotium facio.* Qu. Fr. III. 2. eodem die Gabinium ad populum luculenter *calefecerat* Memmius. ad Div. VIII. 6. Si vos Parthi nihil *calfaciunt*, nos hic frigore frigescimus. *ibid.* XVI. 18. *calface* hominem.

CALEO. *vexor.* ad Div. VIII. 6. nunc *calet.* * calere *dicuntur, quæ studiose aguntur, jactantur.* Phil. V. 4. *calebant* nundinæ. Planc. 23. crimen *caluit*, re recenti. i. e. *fermonibus vehementer jactatum est. Simili ratione etiam homines dicuntur* calere, *ut* Brut. 66. *calere* in agendo. Att. XV. 6. an ego, cum omnes *caleant*, ignaviter aliquid faciam? * Verr. I. 26. postquam satis *calere* res visa est. *h. e. postquam visi sunt convivæ satis vino calere, animisque esse commoti.*

CALIDVS. Off. I. 24. *calida* consilia. *temeraria & periculosa.*

CALIGA. *genus calcei militare.* Att. II. 3. *de Pompejo:* mihi ejus -- *caligæ* non placebant.

CALIGO. Fin. V. 15. per *caliginem* cernitur. i. e. *obscurius.* * *status reip. perturbatus.* Sen. p. Red. 3. *caligo* anni illius, *de tempore Clodiano.* v. *tenebræ.*

CALLERE. *callum ducere, obdurescere.* ad Div. IV. 5. in illis rebus exercitatus animus jam *callere* debet.

CALLES. Sext. 5. Italiæ *calles* atque pastorum stabula. *Sunt viæ pecorum ex æstivis pastionibus in hibernas commeantium & contra. v. Ursin. ad Varr. R. R. II.* 2. 10. *Unde* silvæ callesque *junguntur. v. Interpr. ad Sueton. Cæs.* 19.

CALLIDE. *intelligenter, solerter.* Or. I. 20. *callide* dicere. Or. 28. *callide* & argute dicere. Cæcin. 5. nihil *callide* agi posse.

CALLIDVS. Nat. D. III. 10. *Callidos* voco, quorum tamquam manus opere, sic animus usu concalluit. * *solers, intelligens.* Nat. D. II. 57. natura nihil est *callidius.*

CALLVM. Tusc. II. 15. Labor quasi *callum* obducit dolori. *ibid.* III. 22. diuturna cogitatio animis *callum* vetustatis obduxerat.

CALVMNIA. *lis, quam alicui sine causa intendimus, ut ei molestiam, & periculum creemus.* Mil. 27. *calumnia* litium fundos alienos petebat. Q. Fr. I. 1. acerrima ministra prætorum avaritiæ *calumnia.* Verr. II. 27. a quo HS. centena millia per *calumniam* malitiamque petita sunt. Cæcin. 7. *calumniam* obtrivit & contudit. *h. e. terrorem litis improbæ.* * *hinc ductæ etiam eæ formulæ, in quibus calumnia significat actionem, judicium calumniæ, aut simile quid, cujus objectum est calumnia.* Cluent. 59. *Calumniam* non effugiet.

giet. i. e. *calumniæ damnabitur.* ad Div. VIII. 8. *calumniam* ferre. i. e. *damnari calumniæ ibid. calumniam* jurare, *den Eyd vor die Gefährde.* * *malitiosa, aut falsa saltem interpretatio.* Cæcin. 21. in frigida & jejuna *calumnia* delitescere. Off. I. 10. existunt injuriæ *calumnia.* ad Div. VI. 7. *calumnia* timoris. *cum propter timorem omnia deterius interpretamur, omnia pejora fingimus.* * *falsus prætextus, uti loquuntur, & quicquid dicimus aut facimus, ut alia de causa & aliud agere videamur, atque agimus.* ad Div. I. 1. *calumnia* religionis. *de eadem re dicit* Q. Fr. II. 2. per obtrectatores Lentuli res *calumnia* extracta est. Att. IV. 3. Metellus *calumnia* dicendi tempus exemit. h. e. *longiori oratione, quæ, non quod opus erat, in sententia dicenda, sed ne SCtum fieri posset, adhibebatur.* Acad. IV. 1. Inimicorum *calumnia* tardius, quam debuerat, triumphavit. * *Captio.* Fat. 14. nec ullam adhibebat *calumniam.* * *inanis reprehensio.* Nat. D. II. 8. effugiunt Academicorum *calumniam.* * *simulatio.* Catil. II. 2. amare *calumnia* cœperat, i. e. *simulato amore.* * Acad. IV. 5. Arcesilæ *calumnia, opponitur* verecundiæ Democriti. *Democriti verecundia in eo consistit, quod ita imbecillos sensus dixerat humanos, ut verum tamquam in profundo puteo latere, nihil pæne sciri posse diceret. Arcesilæ autem calumnia est sive impudentia, qui nihil plane cognosci posse diceret, sive impudens interpretatio dictorum Democriti, Empedoclis, Socratis, qui, non quod ita existimarent, sed modestiæ causa, nihil sciri posse dixerant, & tamen auctores sententiæ suæ ab Arcesila citabantur.*

CALVMNIATOR. *quadruplator, delator, qui falsas lites intendit.* Verr. II. 9. Cæcin. 23. *calumniatoris* esse scriptum sequi&c.

CALVMNIOR. *falsam litem intendo.* Verr. III. 15. *calumniandi* quæstus. * *tempus fictis causis ducere.* Sen. p. Red. 11. meque, si diutius *calumniarentur*, redire jussistis. Quint. 21. jacet res in controversiis, isto *calumniante*, biennium. * *de iis, qui falso omnia timent, propter timorem omnia pejora fingunt.* ad Div. IX. 2. sed *calumniabar* ipse. &c. *conf. calumnia. ibid.* 7. nam quod antea *calumniatus* sum (*sic enim cum Grævio legendum*) indicabo malitiam meam.

CALX. *Locus in circo, calce olim notatus, post creta* (*Senec. ep.* 108.) *ubi cursu exacto victor consistebat & præmium accipiebat. Plin. VIII.* 42. *XXXV.* 17. *Salmas. ad Solin. p.* 642. *Lipsi. Lect. Ant. V.* 10. *unde formulæ hæ:* Tusc. I. 8. Video *calcem*, ad quam cum sit decursum &c. Læl. 27. e carceribus ad *calcem* pervenire. Cato. 23. a carcere ad *calcem* revocare. Fr. Hortens. ap. Sen. l. c. quoniam sumus *ab ipsa calce* ejus interpellatione revocati. *Unde patet falsum esse, quod putat Salmasi. ad Solin. p.* 642. *Calcem Circi esse generis masc. & a calce pedis sumi: quia sit terminus cursus Græcisque τέρμα dicatur.*

CAMARA. Q. Fr. III. 1. *tectum conclavis fornicibus suspensum, & arcuatum. Vox Græca.*

CAM-

CAMPESTER. Haruſp. R. 20. *campeſter* quæſtus, *eſt pecunia a candidatis accepta, a Campo Martio dicta, ubi magiſtratus creabantur.* Cœl. 5. ludus *campeſter, eſt exercitatio corporis, cujus plura genera erant, quibus juvenes in Campo Martio utebantur.*

CAMPVS. *de Campo Martio ſimpliciter dicitur* v. c. Nat. D. III. 27. &c. Act. I. in Verr. 7. Or. II. 19. * *de quacunque re, quæ magnam facultatem alicujus rei præſtat.* Cæcin. 29. me ex *campo* æquitatis ad verborum anguſtias & omnes literarum angulos revocas &c.

CANCELLI. Verr. III. 59. *cancellos* alicui circumdare, *dicimur, cum cavemus, ne quis pro libidine male facere poſſit, ducta dicendi ratione a beſtiis, quibus cancelli circumdantur, ne effugere, aut nocere cuiquam poſſint.* * Sext. 58. *cancelli* fori. *ſepta. v. Salmaſ. ad Hiſt. Aug. T. II. p. 80.*

CANDIDATORIVS. Att. I. 1.

CANEPHORAE. Verr. IV. 3. *ſtatuæ referentes ſpeciem virginum ſacerdotum Cereris, quæ in ſolemnibus Cereris bina caniſtra ferebant, & inde Canephoræ dicebantur. v. Spanhem. ad Callim. Hymn. in Cerer.*

CANESCO. Or. 2. cum oratio jam *caneſceret*, haberetque ſuam quandam maturitatem & quaſi ſenectutem.

CANIS. *aſſecla.* Att. VII. 3. Clodii *canis.* * *de homine qui ad inveſtigandas & odorandas res adhibetur.* Verr. I. 48. multa *canibus* ſuis opus eſſe, quos circa ſe haberet. &c.

CANO. Verr. I. 20. Agr. II. 26. intus *canere. proverbium in eos, qui omnia ad ſuam utilitatem referunt: ducta dicendi ratio a ſtatua quadam, cithariſtæ ſpeciem exhibente, qui intus caneret, hoc eſt non dextra manu uteretur, & ab exteriori parte chordas plectro percuteret, ſed ſiniſtra tantum ab interiori parte chordas carperet, atque ita totam cantionem perficeret. v. Aſcon. ad Verr. I. 20. & Voſſ. ad Catull. p. 144. ubi explicatio loci Ciceroniani affertur ex ineditis Vulcatii Gallicani expoſitionibus in Verrinas.*

CANTHARIS, *genus inſecti venenati & mortiferi.* ad Div. IX. 21. C. Carbo, accuſante L. Craſſo, *cantharidas* ſumſiſſe dicitur. Tuſc. V. 40. mortem minitanti, magnum vero, dixit, effeciſti, ſi *cantharidis* vim habuiſti.

CANTHERIVS. Nat. D. III. 5. ad Div. IX. 22.

CANTICVM. ad Div. IX. 22. noſti *canticum. Eſt locus e Comœdia aut tragœdia. v. Interpretes ad h. l. & in* Cantor.

CANTILENA. *de notiſſimis & crebro uſurpatis obſoletisque dictis, verſibus, præceptis* &c. Or. I. 23. *cantilena* e ſcholis; de *vulgatis rhetorum præceptis.* Att. I. 16. ut crebro mihi inſuſurret Epicharmus *cantilenam* illam ſuam, *νῆφε* &c. * *de re, quæ fama & ſermonibus hominum jactatur. fama.* ad Div. XI. 20. Crede mihi, totam iſtam *cantilenam* ex hoc pendere, ut quam plurimum lucri faciant.

CANTIO, *incantatio.* Brut. 60. idque veneficiis & *cantionibus* Titinniæ factum eſſe dicebat.

CAN-

CANTOR, *histrio*, Sext. 55. *cantorum* convicia. Tusc. III. 19. *cantores* Euphorionis. *quo loco etiam interpretantur laudatores. v. Salmas. ad Hist. Aug. T. II. p.* 433. 842. * *hinc ducta ea ratio, cum* cantorem alicujus rei *dicunt, qui eam sæpe multumque, ut actores fabulas, decantat.* Or. I. 55. Legulejus quidam, præco actionum, *cantor* formularum, auceps syllabarum.

CANTVS. Orat. 18. Est etiam in dicendo quidam *cantus* obscurior.

CAPAX. Orat. 29. Ipse Demosthenes - non semper implet aures meas: ita sunt avidæ & *capaces*. h. e. *quibus dicendo inprimisque amplificando satisfieri non facile potest.*

CAPEDO & CAPEDVNCVLA. *vasculum ex eo genere, quo in sacris utebantur.* Parad. 1. Nat. D. III. 17.

CAPESSERE. *capere.* Nat. D. II. 47. *capessere* pastum. * *invenire.* Div. I. 20. quærere te, neque corde posse *capessere. e Poëta.* * *capessere* rempublicam, *est cum accedere ad rempubl. v. accedere, tum negotium quodcunque publicum suscipere & administrare.* Att. I. 17. Sext. 6. auctoritas *capessendæ* reipubl. *exemplum quod sequi possunt, qui in republica versantur, negotia publica gerunt.* * *moveri ad locum.* Tusc. I. 18. superiora *capessere, adscendere.* Att. X. 9. *capessere* Melitam. Nat. D. II. 45. omnes terræ partes medium locum *capessentes* nituntur æqualiter. * Phil. X. 9. initium libertatis *capessendæ.* i. e. *vindicandæ.*

CAPIO. *assumo, mihi comparo, consequor.* Off. I. 18. consuetudo *capienda, quod illustrat & vindicat Burm. ad Ovid. Art. A. II.* 346. Phil. III. 11. patrium animum *capere.* Nat. D. II. 56. *capere* Deorum cognitionem. Off. II. 10. benevolentia *capitur* maxime *&c.* Phil. V. 18. sensum gloriæ *capere.* Quint. 31. *capere* misericordiam. i. e. *misereri.* * in *sacris* capere *est deligere.* Verr. II. 51. *capere* sacerdotem. Nat. D. II. 4. Vitio sibi tabernaculum *captum.* * *in re pecuniaria,* capere *& bene & male dicitur, male tamen usitatius & sæpius. In bono sensu est* Leg. II. 19. *in malo autem* Verr. II. 10. III. 30. &c. *unde* Verr. III. 40. *adjicitur: per vim atque injuriam* captæ & conciliatæ pecuniæ, *neque erat, quare post Muretum V. Lect. IX.* 19. *Davisius* ceperunt *in* clepserunt, *mutaret.* Fin. V. 25. atque ut reliqui fures earum rerum, quas *ceperunt,* signa commutant, &c. * *decipere.* Muren. 10. Jureconsulti est, cavere, ne sui consultores *capiantur.* cf. Acad. IV. 20. * Pison. 11. non *capiunt* angustiæ pectoris tui tantam personam; *quod paullo post* interpretatur: *sustinere.* ad Div. II. 6. nulla est gratia tanta, quam non vel *capere* animus meus in accipiendo, vel remunerando cumulandoque illustrare possit: i. e. *intelligere & recte æstimare magnitudinem ejus. Sic interpretatur Burm. illud Quintil. Decl.* 372. non est humilis pectoris, libertatem publicam *capere. conf. Schwarz. ad Plin. Pan. p.* 286. *b.*

CAPITAL. *facinus, cui capi-*

tis pœna proposita est. Legg. II. 8. extr. *quamquam nostra editio ibi habet* capitale: *pro quo est ap. Plautum & alios ἀρχαϊκῶς* capital. *neque id adeo apud Ciceronem displicet, quem videmus, ut moris erat, in legis formula archaismis pluribus usum esse. Sæpe autem in libris veteribus pro antiquo* capital *repositum esse a librariis* capitale, *dudum passim monuere, eamque vocem restituere viri docti. vid. Gron. ad Liv. XXIV.* 37. *Tennul. ad Frontin. Stratag. IV.* 6. 3. *Modius ad Justin. II.* 7. *& Viri docti ad Silium XIII.* 155. *& ad Sueton. Calig.* 24.

CAPITALIS, e. *quod ad caput pertinet, in quo caput agitur; quod quale sit, vid. in* caput. *Sic* Verr. II. 39. rei *capitalis* reus. ib. 28. rerum *capitalium* quæstiones. Rabir. Perd. 9. admittere fraudem *capitalem.* * *hinc res periculosæ,* capitales, *dicuntur.* Fin. IV. 12. hostis *capitalis* &c. * *item pernicioſæ.* Off. II. 21. *capitalis* oratio. * *scelerati etiam dicuntur capitales.* Offic. III. 21. *capitalis* Eteocles, vel potius Euripides &c. * *capitales dicimus etiam ingeniosos.* Q. Fr. II. 12. *Philistus dicitur,* Siculus *capitalis* ille, creber, acutus, brevis &c. *de qua vi hujus verbi v. Muret. Var. Lect. II.* 5.

CAPSA. *receptaculum literarum & scriptionum.* in Cæcil. 16. si te semel ad meas *capsas* admisero.

CAPTATIO. Partit. 22. disputandi prudentiam concertatio, *captatioque* verborum imitatur.

CAPTIO, *sophisma, genus disputandi, quo alterum decipimus, fraus.* Fat. 13. omnes ejus generis *captiones* eodem modo refelluntur. Fin. II. 6. *captiones* Dialecticæ. Acad. IV. 14. ab iis quæ clara sunt, quasi præstigiis quibusdam & *captionibus* depelli. *ibid.* 15. *captiones* discutere. Div. II. 17. induitis vos in *captiones,* quas nunquam explicabitis. * Att. X. 15. Servii consilio nihil expeditur. omnes *captiones* in omni sententia occurrunt, h. e. *Servii consilium non mihi satisfacit. Atque omnia adeo consilia in hac causa hujusmodi sunt, ut rem non expediant, nullius consilii exitum invenimus, ut ep. antec. dixerat. Nam quamcunque sententiam, quodcunque consilium capias, semper magna dubitatio relinquitur, semper multæ rationes occurrunt, quibus consilium delectum impugnari potest, semper periculi aliquid subest. Hæc est illius loci sententia; quam nec Manutius cepit, nec qui hunc locum in Lexico Fabr. interpretatus est; quorum uterque de Servio accipit; quasi ei, tamquam JCto, omnes captiones in mentem veniant. Ceterum mentionem JCti Ciceroni captionum verbum in memoriam redegisse facile concedo. nam JCti cavent clientibus, ne ab adversariis capiantur.* v. *in* Capio & Captiuncula. * *ut* fraus *est pro* damno, *sic* captio: *si vera lectio, de quo dubitant quidam, qui malunt* cautio. Att. V. 4. etsi pæne præterii, chartam tibi deesse, mea *captio* est; siquidem ejus inopia minus multa ad me scribis. *Facile apparet sensum hunc esse: mihi fraudi, damno est, quod tibi charta deest, quando ea res eo valet, ut*

ut breves literas accipiam. Captos *dici, qui damnum accipiunt, jacturam faciunt, certum est: neque solum fraude aliorum hominum, sed quacunque ratione. Sic* mente, membris, oculis capti *dicuntur, qui earum rerum jacturam fecere. Et est* captio *sic ap. Plautum & alios, ut dudum Lexicographi docuerunt. Sic* captiosus *pro* damnosus.

CAPTIOSVS, *ad decipiendum accommodatus, paratus.* Acad. IV. 15. *captiosa* interrogatio. Fin. I. 7. qua via *captiosa* (sophismata) solvantur &c. Rosc. Com. 29. o! *captiosam* societatem! * *periculosus, damnosus.* Cæcin. 14. est *captiosum* omnibus, rem ullam constitui ejusmodi. Brut. 52. quam *captiosum* est populo!

CAPTIVNCVLA. *periculum.* Att. XV. 7. Servius pacificator videtur obiisse legationem, & omnes *captiunculas* pertimescere. *Timidum fuisse Servium in bello civili, patet e X.* 14. 15. *Videtur autem verbum sumtum e jure. JCti cum cavent clientibus, omni captionis, periculique generi occurrere student. Hinc pericula, quæ timebat & cavere cupiebat Servius, captiunculæ eleganter dicuntur.* v. Captio.

CAPTO, *allicio.* Inv. II. 52. res nos emolumento *captat.* * *quæro, aucupor, expecto.* Inv. I. 31. inductio est oratio, quæ rebus non dubiis *captat* assensionem ejus, qui &c. ad Div. X. 23. Lepidus desperato adventu meo, quem non mediocriter *captabat.* * *decipere.* Acad. IV. 29. quid enim ad illum, qui te *captare* vult, utrum tacentem irretiat, an loquentem?

CAPVT, * *decretum philosophi.* Acad. IV. 101. Ita nobis tacentibus ex uno Epicuri *capite*, altero vestro, perceptio & comprehensio tollitur. * *summa.* Verrin. III. 35. de *capite* aliquid demere. *ibid.* 11. aliquot nominibus de *capite*, quantum commodum fuerit, frumenti detraxit. * *quod est in quaque re principium & summum, plurimumve valet.* Tusc. V. 34. se jure illo nigro, quod *caput* cœnæ erat, delectatum. Or. I. 35. *caput* est, -- quamplurimum scribere. ibid. II. 82. ad consilium dandum *caput* est. * *auctor rei.* Flacc. 18. *caput* est Græcorum concitandorum Heraclides ille Temnites. Planc. 23. si quid sine *capite* manabit, & cujus auctor non exstet. * *Sed inprimis hæc significatio & obvia & notanda est, cum caput dicitur pro hominis statu, libertatis & civitatis jure, atque adeo vita.* Topic. 4. Si ea mulier testamentum fecit, quæ se *capite* numquam diminuit, h.e. *numquam alicui nupsit, adeoque non transiit in aliam familiam, amissa pristina: quæ est diminutio capitis minima.* v. Diminutio. Causæ capitis *porro*, res capitales, in quibus caput hominis agitur, *sunt, cum aliquis in judicium vocatus est publicum, quo condemnatus locum in senatu, aut alia sui ordinis commoda,* Orat. I. 40. *civitatem, libertatemve amittit, solum vertere cogitur, aut vitam adeo perdit, quod in causa perduellionis fiebat, provincialibus autem & peregrinis, item militibus in aliis causis accidebat, prout erat legibus constitutum. Itaque quoties formula hujusmodi apud Latinos occurrit,*

semper de quibus hominibus, de quibusque causis sermo sit, videndum, & quibus ex legibus causa agatur, iisque quæ pœnæ propositæ fuerint. Nam ita demum, capitis *quæ sit vis, intelligi poterit. Est vero, ubi etiam pro sola existimatione & fama hominum ponitur* caput: *ut* Quint. 4. Ego qui *caput* alterius - defendo - ibid. 19. ut ante se ipse *capitis* damnaret, si satis dedisset. *In eadem oratione causa Quintiana* causa capitis *dicitur. Erat ea tamen privata, pecuniaria, in qua proprie caput non agitur. Sed quia Quintius vadimonii deserti insimulabatur, male autem audiebant, & negligentes dissolutique putabantur, qui vadimonia deseruissent, adeoque lites perderent, propterea capitis causa dicitur, in qua scilicet bona Quintii fama laboret. Sic est etiam* Verr. II. 40. *Non autem proprie hic capitis verbum adhiberi, vel ex* Rosc. Com. 6. *intelligi potest:* Judicia summæ existimationis & pœne dicam *capitis.* * Divin. II. 12. *Caput* jecoris. * ad Div. VIII. 1. quod *capiti* illorum sit, *h. e. illis eveniat, in partem deteriorem. Hanc formulam illustrat Heins. ad Ovid. Her.* 20. 127.

CARCER. *in plural. locus in circo, unde cursus initium fit.* Div. I. 48. Cato. 23. &c. *laudatur etiam in singulari hoc sensu ex IV. 3. ad Herenn. & ita est ibi in edd. nonnullis: sed aliæ, in his Gronoviana habet* carceres: *quam lectionem etiam in Lips. Cod. reperi.*

CARDIACVS. Div. I. 37. Nec *cardiacis* hoc tribuendum nec phreneticis. Cardiaci *autem dicuntur, qui doloribus stomachi laborant, quem veteres Græci καρδίαν appellabant. v. Schol. Thucyd. ad L. II. c. 49. unde angustiæ pectoris, sudorque existunt. vid. Celsus.* III. 19.

CARERE, *quid significet. v.* Tusc. I. 36.

CARITAS. Att. IX. 9. *caritas* numorum.

CARMEN. *formula certa verborum & solemnis.* Mur. 12. Prætori quoque *carmen* compositum est. Rabir. Perd. 4. crudelissimi cruciatus *carmina.* * Fin. V. 15. Sunt enim plurima elementa naturæ, quibus auctis, virtutis quasi *carmen* efficitur. *Nempe elementa naturæ sunt, ut singuli versus, virtus est tanquam carmen ex iis compositum. Concentus virtutis.*

CARO. Pis. 9. Ego istius pecudis ac putidæ *carnis* consilio &c. *de homine stupido.*

CARPERE, *deligere.* Sext. 56. flosculos undique *carpere* ac delibare. Cluent. 46. sed *carpas,* ut velis. i. e. *deligas in quem animadvertere velis. ibid.* in multorum peccato *carpi* paucos ad supplicium non oportet. * Or. III. 49. *carpere* membris orationem. h. e. *non uti comprehensione verborum, sed membratim cæsimque scribere.* * *reprehendere.* Balb. 26. *carpunt* non illo inimico, sed hoc maledico dente.

CASA. ad Div. XVI. 18. *casa* in horto, sc. *frondea, qualis est ap. Ovid. Fast. III.* 527. *e ramis frondea facta casa est.*

CASCVS. Tusc. I. 12. illud erat insitum priscis, quos Ennius *cascos* appellat.

CASSVS, *inanis.* Tusc. V. 41. *cassum*

caſſum quiddam & inani vocis ſono decoratum.

CASTELLANVS. Brut. 73. triumphus *caſtellanus. i. e. de caſtellis.*

CASTELLVM. Div. II. 16. urbem philoſophiæ proditis, dum *caſtella* defenditis.

CASTIGATVS. Tuſc. II. 21. videsne, ut obmutuerit, non ſedatus corporis, ſed *caſtigatus* animi dolor.

CASTIMONIA corporis. Leg. II. 10. *puritas a ſordibus, a Venere &c.*

CASTVS. Phil. XIII. 4. *caſta* res familiaris a cruore civili. Tuſc. I. 3. qui ſe integros *caſtosque* ſervaſſent, *ſc. a vitiis humanis.* Har. Reſp. 13. *caſtiſſimi* luci *i. e. ſanctiſſimi.* Rabir. Perd. 4. *caſta* concio, ſanctus campus. Leg. II. 18. ebur-haud ſatis *caſtum* donum Deo. Roſc. Com. 7. perjurum *caſtus* fraudaſſe dicitur.

CASVS. Flacc. 1. acerbiſſimus reipublicæ *caſus, de conjuratione Catilinæ: dicitur enim de quavis magna calamitate.* ibid. 13. *caſus* eſt in capiendo. ad Div. X. 3. in quo *caſu* interpellatus & adhuc vivit & dicitur victurus; *de vi ſibi ipſi illata a Laterenſe. ibid.* 18. hæc res magnum *caſum* habet, *valde pendet a fortuna. ibid.* 8. Cum in eum *caſum* me fortuna dediſſet, ut aut &c. *da ich in die Umſtände gekommen bin.*

CATADVPA. *cataractæ.* Somn. Sc. 5. ſicut ubi Nilus ad illa, quæ *Catadupa* nominantur, præcipitat ex altiſſimis montibus, ea gens quæ illum locum accolit, propter magnitudinem ſonitus, ſenſu audiendi caret.

CATAMITVS, *cinædus, ſcortum maſculum.* Phil. II. 31.

CATAPLVS. Rab. Poſt. 14. *claſſis, inprimis & h. etiam loco ea, quæ Alexandriam commeabat. vid. inpr. Salmaſ. de mod. uſur. p.* 357.

CAVEA, *locus ubi ſpectatores ludorum ſedent.* Cato. 14. magis delectatur, qui in prima *cavea*, quam qui in ultima ſpectat. cf. Leg. II. 15. &c.

CAVEO, *de Jureconſultis dicitur, cum litigantibus aut aliquid contrahentibus, ſive verbis, ſive ſcripto, oſtendunt, quomodo lis inſtruenda, resque contrahenda ſit, ne cauſa cadant, aut decipiantur.* Mur. 9. *caves*, ne tui conſultores decipiantur. *ibid.* Servius hic nobiscum urbanam militiam reſpondendi, ſcribendi, *cavendi* ſecutus eſt. ad Div. III. 1. *de Valerio JCto:* melius ei *cavere* volo, quam ipſe aliis ſolet. cf. Cæcin. 27. Or. I. 48. * *hinc* cavere *dicuntur etiam* 1) *qui ſibi ſatisdari jubent in re aliqua.* Brut. 5. niſi prius a te *cavero*, amplius eo nomine neminem petiturum. cf. Verr. II. 23. Verr. III. 54. prædibus & prædiis populo *cautum* eſt. 2) *qui aliquid excipiunt in formula pactionis, aut conditionem aliquam paciſcuntur.* Verr. I. 11. viderunt in cautione, cum ita *caverent*, ſi poſt Kal. Jan. in conſilium iretur. 3) *qui alicui quacunque in re proſpiciunt.* Cluent. 59. cum HS. XXX ſcripta eſſent, pro HS. CCC, neque ei ſatis *cautum* videretur; voluit, eum aliquid acceptum referre liberalitati. Leg. II. 21. *v. Caute.* * *prohibere lege, edicto.* Verr. I. 43.

cur hoc, cum in eodem genere sit, non *caves*.

CAVILLATIO. Or. II. 54. *genus facetiarum in toto sermone fusum.*

CAVILLOR, *jocor.* Nat. D. III. 34. atque in eo etiam *cavillatus est.* Att. II. 1. jam familiariter cum ipso *cavillor* etiam & jocor. **jocose perstringo.* Qu. Fr. II. 12. ejus prætextam risu sum *cavillatus.*

CAVPONOR. ex Ennio Off. I. 12. non *cauponantes* bellum h.e. *lucri causa gerentes.*

CAVSA. *res, de qua in judicio agitur, controversia forensis, quæstio finita, Gr.* ὑπόθεσις. *s. ut Cicero definit:* res, quæ habet in se controversiam, in dicendo positam, cum interpositione personarum certarum. Inv. I. 6. cf. Or. II. 19. *Hinc, ubi* res *&* causa *junguntur, P. Manutius,* rem *de toto negotio in se considerato,* causam *de momentis temporum personarumque accedentibus recte capiebat. v. ad ep. 1. L. I. ad Div. p. 11. ed. Græv. Quod quamquam verum est, tamen est, ubi aliter Cicero.* Tusc. I. 48. *causam* rebus a Diis immortalibus judicatam. *Nam eo loco* causa *est quæstio infinita: sitne mors malum nec ne?* res, *quibus ea causa judicata est, sunt exempla hominum, quibus a Deo in beneficii loco mors concessa. Ceterum, quoniam in foro nulla potest esse controversia, sine interpositione personarum, propterea* causa *de quacunque controversia forensi dicitur.* Causæ *forenses autem sunt vel* publicæ, in Cæcil. I. Or. III. 20; *vel* privatæ, Inv. I. 3. Publicæ *sunt, quæ non ad privatum hominem, sed ad universam rempublicam ejusque statum pertinent, quod scelera, de quibus agitur, ei aut directe nocent, ut peculatus, majestas, captæ pecuniæ &c. aut exemplo & periculo publicæ securitatis, ut parricidium &c. unde populus earum judicium lege lata ad se pertinere judicavit, ut aut a se judicaretur, aut, quæstionibus perpetuis constitutis, a Prætoribus, quibus ea obtigissent. vid. Lex Tabellaria Cassia.* Privatæ *autem dicuntur, in quibus privatorum commodum agitur, ut de testamentis & hereditatibus, possessionibus, &c. Ab his causarum generibus judicia etiam vel publica vel privata dicuntur, de quo suo loco. Neque vero solum de forensibus controversiis* causa *dicitur, sed de negotiis quibuscunque, inprimis in quibus personæ certæ interponuntur, ut* Manil. 2. *causa* quæ sit videtis. ad Div. VI. 10. *causa* ea est. &c. *Causa* inferior & superior Brut. 8. *est, quæ vincitur, & quæ vincit. Notanda porro tironibus hæc:* Quint. 10. *Causæ* dictio, *quæ & de reo, & de patrono ejus, b. l. de patrono dicitur, nam uterque* causam *dicit.* v. Rosc. Am. 5. *ubi est de reo, & sic pluribus locis.* Or. II. 25. 30. quod *causam* facit, *dicitur caput causæ, in quo tota causa versatur, s. ut aliis locis dicit, quod rem causamque continet.* * *Quia in causa eorum, quorum est, utilitas atque adeo interdum salus posita est,* causa *dicitur etiam, in quocunque alicujus utilitas versatur: das interesse.* Or. I. 34. *causa* imperii. Manil. 2. *causam* reip. ad me detulerunt, *ad q. l. vid. Grævius.*

Legg.

Legg. III. 4. Senator populi *causam* teneto. * Nat. D. I. 1. *Causam*, id est, principium philosophiæ esse inscientiam. v. *Inscientia.* * *partes etiam dicuntur* causa, *propterea, quod suas quæque pars causas habet & affert, quare aliquid faciat, petat &c.* Marcell. 1. in eadem *causa* esse &c. * *conditio.* Off. I. 31. alius in eadem *causa* non debet. cf. III. 28. Agr. III. 2. soluta sunt in meliore *causa*, quam obligata. * *quod quis petit, contendit; quod, quicquid petitur, aut contenditur, certis de causis petitur & contenditur.* Ligar. 11. *causas* apud te rogantium gratiosiores esse quam vultus. *du sähest mehr auf die Sachen, als auf die Personen.* * *de ratione justa & æqua quare aliquid fit, causa idonea.* Verr. I. 8. cum *causa* accedere ad accusandum. Att. VII. 3. *causam* illa causa non habet. * *pro eo, quod certa & idonea de causa fit.* Quint. 15. omnes *causæ* & necessitudines veteres intercedebant; h. e. *omnes causæ suppetebant, propter quas amici esse alteri debemus & solemus: alibi dixit,* cum eo mihi sunt omnia. v. *de hac phrasi Broukh. ad Tib. III. 3. ult.* * *prætextus.* Dom. 5. in bona fortunasque locupletium per *causam* inopum -- repentinos impetus comparares. * *excusatio.* Att. XI. 7. tuas *causas* nosco. ad Div. XVI. 19. accipio *causam.* Verr. I. omen magis patribus, quam *causa* placuit. ibid. II. o *causam* singularem! o defensionem miseram. ad Div. VIII. 8. *de militibus-causeque* cognoscantur, sc. *propter quas mitti volunt.* v. *Gron. Sest. IV. 3. p. 273. s.*

CAVSIDICVS. Or. 9. qui Lysiam sequuntur, *causidicum* quendam sequuntur. h. e. *qui nihil nisi causas in foro agat. Quo loco sane honestè dicitur, sed tamen cum contemtu quodam.* A patrono causarum *alias distinguitur. v. Burm. ad Ovid. Am. I. 13. 21.*

CAVSVLA. Opt. gen. dic. 3. Lysias parvarum rerum *causulas* scripsit.

CAVTIO. *formula JCti, quo cavetur alicui. v. Cavere.* Orat. 41. In juris scientia est persecutionum *cautionumque* præceptio. ad Div. VII. 18. *cautiones* vestræ. * *Hinc est etiam formula pactionis in genere, quod ea is sibi cavet, qui pactionem facit.* Verr. I. 11. nam ita in *cautione* esse viderunt, cum ita caveretur &c. * *literarum obligatio, qua nobis a debitore cavemus.* Dom. 50. *cautiones* fiebant pecuniarum. ad Div. VII. 18. *cautio* chirographi. *v. Salmas. Mod. Usur. p. 405. 422.* * *omnis res, qua nobis in quacunque re cavemus, ne quid fiat, quod factum nolimus.* Sext. 7. hunc Pompejus omni *cautionis* fœdere exsecratione devinxerat, nil contra me esse facturum. * Off. I. 14. habet res multas *cautiones.* h. e. *in ea re multa cavenda & providenda sunt.* * *declinatio rei prudenter instituta.* Tusc. IV. 6. a malis natura declinamus: quæ declinatio, si ratione fit, *cautio* appellatur. ad Div. XI. 21. quæ *cautionem* non habent, de iis non laboro: *quæ provideri & caveri non possunt.* * Flacc. 13. defendendi facilis est *cautio*, non solum latibulis occultorum locorum &c.

CAVTE. Leg. II. 21. Quid huc accessit e jure civili? Partitionis

caput, scriptum *caute*, ut centum nummi deducerentur, *sc. quia his verbis cavetur heredi a sacris: unde paullo post in eadem re pergit* quod si hoc, qui testamentum faciebat, *cavere* noluisset.

CAVTOR, *qui alicui cavet.* Sext. 7. *cautor* alieni periculi. *In altero loco, quem hic laudat Nizolius, non est in optimis edd.* cautor, *sed* cantor. v. *Cantor. sic & Plautus dixit Epid. III.* 2.

CAVTVS. Muren. 11. *Cauti* Jureconsulti, *sc. quia aliis cavent. v. Cavere.* * *tutus, minime periculosus.* Cæcin. 4. quo mulieri pecunia esset *cautior. h. e. ei magis de pecunia caveretur, tutiorque fieret.* Rosc. Am. 20. in *cautiorem* partem peccaret. * *prudens.* Qu. Fr. I. 4. *cautum* consilium.

CEDO. Mil. 23. *Cedere* legibus, *est, sustinere æquo animo pœnam legibus constitutam.* Sull. 25. *cedere* reipublicæ, *est, aliquid ferre reipubl. causa.* Ligar. 7. *cedere* auctoritati, *est, parere consilio.* ad Div. I. 1. Hortensii sententia *cedit* religioni de exercitu, h. e. *Hortensius censet, non esse exercitum in Ægyptum mittendum, quod libris Sibyllinis ita videatur.* Mil. 1. *cedere* tempori, *est, ea non facere, quæ tempus fieri non sinit, aut quibus propter temporis rationem profici nil potest.* Sull. 16. *Cedo* amicitiæ, *est, ignosco propter amicitiam.* ad Div. VI. 6. *Cedit* ambitiosis voluntatibus, *est, facit, quæ volunt homines ambitionis causa.* Offic. II. 11. Cui exercitus nostri *cesserunt*, h. e. *a quo victi sunt? v. quos laudat Dukerus ad Flor. I.* 14. 2. *II.* 6. 61. Cæcin. 1. *Cedere* in causa, *est, inferiorem discedere, vinci, causa cadere.* Acad. IV. 30. *Cederet* scilicet, *concederet, verum esse, quod dicitur.* ad Div. VII. 3. pudori tamen malui famæque *cedere*, quam salutis meæ rationem ducere. *h. e. malui consulere pudori & famæ, facere, quæ pudor & fama postulant.* * cedere *interdum est simpliciter pro abire, ut in illo* cedere vita &c. Cato. 19. horæ quidem *cedunt* & dies & menses & anni. * *de formula: cedere* foro. *v. Forum.*

CELEBER locus. Partit. 10. *opponitur* deserto. Arch. 3. urbs *celebris* i. e. *abundans incolis & frequens.* Manil. 12. portus *celeberrimus.* Læl. 3. dies *celeberrimus, dicitur, quo Africanus major a senatu, populo, sociis &c. domum deductus erat.* ad Herenn. II. 4. locus *celebris* an desertus. *Sic edd. omnes: Et sic aliquot locis libri Taciti. vid. quæ dixi ad A. II.* 88. *Aureæ ætatis scriptores masculinum semper habent* celeber: *& ubi quidam libri* celebris *edunt, alii tamen alterum habent.*

CELEBRATIO. *confluxus hominum in locum aliquem.* Sull. 26. Quæ domus? quæ *celebratio* quotidiana? * *conventus hominum frequens.* Offic. I. 4. hominum cœtus & *celebrationes* obire.

CELEBRITAS. *conventus & confluxus hominum,* item de *loco, ubi frequentes convenire homines solent.* Tusc. V. 3. totius Græciæ *celebritas, de ludis Olympicis.* ad Div. VIII. 2. *celebritas* judiciorum i. e. *in quibus fit concursus hominum.* Offic. III. 1 in maxima *celebritate* atque in oculis civium viximus. Leg. II. 26. sublata etiam erat *celebritas* virorum & mulierum-

rum - habet enim luctum concursus hominum. *de funeribus.* * Off. II. 13. qui ab ineunte *celebritatis* causam ac nominis habet. *qui ab ineunte ætate certa de causa notus omnibus est.*

CELEBRARE. Or. I. 1. *celebrare* artes, *colere.* Muren. 41. factum esse consulem, nuncii literæque *celebrassent.* h. e. *celebri nuncii literæque nunciassent.* Sull. 2. quorum studio ac dignitate *celebrari* hoc judicium vides, *de advocatis, cum frequentes adsunt.* Or. I. 45. senectuti *celebrandæ* perfugium, *dicitur res, qua efficitur, ut etiam senum ædes celebrentur adeuntium multitudine.* Verr. I. 26. *Celebratur* omnium sermone lætitiaque convivium, *cum omnes convivæ hilariter multisque sermonibus conviviam peragunt.* Prov. Cons. 9. *celebrantur* aures meæ novis nominibus gentium: i. e. *sæpe audio nova nomina.*

CELERIPES. Att. IX. 7. Venit autem eo ipso die ille *celeripes*, quem Salvius dixerat.

CELLA. ædes. Phil. II. 8. *Cella* concordiæ. * *locus, ubi conditur in usus futuros v. c. frumentum, aut vinum.* in Cæcil. 10. frumentum in *cellam, est, quod Provinciali magistratui a provincialibus datur, unde cum suis panem habeat.* v. *Cibaria.*

CELSUS. Or. I. 40. hæc ignorantem erectum & *celsum* vagari magna cum caterva toto foro. &c. *de habitu hominis sibi valde confidentis. Sic & Liv. XXX. 32. extr. ubi* v. *Duker.*

CENSEO. ad Div. IX. 2. tibi igitur hoc *censeo.* * Arch. 6. ex his studiis hæc quoque *censetur* oratio & facultas, *i. e. aut, judicatur, æstimatur, ut Budæus interpretatur ad Pandectas p. m. 16.* quo sensu est etiam in Paradox. VI. 2. *cf. Schwarz. ad Plin. Pan. p. 33. aut, in horum studiorum genere ponitur.* * *est etiam vocabulum proprium Senatorum, cum sententiam dicunt in Senatu.* ad Div. XI. 20. Si tibi videtur, agros eorum militum - his dandos *censeas* ab utrisque nobis. * censere *est etiam in censum deferre apud censorem.* Flacc. 32. in qua tribu prædia *censuisti? ibid.* si aliena *censendo* sua facere posset. Act. I. in Verr. 18. *censendi* causa. Flacc. 32. Sintne ista prædia censui *censendo? h. e. an possint a nobis in censum deferri. In censum autem deferri possunt possessiones, quæ sunt mancipi & juris civilis.* v. Cic. l. c. *cf. Festus in Censui censendo. hinc, qui & nomen & rem apud Censorem defert,* censeri *dicitur. v. c.* Att. I. 15. Flacc. 32.

CENSOR. *magistratus Rom. major, de quo cognoscas licet e L. III. de Legg. c. 3. Cluent 46. Dom. 51. &c.* Fin. II. 10. quæ jam oratio non a philosopho aliquo, sed a *censore* opprimenda est. * *Fuere etiam* Censores *in aliis oppidis, etiam provincialibus, qui censum agunt, ut ex eo tributum conferri possit & exigi: quorum mentio in Verrinis II. 53.*

CENSORIUS. Agrar. I. 2. *Censoriæ* tabulæ, *sunt libri, in quos nomina resque civium & notæ referuntur.* Qu. Fr. I. 1. lex *censoria. v. Ind. LL. de* Censoria notione, notis censoriis, subscriptionibus *v. suis locis.* Or. II. 90. *censo-*

rium opus, *est dignum notæ censoria. Sic est etiam ap. Gell. IV.* 12. *& Plin. H. N. XVIII.* 3. censorium probrum. *pro nota censoria autem ap. Columell. XII. præf. & Sueton. Cæs.* 41. *ubi vid. Casaub.*

CENSVS. *Censoris actio censendi.* Sext. 47. *censu* prohibere, *dicitur Censor, cum aliquem, quia civem esse non putat, bona sua in censum deferre non sinit.* Cluent. 48. cum in equitum *censu* Sacerdos prodiisset: *cum equites censerentur.* * *tabulæ censoriæ.* Arch. 5. *census* nostri. v. *Gronov. Sest. IV.* 1. *hinc etiam bona* in censum deferri *dicuntur.* * *pro re familiari dici, notissimum est.*

CENSVS, *a, um. civis Rom.* Verr. I. 41. neque *census* esset. *v. Ind. LL. in Lege Voconia. Nam ea significatio hujus verbi, cum is* census *dicitur* κατ' ἐξοχήν, *qui centum millia æris habet. v. Gron. Sest. III.* 16. *ut* Classicus, *qui in prima classe censetur, cum etiam ceteri censi sint & classici, huc non pertinet, ut docuit Perizon. de Lege Voconia.*

CENTESIMAE (*int. partes sortis,*) *usuræ sunt, cum singuli asses in mensem solvuntur pro centenis, unde fiunt duodeni in annum. Gronov. de Centes. & Unciis Usur. p.* 481. 631. 632. *inpr. de Sestert. III.* 13. Verr. III. 70. *centesimis* binis fœnerari. i. e. *acceptis duobus assibus pro centenis in singulos menses. unde facile intelligi potest, quæ sint ternæ & quaternæ centesimæ.* Attic. VI. 1. 2. ibid. 1. dico me *centesimas* ducturum. ibid. V. 21. *centesimæ* perpetuo fœnore ducuntur. *rechnen, passiren lassen, de prætore provinciali, apud quem quis syngraphas persequitur.* ibid. VI. 2. *centesimæ* perpetuæ sunt, *cum adjiciuntur quotannis sorti, sine anatocismo. Interpretatur ipse Cicero ibid.* Scaptius *centesimis,* renovato NB. in singulos annos fœnore, contentus non esset. *Iis opponuntur ibidem: centesimæ renovatæ* NB. *quotannis:* Sed *centesimis* ductis ex proxima quidem syngrapha, nec perpetuis, sed *renovatis quotannis. vid. Gronov. Mantiss. Pec. Vet. p.* 414. * Centesimæ, *de quibus dictum, sunt vectigal privatum: ab his differt* centesima, *quæ est vectigal publicum.* ad Brut. ep. 18. Obdurescunt quotidie magis boni viri ad vocem tributi: quod ex *centesima* collatum, impudenti censu locupletum, in duarum legionum præmiis omne consumitur. *Hæc* centesima *solvitur ex rebus venalibus & ærario militari infertur. vid. Lipsi. Magnit. Rom. II.* 4. *Gronov. Sest. III.* 13.

CENTVMVIRI. Cæcin. 24. *sunt assessores judicii centumviralis, de quo statim.* Ad centumviros, *est in judicio centumvirali.*

CENTVMVIRALIS. Cæcin. 18. *centumvirale* judicium, *dicebatur a numero judicum rotunde enunciato. nam judices erant omnino centum & quinque: cum ex singulis tribubus terni deligerentur. v. Festus in Centumviralia judicia. Ad ejus judicii notionem pertinebant causæ plurimæ, quas enumerat Cic. de Or. I.* 38. *sed inprimis hereditariæ. de eo judicio extat elegans libellus Sibrandi Tetardi Siccamæ recusus Halæ a.* 1725. *quem vid. inpr. I. 6. II. 5. & 8.*

quo

quo capite de iis causis ad centumviros actis exponit distinctius, quarum ap. Ciceronem est mentio, aliosque auctores latinos. hinc intelliges, quæ sint causæ *centumvirales* de Orat. I. 38.

CENTVRIAE. *dicuntur partes populi aut exercitus. Nam cum populus a Servio in classes sex descriptus esset, cuique classi etiam certus numerus centuriarum attributus est. Neque centum præcise homines continet: nam ultima classis, in qua aliquot millia fuisse certum est, una centuria continetur. Sed centuria est cujusque numeri aut multitudinis nomen, ut decuria;* Brut. 67. *Centuriæ* paucæ ad consulatum defuere. &c. *v. Comitia centuriata.* ad Div. XI. 16. cum equitum *centurias* tenes, in queis regnas, mitte ad Lupum nostrum, ut is nobis eas *centurias* conficiat. *Erant duodeviginti equitum centuriæ, eæque ad classem primam pertinebant.* Centurias equitum tenet, in iisque regnat, *qui est apud eos gratiosus, in magnaque auctoritate constitutus, ut facile ejus suffragationem sequantur.* Conficere *autem* centurias alicui, *est, facere, ut eum renuncient.* * Agrar. II. 13. *in comitatu & instrumento magistratus provincialis commemorantur* tabernacula, *centuriæ,* supellex. *Turnebus emendabat:* tentoriis. *Grævius suspicabatur, intelligi* centurias fabrum; *neque tamen multum huic interpretationi tribuebat. Non liquet.* * Campanos in *centurias* describit. v. *Centuriare.*

CENTVRIARE. *est, in centurias describere, ad centurias redigere homines, scil. ut militent.* Att. XVI. 9. *Centuriat* Capuæ, dinumerat: jam jamque video bellum. *Liv. XXII.* 38. *de peditibus dicit, de equitibus* decuriare. ad Quir. p. Red. 5. cum *centuriari* homines vidissem &c. *de Clodio, qui homines plebejos, servos convocabat, in ordines describebat, ut pugnarent contra Ciceronem, si resistere legi & Romæ manere vellet.*

CENTVRIATVS, a, um. *comitia centuriata sunt e Servii Tullii instituto, in quibus aut leges a magistratibus majoribus feruntur, aut magistratus majores, exceptis ædilibus curulibus, creantur. Dicuntur ita, quia populus per centurias suffragia fert ex ordine classium, deinde post prærogativam, de qua suo loco, in classibus ex ordine a Servio instituto, unde* jure vocatæ *dicuntur. Cur in centuriatis etiam tribuum mentio, infra, in Tributa Comitia, docebitur.*

CENTVRIATVS. *locus centurionis.* Pis. 36. *centuriatus* palam venditos.

CERA, *pro tabula, cera inducta, cerata.* Verr. I. 36. extrema *cera* nomen infimum in flagitiosa litura fecit. *vid. inpr. Salmas. de Mod. Us. p. 463. 465. s.*

CERARIVM. Verr. III. 77. *pecunia, quæ pro cera datur:* ex omni pecunia, quam aratoribus solvere debuisti, certis nominibus deductiones fieri solebant: primum - deinde, pro nescio quo *cerario.*

CERNO. *judico, agnosco.* Off. I. 20. magnus animus duabus rebus *cernitur.* Tusc. V. 8. quæ genere,

nere, non numero *cernerentur.* * *refertur ad causam, propter quam aliquid facimus.* Leg. I. 18. ubi est gratus, si non eum ipsum *cernunt* grati, cui referunt gratiam. * *pugnare, contendere.* ad Div. VIII. 14. quamdiu civiliter *cernitur*, h. e. *contenditur, non armis, sed iis modis, quibus cives inter se contendere decet, lege, judicio &c.* Off. I. 12. vitam *cernamus* utrique, i. e. *pugnemus de vita.* v. *Perizon. ad Sanct. Minerv. p.* 771. * Cernere hereditatem, *est proprie, deliberare de hereditate, utrum eam velimus adire, nec ne: deinde significat id, quod hanc deliberationem fere sequitur, nempe, adire hereditatem. v. Perizon. l.c. cf. quæ contra Kusterum de hac formula disputat. ibid. p.* 780. *b.* - 795. *& infra in Cretio.* ad Div. IX. 14. Sinas me hanc quasi falsam *hereditatem* alienæ gloriæ *cernere h. e. adire.* Att. XI. 2. eoque ipso die ex testamento *crevi hereditatem* &c. * Leg. II. 9. quibus Diis *creverint*, procurantо: *de haruspicibus, cum respondent, quibus Divis piaculum debeatur.*

CERTARE. Catil. II. 8. *certare* fructibus cum usuris, *dicuntur, qui volunt usuras sortis acceptæ solvere reditibus prædiorum, atque id aut difficillime aut plane non efficiunt.*

CERTVS. ad Div. I. 7. *certi* homines, *quibus fides haberi, epistola recte committi potest.* Rosc. Am. 16. *certum* patrem *dicuntur habere, quorum matres castæ pudicæque fuere. Sic* de Inv. I. 2. *certos* liberos, *pater dicitur habere, cum castam uxorem habet.* Quint. 3. *certus* pater familias, *est diligens, attentus, rerum suarum curiosus. nam statim subjicit:* una in re paullo minus consideratus. ut Verr. III. 75. *certæ* rationes, *opponuntur perturbatis, sine ordine scriptis, interpositis adeoque fide indignis.* Rosc. Am. 19. *Certus* accusator, *fide dignus, qui ita accusat, iis testibus, argumentis, ut fides ei haberi possit, adeoque sui muneris bene gerens. Nam propterea fide dignus est, probatusque, quia eum intelligentem accusationis instruendæ, exercitatum, & munere suo recte fungentem scimus. Non hic reprehendendus erat a Grævio Hotomannus. Ceterum vid. Græv. ad pr. Quint. 3. ad Div. IX.* 19. * Cæcin. 4. *certum* jus non obtinere, h. e. *causam justissimam.* * *opponitur infinito.* Or. II. 10. *certum* genus quæstionis. Rosc. Com. 4. *certa* pecunia, *cujus summa & magnitudo definita est.* * *fortis, confirmato animo.* Att. X. 11. & quo ille *certiorem* me vult esse: *ubi Popma substituebat* fortiorem. *v. Gron. in Stat. p.* 415. *Duker. ad Liv. X.* 36.

CERVICVLA. Verr. III. 19. *Cerviculam* jactare, *gestus erat, quo Hortensius solebat uti, cum aliquid in oratione tractabat, in quo sibi placebat, cui confidebat plurimum. v. in* Cervix.

CERVIX. Orat. 18. in Hortensio reprehenditur mollitia *cervicum*, h. e. *jactatio cervicis* (*v.* Cervicula) *quæ esset mollium effeminatorumque hominum. Sic* eversas cervices *objicit Clitiphoni Syrus ap. Terent. Heaut. II.* 2. 131. *homini molli & effeminato.* Verr. III. 59. qui erunt tantis *cervicibus,*

bus, h. e. *tanta audacia & impudentia.*

CERVLA. Att. XV. 14. miniata *cerula* tua pluribus locis notandæ sunt. *ibid.* XVI. 11. miniatulæ *cerulæ. Scilicet veteres solebant ceram affigere locis librorum, de quibus quærere amplius volebant, aut quos reprehenderent, quod* signare cera *dicitur ap. Vitruv. IX. 3. v. Salmas. de Mod. Us. p. 446. & ad Solin. p. 775.*

CERVSSATVS, *fuco oblitus* Pis. 11. *cerussatæ* buccæ.

CESSIO. Leg. I. 3. *cessio* libera & otiosa, *est, cum quis abit e patria sua sponte otii causa, aut legationis liberæ ergo.* * *Cessio* in jure Top. 5. *est, cum aliquis apud prætorem cedit alicui res suas, cum mancipi tum nec mancipi, addicente vindicanti prætore. vid. Boëth. ad Cic. l. c. ex quo repetit Cajus Inst. II. 1. 6. ubi vid. Intt. Ceterum in jure cessio inprimis fit a debitoribus, qui, cum non sunt solvendo, creditoribus bona sua cedunt. v. Salmas. de Mod. Usur. p. 600.*

CETERI, æ, a. plur. Quint. 3. sane *ceterarum* rerum certus paterfamilias — una in re minus consideratus. *Est elliptica locutio pro: in ceterarum rerum negotio. vid. Hotomann. Obs. IV. 11.* * *Est etiam femininum genus in nominativo & ablativo ap. Ciceronem obvium.* Verr. I. 2. *cetera* audacia. Att. VI. 2. jam *cetera* jurisdictio. Petit. Cons. 13. in *cetera* vita. &c.

CHIROGRAPHVM. 1. *est id, quod Græci χεῖρα Latini* manum, (*v. Salmas. Mod. Usur. p.* 391.) *nos* eines seine Hand, *appellamus.* Phil. II. 4. quo me teste convinces? an *chirographo?* at literæ sunt librarii manu. Att. II. 20. non utar meo *chirographo*, neque signo. Nat. D. III. 74. *chirographum* sex primorum imitatus est &c. 2. *ipsum id, quod manu scriptum est, literæ manu nostra scriptæ.* ad Div. XVI. 21. credidi *chirographis* ejus & affirmationi præsentis Laterensis. ibid. XII. 1. ejus etiam *chirographa* defendimus. &c. 3. *genus cautionis, & id quidem distinctum a syngrapha. de syngrapha suo loco. Chirographum est cautio unius debitoris manu scripta, quales sunt hodie obligationes nostræ & literæ cambiales. de quo genere Salmasius l. c. sed hoc sensu ap. Ciceronem non reperi.*

CHIRVRGIA. Att. IV. 1. diæta curari incipio: *chirurgiæ* tædet. h. e. *armis, vi, nolumus uti.*

CHLAMYDATVS. Rabir. Posth. 10. L. Sulla imperator *chlamydatus.*

CHLAMYS. *est vestis militaris, non omnium militum, sed Imperatoris & honoratiorum, adeoque eadem, quæ Romanis paludamentum, ut docuere Rubenius de lato clavo p. 29. seqq. p. 114. &c. Ferrar. de Re Vestiaria* P. II. L. III. *pluribus capp. sed est tamen proprie vestis Græca, Imperatoribus propria; unde Græci scriptores cum de paludamento Romanorum dicerent, hac voce usi sunt, & postea, cum Græca lingua Romæ notissima esset, hoc vocabulum etiam in latinam linguam traductum. Itaque cum de Romanis rebus sermo est, & chlamydis mentio fit, est ea vox ita uti supra dixi-*

diximus accipienda: ceterum, quando de Græcis rebus, non vestem Romanam significat; sed Græcam a Romana militari differentem. Et sic est, quicquid contra disputet Ferrarius l. c. c. 4. pro Rab. Posth. 10. Rabirio objicitur usus vestis græcæ, qua privati sc. uterentur, h. e. pallii. Defendit eum Cicero exemplis Sullæ & L. Scipionis Asiatici, quorum uterque veste græca usus sit, alter etiam calceis græcis: Sullam chlamydatum, *hunc autem non solum cum* chlamyde, *quod jam ipsum Græcum esset, sed cum* crepidis *etiam in Capitolio videre licere: quod essent hoc vestitum, utut græcarum, genere, aliquando usi, neque, cum usi essent, sermones hominibus dedisse. Hic est sensus illius loci. Sulla & Scipio usi sunt chlamyde & in statua habent chlamydis speciem, non Romanæ, h. e. paludamenti, hoc nihil ad rem: non enim vestis Romanæ usus, etsi alienus a consuetudine, reprehenditur, sed peregrinæ, græcæ: atque hoc ad defendendum Rabirium valet, qui apud Græcos, non Romæ, necessitatis causa, usus est veste græca. Hæ dubitationes & difficultates inde natæ sunt, quod sibi substituta consuetudine sunt verba, res similes, ratione usus, non easdem significantes; cum plebs non intelligat, verba linguarum, in hoc præsertim genere, sibi non satis respondere.* ad Herenn. IV. 47. *Citharœdo tribuitur* chlamys purpurea, coloribus variis intexta, & palla inaurata.

CHORAGIVM, *est apparatus scenicus, atque adeo quicquid sumtus sit in ludis scenicis, quod qui faciunt choragi dicuntur. v. nos ad Xenoph. memor. III. 4. Casaub. ad Sueton. Aug. c. 70. ut alios mittamus. hinc* ad Herenn. IV. 48. *eleganter:* aut aliquod fragile falsæ *choragium* gloriæ comparetur, h. e. *instrumentum falsæ gloriæ, omnia ea, quibus falsa gloria comparatur.*

CHOREVS, *trochæus.* Or. 63.

CIBARIA, *quibus alimur.* Rosc. Am. 20. *Cibaria.* (*int. anserum*) locantur. * cibaria *dicuntur frumentum, quod magistratibus provincialibus eorumque legatis, quæstoribus &c. a provincialibus dabatur, quod &* frumentum in cellam *dicitur.* v. Cella. Verr. III. 93. uberiora facta sunt *cibaria* caritate. Att. VI. 3. *Cibaria* præfecti. cf. ad Div. V. 20. *Græci* cibaria *interpretantur* σιτομέτριον, demensum *Terentio dicitur, v. Salmas. Mod. Usur. c. 4. p. 163.*

CIBARIVS panis. Tusc. V. 35. *est panis nigrior & vilior, qui servis dari solebat, ut ex Isidoro Orig. XX. 2. patet, quem & laudavit Davisius. Nonius autem c. 11. etiam suis temporibus* cibarium *neutro genere de hoc pane dictum tradit, quod olim de omni pane dicebatur. Eadem est adjectivi ratio, quod tamen citius quam substantivum de vilori pane dictum ex hoc Ciceronis loco intelligitur.*

CIBVS. Nat. D. II. 55. animalis *cibus, de aëre.* Fin. V. 19. animi cultus erat ei quasi quidam humanitatis *cibus. Elegans genus dicendi imitatus est Ovid. Rem. Am. 131.* causa cibusque mali. *Metam. VI. 480.* cibus furoris.

CIEO. Or. I. 56. erectum *cieri,*

i. e.

i. e. *distribui. sed de ercto s.* hercto cito *infra in* erctum *dicemus. Ceterum ex hoc loco concidit tota Salmasii disputatio ad Solinum de voce* citum, *in illo:* herctum citum. p. 891. *Ex græco* κίω i. e. πορεύω, *ad ambulandum provoco, putat esse* ciere, *& hinc* citare, citus, *pro* celer. *Sed in hoc* citus *primam esse brevem. Ab alia origine esse* citus *pro* divisus. *Nam in ea primam esse longam: quod etiam videbatur Stephano & Burmanno ad Virg. Æn. VIII.* 642. *ubi Donatus* citæ *interpretatus est* divisæ. *Esse autem a Græco verbo* σχίω, *pro quo &* σχίζω *ut* πρίω, πρίζω. Pro σχίω *esse &* χίω *ut* σφαιρίζω, *&* φαιρίζω. *hinc* cio, *unde* herctum citum, *patrimonium divisum* &c. *Hæc quidam tamquam oracula secuti sunt. Ex loco nostro falsum esse apparet*, citum *in* erctum citum *esse* a cio. *est enim* erctum cieri, *non* ciri. *Veteres dicebant* cieo *&* cio, *ab illo* citus *brevi prima, ab hoc* citus *prima longa, sed eadem vi. Sic in compositis, ut poëtæ docent latini,* excĭtus *&* excītus, *ab* excieo, *illud, hoc ab* excio. *Utrumque est* commotus, excitatus, provocatus. Erctum ciere *autem non est proprie* dividere, *sed cum* erctum, h. e. *ut infra demonstrabitur*, bona, *quæ ædibus v. c. paternis continebantur & tamquam arcebantur, movetur loco suo & dividitur, adeoque in alias ædes transit.*

CINCINNVS, Or. III. 25. in *cincinnis* oratoris aut poëtæ offendi, *de ornamentis nimiis & affectatis.*

CINCINNATVS, Nat. D. II. 5. stellæ *cincinnatæ.*

CINNVS. Or. III. 51. *cinnus* amborum. *de genere dicendi medio, quod ita dicitur, quia mixtum est e tenui & magnifico. Est enim* cinnus, *ut Nonius tradit, commistio plurimorum, unde etiam potionis genus ex pluribus liquidorum generibus mistum, quod Græci* κυκεῶνα, *qui a* κυκᾶν, *miscere, vocatur, dicunt, apud eundem Nonium & Arnobium* Cinnus *dicitur. Hinc Gatakerus Miscellanea s. Adversaria sua Cinnum inscripsit. Hæc vox prætermissa est in Nizoliano Lexico.*

CIRCVITIO. N. D. II. 17. *circuitione* quadam Deos tollit. *barbari dicerent* indirecte s. per indirectum. * *in rhetoricis quid sit*, v. ad Herenn. IV. 32.

CIRCVITVS. Or. III. 51. *circuitus* verborum est *periodus.* cf. Or. 23. &c.

CIRCVITVS, a, um. Cornel. I. *circuitis* rostris.

CIRCVLARI, Brut. 54. judex *circulans, qui in ipso judicio, dum causa continua oratione agitur, surgit, & cum hominibus consistit, & circulos facit, colloquitur.*

CIRCVLATOR. ad Div. X. 32. *circulator* auctionum, *est circumforaneus, qui cum scrutis & undique collectis mercibus fora obit & congestas res auctionibus vendit. Eodem modo circulatores dicuntur modici circumforanei. v. Salm. ad Solin. p.* 739. *a. G.*

CIRCVLVS, *conventus privatus hominum colloquendi causa.* Or. I, 34. quemcunque patremfamilias arripuissetis ex aliquo *circulo.* ib. 38. cum in *circulo* decipiare

piare adversarii alicujus stipulatiuncula. Balb. 26. in conviviis rodunt, in *circulis* vellicant.

CIRCVM. Quint. 6. pueros *circum* amicos dimittit, v. *Passerat. ad h. l.* cf. Att. VIII. 9. &c. Verr. I. 36. *circum* pedes homines formosi & literati. *de servis, quia scil. in conviviis ad pedes stant.*

CIRCVMCIDERE. *tollere.* Fin. I. 13. *circumcisaque* inanitate omni & errore.

CIRCVMCVRSARE. ad Div. VII. 1. ut nostras villulas obire & simul mecum lectica *circumcursare* posses.

CIRCVMFLARE. Verr. III. 11. ventis omnibus invidiæ *circumflari.*

CIRCVMFLVERE, *abundare.* Verr. III. 5. rebus omnibus *circumfluere.* Læl. 15. omnibus copiis *circumfluere.* Att. 21. *circumfluere* gloria.

CIRCVMFORANEVS. Cluent. 14. pharmacopola *circumforaneus. v. Salmas. ad Solin.* 739. *Menagius Amœn. Jur. c.* 35. Att. II. 1. ære *circumforaneo* me obruerunt, i. e. *ære alieno sub fœnore sumto. Ratio dicendi inde ducta est, quod pecunia omnis Romæ in foro tractabatur, ubi apud argentarios deponi solebat a ditioribus, qui de mensa, raro de arca solvebant. vid. v. c. Budæum ad Pand. p. m.* 196.

CIRCVMJICIO. *complector.* de Univ. 13. animus a medio profectus, extremitatem cœli a suprema regione rotundo ambitu *circumjecit.* ad Div. II. 62. quod anguis domi vectem *circumjectus* fuisset.

CIRCVMIRE. Att. XIV. 21. *circumire* veteranos, *sc. rogandi causa. v.* Circum. *cf.* ad Div. X. 30. * Att. XIII. 20. qui se totius belli fluctibus *circumiri*, quam illum progredi maluit.

CIRCVMLVVIO. Or. I. 38. *circumluvionum* jura.

CIRCVMPLECTOR, *amplector.* Phil. XIII. 5. Univers. 7. *de hoc verbo v. Heins. & Burm. ad Virg. Æn. V.* 312.

CIRCVMPLICO. Div. II. 62. si anguis vectem *circumplicavisset.*

CIRCVMPOTATIO. Leg. II. 24. Legibus omnis *circumpotatio* tollitur: *est περίδειπνον Græcorum, cœna funebris, silicernium.*

CIRCVMRODERE. Att. IV. 5. dudum *circumrodo*, quod devorandum est.

CIRCVMSCRIBERE, *complecti paucis.* Sext. 45. Sed genus universum brevi *circumscribi* & definiri potest. * *coërcere.* Mil. 33. Senatus, credo, prætorem eum *circumscripsisset.* - - an consules in prætore coërcendo fortes fuissent? *cf. Græv.* ad Attic. VII. 9. * *decipere.* Rosc. Com. 8. dic nunc, te ab Roscio *circumscriptum* esse.

CIRCVMSCRIPTE. Orat. 66. *circumscripte* & numerose dicere. h. e. *per periodos. nam opponitur τῷ incise & membratim dicere.* * N. D. II. 59. Singulas res definimus, *circumscripteque* complectimur. v. *circumscribere &* circumscriptus.

CIRCVMSCRIPTIO, *fraus.* Offic. III. 15. *circumscriptio* adolescentum. Flacc. 30. emtiones falsas, prædiorum proscriptiones cum mulierculis, aperta *circumscriptione* fecisti. * *circulus circa aliquem*

aliquem factus. Phil. VIII. 8. nisi prius respondisset, quid facturus esset, quam ex ista *circumscriptione* excederet. * *ambitus.* Tusc. I. 20. cum totam terram intueri licebit, ejusque cum situm, formam, *circumscriptionem,* tum &c. Brut. 8. ipsa natura *circumscriptione* quadam verborum comprehendit concluditque sententiam.

CIRCVMSCRIPTVS, *brevis.* Or. I. 22. *circumscripta* explicatio: *est definitio.* v. *circumscripte.* * *e medio sublatus.* Verr. I. 16. omni tempore Sullano ex accusatione *circumscripto.* Fin. III. 9. *circumscriptis* igitur sententiis, quas posui. *Sic Græci utuntur verbo* περιγράφειν, *de quo v. Wesseling. V. C. ad Diodor. pag.* 51. *unde haud dubie Latini sumsere.* * *qui circercetur.* Phil. II. 22. *circumscriptus* a Senatu Antonius. v. *circumscribere.*

CIRCVMSPECTARE. *de providis & timidis, qui sæpe circumspiciunt omnia.* Tusc. I. 30. *circumspectans* nostra vehitur oratio.

CIRCVMSPICERE, *quærere.* Verr. III. 90. non *circumspiciam,* non quæram foris, *sc. exempla,* cum habeas judices &c. * *de his, qui nescii, quid agant, tamquam auxilii quærendi causa, sæpe circumspiciunt.* Rosc. Com. 14. *Circumspicit,* æstuat, negat nos &c. * *de iis, qui se nimis amant, sibi nimis placent.* Rosc. Com. 2. usque eone te diligis & magnifice *circumspicis? Ita se circumspiciebat* Καικία *ap. Xenoph. Memor. Socr. II.* 1.

CIRCVMVECTIO. Att. II. 16. portorium *circumvectionis.*

CIRCVMVENIO. *decipio.* ad Div. V. 1. nunc video illum *circumventum,* me desertum. Rosc. Com. 9. quem per arbitrum *circumvenire* non posses &c.

CIRCVS, *est ædificium publicum in oblongam & ab altera parte rotundam formam ab altera rectam extructum, in quo ludi equestres, qui inde circenses dicuntur, habebantur. Medius Circus diremtus erat* spina, *ad cujus extremitates, ubi flectebant aurigæ cursum,* metæ *collocatæ erant. Ab ea parte, a qua cursus initium fiebat, olim linea recta albo describebatur, intra quam ante signum datum equi cohiberentur, postea carceres perpetui extructi.* Circi mentio sæpe apud Ciceronem, *ut* Mur. 34. 35. &c. *Circos Romanos narrat & exhibet Donat. Rom. Vet. & Nov. III.* 14. *cf. de Circis inprimis Salm. ad Solin.* p. 635. *seqq. disputantem: ut alios taceam.*

CISIVM. *genus vehiculi celerrimi & quidem biroti.* Rosc. Am. 7. *Cisiis* Ameriam pervolavit. cf. Phil. II. 31. *de hoc genere vide, quæ collegit Scheff. de Re Vehic.* L. II. c. 18.

CISTA & CISTELLA. ad Heren. I. 12. *ea quæ alias* sitella: *ubi v. Pro* cistella *quidam libri* Cistula *habent. Codd. Lambin.* sitella: *quæ varietas etiam est ap. Liv. XXV.* 3. *ubi vid. Sigon. & Gronov.*

CISTOPHORVS, Dom. 20. Ut in Asia *cistophorum* flagitaret. Att. XI. 1. in *cistophoro* habeo ad HS. bis & vicies. *Ejus porro mentio* Att. II. 6. 16. *Est autem Cistophorus numus Græcus Asiaticus, qui nomen habet a cista mystica*

ſtica, quæ in hoc genere numorum conſpicitur. In altera etiam parte ſerpentes plerumque, vannus, caduceus, thyrſus, tæda, ferula &c. conſpiciuntur. His rebus expreſſa ſunt Orgiorum ſolemnia, quæ cudendis ciſtophoris occaſionem dediſſe probabile eſt. Signati autem & ante, quam ſub Rom. poteſtatem veniſſet Aſia, & cum provincia facta eſſet. Itaque & magiſtratuum Rom. nomina multi præferunt. Noviſſimi, quos quidem habemus, Antonii IIIviri nomen exhibent. vid. hæc & plura de hoc genere numi ap. Alex. Xaver. Panelium in Diſſ. de Ciſtophoris Lugdun. a. 1734. edita: qui etiam diſtinguit a ciſtophoris eos, in quibus ciſta myſtica, non autem in altera parte reliqua Bacchica inſtrumenta reperiuntur. Quod ad pondus attinet, tetradrachmum fuit hoc numi genus. In eo vero errat Vir. Rev. uti jam in Act. Erud. Lat. a. 1736. menſ. Jan. p. 8. monuimus, quod putat, κιστοφόρον de numis tantum dici, ſed κιστηφόρον vel κιστιφόρον de hominibus, ciſtam myſticam portantibus. Sic apud Demoſthenem de Corona c. 79. pro vulgata κιττοφόρος in MS. Cod. Vindob. legi κιστιφόρος. Verum eſt, κιττοφόρος, nihili eſſe, & jam vidit Rubenius ad num. Aſia recepta pag. 269. legendum eſſe κιστοφόρος; quocum idem eſt κιστιφόρος. Sed κιστοφόρος de hominibus non dici, falſum eſt. Primo ſic eſt apud Suidam, quem vid. in h. v. ad q. l. Kuſterus etiam laudat Photii Lexicon ineditum, & Harpocrationis Codicem Morellianum. Deinde Cl. Gorius in Corpore Inſcr. Dorian. exhibuit formam Ciſtophori *Bellonæ Pulvinenſis ſacerdotis, quam nos in Actis Erud. l. c. exhibendam curavimus.*

CITARE. *commovere.* Tuſc. III. 11. isque motus aut boni aut mali opinione *citetur. Sed Bentlejus legendum putat:* excitetur. * Verr. II. 40. *citare* reum, *non eſt, quod apud nos* citiren, *h. e. edicere, ut adſit aliquis, ut eſt Verr. II. 38. ſed citantur rei a Prætore, voce præconis, cum jam ſunt in judicio: Citat* reum, non reſpondet. *Citat* accuſatorem, *citatus* accuſator M. Pacilius, neſcio quo caſu, non reſpondit, non affuit. *Qui locus eſt perſpicuus, & inſtar omnium. Nec aliquid efficiunt ea, quæ Menkenius in Obſ. L. L. in h. v. pro contraria ſententia dixit: ad quæ etiam reſpondimus in Act. Erud. a. 1746.*

CITATIM. Att. XIV. 20. *citatim* ſcribere.

CITHAROEDVS. Mur. 13. ut ajunt in Græcis artificibus, eos audœdos eſſe, qui *citharœdi* fieri non potuerint. &c. Citharœdum *a* citharista, *qui eſt* Verr. I. 20. &c. *ita diſtinguunt, ut ille ſit qui citharam pulſet cum cantu ſuo, hic, qui ſine cantu, quod etiam tradit diſerte Diog. Laërt. III. p. 239. ed. Caſ. Sed uſus repugnat vel Ciceronis. Amphion Thebanus, nemo dubitat, quin citharæ modis accommodare vocem, & una canere, ita ut Orpheus, potuerit. Ita eſt in fabulis. Sed hunc tamen* Cicero Div. II. 65. init. Citharistam *vocat.* Non potueras igitur hoc ab initio, *Citharista,* dicere. *Et ſic etiam apud alios*

alios auctores Latinos & Græcos memini me observare. Idem visum Torrent. ad Sueton. Domit. 4.

CIVILIS. *Jus civile* 1. *opponitur naturali, adeoque & privatum & publicum jus complectitur.* Sext. 42. nondum neque naturali, neque *civili jure* descripto. 2. *opponitur juri publico.* Verr. I. 42. Cornelia testamentaria, numaria, ceteræ complures, in quibus non jus novum aliquod populo constituitur, sed sancitur, ut, quod semper malum facinus fuerit, ejus quæstio ad populum pertineat ex certo tempore. De *jure* vero *civili*, si quis novi quid constituit &c. *Nam in hoc loco manifeste a jure civili removentur causæ publicæ & quæstiones. Ex quo intelligitur, sensu Ciceroniano ne Criminalia quidem, quæ hodie vocantur, ad jus civile pertinere. Est enim civile jus nullum aliud, nisi privatum. Itaque lege de re aliqua, quæ ad civile jus pertinebat ante, lata, ut ejus quæstio in posterum ad populum pertineret, ea juris publici esse incipiebat. Ceterum etsi Justinianus de jure privato se in Institutis dicturum profitetur L. I. tit. 1. tamen ex L. IV. tit. penult. intelligi potest, eum causas publicas & judicia publica ad jus privatum retulisse, itaque de iis etiam in Pandectis agitur L. XLIX. Sed adjiciamus alium locum e Cicerone. Cæcin.* 2. simul illud futurum arbitrati sunt, ut in hac causa non de improbitate Sext. Æbutii, sed de *jure civili* judicium fieri videretur. Improbitas *h. l. est vis, quam Æbutius Cæcinæ ejusque advocatis fecerat. Ea erat causa publica, in judicio publico, ex lege de Vi armatis hominibus, disceptanda, adeoque juris publici:* Judicium *autem* de jure civili, *est de possessione, quod est privatum. Ceterum ipsa definitio juris civilis Ciceroniana in Topicis c.* 2. *totum hoc, quod diximus, confirmat. Jus civile* est æquitas constituta iis, qui ejusdem civitatis sunt, ad res suas obtinendas. * Divin. in Cæcil. 5. Nam civibus cum sunt ereptæ pecuniæ, *civili* fere *actione*, & privato jure repetuntur. Civilis actio *est, qua utitur civis non modo contra civem, sed quemcunque, a quo ei injuria facta est: ea autem est juris privati, non in omnibus causis, sed in pecuniariis ceterisque privatis. Sic* Orat. I. 11. *civiles* controversiæ, *sunt forenses, in causis privatis.* * Or. III. 16. cum a *re civili* & a negotiis animi quodam judicio abhorrerent. *h. e. cum neque rempublicam capessere, neque in foro versari vellent.* ibid. 31. *civilis* scientia. ibid. I. 14. rerum *civilium* cognitio, *est ea scientia, qua opus est ei, qui rem publicam capessere & in judiciis versari cupit. Unde* Invent. I. 5. *civilis* ratio, *est ars, cujus in civitate magnus est usus. item* Orat. 9. Oratio *civilis, quæ aut in senatu, aut in concione, aut in judiciis habetur ad cives, & de rebus civilibus, in qua negat obscuras abditasque sententias locum habere, reprehenditque Thucydidem, qui iis conciones reserserit.* * Milon. 13. quid enim odisset Clodium Milo, præter hoc *odium civile*, quo omnes improbos odimus. Odium civile *est, quale impune*

erga cives exercere licet, remotum a vi & armis. Sic vis civilis *est, qua uti possunt cives in possessionibus, cui opponitur* vis vera. *v. argumentum Or. pr. Cæcina. & in* Vis. * Planc. 10. Minturnenses coloni, quod C. Marium ex *civili errore*, atque ex impiis manibus eripuerunt &c. h. e. *cum civis cives fugeret in bello civili.* * Civilis *eleganter dicitur, qui æquo jure omnes cives secum esse patitur, neminem contemnit, nihil sibi præcipui arrogat, verbo, ita in omnibus rebus se præbet, ut, ceteros quoque cives esse, videatur meminisse. Nam qui aliter agit, homines* liberos non putare *dicitur*, ut Verr. I. 47. Fin. V. 23. Cum sic hominis natura generata sit, ut habeat quiddam innatum quasi *civile* atque populare; quod Græci πολιτικὸν vocant: quicquid aget quæque virtus, id a communitate, & ea, quam exposui, caritate atque societate humana non abhorrebit. &c. *v. Casaub. ad Sueton. Aug. 51. Torrent. ad Cæs. 75. Gronov. Obs. IV. 5.* * ad Div. XI. 28. pro *civili* parte. i. e. *quantum civis pro sua parte & potest & debet.*

CIVILITER. ad Div. VIII. 14. quamdiu *civiliter*, sine armis, cernetur; *est de contentionibus ad remp. pertinentibus, quales esse in senatu solent, &c.* fragm. ep. philosophiæ quidem præcepta noscenda, vivendum autem *civiliter.*

CIVITAS. Sext. 42. conventicula hominum, quæ postea *civitates* appellatæ sunt. Somn. Scip. 2. concilia cœtusque hominum jure sociati, quæ *civitates* appellantur, &c. * *pro urbe.* Manil. 22. quæ *civitas* est in Asia. * *pro jure civitatis.* Arch. 4. *Civitas* data est Heracleensibus.

CLAM. Cæcin. 32. ab se illum aut vi, aut *clam*, aut precario possedisse. Clam possidere, *ut Ulpianus definit, dicitur, qui furtive ingressus est possessionem, ignorante eo, quem sibi controversiam facturum suspicabatur, &, ne faceret, timebat, L. VI. Dig. de acquir. poss.*

CLAMATOR, *rabula, opponitur* oratori. Brut. 49. Ego ita de unoquoque dicam, ut intelligi possit, quem *clamatorem*, quem oratorem putem fuisse, cf. Orat. III. 34.

CLAMATORIVS. *quædam editiones habent* ad Q. Fr. III. 3. *sed meliores legunt:* declamatorio genere.

CLAMOR, *de acclamatione plaudentium*, Brut. 95. itaque Hortensius, utroque genere florens, *clamores* faciebat adolescens. *Sic* ad Q. Fr. III. 1. *clamores* efficere.

CLAMOSVS. ad Her. III. 13. continuatio est orationis enunciandæ acceleratio *clamosa.*

CLANGOR, *sonus avis volantis.* Tusc. II. 10.

CLARARE. Divin. I. 12. Jupiter excelsa *clarabat* sceptra columna.

CLARITAS. Div. II. 47. cum *claritate* mori.

CLARVS. *præstans, egregius.* Fin. III. 2. quasi helluari libris, si hoc verbo in tam *clara re* utendum est, videbatur.

CLASSIS. *de partibus civium, in quas descripti a Servio census causa erant, dici passim, notum est. Sed hinc ducitur ea ratio, cum*

eum ad significandam hominum præstantiam & contra adhibetur. Sic classici autores dicuntur præstantissimi, quod ditissimi erant in prima classe, in qua qui erant, κατ' ἐξοχήν classici *dicebantur, ut Gellius docet. Huc pertinet illud* Acad. IV. 23. qui mihi, cum illo collati, quintæ *classis* videntur. h. e. *ultimæ. Nam sexta, in qua capite censi, non numerabatur: unde quinque classium apud auctores interdum mentio.*

CLAVDICARE *oratio dicitur, cum numerosa non est, neque vincta, aut fluminis instar leniter procurrens, sed sæpebiat & tamquam insistit.* Or. III. 51. Si quid in oratione nostra *claudicat. Sic claudicans* oratio *est* Orat. 51. 58. *v.* Claudere. * Nat. Deor. I. 38. tota res vacillat & *claudicat: non bene procedit, infirma est.* Off. I. 33. nec in ullo officio *claudicare: discedere ab officio, deesse officio.*

CLAVDERE. *pro claudicare,* Or. 51. quid est cur *claudere* aut insistere orationem malint. Tusc. V. 8. beatam vitam etsi ex aliqua parte *claudere*t, tamen majore multo ex parte obtinere nomen suum.

CLAVDVS. Pison. 28. *claudus,* quomodo ajunt, pilam retinere. *proverbium in eos, qui, quæ a magistro audierunt, tenent, sed neque recte intelligunt, neque eo recte uti possunt. Nam claudus in pilæ ludo nil potest nisi pilam sibi traditam retinere, non ea ex regulis ludi uti, propterea quod currere celeriter non potest.*

CLAVICVLA. Nat. D. II. 47. *claviculis* apprehendunt adminicula vites.

CLAVSTRVM. Muren. 8. cum ego tanto intervallo *claustra* nobilitatis refregissem.

CLAVSVLA. Or. III. 46. *clausulas* atque interpuncta verborum animæ intercluso atque angustiæ spiritus attulerunt. * *exitus fabulæ.* Cœl. 27. Mimi est jam exitus, non fabulæ: in quo cum *clausula* non invenitur, fugit aliquis e manibus, &c.

CLAVVS. Tusc. IV. 35. *clavo clavum* ejicere, * Verr. V. 21. Et ut hoc beneficium, quemadmodum diceret, trabali *clavo* figeret &c.

CLEPERE, *furari.* Tusc. II. 10. eum doctus Prometheus *clepsisse* dolo.

CLEPSYDRA. Or. III. 34. at hunc non clamator aliquis ad *clepsydram* latrare docuerat. *v. Almeloveen. ad Quintil. XII. 6. & quos ibi laudat.*

CLITELLAE. Att. V. 15. *clitellæ* bovi sunt impositæ. *proverbium in eos, quibus aliquid negotii datur, cui administrando idonei non sunt. Clitellæ enim asinis imponuntur, non bubus.*

CLVDO. *laudatur e* Nat. D. II. 39. *sed ibi in* Gron. *est* eludit. *in Davis.* alludit; *neque* cludit *aptum est huic loco.*

CLYPEVS. Orat. 71. *clypeum* dissolvere, *dicitur in eos, qui res junctas & copulatas dissolvendo corrumpunt.*

COACERVARE. Agrar. II. 25. *coacervare* agros.

COACESCO. Catil. 18. non omnis ætas vetustate *coacescit.*

COACTOR, *dicitur, qui in auctionibus pecunias cogit, quæ ab emtoribus solvendæ sunt, & est fere argentarius.* Cluent. 64. *nostri:*

ſtri: Caſſirer. v. Salmaſ. de Uſuris c. 17. p. 497. & Græv. ad h. l. Sed & dicitur de omnibus, qui in quocumque negotio cogendæ pecuniæ miniſtri ſunt. v. Manut. ad h. l. Sic Rabir. Po. 11. utrum acceſſionem decumæ, ut noſtri facere *coactores* ſolent, *ſunt miniſtri publicanorum, qui decumas exigunt.*

COACTVS. Cæcin. 11. 12. *coacti* homines & armati. *eſt verbum interdicti.* c. 13. 21. *& ſignificat coactos ad vim faciendam.*

COAEDIFICARE. Att. XIII. 33. campum Martium *coædificari.* Partit. 10. locus *coædificatus* opponitur *vaſto.*

COAEQVARE. Verr. III. 41. omnia ad libidinem ſuam *coæquare:* h. e. *ſummos & infimos, ſacra & profana eodem modo pro libidine tractare, nulli parcere &c.*

COAEVVS *laudant e* Vatin. 13. *Sed meliores Codd. & edd. habent* coquos, *quod eſt rectum.* Coævus *non eſt uſitata bono ſcriptori vox.*

COAGMENTARE. Phil. VII. 7. *coagmentare* pacem. Brut. 17. *coagmentare* verba, eſt *apte collocare & vincire. Unde* Or. III. 43. *coagmentatus* concurſus verborum, *opponitur* hiulco. * *e partibus diverſis compoſitus.* Tuſc. 1. 29. nihil eſt in animis *coagmentatum:* h. e. *liberi ſunt animi a concretione, nihil eſt in iis mixtum, ut aliis locis dicit.*

COAVCTIO. Verr. III. 82. Crimen eſt ex *coauctione* annonæ atque æſtimationis. *Non crimini datur Verri æſtimaſſe frumentum, & pro frumento pecuniam accepiſſe, ſed nimis magnam pecuniam pro frumento coëgiſſe.*

COCTVS. Att. XIII. 52. bene *coctus* & conditus ſermo.

CODEX. Roſc. Com. 1. *Simpliciter dicitur pro tabulis acceptorum & expenſorum.*

CODICILLI. ad Div. VI. 18. ſtatim quæſivi a Balbo per *codicillos.* Qu. fr. II. 11. epiſtolam hanc convicio efflagitarunt *codicilli tui. Sunt autem* codicilli *codices cerati minoris formæ, in quibus teſtatores voluntatem ſine ulla ſolennitate, quæ in teſtamentis faciendis adhibetur, declarant, item in quibus epiſtolæ ſcribuntur: unde pro epiſtolis in hujusmodi tabulis ſcriptis, & pro voluntate mortui hoc modo declarata ponuntur. v. Salmaſ. de mod. Uſur. c. 10. p. 419. cf. inprimis Manut. ad Cic. ad Cic. ad Qu. fr. l. c.*

COELESTIS. Phil. V. 11. legiones divinæ & *cœleſtes; quæ rem optime & e republica geſſerunt. v. Heinſ. ad Vell. II. 24. 3. qui e memoria laudavit Verrinas pro Philippicis.*

COELVM. Att. II. 9. 19. 20. in *cœlo* eſſe: h. e. *vehementer laudari.* ibid. XVI. 6. in *cœlum* ferri. ibid. II. 1. digito ſe *cœlum* putant attingere: h. e. *ſe beatiſſimos putant.* Phil. II. 42. de *cœlo* detraxiſti collegam: *feciſti, ut eſſet diſſimilis ſui, ut paullo poſt dicit, adeoque laudem partam amitteret.* ibid. 44. gloria quæ vix *cœlo* capi poſſe videatur: i. e. *immenſa.* Nat. D. II. 24. in *cœlum* tollere: *pro conſecrare.* * *pro aëre.* Acad. IV. 26. eodem *cœlo. Nempe aëris vis in fundendo ære, ut aquæ. Plin. XXXIV. 9. æs omne frigore magno melius funditur.* * Div. I. 43. *cœlum* diſceſſiſſe. ibid. II. 28.

II. 28. *cœli* discessus. *Genus ostenti. Etiam in sacris libris est* ἀρανοὶ ἀνεῴχθησαν Matth. III. 26. σχιζόμενοι ἀρανοὶ Marc. I. 10. &c. *Pro eo Liv. XXII.* 1. cœlum findi. *v. Plin. II.* 26. *& ibi Hard. Heins. ad Ovid. Fast. III.* 371.

COEMTIO. Flacc. 34. Or. I. 56. Mur. 12. *genus matrimonii incundi, s. ritus, quo in viri manus feminæ conveniebant, de quo multa scriptores de nuptiis, Brissonius & alii. Illud certum est, emtionem quandam imaginariam in hac coëmtione interveniisse, qualis autem fuerit, & quibus verbis & ritibus peracta sit, non satis certo constat.* * *Ab hac autem coemtione plane diversa est ea, de qua* Muren. 12. senes ad *coëmtiones* faciendas. *Hoc enim genus comparatum erat ad sacra interimenda, ut Cicero ait. Nempe, ut primus vere demonstravit J. Fr. Gronovius, heres, qui hereditatem sine sacris habere cupiebat, eam vendebat seni per æs & libram, venditione imaginaria. Hæc res hanc vim habebat, ut quoniam senex bona haberet, non ut hereditatem, sed ut emta, bona ea libera sacris essent. Ut autem redderet senex domino hereditatem facta emtione, stipulatione cavebatur. v. hæc latius disputantem Gronov. de Sest. IV.* 7. *Cave autem hos senes confundas cum senibus coëmtionalibus, ut sæpe doctissimi viri fecere.*

COEMTIONALIS. ad Div. VII. 29. senes *coëmtionales, sunt servi, qui singuli propter senectutem pretium nullum inveniunt, juncti autem aliquot, ut docuit Gronov. de Sestert. IV.* 9.

COENACVLVM. *est pars altior domus. Gr.* ὑπερῷον. Agr. II. 35. Roma *cœnaculis* suspensa atque sublata: *es sind hohe Hæuser von vielen Etagen darinnen. vid. Turneb. ad h. l. in his habitabant fere pauperes; unde jocus apud Plaut. Amphitr. III.* 1. 3. *ubi histrio Jovis personam sustinens:* in superiori qui habito *cœnaculo. ubi v. Intt. & Fabr. Lex.* * *Gruterus non improbabat lectionem* cœnaculo *pro* scena, ad Herenn. I. 14. *quæ in Codd. nonnullis Gruterianis fuit, & in Lipsiensi quoque & Winckleriano reperitur. Verba hæc sunt:* Mimus quidam Accium poëtam nominatim compellavit (h. e. *perstrinxit: v. compellare*) in *scena, pro quo est, ut dixi, in Codd. plerisque* cœnaculo.

COENVM. *convicii genus.* Sept. 11. Dom. 18. Att. II. 21. Pompejus oblitus *cœno.*

COEO. ad Div. V. 19. Phil. II. 10. *coire* societatem. Sen. p. R. 7. cum hoc tu *coire*, sc. *societatem de re mala.* cf. Cluent. 54. Si quis *coiisset*, sc. *ob rem malam.*

COEPI, *instituo, decerno.* Verr. II. 38. *cœpit* vendere, & vendidisset &c.

COERATOR. Leg. III. 4. *pro* curator *antique. Male laudat Nizolius* coerarius; *quæ vox nihili est. Ibidem est* coerare *pro* curare.

COERCEO, *complector, contineo.* Nat. D. II. 22. omnia complexu suo *coërcet* & continet.

COGERE, *exigere.* Att. I. 12. *cogere* pecunias. * de Fin. III. 2. dum senatus *cogeretur.* Phil. I. 5. acerbe in senatum *cogebar* sc. *minis, pignoribus captis* &c. * Or. II. 29. Cogi *dicuntur, quos commoven-*

movendis πάθεσιν orator adducit, quo vult. * Nat. D. III. 13. *cogi* potest, h. e. *effici, concludi.* * Or. II. 33. Se jus civile, quod nunc diffusum & dissipatum esset, in certa genera *coacturum.*

COGITARE. Att. X. 10. contra alicujus rationes *cogitare. ibid.* XIV. 14. Si amabiliter in me *cogitare* vis.

COGITATIO, *spes.* Dejot. 3. venerunt non sine aliqua spe & *cogitatione.* * Tusc. IV. 11. *cogitatione* inter se differunt, *re* quidem copulata sunt, *pro quo barbari philosophi, idea, abstractione, præcisione, non autem extra mentem.* * Rosc. Am. 24. malæ *cogitationes, bœses Gewissen.* * *Commentatio oratoris.* Or. I. 33. 34. in quotidianis *cogitationibus. MSS. & Edd. Vett.* concitationibus: *unde Manutius fecit* commentationibus, *Pearcius* exercitationibus: *sed præter rem.* Cogitationes & concitationes *sæpe confunduntur a librariis. vid. v. c. Gruter. & I. Gronov. ad Auct. ad Her. III.* 16. Cogitationes *autem quare non pro* commentationibus *dici possint, non video, cum* cogitare & meditari *pro exercitatione uti dicatur.* c. 61. meditando perfecit Demosthenes, &c. h. e. *exercitatione. Sic meditatio belli est præparatio ad bellum. Eodem fere sensu cogitatio est apud Vitruvium. Hæc ex prolusione de libris Cic. de Oratore a.* 1736. *edita, in qua obiter Pearcianas quasdam conjecturas rejecimus, Livius XXXV.* 28. *clare* Cogitationes *vocat exercitationes Philopœmenis in comparando usu militaris rei, quoad animo peraguntur.*

COGNATIO. Div. II. 14. 15. naturæ *cognatio, est συμπάθεια Philosophorum. v. Ind. Gr. συμπάθεια.* * ibid. 69. qua naturali *cognatione* thesaurus cum somniis jungitur. * *conjunctio, cum unum implicatum est alteri, ut sine eo consistere satis non possit.* Arch. 1. studia humanitatis quadam *cognatione* inter se continentur. * Div. I. 30. Deorum *cognatione* teneri. * *elegans illud est* Sull. 20. numquam sibi *cognationem* cum prædiis esse existimavit suis: h. e. *numquam ita amavit prædia sua, ut ea nollet vendere, si res postularet. Melius hæc intelliges ex Catil. II.* 8.

COGNATVS. Or. III. 51. *Cognatum* mentibus nostris, est *res natura menti humanæ ita conveniens, ut ea moveatur, inter quam adeo & mentem nostram est quædam συμπάθεια.*

COGNITIO. ad Capitonem L. XVI. ad Att. ep. 16. Consulibus *cognitionem* dedit. h. e. *cognitionis genus illud, quod juri ordinario*, h. e. *quæstioni, opponitur, quæ fit ex legibus per certos magistratus. Nam* cognitio *fit extra ordinem ab eo, qui extra ordinem constitutus est, ut rem cognoscat, ut docent Salmas. de mod. Usur. c. III p.* 111. *sqq. & Græv. in Animadv. ad Sigon. de Judic. II.* 4. *Cæterum, cum* cognoscere *etiam dicatur de ordinario jure, quod nemo in dubium vocare potest, aut vocavit, non video, quare non &* cognitio *proprie sit communis ordinariis & extraordinariis causis, & abusu demum*

mum sit, & per ellipsin quandam, ad extraordinarias traducta. Sic Suet. Claud. 12. *cognitionibus* magistratuum tamquam consiliarius interfuit. *cf. Tib.* 33. *item apud ipsum Cic.* Brut. 22. cum dies *cognitionis* esset, *pro die judicii & ejus quidem ordinarii.* Verr. II. 25. *de judicio de falso:* ne qua ipsius *cognitio*, absente illo, de existimatione ejus constitueretur. *Sic &* cognoscere *interdum simpliciter de causa extraordinaria dicitur, ut* Verr. II. 13. *se cognituram* &c. *de rebus extraordinariis accipe etiam* Agr. II. 22. *cognitionem* agrorum *h. e. de agris:* & ibid. 21. *cognitionem* decemvirûm. * *notio*, Leg. II. 19. quod positum est in una *cognitione*, id in infinita dispartiuntur. * *notitia*, Nat. D. I. 17. innatæ *cognitiones* Deorum.

COGNITOR, 1) est, *qui nobis testis est, esse nos eos, quos dicimus esse, & confirmat nos sibi cognitos esse.* Verr. I. 5. civem Romanum, qui *cognitores* honestos daret, sublatum esse in crucem. Verr. V. 65. *cognitorem* locupletem dare. ibid. non semper cum *cognitoribus* esse possunt. *Jam* 2) *quia hujusmodi homines sunt ei, cujus cognitores sunt, auctores & defensores, cognitores etiam dicuntur auctores & defensores. Sic* Cat. IV. 5. auctor & *cognitor* sententiæ, *dicitur, qui se ejus sententiæ profitetur auctorem.* Haruspic. Resp. 21. cum in me *cognitorem* illarum rerum omnium, illa flamma illorum temporum conjiciebatur. res illæ *sunt, ut ex contextu patet, auctoritas senatus, consensio bonorum, status Italiæ. harum rerum & auctor & defensor Cicero fuerat in consulatu.* in Cæcil. 4. me *cognitorem* juris sui &c, *Hinc* 3) *inprimis* cognitor *dicitur, qui præsentis causam in controversia civili agit, quemadmodum absentis* procurator. ibid. II. 43. *cognitorem* adscribit Sthenio. i. e. *adscribit in literis publ. quis cognitor Sthenii fuerit, quis ejus causam egerit.* Cæcin. 5. *cognitor* viduarum. Rosc. Com. 11. me *cognitorem* dedisti. *vide de hoc verbo accuratissime disputantem I. Fr. Gronov. de Sest. IV.* 3. 4. Verr. III. 34. *Æschrio & Docimus mariti Pippæ & Tertiæ, quibuscum rem Verres habebat, bona cum maritorum pace, qui uxorum nomine conduxerant decumas quarundam civitatum,* cognitores *uxorum dicuntur.* Veniunt Herbitam duo Prætoris æmuli non molesti, mulierculârum teterrimarum improbissimi *cognitores:* incipiunt postulare, poscere, minari. *Apertum est* cognitores *dici, quia uxorum res agebant, earumque nomine decumas exigebant & adeoque cognitorem dici etiam, cujus opera in rebus nostris quibuscunque utimur. Eodem modo* ibid. 60. *Apronius* cognitor Verris *dicitur, quia, quas decumas redemerat, Verri redemerat, & ejus nomine exigebat.*

COGNITVS. Brut. 25. homo per se *cognitus, opponitur* nobili, *qui propter majores nobiles notum nomen habet: homo novus.*

COGNOMINATVS. Partit. 18. *cognominata* verba.

COGNOSCERE. ad Div. I. 9. fidem *cognovi* hominum non ita magna mercede; *idem quod* spe-

ctare, *ut* cognitus *idem est, qui* spectatus. v. *spect.* * Verr. I. 5. cum eum Syracusis amplius centum cives Rom. *cognoscerent* h. e. *dicerent, se scire, qui sit, eumque esse, quem se dicat.* cf. V. 59. v. *Cognitor.* n. 1. * Or. II. 41. *cognoscere* artem, *pro agnoscere, sentire artem esse adhibitam.* * ad Her. IV. 18. qui privatus intolerabili superbia fuerit, eum commodum & *sui cognoscentem* videre in potestate quis speret.

COHAERENTIA. Nat. D. II. 62. ad mundi *cohærentiam* pertinent, sc. *quod sine iis mundus consistere non potest.*

COHAERERE, *consistere.* Tusc. V. 28. virtutes sine beata vita *cohærere* non possunt, nec sine virtute vita beata. Har. Resp. 27. si undique fulciamus, *cohærebunt.* * Tuscul. III. 25. fulciendi sunt, qui ruunt, nec possunt *cohærere* propter magnitudinem ægritudinis, i. e. *æquo animo esse.* * Leg. I. 8. alia quibus *cohærent* homines: *partes quibus constant.* * Cæcin. 18. sermo familiaris & quotidianus non *cohærebit.* Cœl. 7. vix *cohærebat* oratio. h. e. *vix sibi constabat.* * Or. III. 43. *cohærens* oratio, *quæ oritur e compositione apta verborum: opponitur hiulcæ.*

COHIBERE. ad Div. IV. 5. Vis ne tu te *cohibere.* i. e. *moderari animi commotionem, v. c. dolorem, impetum.* conf. Marc. 2. Tusc. IV. 18. Phil. III. 2. * *prohibere.* Tusc. III. 25. necessitas ferendæ conditionis humanæ, quasi cum deo pugnare *cohibet: pro quo Davisiana secunda* prohibet. v. *cohibitio.* * *complecti.* Nat. II. 13. omnes naturas *cohibet* & continet. * *avertere.* Verr. IV. 45. oculos ab aliqua re *cohibere.* * *sustinere.* Nat. D. I. 1. *cohibere* assensionem. * Cœl. 5. ad *cohibendum* brachium toga, i. e. *tegendum, occultandum.*

COHIBITIO, *interdictio,* ex Verr. III. 14. *laudatur e vett. edd. in Nizoliano Lexico: sed recentiores edd. habent* prohibitio. *Mihi* cohibitio *non rejiciendum videtur, propter consensum vett. edd. & quia etiam* cohibet *pro* prohibet *in Tusculanis, l. c. Nam mutatio in Davis.* 2. *nihili est.*

COHORRERE. Orat. III. 2. *medicis dicuntur, qui frigore febrili infestantur, nam* horror *quoque sic dicitur, & in genere, cum frigus nos invadit, quod per totum corpus diditur, ut fit in terroribus magnis & subitis.* v. *Duker. ad Florum II.* 6. 14.

COHORS. Qu. fr. I. 1. Verr. II. 4. *cohors* prætoris, sc. *provincialis, sunt comites ejus, præfecti, scribæ, medici, accensi, haruspices, præcones.* l. c. 10. *In re militari autem* cohors prætoria *aliam vim habet, ut* Cat. II. 11. *est enim cohors, quæ ad custodiam corporis prætori s. imperatori attributa est.*

COHORTARI. Att. XII. 31. *pro* confirmare vacillantem & labentem. v. *Græv. ad h. l.*

COITIO. Qu. fr. II. 15. *coitio* Memmii. ibid. III. 1. in candidatorum consularium *coitione. Hæc est illa* coitio, *propter quam de ambitu condemnatus exulavit Memmius. ad Div. XIII.* 1. *Est enim* coitio, *cum homines congregantur rei malæ perficiendæ, tamquam tribuum corrumpendarum causa.* cf. Haruspic. R. 26.

COLEI

COLEI. ad Div. IX. 22. *testiculi. Nam sic est ap. Petron.* 44. *ubi vid. Scheff.* Colei *autem erat & nomen familiæ Lanuvinæ: unde* Colei Lanuvini *honeste dicebantur, turpiter autem* Cliternini. *nam ibi nulla familia Coleorum, ut iis memoratis ad aliud potius obscœnum vocabulum alludi videretur, ut ad κλειτορίδα, aut simile.*

COLERE. Att. XIII. 30. a te *colendus* est. Istæ autem κολακείαι non longum absunt a scelere. * Leg. II. 16. *de* ritibus patriis *colantur. Sic Virg. de more.*

COLLATIO, *comparatio.* Fin. IV. 27. *collatio* igitur ista te nihil juvat. * *Congestio, collectio.* Tusc. IV. 38. extr. cum philosophia ex *collatione rationum* constet. * Fin. III. 10. notiones fiunt *rationis collatione*, i. e. *analogia, ut est ap. Senec. ep.* 120. *Diogenes Laërt. in Zen.* κατ' ἀναλόγιαν *dicit, ejusque exempla ponit Tityon & Pygmæum: ille fit augendo, hic minuendo* κατ' ἀναλογίαν. * *in re militari* collatio *est ipsum prælium*, Or. I. 48. * *concessio & attributio.* Fr. in Tog. concessione petitorum & *collatione* centuriarum prætorem factum. *v. Gruch. de Com. I.* 4.

COLLATATVS. Or. 56. *collatata* oratio, *opponitur tenui.*

COLLATVS. Att. XIII. 12. res ad me sine controversia *collata* est, i. e. *redacta.* Div. II. 55. castra castris *collata* esse, i. e. *opposita.*

COLLECTA. Gr. ἔρανος. Or. II. 57. *collectam* exigere.

COLLECTIO. Brut. 88. Attulerat duas res, quas nemo alius: partitiones, de quibus dicturus esset, & *collectiones*, memor & quæ essent dicta contra, & quæ ipse dixisset: *sunt* ἀνανεφαλαιώσεις.

COLLECTITIVS. ad Div. V. 3. miles tiro & *collectitius*, h. e. *non dilectus, sed raptim & promiscue coactus.*

COLLEGIVM. Sen. p. R. 13. servos simulatione *collegiorum* nominatim esse conscriptos. Collegia *erant, ex instituto Numæ Pompilii, sodalitates plebis, in quas ea descripta erat, de quibus v. Sigon. A. J. C. R. II.* 12. *& Manut. ad Or. pro Sextio* 15. *ubi eorundem collegiorum mentio. Sed deinde etiam de honestioribus dicitur, ut Collegium Consulum, Prætorum* &c. Frag. Corn. I. Tot sunt Cornelii, ut jam etiam *collegium* constitutum sit.

COLLIGARE. Phil. XI. 11. *colligavimus* Brutum in Græcia. * Or. 34. uno libro *colligavit.* * Nat. D. I. 4. omnes inter se aptæ *colligataque* videntur.

COLLIGATIO, *conjunctio.* Off. I. 17. arctior *colligatio* est societatis propinquorum. * Div. I. 56. *colligatio* causarum. Fat. 14. omnia naturali *colligatione* fiunt. *Hæc* colligatio *est nexus causarum efficientium & effectuum, quem hodie dicunt.*

COLLIGERE, *comparare.* Qu. fr. I. 1. omnium laudem undique *colligere.* ibid. II. 15. *colligere* gratiam dignitatemque. ad Div. II. *collectam* gratiam effundere. * Att. VIII. 9. metuo, ne omnis hæc clementia ad unam illam crudelitatem *colligatur.* * ad Div. V. 18. colligere *se dicuntur, qui a magna animi perturbatione ad tranquillitatem redeunt.* Dom. 33. * ad Div. IV. 3. cum accuratissime monuisti

nuisti senatum, *collectis* omnibus bellis civilibus. h. e. *commemoratis ex ordine.* Inv. I. 1. *colligo* animo veteres civitatum maximarum calamitates: *i. e. revoco omnes in animum.*

COLLINEARE. Fin. III. 6. Si cui sit propositum *collineare* hastam aliquo aut sagittam. *In quo est*, hastam dirigere *aliquo, sed est etiam ubi significat* scopum attingere & ferire, *ut* Div. II. 59. quis est enim, qui totum diem jaculans, non aliquando *collineet.*

COLLOCARE. ad Div. II. 13. *collocare* rem militarem, *est omnia constituere, apparare, quæ ad rei militaris necessitatem utilitatemque pertinent.* * collocare *se alicubi dicuntur, qui domicilium alicubi constituunt sibi fortunarumque suarum sedem.* Fin. V. 1. *de Attico:* Ita se Athenis *collocavit*, ut sit pene unus ex Atticis. Phil. II. 39. *collocatos* in agro Campano mimos. * *collocare* pecuniam *dicuntur, qui agros aut metalla emunt, aut fœnori dant. vid. v. c.* Manil. 7. Off. II. 12. Cæcin. 4. *nostri, sein Geld anlegen. Unde eleganter Cicero sæpe hac dicendi forma utitur*, beneficium collocare. Phil. III. 2. *collocare* patrimonium in salute reip. *i. e. impendere in salutem reip. quæ pecunia non perit. Hinc ductum etiam illud* Verr. V. 14. ædilitas recte *collocata.* * *pro eo, apud nos dicimus, einquartieren.* Verr. I. 24. comites ejus item apud ceteros hospites *collocantur.* * Tusc. V. 1. totos se in optimo vitæ statu *collocarent.* Cœl. 20. se in meretricia vita *collocavit.* Off. I. 44. *collocare* se totum in cognitione & scientia.

COLLYBVS. Att. II. 6. in *collybo* est detrimenti satis. Verr. III. 78. deductiones fieri solebant primum pro spectatione & *collybo* (h. e. *permutatione pecuniæ, l'agio*) -- nam *collybus* esse qui potest, cum omnes utantur eodem genere numorum.

COLOR. *ornamenta orationis.* Qu. fr. II. 15. pingam *coloribus* tuis, penicillo meo. Orat. III. 25. ornatur oratio genere primum & quasi *colore* quodam & succo suo. *Sic* ibid. 52. *color* orationis *oriri dicitur e tribus generibus, sublimi, medio & tenui.* * Brut. 44. veritatis *color.* ibid. 46. urbanitatis *color.*

COLORATVS. Br. 48. oratio urbanitate *colorata.*

COLVMNA. Sext. 8. adhæreſcere ad *columnam.* Columna Menia *in foro fuit, ad quam triumviri capitales de furibus & servis supplicia sumebant, uti Asconius tradit, ad Divin. in Cæcil. 16. adde, & de debitoribus, qui satisfacere non possent, qui sunt furibus simillimi. Nam h. l. quidem de obærato sermonem esse, nullum est dubium. cf. inprimis* Cluent. 30. *ubi de Q. Manilio IIviro capitali:* Ex petulanti atque improbo scurra, in discordiis civitatis, ad eam *columnam*, ad quam multorum conviciis deductus fuerat, cum suffragiis populi pervenit. *v. ibi Manut.* Adhæreſcere ad columnam *igitur est, propter æs alienum ad columnam Meniam deduci, nec solvere debitum posse: allegoria ducta ab his, qui in columnis maritimis adhæreſcunt, h. e. ad eas illisi naufragium faciunt.*

COLV-

COLVMNARIVM. Att. XIII. 6. *columnarium* vide, ne nullum debeamus: quamquam mihi videor audisse a Camillo commutatam esse legem. *Est autem vectigal, quod solvitur pro columnis singulis, institutum, ut videtur, lege sumtuaria Cæsaris, quod nimii sumtus in columnis fierent. vid. Burman. de vectig. R. p.* 205.

COLVMNARIVS, ad Diverſ. VIII. 9. Nolo te putare Favonium a *columnariis* præteritum esse. Optimus quisque eum non fecit. *Apparet, fuisse de plebe homines, nullius pretii, iique aut propterea columnarii dicti, quod ibi rei essent,* (*v.* Columna) *ut videtur Manutio ad h. l. aliisque, aut, quod potius crediderim, quia circa eam columnam otii fallendi causa versarentur, similes subroſtranis & subbasilicanis, quos & ipsos inde dictos scimus, quod pro roſtris & ad basilicas esse solerent. Comprehenduntur* turba forensi, plebe urbana, *de qua sæpe Cicero.*

COMEDERE. Att. VI. 1. numos alicujus *comedere.* ad Div. IX. 20. ne tua bona *comedim, antique pro* comedam: *de qua forma v. Heinſ. ad Virg. Æn. XII.* 801. Bona sua comedere, etiam ad Div. XI. 21. *occurrit.*

COMIS. Fin. II. 25. *comis* in amicitiis tuendis. *Ceterum qui* comis *dicatur, quid sit* comiter, *declarat Cicero ipse.* v. comiter.

COMISSATIO. Mur. 6. Cat. II. 5. *est convivium nocturnum tempestivum, inprimis compotatio, cum vagatione nocturna per urbis vicos & plateas, adhibitis tædis & symphonia. v. Lamb. κωμάζειν in Exercit. ad N. T.*

COMISSATOR. Att. I. 16. *comissatores* conjurationis.

COMITARI. Tusc. V. 24. tardis mentibus virtus non *comitatur.*

COMITATVS. Fin. II. 34. quid opus est tanto virtutum *comitatu?* Anteceſſit instrumentum in optimis artibus comparandis honestorum studiorum concursus &c. * *de adjutoribus est* Marcell. 4. ceteræ duce te gestæ sunt magnæ illæ quidem, sed tamen multo magnoque *comitatu.*

COMITER *quid significet, docetur pro* Balbo 16. *nempe sine dolo malo. v. Græv. ad l. c. Drak. ad Liv. XXV.* 12. *Dukerus ad eund. XXXVIII.* 11.

COMITIA. Qu. fr. II. 15. *comitia* gratuita, *in quibus nulla largitio versata est.* Sen. p. R. 11. *comitia* justa *sunt centuriata.* Verr. I. 7. mea *comitia*, h. e. *in quibus petitor fui.* Verr. II. 52. comitia *etiam de electione sacerdotis per sortitionem in Sicilia facta, dicuntur.* Cœl. 8. *comitia* Pontificia, *sunt creandis Pontificibus, in quibus Pontifices creantur. sic* Consularia, Prætoria &c. *De generibus Comitiorum suis locis agitur.*

COMITIALIS. Q. Fr. II. 2. dies *comitiales*, h. e. *per quos comitia habentur, aut haberi possunt.* cf. ibid. 5. *Sic* Verr. II. 52. mensis *comitialis.*

COMITIATVS, us. *pro comitiis.* Leg. III. 4. *comitiatus* maximus *dicitur de comitiis centuriatis, quoniam in iis omnes ordines populi suffragia ferunt, in tributis plebs tantum.*

COMITIVM. Brut. 84. Verr. I. 19.

I. 19. Div. V. 17. *locus in foro Romano, ubi, ut auctor est Varro L. L. IV.* 32. coibant comitiis curiatis & litium causa, *unde & nomen duxit. Nam Consules olim, post prætores ibi jus dicebant, ut multis Livii locis patet. Ex eo aditus & in curiam.*

COMMENDATIO. Fin. II. 12. Epicurus cum in prima *commendatione* voluptatem dixisset. h. e. *in iis rebus, quæ nobis primæ a natura quasi commendari videntur, quod eas nostra sponte appetimus, & earum causa alias consectamur.* * Planc. 13. *commendatio* dulcissima naturæ, h. e. *quæ oritur a natura. Sic* Or. I. 26. probitatis *commendatio.* Brut. 25. *commendatio* majorum. * Or. II. 87. oculorum *commendatio*, cum quas res memoriæ tradere volumus, eas oculis intuemur. Or. 31. hunc librum si minus nostra *commendatione*, tuo tamen nomine divulgari necesse est.

COMMENDARE. Leg. II. 16. sacro *commendatum*, h. e. *in templo depositum.*

COMMENTARI *dicuntur, qui cogitant & scribunt, quæ dicturi sunt: unde, quicquid accurate cogitamus aut scribimus, id commentari dicimur.* ad Div. IV. 6. ut ante *commentemur* inter nos, qua ratione nobis traducendum sit hoc tempus. Phil. XI. 6. quorum alter *commentatus* est mimos, alter egit tragœdiam. ad Div. VII. 1. te ipsum, qui id jam multos annos *commentaris*, docebo profecto, quid sit humaniter vivere. Br. 90. declamitantem *commentari.* Tusc. III. 13. futuras mecum *commentabar* miserias. Phil. III. 14. multos menses de libertate pop. Rom. *commentati* atque meditati. Div. I. 41. commentari *dicuntur magi Persarum, cum conveniunt & inter se de rebus suis colloquuntur & deliberant.* Or. III. 23. *de magistro Samnitium gladiatorum dicitur* commentari.

COMMENTARIOLVS. Fin. IV. 4. ne necesse sit iisdem rebus semper quasi dictata decantare, neque a *commentariolis* suis discedere. h. e. *a libellis, in quos præcepta de philosophia memoriæ causa congessimus.*

COMMENTARIVS. Rabir. Perd. 5. *Commentarii* regum, *sunt libri, in quibus leges &c. regum scriptæ sunt, ut illa constitutio de judicando perduelle. Sed* Commentarii *in genere sunt libri, in quibus memoriæ causa res perscribimus quascunque, unde de tabulis acceptorum & expensorum, de tabulis Censoriis, libris Pontificum sæpe dicitur.*

COMMENTATIO *pro meditatione & exercitatione*, v. *commentari.* Tusc. II. 18. Or. I. 33. Tusc. I. 30. *extr. commentatio mortis.* ib. III. 16. *commentatio* parendi.

COMMEO. Nat. D. I. 11. animum esse per naturam rerum omnem intentum & *commeantem.*

COMMERCIVM. Verr. III. 40. *commercium* in eo agro Panormitanis non est: *pro potestate emendi agros.* cf. II. 49.

COMMETIRI. Inv. I. 26. *commetiri* cum tempore, h. e. *comparare.*

COMMINVI. Att. IV. 3. re familiari *comminui.* * Off. II. 11. quem C. Lælius prætor fregit & com-

comminuit. * *notabilis est etiam hæc forma*, ad Div. XIII. 12. non ut aliquid *de* commendatione illa *comminuam.*

COMMISCEO. Nat. D. II. 51. *commiscendorum* corporum libido.

COMMISSIO. Att. XVI. 5. *commissione* Græcorum frequentiam non fuisse: *sunt ludi Græci, certamina Græcorum in quibus Græci homines, aut certe habitu Græco committuntur. Itaque pergit Cicero:* quod quidem me minime fefellit. Scis enim, quid ego *de Græcis ludis* existimem. conf. *ibid.* XIII. 25.

COMMISSVRA Nat. D. II. 55. *Commissuræ* ossium &c.

COMMITTERE. Fin. III. 2. ludis *commissis:* i. e. *cœptis.* * *Simpliciter pro* scelus committere. Rosc. Am. 20. cum verisimile erit aliquem *commisisse.* * Cluent. 37. *committere* multam, *pro facere,* * *quo multa dignus sias &c. Hinc sæpe dicitur pro eo, quod nos dicimus: es verfehen.* ut Verr. I. 43. nemo *committeret.* * Rosc. Am. 5. *committitur* judicium inter sicarios, *pro habetur.* * *Sich wohin wagen.* Rosc. A. 23. *committere* se in conclave. Verr. II. 4. *committere* se in conspectum populi. Sext. 54. se theatro populoque Rom. *commiserit.* * *Elegans est etiam hæc ratio.* Verr. I. 32. *committere* incommoda sua legibus & judiciis. h. e. *non ipsum vindicare, sed judicio persequi injurias suas.* * *Est etiam pro perdere, cum committimus, ut aliquid pereat.* Verr. I. 10. II. 14. hereditas *commissa, eine Erbschaft, die verfallen ist.* Sic Flacc. 21. *commissa* fiducia. *ein verfallnes Pfand,* hypothecæ *commissæ, ut est* ad Div. XIII. 56. *hinc ducitur elegans ratio* pro Dom. 57. devotio convicta & *commissa; cum accidit id, quod voto susceptо a Diis consequi voluimus.*

COMMODARE. Verr. IV. 42. nomen suum alicui ad translationem criminis *commodare.*

COMMODE. ad Div. XI. 23. *commode* de aliquo sentire.

COMMODITAS. Inv. I. 25. corporis *commoditas* i. e. *habilitas ad res varias agendas.* Rosc. A. 4. *de elegantia orationis:* neque satis commode me dicere posse intelligo - - nam *commoditati* ingenium - - est impedimento. *Sic de pulchritudine domus acceperim* Off. I. 39. ad usum accommodanda est ædificandi descriptio: & tamen adhibenda dignitatis *commoditatisque* diligentia.

COMMODVM, *adv.* Att. XIII. 19. *Commodum* discesserat Hilarus.

COMMODVM. Fin. V. 21. prima naturæ *commoda: sunt habilitates propensionesque, quæ primæ se in hominibus exserunt, tanquam studium sciendi, cum hominibus versandi &c.* * *quod nobis commodatum est.* Verr. IV. 3. qui forum *commodis* hospitum, non furtis nocentium ornarent. *vid. Salmas. de Usur. c. 7.* * *præmia militum.* ad Div. XI. 2. *extr.* quod de *commodis veteranorum* laturus esse. * Commodo *videtur adverbialiter poni pro commode* ad Div. I. 1. *in libris, qui habent,* quod *commodo* facere possis. *Sed alii addunt,* reipublicæ, *vel intelligunt* tuo, *quod alibi addit Cicero:* ibid.

XVI. 1. quod *commodo valitudinis* tuæ fieri posſit.

COMMODVS, *mitis, qui nec facile in rebus levibus, nec nimis iraſcitur.* Qu. Fr. I. 1. 13. atque in hoc genere (*in iraſcendo*) multo te eſſe jam *commodiorem* mitioremque nunciant.

COMMORARI. Or. 40. in ſententia *commorari.*

COMMORATIO. *quid in rhetoricis?* ad Her. IV. 45.

COMMOTIVNCVLA, *levis impetus febrilis, qualis eſſe ſolet jam debilitata & fracta febris vi.* Att. XII. 11. Atticæ *commotiunculis* συμπάσχω.

COMMOVERE. Qu. Fr. II. 6. perleviter *commoveri.* h. e. *ægrotare.* * *de philoſophis, qui nova comminiſcuntur.* Acad. IV. 6. Philo, dum nova quædam *commovet*, quod ea ſustinere vix poterat, quæ contra Academicorum pertinaciam dicebantur & aperte mentitur &c. * *Suscipere, moliri.* Att. XVI. 15. hæc, quæ *commota* ſunt, quorſum evadant: *unde* commovere ſe *dicuntur, qui aliquid moliuntur.* Catil. I. 2. ne *commovere* te contra rempublicam posſis. * Commoveri *cum de animo dicitur, tribus modis ſumitur; primo, cum refertur ad ingenium, eſt, rationibus quibusdam eo perduci, ut aliquid verum falſumve putemus. deinde, cum de perturbationibus animi, quæ & commotiones animi appellantur, dicitur, plerumque certum aliquod commotionis genus indicat: ut, morte alicujus commoveri, pro terreri, aut triſtitia affici. Ad voluntatem denique ubi refertur, ſignificat, certis de cauſis nobis aliquid eſſe conſtitutum. Exempla pauca adjiciemus:* Arch. 5. Unius nominis litura ſe *commotum* dixerit: i. e. *propter unam ſituram ſibi tabulas ſuſpectas eſſe.* Muren. 19. *commovebar* ludis Antonii: *timorem afferebant, ne mihi nocerent in petitione.* * Or. II. 5. Græcarum disputationum memoriam *commoverat:* h. e. *inſtaurarat, revocarat.* * Or. I. 15. ingenium arte *commovere, pro augere, acuere.* * *evertere, revellere, confutare.* Or. II. 51. *Si* convellere adoriamur ea, quæ *commoveri* non posſunt.

COMMVNICO. ad Div. I. 7. Non ſolum a me provocatus, ſed etiam ſua ſponte de te *communicare* ſolet: *ad me referre, deliberare.* Acad. IV. 1. itaque privabo illum potius debito teſtimonio, quam id cum mea laude *communicem.* Or. I. 15. *communicare* cum aliquo, *pro conſulere aliquem.* Roſc. Am. 40. 49. *res & ratio cum aliquo* communicari *dicitur, quem ſocium in commodis aut negotio ſumimus.*

COMMVNIS, *vulgaris. quoad quæ omnibus communia ſunt, vulgaria habentur, & adeo contemnuntur.* ad Div. I. 9. abhorrent a præceptis *communibus.* ibid. VII. 1. *communes* mimos ſpectarent ſemiſomni. * Or. 33. *commune* judicium, *de judicio populi.* Dom. 18. *communia* tempora, *quæ ad univerſam remp. pertinent.* Balb. 5. *communis* imperii fines, i. e. *noſtri, Rom.* Sext. 1. *communis* libertas. ibid. 6. *communem* ſalutem reficere. Planc. 14. *communis* ille ſenſus in aliis fortaſſe latuit. h. e. *alii fortaſſe diſſimularum*

runt dolorem, qui ad omnes pertinebat. Or. III. 29. quid in *communi* mente quasi impressum sit, *est notio confusa, quam omnes habent, & quam evolvit philosophus.* Pis. 38. *communis* salutatio: h. e. *qua in omnes utimur, etiam ignotos.* Or. II. 77. *commune* exordium, *quod multis orationibus præmitti potest, & est in vitio.* ibid. 17. *communes* litteræ, *sunt artes liberales, quibus omnes operam dare solent.* Orat. III. 27. locus *communis dicitur, quia rem omnem ad genus refert, adeoque ad omnes formas pertinet.* Phil. II. 4. homo vitæ *communis* ignarus, *ein Mensch, der nicht zu leben weiss, ut nos dicimus, qui nescit, quæ omnibus, etiam inimicis, officia tribuenda sint, & vulgo tribuantur.* Or. I. 49. versatus in causis forensibus atque *communibus. Tironum causa monendum est,* communia *dici, quæ ad plures pertinent, adeoque* communia *dici posse etiam quæ* vulgaria *alias dicuntur, ut supra notamus. Quid enim sunt communia præcepta, a quibus Ciceronis de oratore libri abhorrent, nisi vulgaria, quæ in vulgaribus rhetoricis libellis occurrunt? Est tamen etiam aliquid inter* vulgaria *&* communia *discriminis.* Vulgaria *dicimus, quæ communia sunt omnibus, sed ita, ut hoc ipso verbo contemtum eorum significemus.* Communia *autem & ipsa ad plures, atque adeo ad omnes pertinent, sed sine contemtu. Sic dicimus* communem sensum, communem rationem, communia præcepta, communia mala, vitium commune, *sed simpliciter respicimus ad id, quod ad plures aut ad omnes pertinet.* * Communia omnia *habent significationem amicitiæ.* ad Div. V. 21. nam tecum mihi esse *communia omnia,* ita quæ opto contingant, ut vehementer velim: *ita locum bene constituit Grævius. Sed sensus est: tibi amicissimus & familiarissimus esse cupio.* * Verr. II. 46. 63. *Commune* Siciliæ i. e. *universam Siciliam.* Verr. I. 38. *Commune* Milyadum. *v. de hac forma Heins. ad Ovid. Met. XII.* 7.

COMMVNIO. Mil. 36. bona, fortunas meas ac liberorum meorum in *communionem* tuorum temporum contuli: *tecum communicari.*

COMMVNITAS. Fin. III. 20. *communitas* naturalis. ib. *communitas* civilis. ib. V. 14. prima *communitas* naturæ. Off. I. 7. vitæ *communitas.* ib. 16. *communitas* & societas humana. * Top. 6. res disjuncta a *communitate* i. e. *a genere ad speciem traducta, aut, in definitione, adjectis propriis ad communia.*

COMMVTABILIS. Inv. I. 18. *commutabile* exordium.

COMMVTARE, *cum abl. sine præpos.* Agr. I. 5. possessionis invidiam *pecunia commutent. ubi v. Turnebus. add. Drakenb. ad Liv. XLII.* 5.

COMPACTO. *adv.* Att. X. 12. ut *compacto* prohibiti videamur.

COMPAGES. Senect. 21. *compages* corporis.

COMPAR. (πάρισον) *in rhetoricis quid?* ad Her. IV. 20.

COMPARABILE, *simile.* Inv. I. 42. 30.

COMPARARE. Verr. I. 1. ac-

cusationem *comparare*, *dicitur actor cum ea conquirit*, *facit*, *quæ ad recte accusandum pertinent*. Inv. I. 15. animum auditoris *idonee comparare* ad reliquam dictionem, h. e. *facere*, *ut attendat reliquæ orationi*. Quinct. 3. Verr. I. 36. res, quæ in Gallia comparabantur, *sunt fructus prædiorum Gallicorum* &c. *qui Romam mittuntur* &c. Quinct. 16. majores nostri *comparaverunt* i. e. *statuerunt*, *sive potius*, *legibus*, *SCtis*, *aut aliis modis effecerunt*, *sc. aut ne quid fieret*, *aut ut aliquid fieret*. *plura e Cicerone suggeret Passeratius ad h. l.* ad Div. XII. 30. honore digni cum ignominia dignis *non* erant *comparandi*, *h. e. non eodem modo tractandi*. *Est etiam ubi dicitur*, *pro comparando demonstrare*. Off. II. 5. deinde *comparat*, quanto *&c. Sic & Livius dixit II. 32. extr.* Quinct. 1. ut ego cum patrono dissertissimo *comparer*. *Elegans ratio e ludo gladiatorum ducta*, *qui dicuntur comparari*, *cum paria gladiatorum deliguntur*, *h. e. constituitur*, *quis cum quoque contendat*. *Comparatur ergo patronus cum patrono*, *quia inter se de victoria contendunt*. * *Dicitur etiam eleganter elliptice*, *pro res necessarias*, *copias comparare*. ad Div. XVI. 10. omnino ex hac quoque parte diligentissime *comparatur*: *ubi v. Interpretes & add. Gronov. ad Liv. XXXVI. 3. & XXXVIII. 12. Sic & substantivum dicitur in loco epistolæ ad Q. Fr. qui mox profertur*.

COMPARATIVVS. Inv. II. 25. *comparativa* judicatio: *quid sit*, *ibi docetur*.

COMPARATIO. Qu. fr. I. 2. ext. quibus ego ita credo, ut nihil de *comparatione* mea diminuam: h. e. *nihilo minus me contra eos comparem*. Mur. 21. *comparatio* testium. Br. 76. ipsa *comparatio* disciplinaque dicendi. * Inv. I. 11. Comparatio *est pars constitutionis assumtivæ*.

COMPELLARE. *reprehendere*, *objurgare aliquem*: *item accusare in judicio*, *aut certe nomen deferre*: *proprie videtur idem esse*, *quod interrogare*. Att. II. 2. Nigidius minatur in concione, se judicem, qui non adfuerit, *compellaturum*. ad Div. VIII. 12. Cum parum procederet, ut ulla lege mihi accusatorem ponerent, *compellari* ea lege me voluerunt, qua &c. ad Herenn. I. 14. mimus quidam Accium poëtam *compellavit* in scena. Phil. III. 7. Idem Q. Ciceronem *compellat* edicto, nec intelligit commendationem esse compellationem tuam.

COMPELLATIO. *reprehensio*, *vituperatio*, *accusatio*. Phil. III. 7. nec intelligit commendationem esse *compellationem* suam.

COMPELLI. ad Div. I. 9. Cum in hunc sensum alliciar beneficiis hominum, & *compellar* injuriis.

COMPENDIVM, *lucrum*. Rosc. Com. 16. *compendium* facere. ad Her. IV. 42. turpe *compendium* &c.

COMPENSARE. Flacc. 29. *Catonis est dictum*: pedibus *compensari* pecuniam. *Est de remotis sed salubriter emtis prædiis*: *in his*, *Cato putabat*, *itinera propter longinquitatem tantum impensæ habere*, *aut certe molestiæ*, *ut æque cara esse ac propinqua videantur*.

deantur. * Fontej. 1. Socii Gallicorum bellorum *pericula populo* R. coriis remisque *compensarunt.*

COMPERENDINARE. Act. I. Verr. 11. *est jubere reum iterum adesse, ut causa secunda vice agatur, & quidem in diem perendinum, ut tradit Asconius. cf. Comperendinatus.*

COMPERENDINATIO. & COMPERENDINATVS. Verr. I. 9. Brut. 22. unum, quasi *comperendinatus,* medium diem fuisse.

COMPERIRE. Att. I. 14. Clodius -- me tantum *comperisse* omnia criminabatur. *Cicero in causa Catilinaria crebro dixerat,* comperi omnia. *Ea res locum dedit dicteriis in Ciceronem, cum eum omnia comperisse risus causa dicerent. v. Casaub. ad h. l.*

COMPETITRIX, Mur. 19. habui scenam *competitricem. Eleganter. Antonius scenam argentatam in ludis dederat, collega Ciceronis in ædilitate. hinc metuebat Cicero, ne scena illa plus apud populum in petitione valeret, quam ipse, & scena petere consulatum pro Antonio videbatur.*

COMPINGI, *coërceri, includi.* Or. I. 11. in judicium & conciunculas tamquam in pistrinum aliquod detrudi & *compingi.* Attic. VIII. 1. Apuliam amiserat culpa sua, in Picenum se *compegerat.*

COMPITALIA. Att. II. 3.

COMPITALITIVS dies, Att. VII. 7. ludi *compitalitii,* Pison. 4. *solemnia, quæ in compitis agebantur.*

COMPLECTI. ad Div. II. 6. Si *complecti* hominem volueris. ibid. 8. da te homini: *complectetur,* mihi crede. cf. ibid. 13. *dicitur de his, qui aliquem in amicos recipiunt, & liberaliter, beneficeque tractant. Hinc* Læl. 15. fortuna quos *complexa* est. *item* Phil. V. 16. causam eam *complexus* est, *pro ad eas partes accessit.* * *in agricultura & re hortensi* complecti terram *dicitur eleganter de plantis, quæ convalescunt, adhærescunt, comprehendunt, bekleiben. hinc ductum videtur hoc* Tusc. II. 4. cum philosophia idoneam *complexa* est naturam. *pro* concludere *in syllogismo est* Invent. I. 40. *quemadmodum ipsa conclusio dicitur* complexio. *ubi vid.* * Tusc. I. 22. Deum cogitatione *complecti* non possumus, *wir können uns GOtt nicht vorstellen.* * ad Div. VI. 6. literis *complecti, de re aliqua scribere, de poëtis & historicis.* * Att. II. 6. Sic *complexus* sum otium, ut ab eo divelli non possim. *sic delector, sic frui cupio otio.* * *consequi.* ad Div. X. 12. eam facultatem habes maximam, quam cum *complexus* es, tene. * *adjungere.* Pis. 31. *complecteris* amplissimos viros ad tuum scelus. * *passive est* Tusc. V. 14. in eo genere, quo vita beata *complectitur. ubi vid. Davis. Sic* Rosc. A. 13. quo uno scelere omnia scelera *complexa esse* videantur.

COMPLEMENTVM. Or. 69. *complementa* numerorum, *sunt verba inania, quæ inferciuntur periodis, ut eo numerosior cadat oratio, ut Asiatici facere solebant.*

COMPLETVS, *plenus.* Verr. V. 57. *completus* mercatorum carcer.

COMPLEXIO. ad Herenn. IV. 14. *est genus figuræ, dictum inde, quod duo genera exornandi*

complectitur, *ut ibi ostenditur.* * Inv. I. 34. *ponitur pro* conclusione syllogismi, *quæ inde complexio dicitur*, *quia propositionis & assumtionis conceptus non communes complectitur.* * *genus argumenti*, *quod* dilemma *dicunt alio nomine.* Inv. I. 29. *complexio* est, in qua utrum concesseris, reprehenditur ad hunc modum: si improbus est, cur uteris, sin probus, cur accusas. * Or. III. 46. *verborum complexio, est periodus. Sed* Phil. II. 37. mira verborum *complexio, est mira loquendi ratio.* * *Copia.* Tusc. V. 10. cumulata bonorum *complexio.*

COMPLEXVS. Tusc. III. 20. *complexus* corporum, *de coitu.* Catil. II. 10. de *complexu* ac sinu, *sunt familiarissimi cujusque. v. Græv. ad h. l.* Nat. D. II. 40. restat ultimus & omnia cingens & coërcens cœli *complexus:* i. e. *ambitus.*

COMPLICARE epistolam, Qu. fr. I. 3. Off. III. 19. evolvere animi sui *complicatam* notionem.

COMPONERE. Att. VI. 1. *componere* actiones, *dicitur de Juris Consultis, qui formulas actionum* (v. actio) *excogitant & scribunt.* * *disponere.* Or. I. 31. *componere* inventa. cf. II. 76. * *numeroſe collocare.* Brut. 17. verba *componere.* * *comparare.* Flacc. 26. *componere* dignitati alicujus suam. * *pacem facere.* Rosc. Am. 47. ut *componeretur.* * *in re gladiatoria dicuntur* componi *gladiatores, qui secum pugnare jubentur.* Opt. gen. d. 6. Æschines tanquam Æschinus cum Pacidiano *componitur.*

COMPOSITE. Or. I. 15. *composite* dicere: i. e. *dispositè, ordine.*

COMPOSITIO. Fin. III. 22. sentio me longius esse provectum -- Verum admirabilis *compositio* disciplinæ, incredibilisque rerum traxit ordo. Compositio *est, quem vulgo vocant nexum, ordinem systematicum, den Zusammenhang.* * *Dicitur eleganter de gladiatoribus, cum deliguntur, qui inter se pugnent, quod & comparare dicitur, quia comparantur inter se, qui sint pares.* Horat. *Threx est Gallina Syro par.* ad Div. II. 8. ut mihi gladiatorum *compositiones* mitteres. * *pax fœdere, aut quacumque decisione, conciliata.* Rosc. Am. 12. per *compositionem* servare suos cives. Phil. II. 10. *compositionis* auctor. * *mistura certa.* Nat. D. II. 58. *compositiones* unguentorum.

COMPOSITVS, *paratus.* Act. I. in Verr. 11. *compositus* ad judicium. * *fictus.* Verr. III. 61. *compositum* crimen. * *numerosus.* Or. 70. *compositus* orator.

COMPREHENDERE. Attic. XII. 21. verbis luculentioribus & pluribus rem eandem *comprehenderat*, i. e. *expressérat.* * *pro complecti, conciliare sibi.* ad Div. XIII. 15. adolescentem humanitate sua *comprehendere.* Cœl. 6. *comprehendere* multos amicitia, tueri obsequio. * Fin. V. 10. est enim infixum in ipsa natura, *comprehenditur* suis cujusque sensibus, sic, ut, si quis contra dicere velit, non audiatur. * *deprehendere.* Catil. III. 1. qua ratione investigata & *comprehensa* sint. *ibid.* 7. duces captos & *comprehensos* tenetis. Cluent. 16. *comprehenderetur* res. Flacc. 16. totius testimonii fictam audaciam manifesto *comprehensam* atque oppressam teneri. * *intelligere.*

gere. Or. I. 18. si quis omnium rerum atque artium rationem naturamque *comprehenderit.* ibid. 23. res scientia *comprehensæ.* * Nat. D. II. 32. Natura concipiens & *comprehendens* semen.

COMPREHENSIBILE, (καταληπτὸν) *est philosophorum verbum, quo significatur id, quod ita insignitum est a vero, ut non possit eodem modo & a falso, sive, visum expressum & effictum ex eo, unde est, qualia esse non possunt ex eo, unde non sunt.* v. Acad. I. 11. IV. 6.

COMPREHENSIO, *verbum philosophiæ Stoicæ* (καταλήψια.) *dicebatur actus intelligentiæ, cum visum arripit, ex eo effictum, unde est, quale esse non potest ex eo, unde non est. Acad. I.* 11. Sed cum jam acceptum καταληπτὸν & approbatum esset, *comprehensionem* appellabat, similem iis rebus, quæ manu prehenderentur, ex quo etiam nomen duxerat, cum eo verbo nemo ante in tali re usus esset. * Fin. V. 9. una *comprehensione* omnia complecti. * Brut. 8. *comprehensio* verborum, *est periodus.* cf. Or. 67. Brut. 44. * Nat. D. II. 59. *comprehensio* rerum consequentium cum primis, *est, cum intelligimus, quid ex quoque sequatur.*

COMPRESSE, *tenuiter, breviter.* Fin. II. 6. quod latius loquerentur rhetores, dialectici autem *compressius.*

COMPRESSIO. Brut. 7. crebris sententiis, *compressione* rerum breves & ob eam ipsam causam interdum subobscuri.

COMPRIMERE, *occultare, celare.* Dom. 8. Verr. II. 77. Att. V. 21. *comprimere* frumentum. ibid. X. 4. delicta alicujus *comprimere.* * *ad silentium redigere.* Fin. II. 17. qui animi conscientiam non curet, quam scilicet *comprimere* nihil est negotii. * *coërcere, domare, reprimere.* Phil. II. 9. impetum oppilatis scalis *comprimere.* Nat. D. II. 59. *comprimere* gestientem. Fat. 5. naturam ita esse edomitam atque *compressam* doctrina.

COMPROBARE. Nat. D. II. 3. numen deorum *comprobare:* h. e. *credere deos esse.*

COMPROMISSUM *est, cum utraque litigantium pars promittit, se arbitri sumti sententia staturam, ni fecerit, certam pecuniam, ut in sponsione, amissuram.* v. *compromittere.* Rosc. Com. 4. quid ita de hac pecunia - - de tuarum tabularum fide *compromissum* feceris, arbitrum sumseris &c. Verr. II. 27. judicium de *compromisso.* Verr. II. 27. pœnis, *compromissisque* interpositis HS. CCC. extorquenda curavit: quodque judicium secundum Heraclium de *compromissis* factum erat &c. *Sed quoniam illud genus compromissi inde dicitur, ut ex notatione intelligitur, quod uterque promittit & inter eos de re convenit, compromissum in genere dicitur omne id, de quo inter duas partes convenit. Sic* ad Div. XII. 30. Sed a magistris (auctionis) cum contenderem de proferendo die, probaverunt mihi, sese, quo minus id facerent, & *compromisso* & jure jurando impediri.

COMPROMITTERE *dicuntur, inter quos de re quacumque convenit, quique aliquid de communi sententia statuunt se factu-*

ros, interpoſita arbitraria pœna. Qu. fr. II. 15. tribunicii candidati *compromiſerunt*, HS. quingenis in ſingulos apud M. Catonem depoſitis, petere ejus arbitratu, ut qui contra feciſſet ab eo condemnaretur.

COMPVNGERE. Or. II. 38. *compungere* ſe ſuis acuminibus: *de dialecticis, in primis Stoicis, dicitur, qui diſſolvere inexplicabilia a ſe reperta ipſi non poſſunt. ſed de ſtigmate notatis* Off. II. 7. *compunctus* notis Threicidicis.

CONARI, *pro poſſe, conari cum effectu, ſive pro actione ipſa.* in Cæcil. 14. *de Hortenſio:* numquam ullo artificio me pervertet, numquam ingenio me ſuo labefactare atque infirmare *conabitur. Sic* Verr. II. 14. leviore illo artificio aggredi *conatur*, *pro* aggrediturr.

CONCALLEO. Nat. D. III. 10. *concalluit* manus opere.

CONCEDO, *cedo.* ad Div. IV. 3. *concedo* nemini, qui majorem ex pernicie reip. moleſtiam traxerit. Att. XIV. 18. neque ei quidquam *in* deſperatione *concedo*, Verr. II, 44. ut vix Apronio *de* familiaritate *concedere* videatur. Roſc. Am. 40. *de* arte *concedere.* * *condonare.* Verr. I. 49. quid eſt aliud peccata *concedere* omnibus, cf. Or. III. 51. Roſc. Am. I. neque temere dicto *concedi* poteſt. ad Div. V. 6. non putat ſe ſuſtinere poſſe cauſas multorum, ſi tibi, cui juſtius videtur iraſci poſſe, *conceſſerit. inprimis eleganter dicitur* concedere aliquem alicui, *cum alicui ignoſcimus alterius cauſa.* v. c. Marcell. 1. cum M. Marcellum ſenatui populoque R. *conceſſiſti.* Prov. Conſ. 18. *concedere* inimicitias reip. cf. Ligar. 12. Cluent. 69. *Etiam judices eleganter dicuntur* concedere alienis peccatis, *cum abſolvunt criminibus convictos.* Verr. III. 96. * Dom. 36. remp. *concedere* unius diſceſſu. *Si vera eſt lectio*, concedere *h. l. eſt abire. ſed commodior eſt lectio altera, quam habet Græviana*, concidere. * Roſc. Com. 6. crimen gratiæ *concedebas* h. e. *criminabare, gratiæ a Fannio ineundæ cauſæ.* * Cat. I. 9. *Concedere* reip. temporibus *dicuntur, qui ferunt & faciunt, quamquam inviti, quæ reip. tempora poſtulant.* * Phil. II. 2. petitionem alicui *concedere, eſt abſtinere a petendo, alterius cauſa.* * *obtemperare.* Cæcin. 24. *Concedere* Jctis. * Tuſc. II. 7. ei *concedendum* eſt gementi, h. e. *non reprehendendus eſt, ſed ei permittendum eſt, ut gemat.*

CONCELEBRARE. Inv. I. 3. ſtudia *concelebrata* ab optimis &c. *ſunt diligenter tractata & culta.* Manil. 21. omni ſtudio viſere & *concelebrare:* h. e. *magna frequentia honeſtare.*

CONCENTIO. Sext. 55. caterva tota (*biſtrionum*) clariſſima *concentione*, in ore impuri hominis imminens concionata eſt.

CONCENTVS. Div. II. 15. *concentus* naturæ, *eſt* συμπάθεια. Or. III. 6. *concentus* doctrinarum, *eſt nexus & cognatio earum.*

CONCEPTIO. Inv. II. 19. ibi omnis *conceptio* privatorum judiciorum conſtituitur.

CONCERTATIO verborum, Tuſc. II. 13. λογομαχία.

CONCERTATORIVS. Brut. 83. Thucydides hoc forenſe *concer-*

certatorium judiciale non tractavit genus.

CONCESSIO. in Tog. Cand. *concessio* competitorum. v. *concedere.*

CONCHYLIATVS, *purpureus.* Phil. II. 27. *conchyliata* peristromata.

CONCIDERE. Qu. fr. II. 4. Vatinium, a quo palam oppugnabatur (*reus Sextius, pro quo est oratio*) arbitratu nostro *concidimus,* diis hominibusque plaudentibus: sc. *in oratione, f. potius interrogatione in Vatinium, qua ei, quicquid a tribunatu sceleris conceperat, objecit.* * *damnare.* Qu. fr. II. 6. sed hoc incommodum consolantur quotidianæ damnationes inimicorum, in quibus me lubente Servius allisus est, ceteri *concidantur.* * *verberare.* Verr. I. 47. virgis plebem R. *concideret.* * Or. 69. *concidere* sententias *dicuntur, qui minutos numeros sequuntur, non periodis utuntur.* * *refellere, & quidem paullo acerbius.* Nat. D. I. 33. *concidere* aliquem totis voluminibus.

CONCIDERE. Or. 43. num meæ artes *concidissent: h. e. nullus earum usus amplius esset.*

CONCILIARE. Verr. II. 55. *conciliare* pecuniam, *pro capere injustis modis, eripere.* cf. ibid. 58. III. 30. 84.

CONCILIATIO. Fin. III. 6. prima *conciliatio* hominis. v. *commendatio.* * Nat. D. II. 31. inter se civili *conciliatione* & societate junctı.

CONCILIATRICVLA. Sext. 9. blanda *conciliatricula, dicitur nobilitas esse, ut natura,* conciliatrix & quasi sui lena, Nat. D. II. *quæ sibi quemque conciliavit & commendavit.*

CONCINO. Fin. V. 28. videsne, ut hæc *concinant?* Nat. D. II. 8. omnibus inter se *concinentibus* mundi partibus. Sext. 21. *concinere* fata. *Sed Græv.* canere.

CONCINNE distributus, Or. II. 19. *est, & dialectorum præceptis.*

CONCINNITAS. Or. 25. illam autem *concinnitatem,* quæ verborum collocationem illuminat his luminibus, quæ Græci σχήματα appellant. &c.

CONCINNITVDO. Inv. I. 18. *eadem quæ* concinnitas.

CONCINNVS. Or. 19. sententias *concinnas* magis exquirunt, quam probabiles philosophi. h. e. *quæ magis propter acumen placeant, quam veritatem.*

CONCIO. Att. IV. 2. *concionem* alicui dare, *dicuntur magistratus, cum privatum hominem, cui ex rostris cum populo agendi potestas non est, in concionem producunt, eique dicendi potestatem faciunt.* * *oratio ad populum.* ad Div. X. 33. epistola *concionibus similis.* ibid. II. 12. ita tumultuosæ *conciones* afferebantur. * Or. II. 84. funeribus *concio,* sc. *in quæ laudatio habetur.*

CONCIONALIS. Qu. fr. II. 5. senatus clamor prope *concionalis.* Att. I. 16. *concionalis* hirudo ærarii, misera ac jejuna plebecula.

CONCIONARI. Tusc. I. 49. velut e loco superiori *concionandum: de re, quæ graviter dicenda est.* * Sext. 55. *de histrionibus dicitur, quia clara voce agunt, ut ii, qui pro rostris concionantur.*

CONCIONARIVS populus. Qu. fr. II. 3.

CONCIONATOR. Catil. IV. 5. *homo turbulentus, populum concitans concionibus.*

CONCIPERE. Qu. fr. II. 15. negat enim Trebatius, in tanta multitudine eorum, qui una essent, quemquam fuisse, qui vadimonium *concipere* posset. h.e. *formulam dare, qua vadimonium promittitur, quod est proprium JCtorum.* * *excogitare.* Har. Resp. 26. *conceptum* est justitium & meditatum. *Græv. e Franc. malebat* concoctum. *Sed v.* concoquere. *hinc pro consequente ponitur*, h. e. *pro ipso facto.* Tuscul. I. 30. qui fraudes *conceperint.* * *concipi, pro oriri.* Nat. Deor. III. 36. *conceptus* a se ipso dolor, *opponitur immisso divinitus.* * *contrahere.* Act. I. in Verr. 16. *concepta* huic ordini turpitudo.

CONCITATIO. Tusc. V. 15. 16. *concitationes* animi: πάθη.

CONCLAMARE. Phil. VI. 1. cum vos (*de populo*) universi una mente atque voce iterum a me conservatam esse remp. *conclamastis.* Flacc. 7. quod Mithridates -- se velle dixit, id sutores & zonarii *conclamarunt.*

CONCLVDERE. Or. 51. absolute *concluderetur* oratio. v. *absolute.*

CONCLVSIO. Or. II. 8. *conclusio* verborum, *est periodus, in qua verba numerose collocata sunt.* cf. ibid. III. 44. Or. 50. *conclusio* sententiarum *est, cum sententiæ apta periodo comprehenduntur.* Inv. I. 29. simplex *conclusio, quid sit?*

CONCLVSIVNCVLA. Acad. IV. 24. *conclusiunculæ* fallaces. Tusc. II. 18. *conclusiunculæ* contortæ & minutæ.

CONCLVSVS. Or. 5. *conclusa* oratio, *est structa, numerosa.* Or. I. 42. *concluso* artibus *dicuntur, quæ ad formam artis redacta sunt.* Verr. II. 82. facinus crudelitate perfectum & *conclusum.*

CONCOQVERE, *probare.* ad Div. IX. 4. an hæc κρίσις, quam noster Diodotus non *concoquebat*, h. e. *quæ probari ei non poterat.* * Rosc. Com. 15. tibi vero diu deliberandum & *concoquendum* est. *Sed Grævius legendum putat*, coquendum: *quod* coquere consilia *dicatur de deliberationibus, non autem* concoquere, *quod est* probare. *In quo sibi non satis constat Vir Cel. Nam ad Har. Resp. 26. pro* conceptum justitium *e Franciano malebat* concoctum. *Ibi autem de excogitata & deliberatione inventa re sermo est. Atque ut doceret*, concoquere *hoc modo dici, utebatur hoc loco e Rosciana, quem tamen refictum cupierat. Certe non est verosimile* conceptum *in* concoctum *mutatum: est enim facilis sententia & obvius vocis significatus. Sed* concoctum *potuit in* conceptum *mutari, quod hoc sensu dici posse non putaret, sive librarius, sive Grammaticus. Neque tamen propterea in Rosciana quicquam mutandum.* Concoquere *est valde coquere: valde enim cocta res concoquitur. Illud etiam dicere attinet, composita ex* con *sæpe pro simplicibus poni, ejusque rei ignoratione deceptos Grammaticos interpolasse auctores.* v. *concurrere & concursare: sed id fit non sine quadam vi. Nam illud* con *intendit vim simplicis.*

Cete-

Ceterum Grævii ad l. c. nota adducti Drakenb. & Duk. ap. Liv. XL. 10. *in verbis:* clandestina *concocta* sunt consilia, *corrigendum putabant* cocta. * ad Qu. Fr. III. 3. hæc odia non sorbeo solum, sed etiam *concoquo*, i. e. *fero, contemno.*

CONCREPO. Off. III. 19. ut si digitis *concrepuerit.* Agr. II. 30. qui, simulac decemviri *concrepuerint*, (*int. digitis*) expediti ad cædem esse possint.

CONCRETIO. Tusc. I. 17. mens segregata ab omni *concretione* mortali: h. e. *libera a partium mistione, & conjunctione, in qua nihil duplex, nihil mixtum, nihil coagmentatum, ut eodem loco dicit.*

CONCRETVS, *crassus.* Nat. Deor. II. 23. nimis *concreti* humores. ibid. 16. cœlum crassum & *concretum.* * *natus, ortus.* Tusc. I. 24. * *compositus e diversis partibus.* Tusc. I. 27. nihil est in animis mixtum & *concretum.*

CONCVPISCO. ad Div. X. 9. *concupisco mihi* nihil, contra quod ipse pugno.

CONCVRRERE, *de uno homine, sed anxie & studiosè currente.* Quinct. 16. non statim ad Aquillium *concurrisses.* v. *concoquere, concursio.* * Att. XVI. 3. *concurrere* nomina, *dicuntur, cum pecunia debita non solvitur ad diem, adeoque destituimur.*

CONCVRSARE, *de singulis, vario significatu.* Rosc. Am. 29. qui tum dies noctesque armati *concursabant.* Verr. V. 31. prætores obire provinciam & *concursare* consueverunt. ibid. 12. cum *concursant* ceteri prætores: h. e. *cum peragrant provinciam, obeunt fora & jurisdictionem exercent.*

CONCVRSATIO. *studium, contentio etiam singulorum hominum.* Sull. 23. ejus *concursatio.* ad Div. I. 1. Libonis & Hypsæi non obscura *concursatio* & contentio &c. * Agr. I. 3. *concursatio* decemviralis, *de peragratione provinciarum a Xviris suscipienda.* * *tumultus, auflauf.* Dom. 6. *concursatio* puerorum nocturna. * Div. II. 71. cedo, qui sit ordo aut quæ *concursatio* somniorum. * Brut. 69. C. Cosconius - eam verborum copiam - - præbebat populo, cum multa *concursatione* & clamore; h. e. *ut populus concursaret ad eum audiendum, & clamores faceret.*

CONCVRSIO. Verr. I. 30. quid hujus lacrymas & *concursiones* proferam: *ubi male Hotomannus malebat* concursationes. *v. concurrere.*

CONCVRSVS, *tumultus, auflauf.* Sull. 5. lapidatio atque *concursus.* * *structura.* Or. III. 43. *concursus* verborum hiulcus. * Dejot. 10. *concursus* facere, *de eo, quo conspecto homines concurrere solent.* * *multitudo.* ad Div. VII. 33. *concursus* occupationum. Fin. IV. 34. *concursus* honestissimorum studiorum.

CONDECENTIA. Or. III. 52. *Pearcius autem e Codd. MSS. restituit* decentia: *quod illud nullam auctoritatem idoneam habet.*

CONDEMNARE. Verr. V. 69. omnium mortalium sententiis *condemnavi*, i. e. *feci, ut condemnaretur, de accusatore: ut alii quoque dixere. Plin.* 34. 2. *Verres quem Cicero damnaverat. Livius VII.* 16. *extr. &c.* ibid. II. 8.

sibi *condemnat*, Veneri absolvit. h. e. *absolvit quidem, ne quid Veneri dare cogatur, sed tamen cogit sibi dare, ut absolvatur.* Cæcin. 31. *condemnari* sponsionis.

CONDERE. Verr. V. 29. *condere* in carcerem. * *condere* alicujus laudes. Att. I. 16. *i. e. celebrare. v. Burm. ad Albinov.* 343.

CONDICERE. ad Div. I. 9. *denunciare alicui, nos ad cœnam venturos. Nostri: Sich zu Gaste bitten. v. Hotom. ad Rosc. Com.* 9.

CONDIMENTVM. Q. Fr. I. 1. multis *condimentis* humanitates mitigare.

CONDITVS, *repositus ad usus futuros.* Verr. II. 2. id non apud eos nasci, sed domi *conditum* putaremus. Mur. 24. ut ei jam domi *conditus* consulatus putaretur: *& sic sæpe.* Natur. D. II. 60. *condita* vetustati.

CONDITOR. Sen. p. R. 6. *conditor* convivii.

CONDITVS. *suavis.* Brut. 48. nemo suavitate *conditior.* ibid. 29. nisi id, quod dicitur, sit voce, vultu gestuque *conditius.*

CONDITIO, *status hominis.* Off. I. 13. infima *conditio* est servorum. * *voluntas alterius, arbitrium, quod nobis præscribitur* &c. Verr. III. 62. venire ad *conditiones* alicujus, *pro facere, quod quis vult.* Quinct. 6. perduceret eum ad suas *conditiones.* * *pactio, transactio.* Act. I. in Verr. 6. mansit in *conditione.* ad Div. VI. 2. armis conditione positis. Off. I. 7. sunt privata nulla natura, sed aut veteri occupatione, aut lege, pactione, *conditione*, sorte. cf. Quinct. 22. * *jus.* Quinct. 28. *conditione* pari uti. Verr. I. 54. *conditione* optima *esse dicuntur in redimendo, qui præcipuum aliquod jus habent redimendi, ut ad ipsos potius, quam ad alios res redimenda perveniat, ein Vorrecht, jus προτιμήσεως.* Agr. III. 2. optima *conditione* prædia: *pro quo dicitur sæpissime* optimo jure. * *Sed* Verr. II. 59. optima *conditione* locare, *est quam minimo pretio.* Q. Fr. II. 2. bona *conditio, de emtione.* Att. XII. 3. Vecteni *conditio* semisse: *versura a Vecteno sub usuris semissibus.* * *natura rei.* Marcell. 4. a quo *conditio* visque victoriæ devicta est. ibid. 2. quæ naturam & *conditionem*, ut vinci possent, habebant. * *largitio.* Qu. fr. I. 1. nullius pecuniæ *conditione* ab integritate deduci. Manil. 23. quibus *conditionibus*, quibus jacturis homines in provincias proficiscantur. *Ita scilicet capio: nam* conditio *ponitur pro eo, quod est in conditione. J. Fr. Gronovius autem de Sest. IV. 4. extr. pactiones, cautionibus & syngraphis factas, interpretatur: sed addit: promissa pecunia vel gratia.* * *Similis usus hujus vocis est, cum ponitur pro* nuptiis, *quia fiunt sub conditione dotis: s. pro femina, quam uxorem ducimus dotis ratione habita, eine Mariage.* Læl. 10. uxoria *conditio.* Phil. II. 38. filiam ejus, sororem tuam, ejecisti, alia *conditione* quæsita, & ante perspecta. *ad q. l. v. Abram. & Græv.* * *Hinc deinde simpliciter dicitur, de feminis & viris, quibuscum concumbitur, etiam extra conjugium.* Cœl. 15. *Clodia dicitur* conditiones legere, h. e. *adolescentes, viros, quibuscum cubet. ubi vid. Abram. cf. Gron. Obs. I. 6. &*

Græv.

Græv. ad Sueton. Aug. 69. conf. *perſpicere.* * Flacc. 10. tamen in *conditione* atque exemplo pertimeſcenda videantur. *Grævius ex Victoriana repoſuit*, imitatione, *quia ſequitur paullo poſt* imitatio exempli. *Sed hoc ipſum docere poterat*, imitationem & exemplum *fere idem eſſe*, *& ταυτολογεῖν Ciceronem, ſi ita ſcripſit: ut taceam, dicendum potius fuiſſe* in exemplo & imitatione. *Neque vero video, quomodo librariis in mentem venerit, pro* imitatione, *quod facile intelligitur*, *ponere* conditione, *quod difficilius intelligitur. Potuit autem* imitatione *ex ſequentibus huc trahi, ſive aberrante librarii oculo, ut fit, ſive corrigente Grammatico aliquo. Quicquid ſit*, conditione *commodam interpretationem habet. Senſus verborum hic eſt:* Videntur pertimeſcenda, *quod hæc noſtrorum magiſtratuum & civium* conditio, *miſera utique, futura eſt*, *ut hoc* exemplo *invitati homines, ipſis moleſtias hujusmodi & pericula creare audeant, etiam ſine cauſa idonea. Id confirmant exempla ſequentia.* Mur. 28. iniquam legem judices, & miſeram *conditionem* inſtituet periculis hominum. Catil. II. 7. *conditionem* miſeram non modo adminiſtrandæ ſed etiam conſervandæ reip. *& ſic ſæpiſſime* conditio *dicitur.*

CONDITIO. Nat. D. II. 58. *conditiones* ciborum.

CONDONARE, *donare, tradere in poteſtatem alterius.* Dom. 23. cum alteri totam Achajam -- bona ei civium *condonares.* Agr. II. 15. regna decemvirorum ditioni judicio poteſtatique *condonata* eſſe dico. ibid. 6. *condonari* certis hominibus omnia. Phil. II. 27. *condonabantur* apothecæ hominibus nequiſſimis. Phil. V. 3. agitur, utrum M. Antonio facultas detur -- agrorum ſuis latronibus *condonandi. ad q. l. Ferrarius idoneis auctoritatibus hoc genus loquendi:* agrorum condonandi *pro* condonandorum *defendit.* * *cf. Drak. ad Liv.* 25, 23. * *Hinc ducitur elegans ratio, cum* condonare *dicitur v. c. pro* condemnare, *ita uti* dedere, *ac pro omni actione, qua quis homo, aut res aliqua, in poteſtatem alterius venit. Hujus generis exempla hæc ſunt:* Verr. I. 41. *condonare* alicui hereditatem, *de prætore, qui alicui hereditatem decernit præter jus.* Cœl. 1. ne patiamini M. Cœlium libidini muliebri *condonatum:* i. e. *damnatum in mulieris gratiam.* fr. pro Scauro: ut M. Æmilius -- vaniſſimæ genti, & prope dicam, pellitis teſtibus, *condonetur. v. Gron. Sest. IV. 9. ext.* * *Sed etiam in bonam partem dicitur, pro* abſolvere. Cluent. 39. non ſibi ac defenſioni ſuæ *condonatum* eſſe Oppianicum. * condonare aliquem alicui *eleganter, eſt pro ignoſcere alicui in alterius gratiam, uti* concedere, *de quo ſupra.* Ligar. 12. *condonare* aliquem reip. *it.* Phil. V. 18. inimicitias reip. *condonare, pro omittere inimicitias, quia ſalus reip. ita poſtulat.*

CONDONATIO. Act. I. in Verr. 4. in jure dicundo bonorum poſſeſſionumque contra omnium inſtituta addictio & *condonatio.* v. condonare.

CONDVCERE, *pro* redimere, *opponitur* locare. Div. II. 21. qui columnam de Cotta & Torquato

con-

conduxerat faciendam. *Sic apud Phædrum Simonides* carmen conduxisse, *certa mercede, dicitur.*

CONDVCTOR, *redemtor.* ad Q. Fr. III. 1.

CONFATALIS. Fat. 13.

CONFECTIO. Flacc. 9. *confectio* tributi, *exactio.* Div. I. 51. *confectio* materiæ, *est usus materiæ ad res ex ea conficiendas.*

CONFERRE, *de discente.* Læl. 1. me ad pontificem Scævolam *contuli.* * Planc. 14. *conferantur* multa in eum. *ibid.* aliorum dicta in me *conferuntur:* h. e. *mihi tribuuntur, tamquam a me profecta.* * Verr. III. 12. *conferre* capita, *est clanculum deliberantium.* * Or. III. 61. *conferre* causam in tempus, h. e. *in causa dicenda se accommodare ad temporis rationes.* * Verr. V. 30. supplicia -- ad tuum non ad populi Romani tempus *conferes?* h. e. *sumes tibi supplicia, cum tibi placuerit, non cum utilitas reip. postulat.* * Planc. 19. non possum magis *pedem conferre,* ut ajunt, aut propius accedere. * Lig. 1. orationem ad misericordiam *conferre, est abstinere a defensione, & uti deprecatione, loco defensionis.* * *convertere.* Sull. 14. Vos me ab omnibus cogitationibus ad salutem reip. *contulistis. Sed Grævius legendum censebat ex Pal.* 9. convertistis, *præter necessitatem. Nam* conferre *Ciceroni dici pro* convertere, *cum illud docet, quod antea proposuimus ex* Ligar. 1. orationem ad misericordiam conferre: *in quo commode* conferre *per* convertere *explices: sed etiam hæc:* Marcell. 6. Dii spem salutis ad clementiam victoris & sapientiam *contulerunt.* Phil. XII. 3. *conferre* se in salutem reipubl. Off. III. 20. ex homine se *conferet* in beluam. *ut Ovid. Met. XII.* 145. corpus Deus æquoris altam *contulit* in volucrem. * ad Att. XIII. 12. rem ad me *esse collatam, pro delatam, nempe ad arbitrium meum, ut de ea constituam.* * Att. XIII. 19. Academica cum Catulo, Lucullo, Hortensio *contuleram.*

CONFERTVS. Tusc. III. 19. liber *confertus* voluptatibus: h. e. *in quo de nulla re, nisi de voluptatibus, agitur, s. in quo multa de voluptate disputatio est.*

CONFESSVS, *passive.* Verr. III. 56. res *confessa.*

CONFICIENS. Flacc. 14. civitas *conficientissima* literarum: *diligenter referens omnia in literas.*

CONFICIO, *facio.* Verr. IV. 45. *conficere* sacra. * *efficio.* Partit. 26. causa *conficiens.* * *interficio.* Mil. 14. sica illius me pene *confecit.* * *absumo.* Sext. 51. ornamenta equestris ordinis *confecit.* * *comparare, cogere.* Flacc. 9. *conficiendæ* pecuniæ ratio. * Quinct. 15. præconis vox prædicat, & pretium *conficit, definit.* * Att. XIII. 17. *conficianus* hortos: i. e. *negotium de hortis.*

CONFIERI. ad Div. IV. 5. per quos consolatio *confieri* debet. *v. Græv. & Oudendorp. ad Sueton. Cæs.* 20. *Heins. ad Virgil. Æn. IV.* 116.

CONFIGO. Har. Resp. 5. ducentis *confixus* SCtis: *in quem SCta facta sunt.* cf. Phil. XII. 7. * Phil. VII. 2. cogitationes in reip. salute *configere, pro defigere.*

CONFIRMARE. Quinct. 11. cum te ipse *confirmasses:* h. e. *cum,*

*cum, quantumvis obstrepente pudore, aliisque dubitationibus, tamen statuisses fortis esse, & appellare hominem de pecunia. * animum addere. ibid.* 25. tum mihi Roscius -- *confirmandi* mei causa dixit. * Fin. V. 32. iste locus tibi est *confirmandus.*

CONFIRMATVS, *certus, vel valde probabilis ac credibilis.* Inv. II. 11. quod eo *confirmatius* erit.

CONFIRMATIO, *institutio.* Arch. 7. cum ad naturam eximiam atque illustrem accesserit ratio quædam *confirmatioque* doctrinæ: *pro quo alii, uti & Grævius, habent* conformatio doctrinæ: *quod quin eleganter dicatur, non est dubium, ut est* cap. 6. sic *conformare* animum & mentem. cf. c. 1. vox *conformata. Neque tamen* confirmatio *absurdum est.* Conformatio *hoc sensu ducitur a corpore, quod conformatur & fingitur arte. Sed inde etiam* confirmatio *ducitur. Inprimis huc pertinet locus in* Læl. 20. omnino amicitiæ corroboratis jam *confirmatisque* & ingeniis & ætatibus. *Vides* confirmare, *de ingenio eleganter dici, quod usu, exercitatione, & doctrina robur & firmitatem nactum est. Sic* Acad. IV. 8. cum esset ipsa ratio *confirmata* quærendo. Fin. V. 15. inventa vitæ via est *confirmatioque* omnium officiorum: *ubi tamen facile prætulerim, quod alii malunt,* conformatio. *Itaque vix audeo de lectione hujus loci in alterutram partem pronunciare.* Conformari & confirmari *permutata sunt etiam* de Fin. IV. 2. *ubi legitur:* confirmari mores, & conformari. *Sed ibi* conformari *rectius puto, quia mores non* confirmantur: *nulli enim sunt natura, sed* formantur *doctrina & finguntur.*

CONFIRMATOR. *qui confirmavit promisitque aliquid.* Cluent. 26. sequester & *confirmator* pecuniæ.

CONFISIO. Tusc. IV. 37. *confisio* animi.

CONFITERI. Leg. II. 12. *confitendarum* religionum facultas.

CONFLAGRARE. Verr. I. 15. invidia *conflagrasses.*

CONFLARE. Verr. II. 29. *conflare* in se crimen. Ligar. 12. consensus conspirans & pene *conflatus.* * Sext. 30. *conflare* pecuniam: *quod merito suspectum Lambino & Grævio.*

CONFLICTARI. Verr. III. 28. iniquissimis verbis, iniquissimis recuperatoribus, *conflictari* malebant. *den Proceß führen.* * Leg. I. 11. eadem superstitione *conflictantur sc. tamquam morbo aliquo animi. Nam de morbis gravibus eleganter* conflictari *dicitur.*

CONFLICTIO. *comparatio,* Partit. 16. 29.

CONFLIGO. *comparo.* Inv. II. 3. factum adversarii cum scripto *confligere.*

CONFLVO. Inv. I. 4. *confluit* ad eos laus. Tusc. II. 2. si ad hæc studia plures *confluxerint.*

CONFORMATIO. Orat. 39. *conformatio* sententiæ, *pro figura.* cf. Brut. 37. Top. 5. *conformatio* insignita, *est* notio. Nat. D. I. 38. talem *conformationem* animi ceteri philosophi motum inanem dicunt. i. e. *speciem, visum.* * Arch. 7. *conformatio* doctrinæ. v. *confirmatio.*

CONFORMARE. Arch. 1. vox

hujus

hujus præceptis *conformata.* ib. 6. excellentium virorum cogitatione mentem animumque *conformatam.* Mur. 29. nonnulla in re *conformare* & leviter emendare possum.

CONFRINGERE. Verr. I. 1. *confringere* consilia senatoria, *pro vi, i. e. pecunia aut aliis injustis artibus facere, ut absolvare: pro quo &* perrumpere *dicitur.* Milon. 14. qui eam præturam posset *confringere:* h. e. *impedire, quo minus Prætor potestate sua abuteretur.*

CONFVNDERE. Or. II. 79. *confundere* in totam orationem: h. e. *per totam orationem, non uno certo loco adhibere.* Off. I. 27. totum est cum virtute *confusum, conjunctum, ab ea re non differt.* Sext. 2. *confusa* atque universa defensio, *est cum omnes simul defendimus, non singulos sigillatim.* Partit. 30. Hæc, quæ primam contentionem habent ex arguendo & resistendo, lata & *confusa* sunt. Rationum & firmamentorum contentio adducit in angustum disceptationem.

CONFVSIO. Mur. 23. suffragiorum *confusio, esse videtur, cum non ex censu suffragia feruntur, & centuriæ numerantur, a prima classe facto initio, ut fieri ex instituto Servii solebat, sed suffragia omnium classium & centuriarum numerantur, ut primo cujusque civis suffragium eandem vim habeat, deinde nesciatur, quis quemque suffragio suo Consulem aut Prætorem crearit. Id ut fieret, ambitus tollendi causa, postularat Servius Sulpitius: & hanc Cicero appellat* æquationem gratiæ, dignitatis, suffragiorum. *Apud Liv. XXVI. 18. viri docti frustra torquent se in explicando confuso suffragio: Drakenborchius auctam auctoribus Codd. sustulit.*

CONFVTARE. Tusc. V. 31. dolores *confutare:* i. e. *resistere dolori, eumque supprimere: eleganter profecto. Nam* confutare *proprie est aquam ebullientem supprimere, ne exundet.*

CONGIARIVM. Att. X. 7. *vulgo dona, quæ inter populum urbanum distribuuntur. res a frumentariis largitionibus ortum traxit: de quibus v. Spanh. de usu & pr. Num. T. II. p. 529. qui recte monet, h. l.* congiarium *dici de eo, quod postea* donativum *dictum est: quia militibus illud congiarium datum.*

CONGLACIO. ad Div. VIII. 6. Curioni tribunatus *conglaciat. nil in tribunatu agit.*

CONGLOBATVS, *frequens & densus.* Partit. 16. maxime valent definitiones *conglobatæ* & consequentium frequentatio.

CONGLVTINARE, *componere, conjungere.* Or. I. 42. dissoluta & divulsa *conglutinare, dicitur de eo, qui aliquid in artis formam redigit.* Phil. III. 11. totus est ex audacia, petulantia &c. *conglutinatus.* Att. VII. 8. amicitias *conglutinare.*

CONGLVTINATIO. Or. 23. *conglutinatio* verborum: *de structura & collocatione.*

CONGRESSVS. Cœl. 8. *congressu* & constituto de injuriis experiri, *est id, quod Cicero* Quint. 11. intra parietes experiri *vocat, & opponit* summo juri: non, si quid in controversiam veniret, aut

intra

intra parietes aut ſummo jure experiretur. *ad quem l. v. Hotomannus: qui docet moris fuiſſe, ut ante, quam in jus irent, viderent, ſi privatim, ascitis amicis & disceptatoribus domeſticis, res componi poſſet.*

CONGRVENTER, *apte ad rem & cauſam.* Or. III. 10. *congruenter* dicere.

CONJECTOR. Div. II. 65. *interpres ſomniorum, portentorum. &c.*

CONJECTVRA. Muren. 4. *conjecturam* de tuo ipſius ſtudio *ceperis.* Div. II. 26. *Conjectura* omnis in multas ac diverſas, aut etiam contrarias partes *diducitur.*

CONJICIO. Or. III. 50. *conjicere* ſe in verſum mente ac voluntate, *de eo, qui verſus facere cogitat.* * Catil. I. 6. petitio ita *conjecta*, ut vitari non poſſe videretur. v. *petitio.* Sext. 18. oratio improbe *conjecta* in clariſſimos viros. * Mil. 19. *conjicere* ſe in noctem. * Dom. 25. *conjecerit* Pompejum domum, h. e. *metu coëgerit Pompejum, domi manere.*

CONJVGATA. *quæ dicantur?* Top. 3.

CONJVGATIO, *συζυγία.* Topic. 9. *quid ſit?*

CONJVNCTIO. Fat. 6. *conjunctio* ex repugnantibus, *eſt genus enunciationis.* conf. c. 8. *init.* * Divin. II. 14. 15. naturæ *conjunctio, eſt συμπάθεια.* * *coitus.* Off. I. 4. *Conjunctionis* appetitus.

CONJVNGERE. Manil. 9. bellum *conjungere, dicuntur, qui fœdas ineunt belli gerendi cauſa.* Quir. p. R. 7. cauſam meam cum communi ſalute *conjunxit. i. dixit, ſalutem communem a mea pendere.* Cluent. 44. *conjunctum* cum re judicium: i. e. *verum.* * Verr. IV. 65. *conjunctis* ſententiis decernere: *pro quo Grævius habet* cunctis.

CONJVRATIO. Catil. IV. 3. *haberi conjurationem* a civibus numquam putavi.

CONNECTERE. Or. 71. *connectere* diſſipata, *eſt numeris vincire.* Nat. D. II. 65. ſi ſingula non movent, univerſe certe tamen inter ſe *connexa* & conjuncta debebunt. Fat. 7. hoc vere *connectitur, de enunciationibus ex antecedente, ut dialectici loquuntur, & conſequente compoſitis.* * Acad. IV. 30. ipſum ex ſe *connexum* eſt. *dicitur de enunciationibus identicis, quas hodie dicunt: Si lux eſt, lux eſt.*

CONNITI. Verr. III. 56. nervis omnibus *conniti.*

CONNIVERE. Tuſc. I. 49. *conniventem* ſomno conſopiri. Cœl. 17. blandimentis naturæ ſopita virtus *connivet. ibid.* 24. *connivere* in ſceleribus hominum.

CONNVBIVM. Top. 4. quicum *connubium* non eſt. Connubium, *eſt matrimonium inter cives: inter civem autem & peregrinæ conditionis hominem, aut ſervilis, non eſt* connubium, *ſed* contubernium. *v. Boëthius ad h. l. Hinc in miſſionibus militaribus, ap. Gruterum, Sponium, Maſſeum & alios,* jus connubii *datur cum uxoribus, quas tunc habuiſſent, cum eſt civitas data: de quo vid. Maſſeum in Antiquit. Aquitan. ep. 1.*

CONOR, *in animum induco, decerno.* ad Div. V. 4. qua inductus ad te ſcribere *ſum conatus.*

CON-

CONQVASSATIO. Tusc. IV. 13. *conquassatio* totius valetudinis corporis.

CONQVIRERE, *de uno.* ad Div. V. 9. ut terra marique *conquireretur.* cf. Verr. IV. 48. Or. I. 46.

CONQVISITIO. Prov. Cons. 2. exercitus durissima *conquisitione* collectus.

CONSCIENTIA. *societas.* Philipp. II. 11. quis nomen meum in illius glorioſissimi facti *conscientia* audivit. * Fin. II. 22. *conscientia* stabilis.

CONSCINDERE. Att. VIII. 16. is me ab optimatibus ait *conscindi:* i. e. *conviciis lacerari.*

CONSCISCO. Brut. ep. 16. ante quam illud *conscivi facinus: de qua forma vid. Gronov. ad Liv. XXI.* 8.

CONSCRIBERE. *verbum militare, cum novi milites scribuntur, & in centurias describuntur.* Quir. p. R. 5. cum homines *conscribi* centuriarique vidissem: *quamquam ibi est de iis, qui a seditiosis hominibus colliguntur, & in centurias aut decurias conscribuntur, ut iis utantur ad depugnandum contra bonos cives. sic dicitur etiam* describere, *de quo suo loco.* Planc. 18. hæc profer, huc incumbe, Laterensis, decuriasse Plancium, *conscripsisse,* sequestrem fuisse &c. *hic est de alia, sed simili tamen re. Qui corrumpere populum student, eum in decurias describunt, & quid decuriis singulis daturi sint, pronunciant: illi autem, de quibus antea, in centurias describunt suos, ut pugnent. Itaque eodem loco pro* conscribere *dicitur etiam* describere. *Sic reperies etiam* in Sen. p. Red. c. 13. *& alibi.* * *Simul scribere.* Att. XII. 19. Balbus ad me cum Oppio *conscripsit.* Etiam ad Div. XI. 2. in epist. Bruti & Cassii vulgati habent non *conscripsissemus* hæc tibi: *quod defendebat Nic. Rubenius ex altero loco. Sed Grævius e MSS. quibusdam recepit* scripsissemus. *Sed dicitur tamen etiam de uno pro* scribere. Verr. V. 4. *ubi tamen Græv. e Cod. rescribi volebat* scribere.

CONSCRIPTVS. Patres *Conscripti* Catil. I. 1. *dicitur pro* Patres & Conscripti, *ut docet Liv. I. II. c. 1. Antiqui* & *sæpe omittebant, ut in illo:* de vi armatis hominibus, *& aliis.* Patres *sunt ii, qui sunt generis patricii,* Conscripti, *qui novo Bruti instituto ex equestri ordine, qui postea seminarium senatus fuit, senatui adscripti sunt.*

CONSECRARE. Agr. I. 2. *consecravit* Karthaginem i. e. *usum soli, quo Karthago stetisset, hominibus ademit, sacrum fecit, ne arari, inædificarique posset.* * Leg. II. 2. patria, in qua omnia nostra ponere & quasi *consecrare* debemus. * Tusc. III. 1. ars Deorum inventioni *consecrata,* i. e. *tributa, adscripta.*

CONSECRATIO. Balb. 14. *consecratio* capitis: *genus legis sacrandæ, cum scilicet caput ejus sacrum pronunciatur, qui contra legem fecerit.* v. Ind. Legg. v. Leges sacratæ. * Dom. 48. an *consecratio* nullum habet jus; dedicatio est religiosa? *Ad hunc locum disputat Grævius de discrimine inter* consecrationem & dedi-

dedicationem: *quæ tota disputatio hanc ſummam habet, ut* conſecrationem locorum, arearum, agrorum *eſſe dicat*, dedicationem *autem* templorum, ararum, ſimulacrorum. *Sic a Clodio dicit* conſecratam *eſſe* aream Ciceronianæ domus, dedicatum autem ſimulacrum Libertatis in area. *In hanc rem etiam multa disputat Guther. Jur. Pont. III.* 13. *IV.* 22; *ſed, ut omnia, parum accurate, quemadmodum ex his, quæ dicam, apparebit. Locus claſſicus de conſecratione & dedicatione eſt* pro Domo a c. 45-56. *ex quo hæc notanda ſunt.* c. 46. ſi quis - - *domum* ejus per pontifices *dicarit* - - *ædes* Cæpionis eſſent *dedicatæ* - - & *aram* & *ſimulacrum, templum dedicare.* c. 47. ſi *bona* civis cujuspiam *conſecrarit.* c. 49. an tu hæc ita perturbas, ut quicunque velit, *quod velit*, quomodo velit, poſsit *dedicare.* Video enim eſſe legem veterem, tribunitiam, quæ vetat injuſſu plebis, *ædes, terram, aram conſecrare. Vides, quod ante* dedicare *dicebatur, id ſtatim* conſecrare *dici, de iisdem rebus utrumque, aliter ac Grævio viſum eſt.* c. 52. ades - - dum *dedico domum* Ciceronis, ut mihi præeatis, poſtemque teneatis. c. 55. *aram conſecrare. In dedicatione, ait Grævius, poſtis tenebatur. Etiamne cum ara, ſimulacrum dedicatur? Jam ædes Ciceronis conſecratæ erant, non poteſt negari. diſerte enim traditur; & hic poſtis tenebatur.* v. c. 52. *Dedicatio fiebat populi juſſu; ſed & conſecratio.* c. 49. Plin. Hiſt. Nat. VII. 35. Sulpicia - quæ ſimulacrum Veneris *dedicaret.* Valer. M. VIII. 15. 12. Ut Veneris Verticordiæ ſimulacrum *conſecraretur. Sed non opus in re manifeſta pluribus exemplis. Sed quoniam Grævium decepiſſe videtur locus a nobis primo loco propoſitus, in quo conſecratio & dedicatio diſtingui videntur, age eum explicabimus. Senſus autem ejus hic eſt: an conſecratio ædium, bonorum, nullum habet jus, ſi injuſſu populi facta eſt, dedicatio autem ſ. conſecratio ſimulacri libertatis tantam religionem affert, tantaque religione obligat aream? Scilicet Cicero non diſtinguit conſecrationem a dedicatione in genere, ſed abſurdum eſſe dicit ejusdem rei, h. e. conſecrationis ſ. dedicationis diverſam vim ſtatui pro diverſis rebus, cum in hac cerimonia non res, in qua adhibeatur, ſed ipſa conſecrandi dedicandique cerimonia & ſanctitas ſpectetur. De conſecratione & dedicatione multa disputat Mazochius de Amphith. Camp. p.* 79. *ſqq.*

CONSECTARI. Cæcin. 19. *conſectari* verba, *eſt nimis urgere literam, neque rem potius & rationem ſpectare; quod eſt calumniatorum & rabularum.*

CONSECTARIVM. *conſectaria ſunt breves & acutæ concluſiones:* Fin. III. 8. *conſectaria* Stoicorum brevia & acuta. *ibid.* IV. 18. Nunc venio ad illa tua brevia, quæ *conſectaria* eſſe dicebas. *ibid.* illud vero minime *conſectarium*, ſed inprimis hebes.

CONSECTIO arborum, N. D. II. 60.

CONSECVTIO. *effectus: quod quamque rem ſequitur. locus rhetorum.*

rum. Topic. 13. distribuitur hic locus in *consecutionem*, antecessionem &c. cf. Inv. I. 28. Or. III. 29. * Partit. 6. *consecutio* verborum, *est cum oratio non est perturbata generibus, casibus, numeris, personis, temporibus.* * *In Dialecticis est* consectarium, *quod vocant, quod ex altero concluditur.* Inv. I. 29. simplex conclusio ex necessaria *consecutione* conficitur. Fin. II. 13. qui *consecutiones* videat.

CONSENESCO. Attic. II. 13. cognomen (Magnus) *consenescit. ibid.* 23. omnes illius partis auctores & socios *consenescere*, nullo adversario.

CONSENSIO. Or. III. 5. omnia una *consensione* naturæ constricta esse. *Gr.* συμπάθεια. * *Coitio.* Planc. 15. & per hanc *consensionem*, quæ honeste magis quam vere sodalitas nominaretur.

CONSENSVS. Nat. D. III. 11. Div. II. 14. 15. *consensus* naturæ. *Gr.* συμπάθεια.

CONSENTANEVS. Tusc. V. 8. quid cuique *consentaneum* sit, i. e. *quid ex quoque sequatur, concludi possit.*

CONSENTIRE *ad* aliquid. Att. V. 18. Phil. IV. 4.

CONSEQVENS, *quod ex aliquo colligi concludique potest.* Or. II. 53. demonstrando, id, quod concludere illi velint, non effici ex propositis, nec esse *consequens.* Tusc. V. 8. alterum alteri *consequens* est; *de enunciatione conditionali & convertibili, ut dialectici loquuntur.* * Part. 6. ut in simplicibus verbis, quod non est latinum, sic in conjunctis, quod non est *consequens* (*in quo non est consecutio* v. consecutio verborum) vituperandum est.

CONSEQVI, *investigando aperire.* Act. I. in Verr. 16. conatus alicujus *consequi.* * *exprimere.* Phil. V. 13. verbis laudes alicujus *consequi.* * *sequi, probare.* Catil. III. 6. quas sententias senatus sine ulla varietate *est consecutus.* * Verr. IV. 26. nullo modo possum omnia istius facta memoria *consequi* aut verbis complecti. * *studere alicui rei.* Brut. 82. exilitatem ille de industria *consequebatur.*

CONSERTE. Fat. 14. omnia naturali colligatione *conserte* contexteque fiunt: i. e. *naturali connexione causarum.*

CONSERERE. Orat. I. 10. ex jure *manu consertum.* Muren. 14. non ex jure *manu consertum. Est autem formula veteris juris de vindicationibus in re præsenti, cum vi civili & festucaria utuntur: de qua vide inprimis Gell. Noct. Att. XX.* 10. *ex quo intelligitur, legendum esse* manum consertum; *quod vel ipsa ratio grammatica docet.*

CONSERVARI. Verr. I. 47. voluntatem *conservare* mortuorum: *curare ut fiat, s. facere, quod mortui voluerunt. Sic &* officium conservare *sæpe est de officiis.* * Balb. 16. *majestatem* pop. R. comiter *conservanto: est formula in clausulis federum, quæ indicat imperium pop. R. in socium populum. Aliud exemplum est in formula pacis cum Ætolis ap. Liv. XXXVIII.* 11. *ubi v. Duker.*

CONSERVATIO. Or. I. 39. convenientia *conservatioque naturæ: est, cum facimus ea, quæ naturæ humanæ conveniunt. Similiter*

militer conservatio officii *dicitur.*

CONSESSOR. Flacc. 11. *consessores* accusatoris, *sunt ejus advocati, & qui in ejus subselliis in judicio sedent.*

CONSESSVS. Flacc. 17. *consessu* vestro (sc. judicum) i. e. *cum vos in judicio consideretis.* Sext. 50. gladiatorum *consessus.* c. 54. gladiatorii *consessus, sunt ludi gladiatorii.*

CONSIDEO. Muren. 8. *consedit* nomen in quæsturæ. *desiit celebrari.*

CONSIDERARE *de* re aliqua. ad Div. XIV. 14. Off. III. 4.

CONSIDO. Orat. III. 5. ibi magna expectatione audiendi *considitur.*

CONSIGNATVS. Tusc. I. 24. insitæ & quasi *consignatæ* in animis notiones.

CONSILIVM. Quint. 16. *extr. consilium* capere, *cum infinitivo pro gerundio:* te *consilium cepisse,* hominis fortunas funditus *evertere.* * Consilium & Concilium *differunt ita:* Concilium *dicitur de conventu hominum, qui audiendi causa conveniunt,* consilium *de eo, in quo deliberandi causa.* v. *Gronovius ad Liv. XLIV.* 2. *Hinc* Quinct. 15. in *consilio* adsunt. *ib.* 10. in *consilio* esse. cf. in Cæcil. 4. Verr. II. 29. * *de judicibus, assessoribus ejus, qui judicio sive privato sive publico præsit. Hinc* Prætor cum consilio, imperator cum consilio decem legatorum &c. Or. I. 26. *consilium* dimittere. Rabir. Perd. 2. &c. *consilium* publicum, *de senatu: sed* Rosc. Am. 52. *de judicio dicitur.* * *deliberatio.* Verr. I. 9. Cluent. 30. mittere in *consilium, dicitur, cum is, qui præest judicio, perorata causa jubet judices sententiam ferre. Id fiebat olim post deliberationem communem, cujus vestigium reperies* Verr. III. 12. *cujus potestas cum fieret a prætore, in consilium mitti judices dicebantur. Ipsi autem judices dicuntur* ire in *consilium.* Catil. I. 1. publici *consilii* particeps *dicitur, qui interest deliberationibus senatus.* Verr. I. 11. Cluent. 20. * *publicum consilium est etiam decretum senatus.* Verr. II. 5. nulla alia civitas publico *consilio* laudat. * *callidum inventum.* Nat. D. III. 6. *consilium* imperatorium. *Gr.* σωτήρημα. * *prudentia, ea facultas animi, cui prudentia inest.* Muren. 12. mulieres propter infirmitatem *consilii.*

CONSISTERE. Tusc. II. 16. sanguis *consistit.* * *desinere.* Or. I. 1. ambitio *consistit.* Tusc. I. 23. omnis natura *consistat* oportet. ad Div. VII. 26. διάβασιν cœpit *consistere.* * *de iis, qui sibi obvii facti colloquuntur.* Act. I. in Verr. 7. cum hoc *consistit,* hunc amplexatur, jubet sine cura esse. * *immorari.* Verr. I. 38. in uno nomine *consistam.* * Rosc. Am. 52. non modo nulla culpa, sed ne *suspicio* quædam potuit *consistere.* Cluent. 29. similis in aliis nonnullis *suspicio consistebat.* * non consistere *dicuntur, qui ita sunt perturbati, ut, quod velint, facere non possint.* Verr. I. 3. *consistere* animum non sinunt. Phil. II. 28. *consistere* mente non posse. Dom. 54. ut neque mens neque lingua *consisteret.* Cluent. 39. non posse *consistere* in dicendo, *sc. quia acclamationibus impeditur. Contrarium est in his:* Or. 9.

qui in forensibus causis præclare posſit *consiſtere:* i. e. *bene eas agere.* Quint. 24. diffidebam, me animo ſatis certo & confirmato in hac cauſa poſſe *conſiſtere. Sumtum e re gladiatoria docet Burmann. ad Quintil. Decl. 6, 9. * verbum in re talaria.* Div. II. 21. Venerium caſu jaci poſſe, quatuor talis jactis: quadringentis centum Venerios non poſſe *conſiſtere. vid.* Venerius.

CONSOCIARE. in Sen. p. R. 7. auſus es cum A. Gabinio *conſociare* conſilia peſtis meæ.

CONSOLARI. ad Div. IV. 8. *conſolari* dolorem alicujus. ibid. VI. 4. conſolari *de* re aliqua.

CONSOLIDATVS. ad Div. V. 20. rationes *conſolidatæ, ſunt in quibus accepta & expenſa conſentiunt, quæ quadrant, ut alio loco Cicero dicit, liquidæ ſunt, ut docet Aſcon. ad Verr. I.*

CONSORS. Flacc. 15. *conſortes* mendicitatis. Mil. 37. *conſors* temporum meorum.

CONSORTIO. *Societas.* Off. III. 16. tolletur omnis *humana conſortio.*

CONSPIRARE. Ligar. 12. conſenſus *conſpirans.* cf. ad Div. X. 12.

CONSPIRATIO, *conſenſus.* Catil. IV. 10. *conſpiratio* bonorum.

CONSTANS. Roſc. Am. 14. *opponitur* amenti, *cujus ſc. mens non poteſt ſibi conſtare.* Off. I. 40. oratio *conſtans, eſt hominis ſani & recte loquentis.* * Conſtantes *qui dicantur, vid. in* conſtantia.

CONSTANTER. Or. 58. oratio æqualiter & *conſtanter* ingrediens, *de oratione numeroſa.* Tuſc. V. 8. non *conſtanter* dicuntur: i. e. *ſibi repugnant, non conſentanea ſunt.* cf. Acad. IV. 3. Fin. V. 27. v. *conſtantia.*

CONSTANTIA. Planc. 15. *conſtantia* tua dignum. i. e. *ſi id feciſſes, tum tibi conſtares in hac re, & id erat ſapiente homine dignum.* * *Conſenſus, convenientia.* Off. I. 7. dictorum factorumque *conſtantia.* * *Conſtantia* Philoſophorum, Tuſc. V. 10. *eſt, cum nihil decernit, quod alteri decreto ſuo non conſentiat, cum omnia inter ſe ſunt apta & connexa.* * Conſtantia, *cum virtus eſt, in eo ineſt, ut idem ſemper ſequare, iisdem conſiliis utare, ſemper idem eodemque modo agas, ſed in rebus honeſtis & bonis. ſed quia id non faciunt aut facere poſſunt niſi in quibus eſt vera virtus, propterea ſubinde conſtantia pro virtute dicitur, ut* levitas *pro vitio exempla frequenter occurrunt.*

CONSTARE. ad Div. VII. 1. *conſtitit* mihi fructus otii mei. *cepi fructum.*

CONSTITVTIO, *in rhetoricis quid ſit?* Inv. I. 8.

CONSTITVERE. Verr. I. 1. *conſtituere* accuſationem, *dicitur actor, cum ea comparat, quæ ad accuſationem ſunt neceſſaria.* Part. 9. fidem *conſtituere, eſt facere, ut fides habeatur, ut fide digni videamur.* Muren. 5. ex Aſia laus familiæ *conſtituta eſt,* i. e. *comparata.* Rabir. Perd. 2. Or. I. 9. *conſtituere* rempubl. *dicuntur, qui legibus aliisque rationibus malis reipubl. ingraveſcentibus medentur.* Agr. II. 5. a Gracchis video multas eſſe reip. partes *conſtitutas; multas leges eſſe, ut judiciarias, frumentarias latas, reipubl. ſalu-*

salutares. Marcell. 8. *constituenda* judicia, i. e. *restituenda.* Att. IV. 1. *constituere* reliquias suas. *v.* constitutus *n.* 4. Agr. II. 5. Gracchos plebem in agris publicis *constituisse.* v. collocare. * constituere *dicuntur, qui de re aliqua pacisscuntur, inter quos de re aliqua convenit.* Att. I. 7. Cincio HS. viginti millia *constitui* me curaturum. *vide plura ex Cicerone exempla collecta a Gronov. Obs. I. 1. p.* 14. 15.

CONSTITVTVS. *comparatus.* Tusc. II. 4. ita animo *constitutus.* * constitutum *dicitur, quicquid jam eo pervenit & redactum est, quo debuit, ut, quale sit, cognosci possit.* Rosc. Am. 6. *constituta* victoria. Or. II. 16. res *constituta* & definita. Rosc. Com. 11. lite contestata, judicio damni injuria (dati) *constituto.* * Verr. III. 61. *constitutum* crimen ex periculi tui tempore: i. e. *fictum & compositum.* * constituta *dicuntur, quæ in bonum statum pervenere.* vid. constituere. Rabir. Post. 1. bene *constitutæ* fortunæ. Sext. 45. bene de rebus domesticis *constituti. ib.* 65. bene natura *constituti* viri, *sunt naturali honesti amore imbuti.* Læl. 13. animi bene *constituti* est, lætari bonis rebus, dolere contrariis. Off. II. 11. respublica *constituta.* Tusc. II. 6. corpus bene *constitutum.* Att. XI. 3. rebus *constitutis:* i. e. *bello civili finito, & rebus ad meliorem statum redactis.* * Constituta *dicuntur, de quibus inter duos pluresve convenit.* ad Div. VII. 4. si quid *constitutum* habes cum podagra, fac in alium diem differas. Cœl. 25. *Constitutum* factum cum servis. Cæcin. 12. ad *constitutum, int: diem.* Cœl. 8. congressu & *constituto* cœpisse de tantis injuriis experiri. v. congressus. *de hac significatione vid. plura ap. Gronov. Obs. I. 1. p.* 14. *sq.*

CONSTRATVS. Verr. V. 34. navis *constrata.* v. apertus.

CONSVLTOR. Muren. 10. JCti est, cavere, ne *consultores* sui capiantur.

CONSVLERE. Verr. I. 42. qui consulebantur, *sunt JCti, ut in Or. pro Murena.*

CONSVMO. Fin. V. 19. Aristoxeni ingenium *consumtum* in musicis. Att. XVI. 2. manus suas in plaudendo *consumere.*

CONTAGIO, *contactus.* Nat. D. II. 55. *contagione* pulmonum calescit spiritus. * *influxus, vis cujusque rei in alteram.* Div. I. 30. cum animus somno sevocatus est a *contagione* corporis. ibid. II. 44. qui potest *contagio* ex infinito pæne intervallo ad terram pertinere. Tusc. I. 30. quibus fuit minima cum corpore *contagio.* Fat. 3. 4. *contagio* naturæ, *opponitur casui fortuito, & fato absoluto causis & cæco.* * *vitium quod contactu in alios transfunditur s. communicatio vitii.* Off. II. 23. *contagiones* malorum. Cluent. 6. 8. *contagionem* adspectus fugere. * *conjunctio, societas.* Verr. V. 71. ad quos conscientiæ *contagio* pertinebit.

CONTEMNENDVS. Verr. III. 27. Siculi non *contemnendi, sunt fortes, honesti.*

CONTEMNERE, *eleganter* contemnere aliquid *dicuntur, quæ satis ab eo se tutos putant, neque metuunt ullo modo.* Mil. 16. qui ita judicia pœnamque *contemse-*

rat, ut eum nihil delectaret, quod aut per naturam fas esset, aut per leges liceret. *Eodem modo Virgil. Georg. II.* 265. *arborem dicit* contemnere ventos, *cum ita adolevit, ut satis robusta sit ad resistendum vento; sic interpretatur etiam Bentlejus illud Horatii in Epod.* 4. in quatuordecim sedilibus inprimis magnus eques Othone *contemto* sedet: *ubi vide ipsum. Sic Græci* καταγελᾶν: *ut Lucian. Toxar.* 2.

CONTENDERE. Verr. II. 21. *contendere* omnia; *de accusatore, qui nihil prætermittit, quod in reum dici potest.* * Rosc. Am. 34. Quæ res eum nocte una tantum itineris *contendere* coëgit. * Verr. III. 42. quoad fieri aliquo modo posset, *contenderunt: de licitantibus.* * *petere.* Verr. II. 53. magistratus ille summa ambitione *contenditur.*

CONTENTE, *cum summa contentione vocis aut virium.* Tusc. II. 24. *contente* dicere. V. 34. *contentius* ambulare.

CONTENTIO, *comparatio.* Off. I. 17. Si *contentio* fiat. * Or. II. 6. *contentio* animi.

CONTENTVS, *qui in aliqua re acquievit, nihil ulterius postulat.* Cluent. 42. animadversionibus censoriis non ita *contenta* fuit civitas nostra, ut rebus judicatis.

CONTERERE, *refutare.* Tusc. V. 30. *conterere* facile est reliqua.

CONTESTARI. *proprie est testem aliquem in re aliqua facere hac formula:* testis esto. *Unde* litem contestari ad Att. XVI. 15. Rosc. Com. 11. *est, cum adversarius uterque, qui controversiam ad Prætorem detulerat, judicio disceptandam, causa exposita breviter & narrata Prætori, dicebat præsentibus: testes estote. v. Macrob. Saturn. III.* 9. *Festus in h. v. Menardus ad Cic. pro Rosc. Com.* 11.

CONTEXERE. ad Div. X. 13. *contexere* extrema cum primis. h. e. *efficere ut extrema similia sint, respondeant primis.*

CONTEXTE. Fat. 14. omnia *contexte* fiunt, h. e. *naturali connexione & implicatione causarum & effectuum.*

CONTEXTVS. Part. 23. totus *contextus* orationis, *pro tota oratione.* Fin. V. 28. mirabilis apud eos est *contextus* rerum, *de philosophis, in quorum philosophia constantia reperitur, cum omnia inter se consentiunt & inter se apta sunt.*

CONTEXTVS, adj. Tusc. V. 33. *contextæ* voluptates, *pro* perpetuis, *quarum alia aliam continenter excipit.*

CONTINENS, *quod rem continet.* v. *continere.* Partit. 29. Ea quæ sic referuntur, *continentia* causarum vocentur: quamquam non magis, quæ contra rationem defensionis afferuntur, quam ipsæ defensionis rationes, *continent* causas. * Fin. II. 19. neque porro ex eo natus cum Pyrrho bellum gerens, consul cecidisset in prælio, seque e *continenti* genere, tertiam victimam reipublicæ præbuisset: Continens genus *est idem, non interrupta serie, avus, filius, nepos.*

CONTINERE. *Continere aliquid dicitur, quod est in eo summum & præcipuum, plurimum valet,*

valet, in quo rei summa est. Brut. 29. rem *continet.* Partit. 29. defensionis rationes *continent* causas. Fin. IV. 6. quod *continet* philosophiam. * Contineri *est etiam, pendere ex re aliqua, conservari ab aliquo.* Dom. 37. meus reditus vestro judicio *continetur.* Marc. 9. vita corpore & spiritu *continetur.* Off. II. 24. nulla res vehementius remp. *continet,* quam fides. * Contineri *est porro, versari in re aliqua.* Verr. III. 1. hac cura *retinebatur.* * *reprimere, coërcere.* Har. resp. 1. furentem exultantemque *continui.* * *abstinere.* Or. II. 20. sin plane abhorrebit & erit absurdus, ut se *contineat,* aut ad aliud studium transferat. * *reticere, custodire, ne proferatur.* Or. II. 55. *continere* dicta. Or. I. 47. ut ea, quæ *continet,* neque adhuc protulit - - explicet nobis, & illa dicendi mysteria enunciet. Att. XIII. 21. tu tamen commode feceris, si reliquos (int. libros) *continueris.* * ad Div. VII. 19. exercitatione consequere: in qua te nos *continebimus.* Brut. 97. *contine te* in tuis perennibus studiis. * Contineri *denique dicuntur, quæ firma sunt, non rumpuntur.* Nat. D. II. 57. *de membranis oculorum:* deinde firmas, ut *continerentur.*

CONTINGERE, *de re mala.* Off. II. 14. ad Div. XI. 16. a Gabinio Cons. relegatus est, quod ante id tempus civi R. *contigit* nemini. *Nam alias dicitur de re læta & bona.*

CONTINVARE. Agr. III. 4. *continuare* agros, *est, cum multi fundi coëmuntur, ut per longum spatium nullus alienus nostris interjectus sit.*

CONTINVATIO. Or. III. 13. *continuatio* verborum, *est periodus.* Nat. D. I. 20. *continuatio* causarum, *qui hodie nexus dicitur.* Div. II. 69. *continuatio* naturæ, *est* συμπάθεια. Nat. D. I. 4. est enim admirabilis *continuatio* seriesque rerum, ut alia ex alia nexa & omnes inter se aptæ colligatæque videantur.

CONTORQVERE *dicitur proprie de eo motu hastæ, aut cujuscunque jaculi, quo ei majorem vim atque impetum addimus, ut rotatione gladio. Atque is motus eaque agitatio fit, pro ratione jaculorum, aut manu, aut machina aliqua, quæ hinc tormentum dicitur. Exempla crebra sunt apud poëtas. Hinc fit, ut, quicquid celerius movetur & fertur, quicquid vehementius propter brevitatem aut celeritatem pronunciationis ferit, quæ acutiores sunt brevioresque conclusiones, quibus pæne resisti, quamvis falsis, tamen non potest, id omne* contorqueri, contortum *dicatur. Exempla ex præcipuis generibus hæc sunto:* Nat. D. I. 10. *globus dicitur* magna celeritate *contorqueri.* Or. II. 17. qui (sc. homo vel animus) tamquam machinatione aliqua, tum ad severitatem, tum ad remissionem animi, tum ad tristitiam &c. est *contorquendus.* Orat. 70. extr. Demosthenis non tam vibrarent fulmina illa, nisi numeris *contorta* ferrentur. Tusc. III. 26. *de Æschine Demosthenem accusante:* quas sententias colligit? quæ verba *contorquet?* ut licere quidvis rhetori intelligas. Divin. II. 51. videsne igitur, quæ dubia sint, ea sumi pro certis atque concessis? deinde

deinde *contorquent* & ita concludunt: Non igitur &c. cf. *contortus, contorte.*

CONTORTE. ad Her. I. 9. Invent. I. 20. *inter præcepta narrandi est:* nequid perturbate, nequid *contorte* dicatur: h. e. *obscure. Sic* Or. I. 59. res *contortæ* & difficiles. *Est autem de eo genere obscuritatis, quod ex nimia brevitate oritur, quod oratio nimis brevis citius, quam intelligi potest, prætervehitur.* Tusc. III. 10. *commemoratis brevibus & aptis inter se conclusionibus Stoicorum:* hæc concluduntur *contortius* a Stoicis.

CONTORTIO. Fat. 8. *Contortiones* orationis, *de conclusionibus fallacibus Chrysippi.*

CONTORTVLVS. Tusc. II. 18. *contortulæ* conclusiones.

CONTORTVS. Or. I. 59. res *contortæ* & difficiles. Tusc. V. 27. *contortæ* conclusiones. Acad. IV. 24. *contorta* & aculeata sophismata. *cf. in* contorquere, *&* contorte.

CONTRA. Agr. II. 33. petere *contra, dicitur de competitoribus.* Muren. 4. si turpe putas, te advocato, illum ipsum, quem *contra* veneris, causa cadere: h. e. *quem in judicio aliquo oppugnaveris. v. Manut. ad h. l.* Cluent. 48. Si quis *contra* dicere vellet: i. e. *accusare.*

CONTRACTIO, *brevitas.* Att. V. 4. meam in eo parsimoniam *contractio* paginæ indicat. Partit. 6. *contractione* orationis fit obscurum. * *contractio cum de animo dicitur, est πάθος triste, aut ejus effectus.* Tusc. IV. 31. eodem vitio est effusio animi in lætitia, quo in dolore *contractio.* ibid. I. 37. quod in hoc inest omnis animi *contractio,* ex metu mortis.

CONTRACTIVNCVLA. Tusc. III. 34. ægritudo sublata erit mærens: morsus tamen & *contractiunculæ* quædam animi relinquentur.

CONTRACTVS, *parvus, infirmus, diminutus.* Cœl. 31. quæ studia in his jam ætatibus nostris *contractiora* esse debent. ad Div. VII. 31. propter res tuas ita *contractas,* ut nec caput nec pedes. * *brevis.* Brut. 31. *contractior* oratio. * *susceptus, initus, de negotiis, inprimis pecuniariis.* Att. VII. 7. quid sit optimum, male *contractis* rebus, plane video. Sull. 20. ratione magna (sc. pecuniaria) *contracta* cum Mauritaniæ rege. Off. I. 5. rerum *contractarum* fides. Rabir. Post. 9. hoc semel suscepto atque *contracto.* * Leg. II. 22. quæque in porca *contracta* jura sint. *Porca contracta esse dicitur, cum aliquid committitur, quod porca immolanda expiandum est, quæ* præcidanea *dicitur. Davisius laudat Gell. IV. 6. ad q. l. v. Intt. Nam* contrahi *dicuntur, quæ nobis culpa nostra & peccato accidunt & perpetienda sunt.*

CONTRAHERE, *de iis qui societatem in negotio aliquo pecuniario ineunt.* Quintian. 11. qui cum *contraxisset* (sc. societatem) * Quint. 2. res quemadmodum gesta & *contracta* sit, videte. *v. in* contractus. *n.* 3. * Contrahi verba *dicuntur, cum in pronunciando ultima vocalis literâ alterius verbi eliditur, propterea, quod sequens verbum a vocali incipit.* Or. 45. * *continere, opponitur τῷ* dissipare.

sipare. Læl. 7. quæ in rerum natura, totoque mundo constarent, ea *contrahere* amicitiam, dissipare discordiam. * *diminuere, frangere.* Divin. II. 58. *contrahi* autem animum Zeno, & quasi labi putat atque concidere, & id ipsum esse dormire. Q. Fr. I. 1. te rogo, ne *contrahas* aut demittas animum. Offic. I. 29. appetitus *contrahendos* sedandosque.

CONTRARIE. Or. I. 31. *contrarie* scriptum, *est, in quo repugnantia sunt.* ibid. II. 65. verba relata *contrarie, est genus ridiculi, cum ei, qui nos lacessit, eodem modo respondetur. exemplum vid. l. c.*

CONTRARIVS. Inv. I. 28. Contrarium, *quid sit?* Tusc. II. 3. in *contrarias partes* disserere, *est in utramque partem.*

CONTRECTARE. Tusc. III. 15. mente *contrectare* voluptates. Orat. III. 6. oppressi sumus opinionibus - - leviter eruditorum hominum, qui, quæ complecti tota nequeunt, hæc facilius divulsa & quasi discerpta *contrectant.*

CONTRIBVERE. Att. XIV. 39. urbem ad eam rem pecuniam dare, *contribuere,* solvere jubeant.

CONTVBERNALIS. Ligar. 7. domi una eruditi, *contubernales* militiæ, *sunt, qui simul stipendia faciunt, & in castris in eodem tentorio sub eodem decano degunt. v. Veget. II.* 13. Planc. 11. Fuit in Creta postea *contubernalis* Saturnini propinqui sui, miles hujus Q. Metelli. cf. Sull. 15. * *Imperatorum autem contubernales, sunt adolescentes nobiles, qui in coborte Prætoria militant, ut, quoniam ea est circa imperatorem, sub ejus oculis sint, cum eo esse, ab eo erudiri in re militari possint, ejus consiliis interfint.* Cœl. 30. cum autem paullum roboris accessisset ætati, in Africam profectus est, Q. Pompejo Proconsuli *contubernalis.* * *Ab his duobus generibus aliæ dicendi rationes dictæ. Sic* Brut. 27. L. Gellius Carbonis *contubernalis* in consulatu, *dicitur, quia cum sectatus est in consulatu, more adolescentum, qui se ad insignem aliquem virum applicabant, ut ab eo discerent, ejus consiliis de republica interessent.* Att. XIII. 28. *Contubernalis* Quirini *dicitur Cæsar, quem* XII. 45. σύνναον *ejus vocat,* (*v. Ind. Gr. in* σύνναος) *cui, ut Romulo, divini honores tribuebantur.* Flacc. 17. *contubernales* Lælii, *vocat, quos paullo post* hospites *dicit.* &c.

CONTVBERNIVM. Planc. 11. ut *contubernii* necessitudo, & adolescentuli pudor postulabat. *v. Contubernalis. n.* 2. *& Intt. ad Sueton. Cæs.* 2. *Vespas.* 3. * *de vita impudica maris & feminæ extra conjugium.* Verr. V. 40. ubi illud *contubernium* muliebris militiæ in illo delicatissimo litore.

CONTVMACIA. Tusc. I. 30. *contumacia* libera, *de Socrate.*

CONTVMELIA. *convicium.* Sull. 7. *contumeliam* jacere. * *stuprum.* Haruspic. R. 20. *contumelias* piratarum passus est.

CONTVNDO. *vi frango.* Att. XII. 44. *contudi* animum & fortasse vici.

CONTVRBARE, *decoquere, æs alienum contrahere.* Planc. 28. fac me multis debere, & in his Plancio. Utrum igitur me *conturbare* oportet (*int. rationes*) Q.

Fr. II. 12. nihil esse, quod post hac arcæ nostræ fiducia *conturbaret*.

CONTVRBATVS. Tusc. III. 7. *conturbatus* oculus: i. e. *morbo affectus*.

CONVECTOR. Att. X. 17. navi ejus & ipso *convectore* me usurum puto.

CONVELLERE, *refutare*. Or. II. 51. ne *convellere* adoriamur ea, quæ non possint commoveri. * *eripere*. Att. V. 20. ut, quod tuo meoque beneficio puer habet, ne qua ratione *convellatur*.

CONVENIENS, *amicus, concors*. Off. I. 17. bene *convenientes* propinqui. *cf.* Rosc. Am. 34.

CONVENIENTIA naturæ. Nat. III. 11. *est συμπάθεια*. cf. Div. II. 15. 60. * Fin. III. 6. quod ὁμολογίαν Stoici, nos appellemus *convenientiam*, si placet. * *Consensus, constantia*. Nat. D. II. 21. hanc in stellis constantiam, hanc tantam tam variis cursibus in omni æternitate *convenientiam* temporum. Læl. 27. in amicitia est *convenientia* rerum, in ea stabilitas, in ea constantia.

CONVENIENTER. Tusc. 9. *convenienter* dicere aliquid; *de philosophis est, cum, quod dicunt, non repugnat aliis placitis ipsorum*. v. constanter.

CONVENIRE. *in aliquem convenire dicitur, quod ad eum pertinet, in eum cadit, ei aptum est*. Rosc. Am. 23. suspicio *convenit* in aliquem. Sull. 7. contumelia ad maximam partem civium *convenit*. Fin. III. 14. si cothurni laus esset, ad pedem apte *convenire*. * *constare, consentire*. Tusc. V. 12. quam sibi *conveniat*. v. convenienter. Fin. III. 22. posterius priori non *convenit*. * *res convenit, cum componitur pacificatione &c.* Att. IX. 6. dumque rem *conventuram* putamus. Phil. XIII. 1. *si convenisset, sc. pax inter Sullam & Scipionem*. Leg. I. 20. si nollent ætatem in litibus conterere, posse rem *convenire*. v. *Gron. Sestert. p.* 213. * in manum convenire Top. 3. *dicuntur uxores, quibuscum aut usu aut coëmtione matrimonium contrahitur*. v. *Intt. ad l. c.* Flacc. 34. mulier *in manum convenerat*. Nunc audio. Sed quæro: usu, an coëmtione? *hic est locus classicus*. * Verr. II. 15. adversabii postulant, ut in eam rem judices dentur ex his civitatibus, quæ in id forum *convenirent: die in diese Creis-Stadt gehœrten, quod scil. eo conveniebant, cum conventus prætor ageret, quibus aliquid controversiæ esset*. v. *Conventus*. * Cluent. 43. Neminem voluerunt majores nostri non modo de existimatione cujusquam, sed ne pecuniaria quidem de re minima esse judicem, nisi *qui* inter adversarios *convenisset: pro, de quo convenisset. eodem modo dicitur illud, quod supra attulimus:* res convenit. &c. * *Rarior constructio* est Nat. D. II. 29. nec hoc in te uno convenit; *pro in te unum. Sic & Sueton. Aug.* 25. *sed locus uterque est suspectus*.

CONVENTVM. Cæcin. 18. pacti & *conventi* formula.

CONVENTVS, *corona auditorum in judiciis*. Brut. 62. minime dignos elegantis *conventus* auribus, aptissimos cognovi turbulentis concionibus. Sext. 56. scio, quid gravitas vestra (*sc. judicum*)

cum) quid hæc advocatio, quid ille *conventus* &c. postulet. *ubi vid. Manut.* * *pactum* Att. VI. 3. ex pacto & *conventu* ab aliquo discedere. Cæcin. 8. ex *conventu* &c. * 1. *Dies, quo magistratus provincialis in civitate aliqua jus dicit, quæstionesque causarum capitalium exercet. Gr.* ἀγόρασος. *De hoc conventu vid. etiam Theophil. Instit.* §. 4. *qui & e quibus causis manum. non possit: & ibi Fabrott. Hinc* Verr. V. 11. *conventus* agere. IV. 48. *conventus* indicere &c. cf. ad Div. III. 8. Vatin. 5. &c. *Ducta est ratio inde, quod homines cum ii, qui aliquid controversiæ habent, tum alii, audiendi causa, his diebus in foro convenire solent. v.* Convenire. *Vnde & ipsam coronam auditorum judicialem conventum dici vidimus.* 2. *Ab his conventibus ipsæ urbes, in quibus agebantur, etiam* conventus *dicuntur.* Verr. II. 20. res ab omni *conventu* cognita, celeriter domum nunciatur. *Sermo est de urbe Syracusana.* Lig. 8. *conventus* firmi atque magni. 3. *inprimis autem* conventus *dicuntur cives Romani, qui in ejusmodi urbe negotiandi causa domicilium sibi constituerunt.* Verr. II. 13. ex civium R. *conventu.* ibid. V. 36. is est *conventus* Syracusis civium Rom. cf. V. 5. II. 13. &c. *vid. Gronov. Obs. III.* 22.

CONVERSIO, *commutatio in deterius.* Dom. 18. *conversio* status. Flacc. 38. *conversio* rerum & perturbatio. * *Periodi etiam dicuntur* conversiones orationis *aut* verborum. Or. III. 48. 49. *Ita autem dicuntur, quia convertenda oratione efficiuntur. v.* conversus.

CONVERSVS, *perturbatus.* Flacc. 38. respubl. *conversa.* * Partit. 7. reliquum est, ut dicas, de *conversa* oratione atque mutata. *Quid sit* convertere orationem, *ibidem docetur.*

CONVERTERE. Brut. 38. sed hoc vitium huic uni in bonum *convertebat. de hoc usu verbi* vertere & convertere. v. *Cort. ad Sall. Catil.* 6. *Jugurth.* 85. 9. *Off. III. 19. digitorum percussione hereditates omnium ad se *convertere. ubi v. Interpr.*

CONVESTIRE. Q. Fr. III. 1. topiarium laudavi, ita omnia *convestivit* hedera. Dom. 38. *convestita* est domus duobus lucis.

CONVICIVM, *clamor.* ad Div. I. 5. *convicio* jactatus est *sc. acclamantium.* Arch. 6. aures *convicio* defessæ. Verr. V. 11. convivia cum maximo clamore atque *convicio.* * Convicium aurium, *eleganter dicitur, cum aures aliquid, tamquam minus suave, repudiant, nec ferre possunt, & nobis tamquam injucunditatem exprobrant.* Orat. 48. aliquando, idque sero, *convicio aurium* cum extorta mihi veritas esset, usum loquendi populo concessi, scientiam mihi reservavi. * *querela vehementior.* Div. XVI. 26. verberavi te *cogitationis* tacito duntaxat *convicio.* ibid. XII.

CONVICTVS, *victus, oppressus.* Fin. III. 1. voluptatem concessuram arbitror, *convictam* superiore libro, dignitati. Flacc. 17. reprehensus, *convictus* fractusque. Leg. I. 13. fracta & *convicta* secta. Catil. II. 6. *convictus* conscientia. Cluent. 2. causa prope *convicta* atque damnata est. * Dom. 57. *convicta*

victa & commissa est devotio, *dicitur, ut illud alterum:* damnari voti. Quir. p. R. 1. ejus devotionis me esse *convictum &c.* * Sull. 30. *convinci in* re aliqua. *Sic & Tacit. A. XV.* 44.

CONVINCERE, *pro vincere.* Phil. II. 4. *convincere* aliquem chirographo. Verr. III. 72. *convincere* adversarium. * *refutare.* Tusc. I. 6. quid est negotium pictorum portenta *convincere.* cf. convictus. * convinci *dicuntur, quorum crimina ita manifesta sunt testibus &c. facta, ut negari non possint.* Læl. 17. maleficii *convinci.* * *docere, docendo vincere & obtinere.* Parad. 5. extr. ratio & veritas ipsa *convincit.* Nat. D. III. 16. sed ut, Stoicos nihil de Diis explicare, *convinceret.*

CONVINCTVS *exhibetur in libris quibusdam.* Cluent. 5. libido non solum dedecore sed etiam scelere *convincta. Sed probandum est quod alii libri habent* convicta, *aut potius* conjuncta.

COOPTATIO, *de lectione in Senatum occurrit,* Leg. III. 12.

COPVLARE. Orat. 45. libenter *copulando* verba jungebant, ut sodes, pro, si audes. * Fin. II. 14. cum præsentibus futura *copulare.* * Verr. II. 66. *copulati* in jus pervenimus: i. e. *una.*

COPVLATVS. Off. I. 17. nihil amabilius, nihil *copulatius est: sensu activo. Sed quidam Codd. habent* copulantius, *quod Pearcius recepit.*

COR. Tusc. I. 8. Aliis *cor* ipsum animus videtur; ex quo excordes, vecordes, & concordes dicuntur.

CORAM. Verr. II. 41. 42. *coram* deferre aliquem: h. e. *eum, qui domi est, nec peregrinatur.*

CORBITA. Att. XVI. 6. *navis oneraria, ut ipse statim post appellat. Nomen habet a corbe, quam in malo summo solebant interdum suspendere loco signi, ut auctor est Festus. Hujus generis etiam mentio apud Lucilium & Plautum. v. Scheff. de re Nav. p.* 178.

CORDAX. Orat. 57. Aristoteles autem trochæum qui est eodem spatio quo choreus, *cordacem* appellat, quia contractio & brevitas dignitatem non habeat. Trochæus *h. l. ut apud Quinctilianum passim est idem pes, qui* tribrachys *dicitur. Hunc igitur pedem, ut molliorem,* κορδακικώτερον *appellavit Aristoteles: unde Meursius in Orchestra, in* κόρδαξ, *volebat hic & ap. Quintil. IX. 4. legi* cordacicum. *de quo vid. Viros doctos ad Quintil. l. c. Ceterum de* cordace, *saltatione molliore, lasciva & comica, in qua celerrima corporis pedumque agitatio dominatur, v. Meurs. l. c.*

CORNIX. Muren. 11. Flacc. 20. *cornicum* oculos configere. *est, acutum & callidum decipere.*

COROLLARIVM, *est proprie idem, quod* corolla. Corollæ *autem fiebant non solum e floribus & frondibus, sed etiam e laminis tenuibus æneis, quæ auro argentoque inducebantur, quod genus passim in antiquis monumentis occurrit, suspensum de collis hominum. vid. v. c. Cistophorum illum Bellonæ ap. Gorium in Inscript. Donianis, loco supra in Cistophorus citato. Eodem modo autem describuntur* corollaria *ap. Plin. H. N. XXI.* 2. Corollaria *e lamina ærea tenui inaurata aut argentata dabantur. Hujusmodi corollæ metallicæ dabantur histrionibus in scena,*

scena, si placuerant, teste Varr. L. L. IV. 16. cf. Paschal. de Coron. I. 7. Atque idem præmioli genus corollarium *dicitur.* Verr. III. 79. de *corollariis scenicorum* decuriam emerat. *cf. Sueton. Aug. 45. & ibi Intt. Dabantur etiam acroamatibus in conviviis, cum probarentur.* Verr. IV. 22. hic, quasi festivum acroama, ne sine *corollario* de convivio discederet, ibidem, convivis inspectantibus, emblemata avellenda curavit. *Sed cum honoris causa antea tantum veræ corollæ darentur, postea pecunia aut aliæ res pretii alicujus dabantur: cujus rei testis est locus in Verr. III. 79. & Suetonius l. c. Jam quia præter constitutam rectamque mercedem hæc præmiola dabantur,* corollarium *deinde dictum est pro* auctario. *Sic est* Verr. III. 20. *corollarium* numorum: ut esset unde Apronio ad illos fructus arationum hoc *corollarium numorum* adderetur.

CORONA. Verr. V. 11. ipse autem *coronam* unam habebat in capite, alteram *in collo.* Att. XIV. 18. Brutus noster vel *coronam auream* (h. e. *triumphalem*) per forum ferre posset. *Sed aureæ coronæ etiam mortuis impositæ. v.* Flacc. 31. *Etiam* Leg. II. 24. *prohibetur,* ne *longæ coronæ* ne acerræ mortuis præferantur. Longæ coronæ *similes sunt his longioribus corollis in monumentis de quibus supra.* * *Circulus hominum, qui aliquid, tamquam urbem in obsidione, aut judicium in foro audiendi causa, ab omnibus partibus cingunt.* Tusc. I. 5. Mil. 1. Fin. II. 22. Flacc. 28. &c.

CORONARIVS. Agr. I. 4. quod ad quemque imperatorem pervenit, pervenerit, ex præda, ex manubiis, ex *auro coronario*, quod neque consumtum in monumento, neque in ærarium relatum sit. *Ex quo loco intelligitur clare, ad imperatorem pervenire solitam fuisse primo eam partem prædæ, quæ populi esset, adeoque in ærarium referretur, deinde aliam partem, quam in monumento aliquo, tamquam templo, quod vovisset ante, quam paludatus ex urbe exiret, aut in ipso bello, consumeretur, tertio* aurum coronarium. *Id habet nomen a* corona: *quoniam dabatur imperatori a provincialibus, ut in corona aurea triumphali consumeretur, si triumphus ei esset decretus. Cum a provincialibus exigebatur, erat genus exactionis, honesto nomine, adeoque legibus non prohibitum omnino, sed re plerumque durum & iniquum.* cf. Agrar. II. 22. Pison. 37. mitto *aurum coronarium,* quod te diutissime torsit, cum modo velles, modo nolles. Lex enim generi tui & decerni & accipere vetabat, nisi decreto triumpho. *Ex hoc deinde natum est genus doni, quod Cæsaribus offerretur, cum magno sæpe hominum incommodo: unde coronarium remissum in beneficiis Cæsarum memoratur. de quo vid. Auct. laudatos in Lex. Fabr. in* Coronarius *&* coronarium. *Lipsi. Magnit. urb. Rom. II. 9.*

CORPORATVS, *corporeus.* Univ. 4.

CORPVS, *caro corporis.* ad Div. VII. 26. itaque *corpus* amisi. * *de libro.* Q. Fr. II. 13. ad Div. V. 12. a principio conjurationis usque ad nostrum reditum videtur

tur modicum quoddam *corpus* confici posse. *cf. Salmas. ad Solin. p.* 3.

CORREPERE. Att. X. 12. occulte in aliquam onerariam *corrependum.*

CORRIPERE, *furari.* ad Div. XII. 15. *corripere* vectigalia. *ibid.* quicquid ex pecunia *correptum est.* in Cæcil. 2. ut apertus in pecuniis *corripiendis* fuit.

CORRVMPO, *ad partes meas traduco, ut contra jus faciat.* Verr. III. 68. Apronius ipsum Metellum non pretio, non convivio, non muliere, non sermone incauto atque improbo posset *corrumpere.*

CORS. f. *chors*, pro *cohors: septum in villis, quo pecudes coërcentur. Nostri: ein Hof.* Orat. II. 65. villam in Tiburte habes, *cortem* in palatio. v. *de hoc verbo Salmas. ad Solin. p.* 220.

CORYMBVS, *est modus componendi capilli, quo feminæ utebantur, cum capilli e fronte in verticem colligerentur, & ibi nodo constringerentur, dictus a corymbis, i. e. uvis hederæ, propter similitudinem, unde & βότρυς dicitur. v. inpr. Salmas. ad Solin. p.* 534. 536. Att. XIV. 3. *est Corymbus Servius Balbi, qui ab hoc genere colligendi capilli nomen accepit.*

CREATOR, *conditor, auctor.* Balb. 13. *creator* hujus urbis Romulus.

CREDO. ad Div. I. 7. qui ei *credidissent*, sc. *pecunias.* * *Sunt qui putent, a poëtis tantum dici:* crede mihi: *in prosa semper dici:* mihi crede. *Id esse falsum, ex his locis intelligitur.* ad Div. VIII. 7. XII. 12. Att. V. 10. VI. 6. VIII. 14. XIV. 15. &c.

CREPIDO, *ora litoralis, portus &c.* Verr. V. 37. piraticus myoparo ad omnes urbis *crepidines* (in portu Syracusano) accessit. *Pro ripa quidem dixit Liv. XXVII.* 18. *Sed hic videntur inprimis intelligi loca in portubus interioribus, ad quæ naves appellunt. Curt. IV.* 5. tum applicant navigia *crepidini* portus. vid. *Scheff. R. N. p.* 213. * Orat. 67. omnia tamquam *crepidine* sustinentur, *de periodo, qua sententiæ plures junguntur, ne dissolvantur: nam periodo opponitur soluta oratio: ducta metaphora a crepidine, cui tamquam fundamento innititur ædificium, ne collabatur.*

CREPVNDIA, πάλγια, *quæ pueris dantur, ut iis ludendo se oblectent; tamquam monilia, torques, annuli, crepitacula & similia. ex iis solebant aut expositi aut rapti a prædonibus &c. infantes agnosci: unde* γνωρίσματα. Brut. 9. nunc quoniam totum me, non nævo, aut *crepundiis*, sed corpore omni videris velle cognoscere. *v. Salmas. ad Vopisc. Aurelian. c.* 4. *T. II. p.* 421.

CRESCERE, *de numero rerum.* Sext. 32. mihi absenti *crevisse* inimicos. * Arch. 6. ex his studiis hæc quoque *crescit* oratio. *Hæc est lectio vulgata: sed emendatiores habent:* censetur. *probat tamen vulgatam Gesnerus in Chrestom. Cic. p.* 248. * *De hominibus dicitur, qui famam nominis gloriamque consequuntur, aut gratiosi apud populum fiunt, eoque sibi viam ad honores muniunt.* Rosc. Am. 30. accusarem ali-

os potius, ex quibus posſum *creſcere*. Cluent. 28. ut ex invidia ſenatoria poſſet *creſcere*. Verr. V. 67. *extr.* de multis mihi creſcere licebit. *add. Burm. ad Ovid. Her.* 15. 117.

CRETA, *terra Aſiatica, (quæ & Cimolia dicitur, Plin. XXXV.* 16. 17. *ab inſula maris Cretici,) quæ aqua molliri poteſt, & tenax eſt, qua ad literas obſignandas utebantur.* Flacc. 16. hæc quæ eſt a nobis prolata laudatio, obſignata erat *creta* illa Aſiatica, qua utuntur omnes in publicis privatisque literis. Cretula *eſt etiam in* Verr. IV. 26.

CRETATVS. Att. II. 3. Pompeji faſciæ *cretatæ* non placebant. *Nam* faſciæ albæ, *majoris ſplendoris cauſa addita creta, ut in albis togis, inter ſigna regni.* vid. faſcia.

CRETICVS, *eſt pes in verſu* - v - Orat. 64.

CRETIO, *eſt ſpatium temporis, quod datur heredi a teſtatore ad deliberandum, utrum velit hereditatem adire nec ne.* Att. XI. 12. Galeonis hereditatem crevi: puto enim *cretionem ſimplicem* fuiſſe, quoniam ad me nulla miſſa eſt. ibid. XIII. 46. *cretio libera.* Cretio libera *quæ ſit, non convenit inter doctos. Cujac. Obſ. IX.* 29. *dictam putat ita, ut legationem liberam, h. e. quam adire licet, cum libuerit, nullo certo dierum numero conſtituto, quod fieri vulgo in cretionibus ſolebat. Sed quoniam huic explicationi obſtant illa verba:* ſexaginta diebus, *quæ e veteribus libris revocarunt viri docti; legendum cenſet cum nonnullis edd.* ſexaginta duobus, *ut ad teſtes referantur. Sed hanc interpretationem illud convellit, quod* ſexaginta duobus, *ſc. teſtibus, abſurdum eſt, ut recte viderunt Malaſpina & Manutius. Quorſum enim tam multi? Itaque magis mihi placet Manutii interpretatio, qui* cretionem liberam *dicit eſſe* hereditatem liberam, *int. a legato: nam coheres Hordeonius legata ſolvere debebat.* Simplex *autem* cretio *eſt, cum unus totam hereditatem cernit, adeoque coheredem nullum habet. Cicero conjecerat, ſe unum eſſe heredem, quoniam nemo illi ſcripſerat, ſe eſſe coheredem, & hereditatem pro ſua parte creviſſe. Fortaſſe tamen aliquis malit eandem putare cum ea, quam Ulpianus* imperfectam *dicit, h. e. cui non additum eſt: ſi intra tot dies non creveris, exheres eſto.* * Orat. I. 22. De his, credo, rebus, ut in *cretionibus* ſcribi ſolet, quibus ſciam poteroque. *Hunc locum optime interpretabimur ex Ulpiano:* Cretio *aut* vulgaris *dicitur, aut* continua. Vulgaris, *in qua adjiciuntur hæc verba:* Quibus ſcieris poterisque. Continua *in qua non adjiciuntur. v. Tit. ex Corpore Ulp. tit. 22. in quo multa de cretionibus, a* §. 27 - 34. *ubi add. Interpr. in Jurispr. Ante-Juſtin. Schulting. p. 642. ſqq. De ipſo verbo* Cretio *autem lege Periz. contr. Kuſter. in Sanctii Minerv. p.* 790.

CRIMINOSE dicere Roſc. Am. 20. *eſt, cum poſſumus crimen non modo proponere, ſed etiam augere & probabile reddere judicibus, ut non conſictum ſed verum eſſe putent.*

CRI-

CRIMINOSVS, *qui criminose dicit.* Cluent. 34. *Res autem* criminosa *dicitur, quæ crimini datur.* Verr. II. 67. &c.

CROCOTA, *est vestis muliebris & mollium virorum, ut patet ex* Or. de Har. Resp. 21. P. Clodius a *crocota*, a mitra, a muliebribus soleis &c. *Habent autem nomen vel a croceo colore, vel* ἀπὸ τῆς κρόκης, *h. e. subtemine densiore, quod quæ habent, molliores sunt vestes, ut putat Salmas. ad Capitolin. Pertinac.* 8. *T. I. p.* 547. *s. vel denique ab utroque; quod vestes densiore trama fere croco inficerentur. de ea vid. Ferrar. Re Vest. III.* 5. *p.* 189. *& c.* 20. *p.* 241. *Salmas. ad Tertull. de pallio p.* 329. *s.*

CROTALVM. Pis. 9. neque collegæ tui cymbala & *crotala* fugi. *Est autem crepitaculum æneum, quo Syræ mulieres utebantur, sonumque edebat non absimilem cymbali sono: unde & jungitur utrumque genus. de eo vid. auctores laudatos in Lex. Fabri. Intt. ad Petron. c.* 67. *Gesnerum in Chrestom. Plin. p.* 436. *Salmas. ad Vopisc. Carin.* 19. *T. II. p.* 821.

CRVDITAS, *est vitium stomachi ex mala concoctione, cum tamquam crudi cibi coacescunt in eo: intemperantia edendi.* ad Div. IX. 18. *cruditate* satius est hic, quam istic fame. *ibid.* XV. 17. D. Sulla mortuus *cruditate.*

CRVDVS, *qui cruditate laborat.* Fin. II. 8. asoti, qui in mensam vomant, *crudique* postridie se rursus ingurgitent. Orat. I. 27. noluit hodie agere Roscius, aut *crudior* fuit. * *immaturus, de fructibus arborum.* Cato 19. quasi poma ex arboribus, *cruda* si sint &c. *cf. Salmas. ad Solin. p.* 252.

CRVSTA. Verr. IV. 23. Omnia (vasa cælata) deferuntur. Cibyratæ fratres vocantur: pauca improbant: quæ probarant, iis *crustæ* aut emblemata detrahuntur. *Sunt autem* crustæ *ornamenta vasorum argenteorum, tamquam simulacra, eaque extrinsecus alligata, sed diversa ab emblematis. Nam* emblemata *sunt sigilla statuis similia, h. e. quæ totam ex omni parte rem exprimunt,* crustæ *autem unum tantum latus ostendunt, neque adeo eminent magnopere: Gr.* πρόσωπα *vocant, ut emblemata,* περιφυῆ. *v. hæc latius disputantem Salmas. ad Solin. p.* 736. *Hinc* vasa potoria crustata *ap. Festum in* Tabernæ crustariæ *&* Crustarius *artifex ap. Plin. XXXIII.* 12. Crustæ *dicuntur semper de eo, quo res aliqua inducitur & tamquam loricatur, sine ulla eminentia. Notæ sunt* crustæ *in operibus tessellatis & musivis, quæ non eminent, sed in calce totæ latent, ac unum tantum latus exhibent. Ap. Plin. XXXVI.* 6. *Mamurra primus Romæ dicitur* parietes *domus suæ* crusta marmoris operuisse. *Ipsum* tectorium, *quo parietes operiuntur,* crusta parietis, *dicitur. In lignea supellectili, tamquam mensis, arcis &c. Germani vocant: eingelegte Arbeit.*

CVBILE, *locus ubi feræ cubare, dormire solent.* Verr. II. 77. non jam vestigia, sed ipsa *cubilia* videre possint.

CVLTVS, *victui aut habitui junctus, significat vestitum, interdum etiam supellectilem omnem appa-*

apparatumque, & vivendi rationem externam. ad Div. IX. 3. dabimus sermonem iis, qui nesciunt, nobis, quocunque in loco sumus, eundem *cultum*, eundem victum esse. Off. I. 39. eadem mediocritas ad omnem usum *cultumque* vitæ transferenda est. Or. I. 8. homines a fera agreste vita ad hunc humanum *cultum* civilemque traducere. &c. *cf. Burmann. ad Sueton. Cæs.* 45. *p.* 103. *f.* * *institutio, & educatio universa, vitæ ratio.* Partit. 26. est genus hominum ad honestatem natum, malo *cultu* corruptum, i. e. *educatione mala, &c.* * *labor agricolarum.* Agr. II. 25. in quo agricolarum *cultus* non elaboret. *add.* Leg. I. 1.

CVM. Brut. 1. *cum quo* certare erat glorioſius. *Sic & Ovid. Met. X.* 635. * ad Div. XV. 11. facturusque sim *cum* studiose, *ac* (pro, *tum*) libenter.

CVMMAXIME, *dicunt esse* nunc, hoc ipso tempore. *v. Græv. ad Suet. Domit.* 10. *ad Cic. Off. II.* 7. *Duker. ad Flor. II.* 16. *ut alios taceam. Nec negaverim, in multis locis ita commode explicari posse. Neque tamen concedo,* cum maxime *proprie* nunc *significare. Sed* 1) *est forma elliptica pro* ut cum maxime. *v. c.* Offic. II. 7. nec vero hujus tyranni solum, quem armis oppressa pertulit civitas, quæ paret *cum maxime* mortuo &c. *non absurde explices:* quæ paret nunc mortuo: *sed proprie est, quæ paret mortuo ita, ut quo tempore maxime servire putabatur, nempe ut vivo.* Har. Resp. 15. quæ fiunt *cum maxime:* i. e. quam frequentissime, ita, ut nunquam magis facta sint. *Et ita est etiam in reliquis exemplis, quæ proferri solent. Itaque* 2) *interdum illud* ut *additur.* Q. Fr. II. 8. domus celebratur *ut cum maxime. Si* ut *omisisset, quod potuisset facere, dicerent boni Grammatici* cummaxime *h. l. esse* nunc: *quod* nunc *jam in verbo* celebratur *latet, ut supra in* paret, *& aliis locis: unde ubi a bonis libris abest, non temere admittendum, ut ap. Liv. XXIX.* 17. *extr. Sed sensus est: domus mea celebratur non minus, quam quo tempore maxime celebrari putabatur. Terent. Hecyr. I.* 2. 36. Bacchidem amabat, *ut cummaxime,* tum Pamphilus: *in quo loco plane absurdum esset de* nunc *cogitare. Quid? quod* 3) τῷ cum maxime *interdum* nunc *additur, quod non fieret, si per se* nunc *significaret.* Cluent. 5. quæ multos jam annos, & *nunc cum maxime* filium interfectum cupit. h. e. *nunc ita cupit, ut nunquam magis cupierit. Ter. And. I.* 1. 125. *nunc cum maxime* a te postulo. *Quis non videt,* cummaxime *esse* vehementissime? *& sic cape etiam sine* nunc, *Eunuch. III.* 5. 33. *cummaxime* volo te operam dare. *Plin. Epist. X.* 58. quod est multo depressior opere eo, quod *nunc maxime* surgit. *Quamquam Drakenb. ad Liv. XL.* 13. *per pleonasmum addi putat, concedens ceterum cum Dukero ad XXIX.* 17. nunc cum maxime *recte dici. Ex his judicari etiam potest de controversia, an dici etiam possit* tum maxime: *quod contra Grævium defendunt Cortius ad Plin. Ep. IX.* 13. *& Duker. ad Flor. II.* 16. *& Liv. XL.* 13. *Scilicet, quemadmodum dici potest,*

nunc maxime, *pro*, nunc ut cum maxime; *sic etiam* tum maxime, *pro* tum, ut cum maxime. *Sed illud falsum est, quemadmodum* cum maxime *pro* nunc *dicitur, ita* tum maxime *pro* tunc *dici.*

CVMVLARE. Att. IV. 1. ad *cumulandum* gaudium. Fin. V. 14. quod *cumulatur* ex integritate corporis & ex mentis ratione perfecta: *h.e. perficitur, absolvitur.* Or. III. 24. eloquentiam *cumulare.* Cœl. 16. nunc mihi animus ardet, & meum cor *cumulatur* ira. Sext. 40. hoc est perfectæ *cumulatæque* virtutis.

CVNCTVS, *pro totus.* Arch. 3. *cuncta* Græcia: *quod imitandum negat Burman. ad Virgil. Æn. I.* 233.

CVPA. Pison. 27. panis atque vinum de propola atque de *cupa.* Cupa *est femina quæ vinum in caupona vendit, ut* propola, *qui panem. Alii tamen de dolio interpretantur. v. Burm. ad Sueton. Claud.* 40.

CVPIDITAS. Tusc. IV. 31. *cupiditas* est effusio animi in appetendo, ut lætitia in fruendo. *dicturque non modo de genere, sed etiam de specie, ut de spe* Off. I. 21. *ubi opponitur metui: item* Partit. 3. *ubi est spes conjuncta cum appetitione aliqua, ut semper. Sed inprimis cupiditas dicitur de avaritia, libidine, & nimio honorum magnarumque rerum studio.* Cluent. 55. qui sine *cupiditate* vixerunt, *dicuntur qui integri sunt ab avaritia & pecuniis captis.* Phil. III. 10. Naso carens omni *cupiditate:* i. e. *non appetens provinciam.* Verr. I. 36. *cupiditas* in eo genere, *de nimio studio signorum.* Act. I. in Verr. 12. cupiditas *dicitur de patrono causarum, qui semper obtinere vult causam, quamvis injustam, qui regnare in judiciis cupit, ut Hortensius.* * *de judicibus inprimis* cupiditas *dicitur, qui sunt partium studiosi, quoniam scilicet aut odio aut amore ducti, nimis vehementer, etiam contra leges & religionem, alicujus damnationem aut absolutionem cupiunt.* Marcell. 9. sine *cupiditate* judicare. Planc. 17. *de quæsitore:* voluntatem erga Cn. Plancii salutem sine ulla *cupiditate* præ se fert. cf. Flacc. 10. Font. 9. Verr. I. 1. * *Neque tamen de judicibus solis, sed & de aliis, ut testibus* &c. *qui non judicant, dicitur hoc fere sensu cupiditas.* Flacc. 26. hisce utitur laudatoribus Flaccus, his innocentiæ testibus, ut Græcorum *cupiditati* (*qui sc. in Flaccum, odio ducti, graviter pro testimonio dixerant*) Græcorum auxilio resistamus. *Sic, de studio rei opprimendi* Quint. 21. qui summis opibus S. Nævium defendunt: si id est defendere, *cupiditati* alterius obtemperare, quo is facilius, quem velit, iniquo judicio possit opprimere. * *tribuitur etiam emtoribus & conductoribus, qui nimia spe lucri nimis care emunt vel conducunt.* Att. I. 17. Asiani, qui de censoribus conduxerant, questi sunt in Senatu, se, *cupiditate* prolapsos, nimium magno conduxisse. * *de re denique, cujus cupiditate flagramus.* Q. Fr. I. 1. ex impurissimis faucibus inhonestissimam *cupiditatem* eripuisti.

CVPIDE. ad Div. XVI. 9. interea, qui *cupide* profecti sunt, multi

naufragia fecerunt. Vatin. 17. *cupidissime* falsum testimonium dicere.

CVPIDVS, *partium studiosus.* Cluent. 24. *cupidus* auctor, cf. Cæcin. 3. Fontej. 6.

CVRARE, *pro solvendam pecuniam curare, item solvere.* ad Div. XVI. 9. me, cui jussisset, *curaturum.* ibid. V. 20. erat nobis *curata* pecunia Valerii mancipis nomine. cf. Att. I. 6. V. 21. Q. Fr. II. 4. Quint. 4. *ubi v. Passerat.* &c. *similis ellipsis est in hoc:* Att. XV. 1. 3. signa quæ nobis *curasti*, sc. *emenda.* * Fin. IV. 19. ut ridere non *curet.* ad Div. I. 9. neque sane redire *curaret.* * *edere.* Or. III. 61. *curemus nos.*

CVRIA. 1. *pars tricesima civitatis Rom. in quas partes Romulus eam descripserat.* Dom. 29. Si id 30. *curiæ* jussissent, num id jussum esset ratum. 2. *Curia quæquæ antiquitas habuit ædem, ubi sacra curiæ faceret flamen curiæ, Curio dictus, & ubi curiales convenirent de rebus communibus acturi. Certe Varr. L. L. V. 6. curias olim dictas esse tradit, ubi sacerdotes res divinas curarent, quæ & templa dici potuerunt, quia inauguratæ erant, unde & pro templo dicitur. vid. inpr. Sigon. Ant. Jur. Civ. R. II. 3. p. m. 52. & Lipsi. ad Tacit. A. XII. 24.* Divin. I. 17. lituus cum situs esset in *curia Saliorum.* Curia Saliorum *profecto nil est aliud nisi ædes, in qua convenirent Salii, cum sacra facturi, tum aliis de rebus suis:* 3. *est locus consilii publici, ubi Senatus conveniebat, sive nomine ducto ab illo curiarum genere, de quo ante dictum est, sive, quod non essent ab iis diversæ, sed quemadmodum in templa quæcunque Deorum, sic in ædes publicas curiæ cujuscunque convocari Senatus posset, quamquam illud verius. Nam Varro disserte duo genera curiarum facit, unum, in quo res divinæ, alterum, in quo humanæ a Senatu agerentur. Certe Romæ non una curia Senatoria fuit, ut in nostris urbibus.* Div. II. 9. *Curia* Pompeja *memoratur: sed ea post Cæsaris mortem obstructa est, teste Sueton. in Cæs. 88. & tamen postea sæpe fit Curiæ mentio, & præterea* Hostilia *aliæque memorantur. In urbibus autem municipalibus & Græcis unus certus locus fuit, quæ* curia *dicebatur,* Gr. βελευτήριον, *auctore ipso Cicerone in Verrinis. Sed* κατ' ἐξοχὴν *tamen Curia dicitur ea, quæ erat in foro, a Tullo Hostilio ad comitium extructa. de hac Cic.* Flacc. 24. speculatur atque obsidet rostra vindex temeritatis, & moderatrix officii, *Curia.* * *hinc tropice etiam ponitur pro ipso* Senatu, *auctore Cic.* Or. III. 42. * Or. I. 7. tantam in Crasso humanitatem fuisse, ut, cum lauti accubuissent, tolleretur omnis illa superioris tristitia sermonis: eaque esset in homine jucunditas, & tantus in jocando lepos, ut *dies* inter eos *curiæ* fuisse videretur, convivium Tusculani. *Sigon. de Ant. Jur. C. R. II. 3. extr. putat respici ad consuetudinem curialium, qui certis diebus interessent sacris, quæ per Curionem pro curia fierent: quod ego non capio.* Dies curiæ *est dies Senatus, vel legitimi, vel extra ordinem convocati. Sermo fuerat de*

republica inter principes civitatis, isque severus & tristis, qualis foret, si in ipso Senatu dixissent de tantis rebus: sequitur convivium nihilominus hilare, quale vel maxime esse solet in villis, in quas relaxandi animi causa secedimus.

CVRIALIS. Offic. II. 18. Cimonem Athenis etiam in *curiales* suos Laciadas hospitalem fuisse. Curiales *non sunt, ut Manutius interpretatur,* φράτορες: *in quem errorem inductus est, quod & hos* curiales *interpretari Latini solent: nec* φυλέτας, *ut Nizolius, sed* δημότας. *Nam* λαχία, *s.* λαχιάδαι, *non fuit* φρατρεία, *sed* δῆμος, populus *vel* pagus *tribus* (φυλῆς) δινητὸς (*v. Potter Arch. Gr. I. 9. p. 51.*) *Itaque quos & populares Latini vocant, Cicero l. l.* curiales *vocat.*

CVRIATVS. Agr. II. 11. *Curiata* comitia tantum auspiciorum causa remanserunt. *Curiata comitia sunt, quibus ex instituto Romuli per curias suffragia feruntur. De iis est locus classicus Agr. II. 10. 11. 12. In iis fiebant adoptiones, & potestas rei militaris administrandæ dabatur.* Agr. II. 11. *Lex curiata. v. Ind. LL.* Att. II. 7. legis *curiatæ* auspices, *sunt, qui in auspicio essent, dum lex curiata ferretur.*

CVRIOSITAS. Att. II. 8. sum in *curiositate* ὀξύπεινος.

CVRIOSVS, *in bono & malo sensu occurrit.* Dom. 12. quid tam *curiosum*, quam ea scire velle, de quibus majores nostri vos solos scire & consuli voluerunt. Fin. II. 9. reperiam multos, non tam *curiosos*, nec tam molestos, quam vos estis, quibus quicquid velim, facile persuadeam. ad Div. III. 1. homo non solum prudens, verum etiam, quod juvet, *curiosus. ib.* IV. 13. *curiosior* ad investigandum. *ibid.* VIII. 1. tametsi tu, scio, quam sis *curiosus*, & quam omnibus peregrinantibus gratum sit, minimarum quoque rerum, quæ domi gerantur, fieri certiores. Tusc. I. 45. est in omni historia *curiosus.* i. e. *omnem historiam cum cura diligenter tractavit.*

CVRRERE. Att. I. 20. pedarii senatores raptim in eam sententiam *cucurrerunt.*

CVRRICVLVM. Phil. VII. 3. *curriculum* industriæ nostræ in foro &c. elaboratum est. Muren. 22. cum te de *curriculo* petitionis deflexisses. conf. Læl. 12. Rabir. Perd. 2. me ex constituto spatio defensionis in semihoræ *curriculum* coëgisti. Cato 11. hæc sunt exercitationes ingenii, hæc *curricula* mentis. Orat. 3. me oratorem -- ex Academiæ spatiis extitisse. Illa enim sunt *curricula* multiplicium variorumque sermonum &c. *metaphora ducta est a stadio, in quo exercentur homines currendo, athletæ. v.* Cato. 10. quadrigarum *etiam* curriculum *est* Muren. 27. * Har. Resp. 10. te appello, Lentule, tui sacerdotii sunt thensæ, *curricula*, præcentio, &c. *Hæc* curricula *sunt currus, quibus in ludis circensibus certatur. Alia exempla vid. ap. Scheff. de re vehic. L. I. c. 1. p. 3. Græv. etiam laudat Sueton. in Cajo Calig. c. 19.*

CVRRVS, *pro curru triumphali, atque adeo triumpho ipso.* ad Div. XV. 6. quem *currum* aut quam lauream cum tua laudatione con-

conferrem. *alia exempla congeſſit Drakenb. ad Sil. Ital. VI.* 545.

CVRSVS. Att. III. 8. ille tibi non ignotus *curſus* animi & induſtriæ meæ. Off. I. 32. implicari aliquo certo genere *curſuque* vivendi. Sext. 21. vita brevis eſt, gloriæ *curſus* ſempiternus &c. ad Div. III. 11. *curſus* honorum. ib. X. 15. *curſus* bonorum conſiliorum. Fin. I. 11. virtutum *curſus* ad voluptatem. ad Div. X. 3. *curſus* ad gloriam. Brut. 81. *curſum* ſuum transcurrere. *Hæ loquendi rationes ducuntur a ſtadio, in quo proprie curſus eſt. Sed dicitur etiam* curſus *de navigatione, ut ad Div. XII.* 25. *unde crebra illa ap. Cic. formula*, curſum tenere. Orat. 1. teneat *curſum*, quem poteſt. Phil. VIII. 4. quem enim *curſum* induſtria mea *tenere* potuiſſet, ſine forenſibus cauſis, ſine judiciis, ſine legibus. Quir. p. Red. 1. ſecundus vitæ *curſus*. * Planc. 7. *curſu* ad honorem venire: i. e. *meritis, nobilitate, rectis artibus: opponitur* obrepere. * Or. II. 10. *curſus* orationis, *dicitur de oratione perpetua.*

CVRVLIS. Verr. V. 14. ſella *curulis. Fuit ante regum, poſt magiſtratuum majorum, puta, Conſulum, Cenſorum, Prætorum & Ædilium Curulium: in qua, cum in publico eſſent, conſiderent. Ejus forma quæ fuerit e numis conſpici poteſt, e quibus de ea docte diſſerit Spanhem. de Uſ. & Pr. Num. Diſſ. X. adde Caſaub. & Burm. ad Sueton. Aug.* 44. *Ab hujus ſellæ uſu dicti ſunt* ædiles curules, *ut diſtinguerentur a plebejis*, & Har. Reſp. 13. *curulis* ædilitas.

CVSTODIRE. Att. XV. 13. orationem tibi miſi: ejus *cuſtodiendæ* & proferendæ arbitrium tuum ſit. Or. II. 10. *cuſtodire* literis, *eſt memoriæ prodere.*

CVSTOS. Sen. p. Red. 11. cuſtodes in comitiis *item* tabellarum *dicuntur amici, qui a candidatis aut iis, quorum intereſt, urnis & diribitoribus tabellarum apponebantur, ne fraus intercedere poſſet, aut ſua ſponte eam curam ſuſcipiebant, ut patet e Piſoniana, c.* 15. *add. Viros doct. ad Varr. R. R. III.* 5. *extr. & Gruch. Com. I.* 3. 4.

CYBEA. Verr. V. 17. &c. *ex quo loco apparet, onerariam navem fuiſſe, ad deportandas merces accommodatam, propter latitudinem, qua pæne ad κύβα formam accedebat, ita dicta.*

CYNOCEPHALVS. Att. VI. 1. erat *cynocephalus* in eſſedo. *De Cynocephalis fabuloſa ſunt ap. Plin. H. N. VI.* 30. *Verum eſt, ſimiarum genus fuiſſe, quod ita appellaretur. v. Salmaſ. ad Solin. p.* 267.

D.

DACTYLICVS. Orat. 57. *dactylicus* numerus hexametrorum magniloquentiæ eſt accommodatior. *Dactylicus numerus non modo e pedibus dactylicis oritur, ſed etiam ex reliquis, qui eodem tempore continentur, ut anapæſto, ſpondæo. Sic eſt ap. Longin.* S. 38. ἐυδάμὸς δακτυλικὸς, *ubi vid. Intt. & conf. Clark. ad Homer. Iliad. T. I. p.* 68.

DAEMON. de Univ. 11. Dii, quos Græci δαίμονας, appellant, noſtri, ut opinor, Lares; ſi modo hoc recte converſum videri poteſt.

DAMNATORIVM judicium. Verr. III. 21.

DAMNVM, *sumtus*, *jactura rei familiaris*, *atque adeo æs alienum*. Verr. I. 12. *damna*, quæ res patris ejus pertulit, prætereantur. ibid. V. 13. *damna*, quæ ætatis fructu disſoluta & compenſata ſunt. Phil. II. 27. *damna* aleatoria. * *genus coërcitionis*, *& pœnæ levioris*, *qua*, *v. c. Conſules utebantur in Senatores*, *qui ipſis parere nollent*. Phil. I. 5. quis unquam tanto *damno* ſenatorem coëgit? aut quid eſt ultra pignus aut multam. Off. III. 5. qui conjunctionem civium dirimunt, eos leges morti, exilio, vinculis, *damno* coërcent. * *genus injuriæ*. Roſc. Com. 11. *damni* judicium. &c.

DATIO. Agr. II. 22. legum *datio*.

DATVM. *v. infr. poſt* dare.

DE. Muren. 33. *de nocte* ſurgis, *eſt ſtatim a media nocte*, *ſ. multa adhuc nocte*. *ſic* de die, *eſt ſtatim a meridie ſive multa adhuc die*, *ut in illo*, convivari de die. *vid. Burman. ad Phædrum III.* 10. 20. *quamquam interdum etiam a mane eſſe vult Salmaſ. ad Solin. f.* 456. Sext. 35. *de* multa nocte vigilare. Petit. Conſ. 12. ut *de nocte* domus compleatur, *int. clientibus*. * Q. Fr. II. 1. fac ut diligenter conſideratequeque naviges de *menſe* Decembri: *alii aliter explicant*. Vatin. 15. intelligo *de* geſtu: *i. e. ex geſtu*. *Sic* ad Div. VII. 29. duos parietes *de* eadem fidelia dealbare. Phil. II. 27. perſona *de* mimo, modo egens, repente dives. * *ab*. Cæcin. 36. nec minus vereretur, ne contemnere Æbutium, quam ne *de* eo contemtus eſſe videatur. Att. XIII. 31. *de* Pilio emit.

DEBEO. ad Div. I. 1. *extr.* nos in cauſa auctoritatis minus habemus, quod tibi *debemus*, *ſcil. propter beneficia tua*.

DEBILITARE. Flacc. 30. membra *debilitare* lapidibus, fuſtibus; *eſt confringere*, *& eorum uſum auferre*. *Nam* debiles *dicuntur*, *qui aliquo membro corporis capti ſunt. v. Græv. ad Agrar. II.* 33.

DEBILITAS, *de corporibus parte aliqua truncatis*. Tuſc. III. 34. Fin. V. 28. bonum integritas corporis, miſera *debilitas* eſt.

DEBILITATVS. Quint. 1. veritas *debilitata* recreatur; *cum oppreſſa fuiſſet*, *emergit*, *& cognoſcitur*. * *perterritus*. Or. II. 33. *debilitati* a jure cognoſcendo, voluntatem diſcendi ſimul cum ſpe perdiſcendi abjiceremus. *Pearcius adjiciendum putat*: metu; *quod in duobus MSS. reperit*, *ut eſt aliis locis*. *Sed quemadmodum vulnerati & membro aliquo capti ſimpliciter* debilitari, debilitati *dicuntur*, *omiſſo corporis aut membri nomine*, *quo debilitantur*; *ſic etiam animus* debilitatus *ſimpliciter dici poteſt*, *pro* metu debilitatus. * Agr. II. 33. nervis omnibus exſectis, urbem ipſam ſolutam ac *debilitatam* reliquerunt. *ducta metaphora ab ea verbi ſignificatione*, *de qua dixi in* debilitare.

DEBITIO pecuniæ. Planc. 28.

DECANTARE. Or. II. 18. pervulgata præcepta *decantare*. * *cantum finire*. Tuſc. III. 22. jam *decantaverant*.

DECANTATVS, *cognitus*, *planeque perſpectus*. Or. II. 32. omnes quæſtiones percurſas animo ac prope *decantatas* habere debent.

DE-

DECEDERE. Verr. II. 20. Itaque Sthenius - - de provincia *decessit. Grævius probabat conjecturam Hotomanni, qui* discessit *legendum putabat, quod magistratus tantum* decedere *dicerentur. Eodem modo tentavit Grævius locum* Verr. III. 41. negotiatores inviti Romam raroque *decedunt. Sed si attendisset vir doctissimus, facile magnam copiam locorum in ipso Cicerone colligere potuisset, ubi* decedere *de privatis dicitur. Paucos de multis laudasse sufficerit.* Verr. II. 27. Romam *decedere* mecum cupierunt Heraclius & Epicrates. *ibid.* 65. ut Siculi sibi e Sicilia *decedendum* arbitrentur. *ibid.* 77. Verrutius iste in Sicilia sit, jam *decesserit.* Att. V. 21. equites ex Cypro *decedere* jussi. *Sic est etiam ibid.* VI. 1. 3. ad Div. II. 11. X. 32. XII. 30. *extr.* &c. *Neque solum de provincia* decedere *dicitur, sed Roma etiam.* ad Div. VIII. 10. extr. mei officii est, meminisse, qua obtestatione *decedens* mihi mandaris. *Atque adeo pro* discedere *dicitur.* ibid. 1. quod tibi *decedens* pollicitus sum, h. e. *discedens a te, cum te abeuntem in provinciam prosequerer. ubi v. Manut.* * ad Div. XIII. 56. *decedere* de hypothecis, *est, hypothecas creditori tradere, ut eas non hypothecarum, sed dominii jure habeat.* * Att. VII. 2. quartana *decessit.* * decedere *dicuntur nobis obvii, qui honoris causa de via declinant, ne nobis id facere opus sit.* Cato. 18.

DECEMPRIMI *dicuntur decem seniores & principes senatores in municipiis aliisque civitatibus liberis, qui magistratus proxime sequuntur.* Rosc. Am. 9. *ubi v. Græv.* Verr. II. 67. magistratus & *decemprimi: Livius XXIX.* 15. decem principes *appellat: add. Norisi. ad Cenotaph. Pis. Diss. I. c. 3.*

DECEMVIRI. 1. *decemviri stlitibus* (*antique, pro, litibus*) *judicandis, sunt judices causarum privatarum, creati non multo post præturam peregrinam, auctore Pomponio in Origg. Juris: de quibus vid. Siccama de Judic. Centumvir. c. 9. & 10. Sigonius de Judiciis. & Intt. Pomponii.* Dom. 29. si *decemviri* sacramentum injustum judicassent. Cæcin. 33. cum Arretinæ mulieris libertatem defenderem, & Cotta *decemviris* religionem injecisset, non posse sacramentum nostrum justum judicari. Orat. 46. *decemvirorum* litibus (*f. stlitibus, ut Muretus in MS. invenit*) judicandis, dico nunquam. 2. *magistratus extraordinarius legum scribendarum causa sine intercessione creatus. a. V. CCCIII. Liv. III.* 33. Agr. II. 9. nostri *decemviri,* qui XII. tabulas scripserunt &c. 3. *de Decemviris Rullianis v.* Agr. II. 7. sqq.

DECENTIA. Nat. D. II. 58. venustatem, ordinem, & ut ita dicam *decentiam,* oculi judicant.

DECERNO. Quint. 8. 20. prætor *decernit: cum ex edicto jus dicit. v. c. possessionem, aut interdictum dat, addicit &c.* * decernere *porro dicuntur Senatores in sententiis dicendis, quod dicunt, quid a Senatu decerni velint.* Mil. 6. ego ipse *decrevi.* ad Div. I. 1. Crassus tres legiones *decernit. add. Gronov. ad Liv. XXVII.* 20. * Q. Fr. II. 12. *decernendum* nihil censeo:

i. e. *rem rejiciendam puto.* * *puto.* ad Div. II. 6. in quo posita omnia mea esse *decrevi.* Att. III. 15. quod in me ipso satis consilii esse *decreras.* * Quint. 2. Uno judicio de fortunis omnibus *decernit.* ad Att. X. 10. suo capite *decernere.*

DECESSIO. Rabir. Post. 11. utrum accessionem pecuniæ an *decessionem* de summa fecerit, ib. *decessionem* mille talentum esse factam. Tusc. I. 46. *decessio* bonorum, *opponitur* cumulo, *h. e. accessioni.* * *abitus de provincia cum magistratuum, tum privatorum.* Qu. Fr. I. 1. spem maturæ *decessionis* afferre, ad Div. IV. 10. *de Marcello privato:* subvereor, ne te delectet tarda *decessio.* Att. VII. 3. in ipsa *decessione* significavit, speraſſe se aliquid.

DECESSVS, *abitus de provincia.* ad Div. VIII. 10. quod ad decessum tuum attinet. Phil. II. 38. Creta post M. Bruti *decessum* potuit liberari.

DECIDERE, *pacisci, transigere.* Quint. 4. per te *decidit* P. Quintius, quod disolveret. cf. Rosc. Amer. 39. Rosc. Com. 11. Verr. II. 32. &c. *Gron. Obs. II. 6.*

DECIPERE. Rosc. Am. 40. inducere, *decipere*, destituere. *Hæc tria ita differunt:* inducere *est fallere consilio dando & ad rem aliquam faciendam impellendo:* destituere, *deserendo eum, qui, quia promiseras aut debebas, a te aliquid auxilii expectabat:* decipere *denique, sub utilitatis specie nocendo.* ad Div. V. 16. ea impendere reipublicæ, quæ qui reliquerit, nullo modo mihi quidem *deceptus* esse videatur: h. e. *nihil detrimenti feciſſe, &c.*

DECISIO, *pactio, transactio, atque adeo conditio transigendi.* Rosc. Com. 13. post *decisionem* veterem. Flacc. 36. *decisionis* arbiter. Provinc. Cons. 4. pactiones pecuniarum cum tyrannis, *decisiones.* &c. Verr. I. 54. negat eum sibi illa *decisione* satisfacere posse.

DECLAMARE, *exercitationis causa dicere.* Fin. II. 2. ad fluctum, ajunt, *declamare* solitum Demosthenem. * *etiam in vera causa.* Verr. IV. 66. qui pro isto contra me vehementissime *declamasset.* Rosc. Am. 29. quæ mihi visus est ex alia oratione *declamare*, quam in alium reum commentaretur. * ad Div. III. 11. majestas est, ne *in* quemvis impune *declamare* liceret.

DECLAMATOR, *rhetor.* Or. 15. *declamator* de ludo. Or. III. 34. non eum *declamator* aliquis ad clepsydram latrare docuerat.

DECLAMITARE. Tusc. I. 4. *declamitabam* causas. Brut. 90. commentor *declamitans*, sic enim nunc loquuntur, sæpe cum M. Pisone, aut cum aliquo quotidie.

DECLARARE. ad Div. II. 3. Rupæ non defuit studium *declarandorum* munerum h. e. *populo pollicendorum.* Muren. 2. in judicio consulis designati, is potissimum Consul, qui Consulem *declaravit*, h. e. *creatum a populo pronunciavit.*

DECLINATIO, *degressio in oratione.* Partit. 15. *declinatio* ad amplificandum.

DECLINATVS. Fin. V. 7. primum *declinatum:* i. e. *quod homines nati primum aversantur & fugiunt.*

DECOCTVS. Or. III. 26. suavitas

vitas austera & solida, non dulcis & *decocta*.

DECOLORATIO, *pro coloratione*. Divin. II. 27. *decoloratio* ex aliqua contagione terrena potest sanguinis similis esse. *Sic sunt* manus decoloratæ *Sueton. Aug.* 5.

DECOQVERE, *consumere impensis & sumtu faciendo*. Att. IX. 11. sciebam, eum agrum *decoquere* quoto anno. Phil. II. 18. tenesne memoria te prætextatum *decoxisse*.

DECORVM poëtarum, Off. I. 28. *quid sit?*

DECRETVM, *philosophi placitum*. Acad. IV. 9. &c. * *responsum JCti*. Muren. 13. responsa atque *decreta* vestra evertuntur sæpe dicundo. * *jurisdictionis prætoriæ pars*. Verr. II. 48. quin is ab Siculis *ob decreta* interponenda pecuniam acceperit, qui M. Octavium Ligurem ob jus dicundum popposcerit. *v. Jurisdictio*.

DECVMANVS, Verr. III. 6. ager *decumanus*: h. e. *e quo decumæ dantur*. * *publicanus, qui decumas a populo redemit*. Verr. III. 8. II. 13. III. 48. II. 71. *decumani* principes & quasi senatus publicanorum. *Scilicet, quemadmodum honestissimum, de more Romano, genus rei quærendæ est agricultura, sic etiam inter publicanos honestissimi, qui decumas conduxere*. * *magnus*. Fin. II. 8. acipensere cum *decumano*. *In rusticis sunt* ova, poma decumana. *Noti etiam sunt versiculi Ovidiani, de fluctu maximo: hic fluctus supereminet omnes, posterior nono est, undecimoque prior*.

DECVMBERE, *de gladiatoribus, cum gladium recipiunt, jugularique se patiuntur*. Tusc. II. 17. mittunt etiam vulneribus confecti ad dominos, qui quærant, quid velint: si satisfactum iis sit, se velle *decumbere*. *ibid.* turpiter *decumbere*, cf. Phil. III. 14. * *de cœnante*. Verr. III. 25. cum in triclinio *decubuisset*.

DECVRIA. *tabula s. album, in quo Senatorum nomina scripta, qui judicia administrare debent, s. classis judicum. Decuriæ autem ex instituto vetere tres fuerunt, tot sc. in quot partes senatores judicantes descripti erant; quibus quartam adjecit Augustus Sueton. c. 33. ubi vid. Casaub. quintam Cajus auctore eodem Sueton. c. 16. sextam quamquam rogatus tamen addere noluit Galba. Sueton. c. 14.* v. Verr. I. 61. II. 32. Cluent. 37. *vid. de his decuriis Plin. XXXIII. 1. 2.* * *De judicibus* decuria *etiam est, sed alio sensu*, Verr. III. 11. quid tandem postulat arator? nihil nisi ex edicto judicium in octuplum. quid Apronius? non recusat. quid prætor? jubet recuperatores rejicere. *Decurias* scribamus. (*sc. arator dicit*) Quas *decurias?* (*respondet Verres*) de cohorte mea rejicies. *Hic* decuria *non est, ut Romæ, quod videbatur Hotomanno, numerus civium Rom. de conventu provinciali, quorum est, causas judicare, sed indiculus judicum delectorum ad causam aliquam cognoscendam & judicandam. Arator non postulat, ut sibi copia fiat decuriæ judicum, sed ut decuria judicum scribatur & deligatur.* * *In decurias etiam distributus erat ordo scribarum, reliquorumque ministrorum, qui magistratibus*

apparebant: unde Verr. III. 79. ad eos me scribas voca, si placet: noli hos colligere, qui - - - *decuriam* emerunt. *v. inprimis Vales. ad Ammian. XXVIII. 6. & alios, quos laudant viri docti ad Sueton. Claud.* 1.

DECVRIARE, *in decurias conscribere, quod faciebant, qui, tribuum largitione corrumpendarum causa, coitiones faciebant, unde de sodalitiis rei.* Planc. 18. doce *decuriasse* Plancium, conscripsisse populum. *ibid.* 19. tu doce Plancium sequestrem fuisse, largitum esse, conscripsisse, tribules *decuriavisse. Erat autem Plancius reus de sodalitiis. Sic Clodius seditionis causa dicitur homines de populi fece decuriasse.* Sext. 15. cum vicatim homines conscriberentur, *decuriarentur.* Phil. VII. 6. non rursus improbos *decuriabit?* non sollicitabit agrarios? *Plane sic etiam est* centuriare; *de quo supra.*

DECVRIATIO. Planc. 18. *decuriatio* tribulium. v. *decuriare.*

DECVRIO, *Senator municipalis aut colonicus.* Rosc. Am. 9. 39. Sext. 4. ad Div. VI. 18. &c.

DECVRRERE. Cæcin. 23. ad istam hortationem *decurrunt*, i. e. *confugiunt, veniunt tandem.* Quint. 15. ad hæc extrema & inimicissima jura tam cupide *decurrebas. Ducta ratio de stadio & circo. Sic est* Tusc. I. 8. Nunc video calcem; ad quem cum sit *decursum* &c. *hinc etiam ad navigationem, ut ipsum* cursus *verbum*, (*v. in cursus*) *traducitur.* ad Div. XVI. 4. cum Mescinio quæstore te bellissime *decursurum* puto.

DECVRSIO. ad Div. XI. 10. *decursionibus* vastare loca. *sunt incursiones, quæ de montibus fiunt. Male aliquis corrigebat* excursionibus: *quæ sunt Græcis* καταδρομαὶ, ἔφοδοι: *at* decursiones *sunt quæ fiunt* ἐξ ἐπιτειχίσματος. vid. *Thuc. I.* 142. *& ibi Schol.*

DECVRSVS, a, um. Quint. 31. ætas acta *& decursa.* Cato 23. *decurso* spatio. ad Div. VIII. 13. hæc ætate sunt *decursa: de vitiis, quæ per ætatis ipsius rationem deponi solent.* Or. I. 32. *decursa* abs te de arte: i. *explicata breviter.*

DECVRSVS, ûs. Or. I. 1. *decursus* honorum *est, cum omnibus honoribus perfuncti sumus.* ad Div. III. 2. *decursus* mei temporis.

DEDERE, *de reo.* Rosc. Am. 3. libidini alterius *dedere* aliquem, *est, condemnare, quia alteri placet. ibid.* 22. quem *dedi* putabas. cf. Quint. 18. extr. *eodem modo, quo* condonare & addicere *dicitur, de quibus supra.* * Planc. 30. in qua oratione ego me ei *dedebam*, cui nil magnopere deberem; h. e. *ei me obstrictum profitebar, ejusque me totum fore pollicebar. v. Græv. ad h. l.* * *ibid.* 37. qui vitam pro republ. *dediderunt. Sed Græv. malebat:* ediderunt. * *dicitur etiam ut* dare se alicui, *pro facere, quæ grata fore scis, careffer quelqu'un.* Petit. Cons. 9. salutatores cum obeunt plures competitores, & vident unum esse aliquem, qui hæc officia maxime animadvertat, ei *se dedunt*, deserunt ceteros.

DEDICARE, *proprie idem est, quod* consecrare: *de quo; vid. supra in* Consecratio. *Hinc elegantter* Leg. I. 22. ingenium in se suum,

um, sicut simulacrum *dedicatum* putabit. * *deferre* Flacc. 32. *dedicare* in censu. *Docti viri laudarunt Gell. VII.* 11. *ubi vid. Gronovium, & eundem Sestert. IV.* 1. *Lipsi. Var. Lect. III.* 11. *& Gron. l. c. volebant* incensum: *quod probat Mazoch. Amphith. Camp. p.* 84. *qui verbum* dedicare *interpretatur* inchoare: *quod tum demum inchoent Quirites posside re, cum in censum detulerint: male. Videtur esse propria verbi hujus significatio antiquis usitata, ut sit* dare, attribuere. *Nam & quæ diis dedicantur, ea iis dantur, attribuuntur: unde mirifice confirmatur disputatio nostra in* Consecratio. *Festus:* Dedicare *est proprie dando deferre.*

DEDICATIO. Dom. 48. an consecratio nullum habet jus, *dedicatio* est religiosa. *de hoc loco disputavimus supra in* consecratio.

DEDITITIVS, *qui se in potestatem alicui, ut populo Rom. olim Campani, tradidit.* ad Brut. 3. id SCtum plerique interpretantur etiam ad tuos sive captivos sive *dedititios* pertinere.

DEDVCERE. Rosc. Com. 12. huc omnis causa *deducitur.* i. e. *huc redit, hæc est summa causæ.* Or. II. 17. odium *deducere* ad benevolentiam: *mutare in ben.* Att. IX. 19. *deducere exercitum* in hiberna. ad Div. X. 24. summam remp. in discrimen *deducere.* Acad. I. 12. dies plerosque *deduceret:* i. e. *consumeret totos.* Or. I. 8. *deducere* unde velit: i. e. *a qua sententia velit.* ad Div. I. 1. ab eo *deduci* non potest. Verr. I. 24. *deducere* ad hospitem. cf. c. 25. *Agr. I. 6. deducere* coloniam. * Verr. IV. 4. *deducere* testes *de provincia.* cf. Flacc. 10. 15. 19. * deduci ad aliquem *dicuntur, qui alicui erudiendi traduntur, aut certe commendantur, ut cum eo versari & ab eo discere possint. Mos enim erat Romæ, ut parentes filios adolescentes alicui viro primario commendarent, ex cujus consuetudine proficerent.* Læl. 1. eram *deductus* ad Scævolam. Cœl. 4. hunc a patre continuo ad me esse *deductum.* * *est etiam comitari aliquem & prosequi honoris causa.* Muren. 34. si interdum ad forum *deducimur.* cf. Cato 18. * *est etiam verbum in vi civili & festucaria.* Cæcin. 7. *deduci* de fundo moribus: *unde mihi videtur hæc ratio dicendi ducta esse,* v. c. Verr. I. 2. a mente & consilio *deduci.* * deduci *etiam dicuntur feminæ, quæ concubitus causa ad aliquem in cubiculum perduxuntur.* Verrin. III. 34. qui ad istum *deduxerat* Tertiam: *cf. Torrent. ad Sueton. Cæs.* 49, *quod alias dicitur* perducere.

DEDVCTIO. *ritus in controversiis de possessionibus, quam vim civilem appellant, ut modo diximus.* Cæcin. 11. *deductio* moribus fieret. * Div. I. 44. *deductio* aquæ Albanæ. * Verr. III. 77. *deductiones* fiebant, *sc. pecuniæ de capite vel summa.* Cæcil. 10. nequa *deductio* fieret. * Inv. I. 14. non potest ex *deductione rationis* nasci judicatio: h. e. *rationibus in utramque partem afferendis.*

DEDVCTORES. *sunt clientes & amici, qui aliquem honoris causa deducunt.* v. deducere. Petit. Cons. 9. jam *deductorum* officium

ficium quo majus est quam salutatorum &c.

DEDVCTVS, a, um. Leg. II. 20. si in testamento *deducta* scripta non sit. *v.* Partitio.

DEFATIGATVS. Dom. 44. licitatores *defatigati.*

DEFECTVS, *us.* Nat. D. II. 19. *defectibus* in initia recurrit luna.

DEFECTVS, *a, um.* Sext. 64. ille eis, a quibus audiebatur, quotidie aliquid *defecti* afferebat. *Varie hunc locum tentarunt viri docti. Maxime placet Manutii conjectura: aliquid de me ficti.* * Att. XIII. 23. *edd. quædam habent* defecti libri, *quod explicant* perfecti. *Sed ea lectio est absurda.* Defectus *pro* perfecto *dici non potest. cf.* defictus.

DEFENDERE, *propulsare.* Rosc. Am. 1. omnes injuriam novo scelere conflatam putant oportere *defendi.* Mur. 2. *defendere* pericula civium. * *tenere.* Quint. 13. ne locum suum, quem adhuc honestissime *defendit*, obtineat. * Verr. III. 90. id aliorum se feciſſe exemplo *defendat:* i. e. *contendat, defensionis loco dicat.* * *velle aliquid, &, e republica esse, dicere, idque ut fiat, oratione aliisque modis pugnare.* Rosc. Am. 47. me -- posteaquam id, quod maxime volui, fieri non potuit, ut componeretur, id maxime *defendisse*, ut ii vincerent, qui vicerunt. * Defendere *non solum esse cum præpositione* a *sed etiam* contra, *docent duo loci.* Orat. I. 39. ad Div. XI. 27.

DEFENSOR, *propulsator.* Muren. 2. *defensor* periculi.

DEFENSIO. Cœl. 4. est brevis *defensio ad* omnem istam orationem.

DEFENSTRIX *e Ciceronis Timæo laudat Priscianus p.* 245.

DEFERRE, *proprie est ad locum quemcumque portare.* Verr. IV. 57. ita factus animo & corpore, ut multo appositior ad *deferenda*, quam ad auferenda signa esse videatur. Fr. Corn. I. sitellam ipsam *deferre.* Att. XIII. 2. Balbo epistolas *deferri* jubebis. &c. * *hinc pro* narrare. Fin. II. 17. ad amicos rem ita *deferret.* Verr. I. 25. is ad eum rem istam *defert.* * *etiam clientes dicuntur* causam deferre *ad patronos, quod alio modo* docere *dicitur.* Or. III. 13. * defert *etiam* rem, *qui deliberandi causa ad alios de re aliqua refert.* Verr. II. 7. itaque decumanos convocat: rem *defert.* statuunt illi atque decernunt *&c.* * defertur *etiam* res, *auxilii petendi causa.* ad Div. V. 8. ut intelligeres, nihil neque te scripsisse, neque quemquam tuorum frustra ad me *detulisse.* * *accusator* nomen defert, *sc. ad prætorem, ejus, quem accusare suscepit, ut illud inter reos scribat, quod est* recipere nomen. Rosc. Am. 3. non nihil tamen in *deferendo nomine* secuti. *Sed non solum hominis nomen* defertur, *verum etiam* criminis nomen; *propterea, quod non solum nomen rei edendum apud prætorem est, quem accusare aliquis constituit, sed etiam crimen, cujus eum accusaturus est.* Verr. II. 28. inimici Socrates ad Verrem, cum is sacerdoti succesſit, ejusdem *rei nomen deferunt, sc. capitalis.* * deferunt *etiam calumniatores.* Agr. III. 1. quæ apud vos de me *deferunt;*

unde

unde delatores *dicuntur*. * *dicitur & pro* ultro offerre, conferre. Verr. V. 70. dormientibus beneficia *deferre*. ad Div. VI. 22. voluntatem suam ad aliquem *deferre*. cf. Phil. II. 20. Rabir. Post. 17. totum te ad me cum tuis copiis *detulisti*. * *dare, committere*. Att. VI. 1. præfecturam *deferre* alicui. ad Div. XIII. 55. *deferre* alicui legationem. Att. XIII. 12. tibi præconium *deferam*. * *eleganter est pro commendare aut reipublicæ, aut magistratui provinciali aliquem, ut ad honores eum provehat*. Att. V. 7. ait Pompejus, trinos se præfectos *delaturum*. *ibid.* 11. præfectos, quos voles, *deferto*. &c. *hoc genus deferendi commodum habet: commendati enim præfecti fiunt: in altero, cum ad ærarium deferuntur in beneficiis, bonos tantum est*. v. beneficium, & *Gronov. Sestert. III.* 17. *p.* 253. *Locis ibi laudatis adde hunc* Balb. 28. Cæsar Balbum in prætura, in consulata præfectum fabrum *detulit*. * *eadem ellipsis* τῶ ad ærarium *est in hac forma:* rationes deferre *pro* referre. ad Div. V. 20. quamquam justis de causis rationes *deferre* properarim. *nam apud ærarium deponebantur rationes provinciales. Sic* Phil. V. 5. *deferre* nomina judicum ad ærarium, *h. e. deponere*. * *Sic* SCta deferri *dicuntur*, *pro* referri. *Nam quod* ad Div. XII. 29. *est:* falsa Senatus consulta tum *deferebantur pro* eo ep. 1. *est:* Senatus consulta falsa *referuntur: int. ad ærarium. ibi enim SCta servabantur*. * Dom. 5. malum *delatum*, opponitur *nativo*.

DEFERVESCO. Cœl. 18. cum cupiditates *deferviissent*. ad Div. IX. 2. dum *deferveſcit* hæc gratulatio. * Orat. 30. quantis illa clamoribus diximus de supplicio parricidarum? quæ nequaquam satis *deferbuisse* post aliquanto sentire cœpimus. h. e. *in eo loco nos nimis indulsisse ingenio & studio juvenili eloquentiæ ingeniique demonstrandi, adeoque redundantiam ei loco inesse juvenilem & lasciviam*.

DEFICIO. ad Quirit. p. R. 1. ut quod odium in omnes bonos conceptum jamdiu continebant, id in me uno potius, quam in universa civitate *deficeret*, i. e. *desineret, in me ita se exsereret, ut simul consumeretur. Sed Viri docti locum corruptum existimant*. * Har. Resp. 19. ne patres principesque auxilio diminuti *deficiantur*. Defici *& participium* defectus, *sic simpliciter dici, docuerunt Davisius ad Cæsar. B. C. III.* 4. *& Oudendorpius ibidem & ad Lucan. II.* 560. *V.* 333. &c. * *deserere*. Verr. III. 46. Leontina civitas *me defecit*. Verr. I. 31. latera & vox *me deficiunt*.

DEFICTVS. Att. XIII. 23. libri ad Varronem non morabuntur. Sunt enim *defecti*, ut vidisti: tantum librariorum menda tolluntur. *Si vera est lectio, quam debemus Bosio, qui eam e MS. quem decurtatum vocat, reposuit*, defectus *est pro* perfectus. *Nam hunc sensum contextus postulat; & hunc verbo* defingere *tribuebat Bosius, quod præpositio* de *plerumque perfectionem & absolutionem facti significaret in compositis. Cato R. R.* 77. *dixit:* defingere panem, *pro* effingere: *& sic est etiam* deforma-

formare & deformatio *de describendis figuris geometricis apud Vitruvium. cf. Salmas. ad Solin. p. 766. Sed ne sic quidem satis illud* defecti *defendi puto. Lambinus, probante Grævio legebat,* detexti. *F. Gronovius* adfecti, *i. e. prope ad finem perducti. Idem quem dixi Bosius in uno Codice reperit:* defecti. *Quid si Cicero scripsit:* descripti. *Nam* ep. 21. *hoc verbo usus est:* Varroni quidem quæ scripsi, te auctore, ita propero mittere, ut jam Romam miserim *describenda. Receperat descriptos libros Roma. Hinc scribit: non morabuntur, sunt enim jam Romæ* descripti *& ad me redierunt, unumque illud restat, ut menda librarii, si qua sunt, tollantur. Variatio potuit ex compendio scriptionis existere.*

DEFIGO. Leg. II. 8. *extr.* quæque augur injusta, nefasta, vitiosa, dira *defixerit*, irrita infectaque sunto. Defigi *incantationibus & veneficiis dicuntur homines, cum iis viis coëundi cum femina auferitur, ut dudum docuere viri docti. vid. Græv. ad C. Rabir.* 10. *Hinc augures quoque dicuntur aliquid defigere, quia defigendo potestatem agendi auferunt. Pertinet huc locus Senec. Benef. VI.* 35. *caput dira imprecatione* defigis. *Malebat tamen Lipsius Ep. Qu. IV.* 11. dixerit, *Davisius,* edixerit; *præter rem, ut mihi quidem videtur.* defixerit *defendit Salmas. ad Solin. pag. 766. ubi plura de hoc verbo. add. Heins. ad Ovid. Heroid.* 6, 91. *Amor. III.* 7, 29. * *pro* refigere ad Div. VII. 29. quo facilius - te ad ver videre, & nostra *defigere* deportareque tuto possimus. *Sed quidam Viri docti hoc ipsum* refigere *pro* defigere *reponi volunt.* * Flacc. 1. spem reliquorum in vestra potestate - *defixam* putetis. Dom. 39. doloris mei *defixum* judicium ad memoriam.

DEFINIRE, *deligere & destinare.* Phil. VIII. 3. ædes sibi optimas, hortos, Tusculana, Albana *definiunt.* * *comprehendere, complecti.* Off. III. 29. nam pirata non est perduellium numero *definitus*, sed communis hostis omnium. * Verr. III. 91. cur hinc præcipua lex injuriæ *definitur:* i. e. *constituitur.* * Or. III. 3. oratio eis *definietur* viris: h. e. *ii tantum inducentur.* * Nat. D. II. 40. cursus ordinatos *definiunt.* * Div. II. 7. ex omni æternitate *definita* sunt fataliter.

DEFINITE, *in specie, nominatim.* Orat. II. 27. de genere universo, vel *definite* de singulis hominibus &c. Balb. 14. Lex Gellia & Cornelia, quæ *definite* potestatem Pompejo civitatem donandi dederat.

DEFINITIO temporum atque hominum Div. II. 54. *est adjunctio circumstantiarum, quas vocant vulgo, temporis atque hominis, quam &* determinationem *appellant.* * Off. III. 15. definitio Aquilliana doli mali, *est illa quidem Dialectica:* cum aliud est simulatum, aliud actum. *Sed* definitiones *Aquillianæ* etiam dicuntur juridice, *determinationes casuum, in quibus inesset dolus malus.*

DEFLAGRATVS. Tusc. III. 19. *deflagrata* fana. Catil. IV. 4. *deflagratum* imperium.

DEFLVO. ad Div. IX. 20. ubi salutatio *defluxit:* i. e. *abiit.* Sext.

32. ex novem tribunis unus *defluxit: mutavit sententiam, a meisque partibus decessit.* * Læl. 16. *defluere* in terram *dicuntur, quæ pereunt.* * Tusc. I. 25. a necessariis artificiis ad elegantiora *defluximus.* i. e. *pervenimus.* * Marcell. 8. omnia quæ dilapsa *defluxerunt. Codd. MSS. quidam* diffluxerunt, *quod melius puto; partem propter præcedens* dilapsa: *partem quia sequitur* vincienda sunt: *etiam. si concedamus Cortio ad Sall. Jug.* 1. defluere *dici pro perire.*

DEFORMO. Cœl. 2. quæ accusatores hujus *deformandi* causa dixerunt: *ut eum deformem & turpem esse ostenderent.* * Cæcin. 5. quem supra *deformavi:* h. e. *descripsi. v. Græv.*

DEFRINGERE. Orat. III. 28. furculum *defringere:* h. e. *mutuari aliquid ex alia disciplina.*

DEFVNGOR, *eleganter dicitur de eo, qui levi aliqua jactura aut malo liberatur majori, aut levi labore perficit, ut majore molestia carere possit.* ad Div. VIII. 1. hoc mendacio, *sc. de morte tua,* si qua pericula impenderent, ut *defungeremur,* optavi. *dass wir damit loskommen möchten. ibid.* X. 24. neque ego pro maximis beneficiis tuis tam vili munere *defungar* orationis. cf. Verr. III. 16. * *dicitur tamen & in bonam partem, & de rebus bonis, ut* perfungi. Verr. V. 68. *defungi* honoribus.

DEFVSVS. Fin. II. 8. vinum *defusum* e pleno fit: *e Lucilio.* Vinum defusum *est, quod e majori vase in minus conjectum est: a quo differt,* diffusum, *cum vinum e majori vase in plura minora transfunditur. v. Lambin. ad Horat. Epist. I.* 5. 4.

DEGENERARE a Zenone Tusc. II. 25. *deficere ab ejus placitis, cum sis Stoicus.*

DEGVSTARE. Att. IV. 8. tu velim e Fabio odorere, & istum convivam tuum *degustes:* i. e. *expiscere, tentes.*

DEJICIO, *detraho, demo.* Tusc. I. 8. vide quantum mali de humana conditione *dejeceris.* Verr. V. 49. si metum hunc Siciliæ *dejecero.* * Phil. IX. 4. *dejicere* aliquem de sententia. Attic. XV. 11. cito *dejectus est* de illo inani sermone: h. e. *eo redactus est, ut, quæ se facturum dixerat, omitteret.* * dejici *eleganter dicuntur, qui spem alicujus commodi, honoris, consequendi amittunt atque repulsam ferunt.* ad Div. VIII. 4. *de petitore ædilitatis:* nam M. Cœlium promulgatio de dictatore subito *dejecit, dejectumque* magno clamore insecuta est. Muren. 36. Quintus Tubero Prætura *dejectus est.* Act. I. in Verr. 8. si me ædilitate *dejecissent.* * *de formulis,* de gradu, & de statu dejicere, *vid. in* gradus, & status. * Verrin. IV. 40. præcipitem in forum aliquem *dejicere: nostri, schleppen.* * *verbum rei militaris.* Verr. III. 16. propugnaculum *dejicere.* * *vincere.* Tusc. IV. 37. vitia ratione a se esse *dejecta.* * Rosc. Com. 2. hæc nomina sunt *dejecta* (sc. in tabulis) illæ (sc. tabulæ) in ordinem confectæ. *sed pro* dejecta *alii mallent* disjecta, *aut simile quid.* * Rosc. Amer. 35. habeo dicere, quem contra morem majorum, minorem LX. annis, de ponte in Tiberim *dejecerit. Seniores LX. annis in comitiis cum pontem ex*

uno septo in alterum transirent, dejiciebantur, ne suffragium ferrent, unde depontani senes. * dejici *dicuntur etiam in edicto prætoris, qui vi de fundo aut alia possessione aliqua pulsi sunt.* Cæcin. 8. ut, unde *dejeciſſet,* restitueret. *cf.* c. 11. 12. Quint. 25. * *de oculis est averto, dimoveo.* Phil. I. 1. nec a republ. *dejiciebam* oculos cf. Verr. IV. 15. * *revello.* Quint. 6. *dejicere* libellos. sc. *quibus auctio proscripta.*

DEJVNCTVS. Cæcin. 32. *dejuncta.* interdicta: i. e. *diversa.* Univ. 5. dejuncta *opponuntur* iisdem.

DELABOR. Att. XII. 47. eo magis *delabor* ad Clodiam, *h. e. eo magis inclino in eam partem, ut Clodiæ hortos emam.* Q. Fr. I. 1. sed nescio quomodo ad præcipiendi rationem *delapsa est* oratio mea. * *orior.* Or. III. 57. *delapsa sunt* ab his plura genera.

DELECTVS. delecti *iidem, qui principes civitatis.* Sext. 49. cf. Vatin. 9.

DELEGATIO. Att. XII. 3. *delegatio* a mancipe. *v.* delegare.

DELEGARE, *in re pecuniaria dicitur, qui non ipse de arca solvit, sed creditorem remittit ad alium per attributionem,* v. attributio: *a quo pecuniam accipiat, quod & solvere* ab alio *dicitur: unde deinde ceteræ rationes dicendi ducuntur, cum, quod ipsi facere debebamus, id per alterum fieri curamus, & qui id a nobis petunt, ad alium rejicimus: unde & pro* transferre *dicitur.* Attic. XII. 12. Balbi regia conditio est *delegandi: ad q. l. v. Gronov. ut & Observ. I.* 20. *ibid.* XIII. 46. Quinto *delegabo,* si quid æri meo alieno superabit. Dom. 7. petebatur a me frumenti copia, annonæ vilitas --- *delegavi* amico locupletiori &c. ad Div. VIII. 1. quod hunc laborem alteri *delegavi.* Or. II. 28. extr. sed hæc ipsa, quæ nunc *ad* me *delegare* vis (*oratione, laude tua*), ea semper in te eximia & præstantia fuerunt. Fontej. 4. quid si hoc crimen optimis nominibus *delegare* possumus? *perquam eleganter hoc sensu: quid si hoc crimen ad eos transferamus, qui facile fateantur, se hoc, quod crimini Fontejo datur, feciſſe, quia officii ratio postularet. Itaque sic pergit:* & ita, ut non culpam in alios transferamus, sed ut doceamus, eos isti munitioni præfuisse, qui facile officium suum & præstare & probare possunt. * *Difficilis locus est, in quo hoc etiam verbum occurrit* ad Div. VII. 5. *ex epistola Cæsaris:* M. Orfium, quem mihi commendas, vel regem Galliæ faciam, vel hunc Leptæ *delega.* Si vis tu ad me alium mitte, quem ornem. *Ceterum locus est obscurus, rei ipsius & historiæ ignoratione, ut vere judicat Victorius.*

DELICATVS *de pueris & ancillis pulchris & elegantibus, sensu honesto.* Milon. 10. *delicatus* comitatus ancillarum puerorumque. *v. Burm. ad Petron. c. 63.* * *mollis, effeminatus, de hominibus & rebus, libidini luxuive deditus.* Brut. 53. adolescens *delicatus.* Nat. D. I. 37. Epicurus, quasi pueri *delicati,* nil cessatione melius existimat. Muren. 9. Asia *delicata.* ibid. 35. juventus (*hominis*) *delicata.* Orat. II. 64. cum haberet filium

filium *delicatiorem*. Fin. V. 5. ratio *delicatior* molliorque, quam virtutis vis gravitasque postulat *de eorum sententia, qui in felicitatis & summi boni parte non solam virtutem, sed etiam voluptatem aut hujusmodi quid ponunt.* Off. I. 40. *delicatum* aliquem sermonem inferre; *i. e. de pulchris hominibus, de amore, de re amatoria, qualis ille Sophoclis erat, cum diceret Pericli, obvio puero formoso: O puerum pulchrum!* Att. II. 14. *delicatum* convivium, *quod ἁβρὸν vocat ep.* 12. Or. III. 25. quanto molliores sunt & *delicatiores* in cantu flexiones & falsæ voculæ, quam certæ & severæ. * *concinnus, elegans.* Pison. 29. *delicatissimi* versus. * *suavis, jucundus.* Verr. V. 40. *delicatissimum* litus. * delicatus *est etiam homo intelligens deliciarum*, (v. deliciæ) *& iis abundans.* Verr. IV. 57. populus potius haberet, quam elegantissimus & eruditissimus Verres? nimirum contra dici nihil potest. Nostrum enim unusquisque, qui tam beati, quam iste est, non sumus, tam *delicati* esse non possumus &c. Verres hæc habeat domi &c. * E Parad. I. 3. *laudantur* delicatæ pateræ, *tamquam genus deliciarum in supellectili: & ita est in quibusdam libris, neque absurde. Nam* delicatum *est in his rebus usitatum Latinis, quas & delicias vocant:* & delicata *dicuntur omnia, quæ ad magnificentiam & ostentationem pertinent. v. Cuper. Obs. I. 3. Sed altera lectio,* filicatæ, *est ex melioribus & antiquioribus Codd. & ipsum quoque usitatum est in hoc genere.*

DELICIAE, *elegantissima & pulcherrima supellectilis genera, ut aurum argentumque cælatum, vestes stragulæ, tabulæ pictæ & similia.* Verr. IV. 23. Sic Haluntini, excussis *deliciis* (h. e. crustis & emblematis) cum argento puro domum reverterunt. * *magnificentia & ostentatio, quæ prætiosa suppellectili quæritur.* Parad. I. 3. num ullam cogitationem habuisse videntur -- aut argenti ad avaritiam aut amœnitatum ad delectationem, aut supellectilis *ad delicias*, aut epularum ad voluptates. * *studium hujus elegantiæ & magnificentiæ.* Verr. IV. 57. etiamne hujus operarii studia & *delicias* perferetis? * *amores & elegantiæ hominum amoribus deditorum.* Cœl. 19. *init.* amores autem & *deliciæ* hæ, quæ vocantur. &c. * *ipsi homines utriusque generis, qui amantur.* Dom. 24. cum alter se Catilinæ *delicias* fuisse diceret. * *in oratione* deliciæ *sunt concinnæ sententiæ, arguti, certi & circumscripti ambitus verborum.* Orat. 12. longissime tamen ipsi a talibus *deliciis* vel potius ineptiis abfuerunt.

DELIGERE, *ejicere.* Vatin. 14. subsellia dissipavit, urnas *delegerit &c. ubi vid. Græv.* Cæcin. 27. si ingressum modo *delegeris. Sic enim ibi e MS. Erf. reposuit Græv. cum ante esset:* dejeceris.

DELINITOR. Brut. 70. judex, cujus *delinitor* debet esse orator.

DELIQVESCO. Tusc. IV. 17. alacritate futili gestiens *delinquescit:* i. e. *mollem se præbent.*

DELITESCO. Balb. 2. in mendacio *delitescere.* Acad. IV. 5. in eorum auctoritate *delitesceret.*

DELITVS. Verr. I. 55. *delitum* tectorium. In fragm. epp. *sunt etiam* ceræ & literæ *delitæ*.

DELVMBO. Orat. 6. *delumbare* sententias *dicitur, qui minutis numeris & oratione incisa earum vim minuit.*

DEMENTIA, *in plur. de magnificentia.* Att. IX. 9. cave contemnas ejus *dementias.*

DEMERE. Petit. Consul. 2. extr. qui capita *demebant* &c. *alii legunt* demerebant: *quod probat Burmann. ad Valer. Argon. III.* 670. *ubi hæc verba confundi in libris solere docet. cf. eundem & Cl. Oudendorp. ad Suet. Cajum. cap.* 33.

DEMERSVS. Sull. 31. *demersam* patriam extuli.

DEMITTO. ad Divers. X. 8. cum in eum casum me fortuna *demisit.*

DEMISSE. Flacc. 21. supplicter *demisseque* respondere. * Tusc. V. 8. humiliter *demisseque* sentire, *in malam partem.*

DEMISSVS, *modestus & pudens.* Muren. 40. sit apud vos modestiæ locus, sit *demissis* hominibus perfugium, sit auxilium pudori. *add.* Or. II. 43. * *moderatus, modicus.* Or. 24. tenuis orator erit -- ornamentis verborum & sententiarum *demissior.*

DEMONSTRARE, *narrare, dicere.* Inv. I. 31. apud Socraticum Æschinem *demonstrat* Socrates, cum Xenophontis uxore & cum ipso Xenophonte Aspasiam locutam. ad Div. III. 3. mihi Fabius *demonstravit*, me a te plurimi fieri. *ibid.* IX. 24. Spurinna, cum ei rem *demonstrassem*, & vitam tuam superiorem exposuissem, magnum periculum summæ reip. *demonstrabat*, nisi ad superiorem consuetudinem revertisses. * *de actore, explicare, agere.* in Cæcil. 13. *demonstrare* causam non posses. * demonstrare *dicitur etiam de interpretibus antiquitatum & rerum in quoque loco memorabilium.* Verr. IV. 59. nam ut ante *demonstrabant*, quid ubique esset, &c.

DEMONSTRATIO, *institutio, doctrina.* Or. III. 55. *demonstratio* hujus generis & doctrina vulgaris est. * *interpretatio antiquitatum & rerum memorabilium.* Verr. IV. 59. itaque nunc conversam habent *demonstrationem* suam.

DEMOVEO. Cæcin. 15. *demovere* de certo statu: *e gladiatoria petitum est.* Dom. 26. *demovetur* a republ. similis labes inposterum: *h. e. cavetur, ne ei in posterum accidere possit.*

DEMVM, *tandem, quæso.* Tusc. V. 37. exilium quantum *demum* a perpetua peregrinatione differt.

DENARIVS, *est numus, qui, cum sestertius duos asses cum dimidio valebat, decem asses æquabat, postea sedecim, cum unius sestertii quatuor asses erant. respondet Græcorum* drachmæ. Quint. 4. Decidis statuisque tu, quid iis *ad denarium* solveretur: h. e. *quid & quantum solvendum esset, si pro numis Gallicis, qui erant in rationibus, & debebantur, solverentur numi Romani; quantum efficeretur, si summa numorum Gallicorum, quæ debebatur, ad denarios redigeretur.* v. *Gron. Sest. III.* 10. *Sic* Att. II. 6.

oppo-

opponuntur denarius & ciſtophorus: *h. e. numi Aſiatici & Romani.*

DENEGARE, *plane negare.* Att. I. 1. Aquillius *denegat*, (*ſc. ſe petiturum*) & juravit morbum, & illud ſuum regnum judiciale oppoſuit.

DENICALES, *feriæ mortuorum: de quibus Cicero* Leg. II. 22. *ſic:* nec vero tam *denicales*, quæ a nece appellatæ ſunt, quia reſidunt mortui, quam ceterorum cœleſtium quieti dies, feriæ nominarentur, &c. -- Eas in eos dies conferre jus, quibus nec ipſius nec publicæ feriæ ſunt. *Viri docti laudant Gell. XVI. 5.* cf. *Kirchmann. de funerib. IV.* 1.

DENIQVE, *ut paucis me expediam.* Verr. II. 51. negant id Syracuſani per religiones ſacrorum ullo modo fieri poſſe: fas *denique* negant eſſe. *vid. de hac vi verbi Græv. ad Sueton. Aug.* 23. *Duker. ad Flor. I.* 16. *&c.* * *Sed quod Grævius ſic eſſe putat etiam* ad Div. X. 10. *in his verbis:* is enim *denique* mihi honos videri ſolet, qui &c. *In eo errat. Nam in his* denique *eſt* demum. *Sic in* Sull: ea *demum* vera voluptas eſt. Denique *pro* demum *paſſim obvium.* ad Div. IX. 14. tantum acceſſit, ut mihi nunc *denique* amare videar, antea dilexiſſe. *v. Vallæ Eleg. L. L. VIII.* 8.

DENOTARE, *ſignificare.* Manil. 3. quod is una ſignificatione literarum cives Rom. necandos trucidandosque *denotavit.*

DENOTATVS, *cognitus & perſpectus; quod, quæ notamus, ea facile agnoſcimus & reperimus.* Acad. IV. 18. ſapientem, cum ei res ſimiles occurrant, quas non habeat *denotatas*, retenturum aſſenſum.

DENTATVS. ad Q. Fr. II. 14. charta *dentata* res agetur: *h. e. dente polita & lævigata. Plin. H. N. XIII.* 12. ſcabritia chartæ lævigatur dente conchave.

DENVNCIARE *dicuntur, qui aliquem jubent eſſe paratum ad rem aliquam, quæ interdum diſerte adjicitur, interdum omittitur, & e vicinia verborum ſupplenda eſt.* Verr. I. 19. II. 27. Roſc. Am. 38. *denunciare* alicui teſtimonium. *Sed ſimpliciter* denunciare, *eodem ſenſu*, Flacc. 15. Verr. II. 4. *ubi vid. Græv.* Dom. 44. Cum tribunus, vel *denunciare*, vel cogere potueris, *int. pontificibus, ut convenirent.* Cæcin. 32. Cæcinæ *denunciabas*, *int. controverſiam.* ad Div. XI. 2. *denunciat* veteranis, *ſc. ut conveniant, eos convocat.* cf. V. 11. * *hinc dicitur etiam pro* minari. Att. XV. 20. genus illud interitus quaſi *denunciatum* nobis ab Antonio. Agr. II. 5. oculis *denunciare* omnibus vim tribunitiam. cf. Att. II. 21. 23. &c. * *mandare.* Or. III. 36. plus attuliſti, quam tibi eſſet tributum a nobis ac *denunciatum.* ad Div. XIII. 77. ſi quid tibi opus ſit, ne dubitent mihi jure ſuo *denunciare.* * *polliceri, quid facturi ſimus.* Att. XIII. 12. Jam Varro mihi *denunciaverat* magnam ſane & gravem προσφώνησιν. * *profiteri, oſtendere.* Or. I. 22. *denunciare* ſe paratum. Planc. 22. *denunciaſti*, quid de ſumma reipubl. ſentires. * *etiam de interpretationibus haruſpicum dicitur.* Div. II. 13. tum hereditates, tum damna *denunci-*

ant. Rosc. Comœd. 9. venisti domum ultro Roscii. satisfeciſti, quod temere commisisses, *in judicium* ut *denunciaret*, rogasti, ut ignoscceret, te affuturum negasti &c. Denunciares *legendum vidit recte Hotomannus, & contextus docet.* Denuncio in judicium, *si lectio sana est, significat*, jubeo in judicio adesse, ad judicem venire. *itaque subjicit:* negasti te affuturum.

DENVNCIATIO. Sull. 18. Catilinæ *denunciatione* venisti; *ab eo jussus venire.* * Or. II. 19. prima *denunciatio, dicitur, cum in exordio auditorem attentum esse jubemus.* * *comminatio.* ad Div. XI. 20. *denunciatione* periculi terrere. * *professio, promissio. ibid.* X. 8. præmatura *denunciatio* boni civis imparati, quam periculosa esset, ex casu collegæ videbam.

DEPASCI, *minui.* Leg. I. 21. *depasci* veterem Academiæ possessionem non sinemus. Or. II. 23. stilo *depascere* luxuriem orationis.

DEPELLERE. Tusc. III. 32. ut sibi turpitudinem *depelleret:* h. e. *se a turp. liberaret.* Sext. 19. interfectus esset is, qui hac una medicina potuit a communi peste reip. *depelli.* ad Div. V. 20. ut multa tam gravis Mario *depellatur.* * Brut. 87. longi sermonis initium *depulisti*, Attice. *Sed hæc lectio mihi absurda videtur. Nostra habet* pepulisti. *Manutius & Lambinus dedere* detulisti. * Part. 12. aut jure factum *depellitur*, aut ulciscendi doloris gratia &c. *Lambin.* defenditur; *quod est Ciceronianum. v.* defendere.

DEPENDERE, *solvere.* ad Div. I. 9. tibi *dependendum* est, quod pro illo spopondisti. cf. Att. I. 8. extr. *Sic* Catil. IV. 5. Sext. 67. *dependere* pœnas.

DEPICTVS. Orat. 12. nimis *depicta:* i. e. *ornata.*

DEPLORARE. Verr. II. 27. ne *deplorare* quidem *de* suis incommodis liceat.

DEPONERE. ad Div. XIII. 1. *deponere* ædificationem. ad Div. V. 2. *deponere* provinciam in concione. ad Div. II. 17. rationes Apameæ *deponere* cogitabamus. ad Div. I. 5. causam *deponere:* i. e. *relinquere.*

DEPORTARE. ad Att. VI. 1. benevolentiam de provincia *deportare. & sic sæpe est ap. Cic. Sed etiam sæpe simpliciter* deportari *dicitur, quod de provincia asportatur.* Flacc. 15. Muren. 5. aut in Asia susceptum, aut *deportatum* ex Asia flagitium ac dedecus. *Gron. Obs. I. 12. itaque etiam de exercitu dicitur. v. Drakenb. ad Liv. XXXIX. 38.* * Verr. III. 14. frumentum *deportare, int. de area.*

DEPOSCERE. Rosc. Am. 34. partes sibi *deposcere.* Senat. p. R. 13. altera me *deposcere* putabatur, *sc. ad mortem, ut me interficeret.*

DEPOSITVS, *desperatus. proprie de ægrotis, quos medici deponunt, quod desperant curari posse.* Verr. I. 2. *depositæ* reip. pars.

DEPRECOR. ad Div. VIII. 1. *in hoc* te *deprecor.* Muren. 1. quæ *deprecatus* ab Diis sum. * Quirit. p. R. 3. me a vobis *deprecatæ* sunt. Sull. 26. *deprecari* vitam alicujus ab aliquo. Agr. II. 36. nullæ sunt imagines, quæ me a vobis *deprecentur.* * Partit. 39. erit *contra*

tra acerbitatem verborum *deprecandum.*

DEPRECATIO. Rosc. Com. 16. *deprecatio* Deorum, *est in jure jurando ea, quam* Dom. 57. devotionem capitis *appellat.*

DEPREHENDO, *convinco.* Flacc. 16. in minimis rebus magnas res vidi *deprehendi* ac teneri. *& sic sæpe.* * Or. I. 48. *deprehensum,* inquit Antonius, me plane video.

DEPRESSVS. ad Div. X. 32. *depressus* in ludum, *qui coactus est in ludum gladiatorium se conferre & gladiator esse.*

DEPVGNARE. *verbum in gladiatoria re.* Tusc. II. 17. fontes ferro *depugnant.* ad Div. X. 32. cum bis *depugnasset. da er sich zweymahl losgefochten hatte.* Phil. V. 7. L. frater, gladiator Asiaticus, qui mirmillo Mylasis *depugnarat* &c. *hinc de omni pugna singulari.* Fin. II. 22. Torquatus cum Gallo *depugnavit* provocatus. *item de omni pugna & contentione.* Planc. 38. si semper cum iis, quibuscum aliquando contendimus, *depugnemus.*

DEPVLSIO. Invent. I. 10. intentionis *depulsio* quid? Nat. D. II. 31. lex est recti præceptio, pravique *depulsio: Verbot.*

DERIDERE, *ludere, ita agere, ut homines ridere videare.* Verrin. I. 56. *deridet,* cum sibi ipsum jubet satisdare Raborium.

DERIPERE, *detrahere.* Offic. III. 10. *deripere* alteri, jus non est. Verr. IV. 50. *deripere* de manu. Fin. I. 13. falsarum opinionum temeritate *derepta.* Sull. 1. *deripere* de auctoritate alterius. Prov. Cons. 6. hos vos *deripiendos* de provinciis non putaretis. *Caveant tirones ne* deripere *&* diripere *confundant, quod a Nizolio factum est. Sic aliud est* destringere, *aliud* distringere. &c. deripere *est de loco aliquid rapere,* diripere *in diversas partes rapere. v. Drakenb. ad Sil. X.* 318. *& quos ibi laudat.*

DERIVARE. Tusc. V. 23. in suam domum nil *derivare:* h. e. *avertere.*

DEROGARE, *est nova rogatione aliquid de superiore lege demere, ei vim adimere. dicitur autem ordinarie* derogare legi *vel* de lege, *quod nemo ignorat. Sed est etiam sic:* lex derogatur. Cornel. I. fr. sæpe SCta fiunt, ut nuper de ipsa lege Calpurnia, *quæ derogaretur. Sic habet etiam Ulpianus:* Lex rogatur - abrogatur - derogatur; *quem locum vid. in Fabro. Est sic etiam metaphorice.* Quint. 23. *fides* multis locis cognita, ne perfidia Nævii *derogetur,* laborant.

DERVO. Att. XVI. 11. de laudibus alicujus cumulum *deruere.*

DESCENDERE *dicuntur Romani honestiores, cum in forum, curiam, campum eunt, quod ii solebant in montibus habitare, qui salubrius habitabantur, ea loca autem in vallibus, inter montes, erant: item in universum, cum in publicum prodeunt.* Phil. VIII. 2. Consul se cum præsidio *descensurum* dixit. Rosc. A. 46. *descendere* de palatio & ædibus suis. Phil. II. hodie non *descendit* Antonius. Or. II. 66. *descendere* in forum. Offic. III. 20. *descendere* in rostra: *quamquam ibi Gronoviana habet:* escendere, *quod magis placet. Sed quoniam*

niam Romæ usitatum erat dicere descendere in forum; *propterea etiam de aliis urbibus dicitur. ubi similis ratio non subest.* Verr. II. 38. postridie mane descendit Verres, *sc. in forum Thermitanum.* * *hinc etiam ducta videntur hæc.* Cœl. 1. *descendere* ad accusationem. Muren. 28. *descendere* ad accusandum. * descendere aliquo *dicuntur etiam, qui statuunt ea facere, quæ inviti faciunt, ad extrema veniunt, ad quæ demum venitur, cum leniora non sufficiunt aut valent.* Verr. I 38. quo ego vellem *descensuros* h. e. *gravissima sè facturos.* ad Div. X. 33. *descendere* ad extrema. Att. IX. 18. ad omnia *descendere, est omni vi & acerbitate uti.* ad Div. VIII. 8. alteram ad conditionem *descendere* vult Cæsar. * Verr. II. 72. placet mihi ista defensio: *descendo. ich lasse mich darauf ein.*

DESCISCO. Fin. III. 18. *desciscere* a vita *i. e. sèipsum interficere.* Tusc. III. 2. *desciscere* a natura. Acad. IV. 15. cum captiosas interrogationes dissolvere non possunt, *desciscunt* a veritate.

DESCRIBERE, *dividere, distribuere in partes.* Agr. II. 29. in jugera dena *describat.* Phil. XIII. 5. *describit* illud septies millies ita. Cluent. 32. non Archimedes potuit melius *describere.* ad Div. XVI. 11. Italiæ regiones *descriptæ* sunt, quam quisque partem tueretur. cf. Verr. I. 14. &c. *Græv. ad Caton. 17. ad Att. I.* 2. Leg. III. 19. populus *descriptus* ordinibus, censu &c. *add. Burm. ad Suet. Tib.* 30. * *Dialectici dicuntur* describere, *cum formas & genera rerum constituunt. Sic* Rab. Post. 15. descripta, *opponuntur* universis. Or. II. 33. *descripta* generatim; *pro quo mox:* in certa genera coacta. *ibid.* ut quæ sint in jure, vel apte *describere,* vel ornate illustrare possit. *ibid.* 71. in multa genera *describere.* * *ab hac dividendi significatione multæ formulæ dicendi ducuntur, quas ita possis interpretari, ut nulla divisionis mentio fiat; sed semper ad divisionem aliquam respicitur. Sic* Verr. V. 25. *describere* civitatibus summas pecuniarum. ad Div. XII. 1. pecuniæ maxime *describuntur.* ad Q. Fr. I. 1. vectigal *describere. In quibus omnibus* describere *explicari potest* imperare, *sed, ut intelligas, imperatum esse ita, ut sit constitutum simul, quantum quæque civitas daret.* Off. I. 34. jura *describere.* Verr. V. 11. *describere* jura æquitate. Leg. II. 5. jura sunt varie & ad tempus *descripta* populi. Off. I. 16. quæ *descripta sunt* legibus & jure civili, hæc ita teneantur, ut sit constitutum. Sext. 42. nondum *descripto* jure civili. Acad. IV. 36. officia *describere.* Jura describere. *idem est, quod* jura dare, constituere; *sed propterea* jura describere *pro* dare *dicitur, quia in juribus dandis discrimen servatur ordinum, ætatum &c. quamquam in nonnullis harum formularum etiam respici potuit ad illam alteram significationem, qua pro* definire *dicitur.* Verr. II. 54. *describebat* censores binos in singulas civitates: *h. e. faciebat, creabat, ut eodem capite est: sed* describere *est pro* facere, *quia censores CXXX facti sunt* (c. 55.)

ita

ita, ut totus ille numerus censorum civitatibus distribueretur, & singulæ binos acciperent. * describere *est etiam* definire: *unde, de quo* definire *dici potest, de eodem etiam* describere *dicitur.* Or. I. 49. *describere* finibus ingenii sui &c. * describere *dicuntur etiam mathematici, cum formas geometricas scribunt.* Cato 14. * describere *aliquem dicunt, qui eum quidem non nominant, sed ita de eo loquuntur, ut facile intelligi possit, de quo sermo sit. unde pro significare reperitur. in qua ratione dicendi sæpe accedit ista vis, ut contumeliæ causa id fieri innuatur.* ad Qu. Fr. II. 3. Crassum *descripsit.* Mil. 18. videlicet illi me latronum *describebant.* Sull. 29. quia sunt *descripti* consulares: *h. e. ab accusatore oratione designati.* Pison. 28. non mehercule contumeliæ causa *describam* quemquam, præsertim ingeniosum &c. Phil. II. 44. ista tua minime avara conjux, quam ego sine contumelia *describo. pro accurate explicare & exponere* est ad Div. VIII. 8. quæ res quam vehementer ad me pertineat, in literis -- *descripsi.*

DESCRIPTIO, *distributio.* Offic. I. 7. privatarum possessionum *descriptio.* Flacc. 14. in *descriptione* æquabili sumtus. Or. I. 27. est decori *descriptio* duplex: *h. e. in duas formas distribuitur.* * *ordo, qui sc. ab apta distributione rerum & partium pendet: die Einrichtung und Ordnung.* Off. I. 39. ædificandi *descriptio.* Or. II. 9. aut si via ulla traditur -- *descriptionis* atque ordinis. Cato. 17. atqui ego ista sum dimensus, mei sunt ordines, mea *descriptio:* multæ etiam istarum arborum mea manu sunt satæ. Sext. 65. *descriptio* civitatis. Leg. III. 2. magistratuum *descriptione* omnis reip. moderatio continetur. * descriptio *etiam dicitur, eodem modo, ut* descriptus, *cum homines centuriantur & decuriantur, de quibus suo loco dictum est.* Planc. 18. decuriatio tribulium, *descriptio* populi, suffragia largitione devincta. * *de formis geometrarum, ut* describere. Tusc. II. 17. nisi quid erat numeris aut *descriptionibus* explicandum.

DESCRIPTVS, *divisus, ad certas partes aut classes redactus, constitutus.* Catil. II. 6. quemadmodum ei esset ratio totius belli *descripta.* Att. XVI. 5. o! dies -- lepide *descriptos* &c. v. *describere.* * *ordine factus.* Fin. III. 22. natura nihil est aptius, nihil *descriptius.* * Har. R. 28. suffragia *descripta* tenentur a paucis: h. e. *pauci quidam & potentes homines ita habent in sua potestate suffragia centuriarum & tribuum, ut cuique imperent, cui suffragium dare velint. v. Græv. ad h. l. male olim legebatur* districta; *quod, ut cetera hujusmodi, servavit nova Italorum editio Nizoliani thesauri.* * Planc. 20. vocatæ tribus, latum suffragium, *descriptæ* tribus, renunciatæ. *Nihil hic interpretes. E Cod. Erf. notat Grævius* diribitæ. *Sed ea lectio nihili est.* Diribitio *enim refertur ad tabellarum distributionem: quid autem* diribitio *post suffragia lata. Cogitabam aliquando* diremtæ: *ex quo fieri potuit* diribitæ. *Sed* descriptæ *et-*

iam explicari potest. Nempe post lata suffragia & diremta, punctis notabantur in tabulis, unde punctum *pro* suffragio. *v.* punctum. *id dici commode posse putem* tribus describere. Describere *dici pro* in tabulas referre, *docet Schulting. ad Calpurn. Declam. subjectam Quinctilianeis p.* 794. * Dom. 5. cum decuriatos ac *descriptos* haberes exercitus perditorum: *in quo descriptus idem est, quod decuriatus. nam* describuntur *milites, cum decuriantur aut centuriantur, sc. in decurias & centurias. pro* describere, *hoc sensu, dicitur etiam* conscribere, Planc. 18. nam cum decuriantur, *conscribuntur; sc. in decurias.* v. conscribere.

DESERERE. Att. III. 19. non *deseram* preces fratris, nec ceterorum promissa, nec spem uxoris, nec obsecrationem filiæ, nec fideles literas tuas. Tusc. I. 46. tardius *deseret* fama Curtium.

DESERVIRE, *in bonam & malam partem dicitur.* Verr. III. 98. si vobis *deserviunt* suo labore. Sull. 9. si vigiliæ meæ *deserviunt* amicis. Offic. I. 30. cuivis *deserviant*, dum, quod velint, consequantur. ad Div. XII. 2. *deservire* latroni &c.

DESIDERE, *verbum proprium de labe terræ.* Div. I. 35. 43. *Utitur eodem verbo de hac re Livius XXXII. 9. ubi v. Drakenb.*

DESIGNARE. Nat. D. I. 13. Aristoteles quodam loco mundum *designat* Deum. *ibid.* 11. Anaxagoras omnium rerum descriptionem & modum mentis infinitæ vi ac ratione *designari* & confici voluit.

DESIGNATIO, *dispositio, collocatio.* Att. IV. 4. offendes *designatione* Tyrannionis mirificam librorum meorum bibliothecam.

DESIGNATOR. Att. IV. 3. post has ruinas desertus a suis vix jam Decimum *designatorem*, vix Gallium retinet. Designator *est curator & arbiter ordinis & loci in ludis & spectaculis, h. e. qui unicuique suum locum designant, quod genus hominum nos Marschælle appellamus; item in certaminibus, qui leges & præmia dant agonistis. de his v. Budæum, Lipsium, Fabrum, quos laudat Græv. ad h. l. & hinc Lexicon Fabri.*

DESIGNATVS. *de magistratibus recens creatis locus classicus est* Muren. 1. Consul *designatus* a populo suffragiis, declaratus autem vel renunciatus ab alio consule voce. *hinc eleganter* Cluent. 11. *designatus* reip. civis, *de infante concepto matris utero, sed nondum nato. * expressus, significatus.* Or. I. 23. verbis *designata. * constitutus, descriptus.* Nat. Deor. III. 35. resp. ratione & disciplina *designata.* Divin. I. 38. neque dii ignorant, quæ ab ipsis constituta & *designata* sunt.

DESINO. ad Div. VII. 1. libenter mehercule artem *desinerem. Sic & alii locuti. v. Heins. ad Ovid. Art. Am. II. 726. Torrent. ad Suet. Tib.* 37. Acad. IV. 25. *desine*, quæso, communibus locis: domi ista nascuntur.

DESPERARE. Cluent. 25. *desperare* saluti. Sen. p. R. 14. *desperare* suis fortunis. ad Div. XII. 14. quam valde *nos* & *remp. desperarint.*

rarint. Divin. II. 21. non *desperо* ista esse vera.

DESPERATIO. Sen. p. R. 3. Muren. 25. *desperatio* reipubl. *i. e. de salute reip., de republica.*

DESPERATVS. Verr. II. 4. *desperatissimum* perfugium: h. e. *quo, qui de causa sua plane desperant, aliudque perfugium non habent, confugere solent.*

DESPICERE. Rosc. Am. 8. simulatque ille *despexerit. Grævius sic interpretatur: simul ac cœperit oculos tot negotiis intentos movere, ut circumspiciens: despicere est videre. Male, mea sententia.* Despicere *non est* videre simpliciter, *sed* desuper videre, deorsum spectare, *unde ipsa contemnendi vis ducitur. Neque tribus illis locis, quos attulit, confirmari potest,* despicere *esse pro* videre simpliciter. *Nam primus* ex Har. Resp. tollam altius tectum, non ut ego te *despiciam* &c. *manifeste contra est, & ibi* despicere *illam deorsum spectandi vim habet. de altero* ex IV. de Fin. *mox dicemus. in tertio ex Sueton. Neron.* 19. *est* dispicere: *quod a* despicere *differt, ut suo loco docebimus, neque adeo huc pertinet: quamquam hic tantum est operarum vitio. nam Grævius voluit:* despicere, *ut est in ejus Suetonio. Sed ibi rectius legitur* dispicere, *cum Celeb. Burmanno & aliis.* Despicere h. l. *idem est, quod aliis locis Cicero dicit:* dejicere oculos; *quod faciunt, qui alicui rei attendere desinunt. v.* dejicere. * Fin. IV. 23. catuli, qui jam *despecturi sunt,* cæci æque & ii qui modo nati. *ibid.* 24. catuli æque cæci priusquam *despexerunt. Sed post Lambinum Davisius recte vidit legendum esse & reposuit* dispecturi, *&* dispexerunt: *de quo verbo post dicetur. Verba hujus generis confundi, cum ab interpretibus, tum a librariis, notissimum est. Sic* degredi, digredi, destringere, distringere &c. *v. Burmann. ad Sueton. Neron. l. c.*

DESPICIENTIA. Off. II. 11. *despicientia* animi: h. e. *quæ est in animo, qua utitur animus.*

DESPONDERE, *spondendo polliceri: unde filios & filias despondere parentes dicuntur, quia interrogati:* spondes? *respondent:* spondeo. *sed singulare est ap. Cœlium* ad Div. VIII. 7. *de sponso: despondere* sibi filiam alterius. * *hinc ad alia traducitur, fere pro destinare.* Att. XI. 6. L. Lentulus sibi Cæsaris hortos & Bajas *desponderat:* i. e. *sibi pactus erat, aut certe speraverat, victo Cæsare, a Pompejo præmii loco sibi destinaverat. ibid.* XIII. 12. illam περὶ τελῶν σύνταξιν Bruto *despondimus; destinavimus inscribere Bruto.* ad Div. XII. 9. hæc spes *despondetur* anno consulatus tui; *omnes putant, te demum consule, tale quid sperari posse.*

DESPONSVS, *destinatus, speratus.* Har. Resp. 3. *desponsam* & destinatam laudem alicui præripere. Prov. Conf. 15. ut provinciam *desponsam,* non decretam habere videatur. Att. I. 13. *desponsam* homini jam Syriam ademi.

DESTINATVS. Tusc. II. 2. certis *destinatisque* sententiis addicti.

DESTITVO, *constituo.* Verr.

III. 36. *destitui* alios in convivio. Verr. V. 42. nudus pæne est *destitutus*. *v. Græv. ad. Ep. ad Div. IX.* 22. *Hinc est in sensu obsceno ad Div. l. c.* ita *destituit* me nudum, *sc. comprimendi causa.* * *exponere aliquem periculis, alterius potestati obnoxium reddere.* Phil. V. 12. qui ne sorti quidem fortunas nostras *destituit*, sed libidini cujusque nos addicit. *Non erat, quare Grævius* destinavit *legeret.* v. destitutus. *Scil. res destituitur, ponitur in medio, de qua sortitio fit, ut cedat ei, cui sorte obvenit.* * *relinquere, deserere.* Att. III. 15. Italiam in me erectam, *destitui* ac reliqui. * *decipere promissis, fallere, inprimis in re pecuniaria, cum alicui promittimus pecuniam, deinde negamus daturos. v.* destitutus. Cluent. 26. queritur se ab Oppianico *destitutum esse.* Rosc. Am. 40. Roscius socios induxit, decepit, *destituit.* cf. Phil. II. 38.

DESTITVTIO, *in re pecuniaria est, cum aliquis pecuniam, quam pollicitus est se daturum, non dat.* Quint. 16. hac *destitutione* perculsus &c. *cf.* c. 5. *&* Cluent. 26.

DESTITVTVS, *desertus.* Cæcin. 32. nudus in causa *destitutusque.* Verr. II. 30. solus *destitutus.* * *deceptus ab eo, qui promisit aliquid, pecuniam &c.* Off. I. 10. cui promissum sit, si se *destitutum* queratur. Quint. 16. multis vadimoniis desertis, sæpe illusi ac *destituti.* Q. Fr. I. 3. amicorum consilio, promissis, præceptis *destitutus. Cetærum id dicitur duobus modis; nam una ratio ducitur ab eo sensu, cum pro* desertus *dicitur, ut in illo*, promissis destitutus; *altera inde, quod qui desertus est, expositus est injuriis fortunæ, inimicorum, ut in hoc:* consilio & præceptis destitutus.

DESTRINGO, *detraho, trabo ex aliquo loco.* Off. III. 31. confestim gladium *destrinxit.* in Tog. Cand. conantur in remp. sicas *destringere. Vulgo legunt* distringere, *in utroque loco. sed hodie nemo dubitat in his literis paullo versatior, in hac formula, & omnibus, in quibus detrahendi vis exprimenda est*, destringere *rectum esse, non* distringere. *Confundi verba, quæ ab his syllabis incipiunt, jam in* despicere *dictum est. de hoc verbo inprimis vid. præter Gronov. ad Liv. XXVII.* 13. *Duker. ad Flor. II.* 2. *Drakenborch. ad Sil. XVII.* 164. *& quos ibi laudat.* Destricti *gladii sunt* Catil. III. 1. Sext. 35.

DESVLTORIVS, *int. equus, a* desultore, *quod erat genus equitum, qui in circo equos plures capitibus junctos agitabant ita, ut in medio cursu ex uno in alterum se trajicere possent.* Muren. 27. qui mihi videtur prætorius Candidatus in consularem, quasi *desultorius* in quadrigarum curriculum, incurrere. *Grævius laudat Sueton. Cæs.* 39. *& ibi Torrent. cf. Salmas. ad Vopisc. Carin. c.* 19. *p.* 845. *f.*

DESVM. Phil. II. 29. cur ei bello propter timiditatem *defuisti.* Q. Fr. II. 5. huic convivio Q. frater *defuit.* Att. IV. 10. non vereor, ne mihi sermo *desit abs te*, quo magnopere delector. Or. III. 16. nec *in* Antonio *deesset* hic ornatus &c. Q. Fr. II. 4. se illi non

defu-

defuturum affirmavit: *h. e. se eum accusaturum, per ironiam venustam.*

DETERGERE. Att. XIV. 10. sed primo anno LXXX. *deterximus*: i. e. *cepimus ex tota summa octoginta sestertia.*

DETERMINO. Orat. III. 44. quod dicit, spiritu non arte *determinat*: i. e. *orationem in pronunciando non eo loco incidit, ubi ipsa sententia desinit, sed ubi spiritus, adeoque sæpe alieno loco.* Div. I. 12. omnia fixa tuus glomerans *determinat* annus: h. e. *hæc omnia rata facit extremus annus tuus.*

DETERRERE, *disuadere, dehortari.* Att. XI. 8. neque te *deterreo*, quo minus id disputes, scribasque ad me quam sæpissime. *Et sic aliis locis.* v. *etiam Broukhus. ad Tib. I.* 3. 13.

DETERMINATIO, *finis.* Inv. I. 52. Nat. D. II. 40.

DETESTARI, *deprecari, a se aut ab alio remotum cupere, deprecando, negando, aut alia ratione.* Catil. I. 11. ut prope justam patriæ querimoniam a me *detester* ac deprecer. Att. IX. 10. cum tu ad me quædam γνωμικώτερον scripsisses, & ego mihi a te quædam significari putassem, ut Italia cederem; *detestaris* hoc diligenter: i. e. *remotam a te hanc opinionem vis, negas te id significasse,* * *hinc in malis auspiciis & ominibus dicitur, cum ea dicimus, quibus mala impendentia averti posse credunt superstitiosi homines: de quo vid. Casaub. ad Theophr. c.* 16. Vatin. 16. si vitant te, fugiunt, audire te nolunt: cum viderunt, tamquam auspicium malum *detestantur. unde illud dicitur in Pison.* 40. omnes memoriam consulatus tui, facta, mores, faciem denique ac vocem a republica *detestantur: sc. tamquam malum auspicium & omen.* * *Ceterum quoniam illa detestatio auspicii & ominis fit avertendi mali causa, propterea dicitur pro avertere, adeoque etiam de diis ipsis, cum sit proprie hominum.* Phil. IV. 4. O! dii commortales avertite & *detestamini* quæso hoc omen.

DETESTATIO, *expiatio, deprecatio.* Dom. 55. cum pro *detestatione* tot scelerum, unam aram nefarie consecrarat.

DETRAHO. Tusc. IV. 31. hæc *detrahenda* opinio est: *eximenda ex animo.* Prov. Cons. 8. *detrahebant* illum ex Gallia: *h. e. censebant, ei succesforem vel invito dandum: dicitur in malam partem.* Planc. 4. est hæc conditio hujus principis populi -- posse suffragiis vel dare, vel *detrahere*, quod velit cuique.

DETRVDO, *differo.* Att. IV. 17. comitia in adventum alicujus *detrudere. cf.* Q. Fr. II. 13. * *ablego, amando.* Or. I. 28. qui non potest -- hunc ad id, quod facere possit, *detrudendum* puto. * *Verbum prætorium in interdicto, cui postea substitutum* dejicere. Cæcin. 17. poterisne dicere, *dejectum* esse eum, qui tactus non erit? Quid? *detrusum* dices? nam hoc verbo antea prætores in hoc interdicto uti solebant -- neminem *statu detrusum*, qui non adhibita vi manu demotus & actus præceps intelligatur.

DEVERSARI. Verr. I. 25. Rubrium

brium -- parum laute *deversari* dicit: *er logire zu schlecht.*

DEVERSOR, *qui in caupona aut alio quo loco deversatur.* Inv. II. 4. caupo, cum quibusdam *deversoribus* illum, qui ante exierat, consequitur.

DEVERTERE. Verr. I. 6. ad hospites meos ac necessarios *deverti* potius. *Sic utrumque verbum e MSS. scribitur. Male vulgo* diversari, diverti, *ut* diversorium *pro* deversorium, *v. Heinsius ad Ovid. Amor. II. 6. 9. & præterea quos laudat Burm. ad Petron.* 10. *Scil.* deverti *est aliquo se convertere, in quo tamen etiam respicitur ad locum unde veneris: sed* diverti *dicitur de duobus, qui diversam viam instituunt, unde ipsum* diversum *est, & illud* diversi abiere, divortium *&c.*

DEVINCIO, *de periodis.* Brut. 37. verba comprehensione *devincire.* Orat. 25. nec acervatim multa frequentans una complexione *devinciet.* v. Vincire. * *Eleganter hoc verbum dictum est in hoc:* Fat. 9. qui introducunt causarum seriem sempiternam, ii mentem hominis, voluntate libera spoliatam, necessitate fati *devinciunt.* * *retinere in audiendo, attentum reddere.* Brut. 80. duo summe tenuit, ut & rem illustraret disserendo, & animos eorum, qui audirent, *devinciret* voluptate. * *in potestatem suam redigere, ut nocere nobis non possit.* Pison. 13. *de Pompejo,* qui omnes omnium gentium partes tribus triumphis *devinxerat,* is se in publico statuit tuto esse non posse. * *Ceterum eæ formæ dicendi frequentes sunt, cum* devincire *eo sensu dicitur, quo* obligare, obstringere, *ut* ad Div. XIII. 7. summo beneficio tibi tuisque in perpetuum *devinxeris: de qua metaphora dicemus aliquid in* obligare. *Huc etiam illud refer* Dom. 51. si sedem ipsam ac templum publici consilii religione Concordiæ *devinxisset.*

DEVINCTVS. Brut. 12. nec in impeditis ac regum dominatione *devinctis* nasci cupiditas dicendi solet. Prov. Cons. 5. nationes nondum legibus, & jure certo, nec satis firma pace *devinctæ.* Planc. 15. largitione *devinctas* tribus habere. *ibid.* 18. suffragia largitione *devincta.* ad Div. XV. 4. extr. studiis dediti ac *devincti.*

DEVIVS. Læl. 25. animus flexibilis & *devius* assentatoris: i. e. *inconstans, qui sæpe tamquam aberrat a via, aliter alio tempore agit.* Phil. V. 13. homo in omnibus consiliis præceps & *devius.* Fragm. Acad. III. si liceret -- vitam *deviam* secutis corrigere errorem pœnitendo.

DEVOCARE. Prov. Cons. 12. *devocare* aliquem de provincia. Manil. 14. ab instituto cursu ad prædam aliquam *devocavit.* Tusc. V. 4. Socrates primus philosophiam *devocavit* de cœlo: h. e. *desiit de rebus cœlestibus, astris &c. philosophari.*

DEVOLARE. Quint. 30. ab afflicta amicitia transfugere, & ad florentem aliam *devolare.*

DEVOLVERE. Att. IX. 10. deliberationem accuratius *devolvere.* Phil. VII. 4. *devoluti* estis ad spem inanem pacis.

DEVORARE, *cupide legere, audire, item de rebus omnibus, quæ nobis valde placent,* &c. Att. VII.

VII. 3. *devorare* libros. Sext. 10. verbum ipsum voluptatis omnibus modis animi & corporis *devorabat. ubi vid. Abramius.* * *perferre res graves & molestas. item, facere aliquid, quamquam molestum.* Phil. VI. 5. *devorare* molestiam. Brut. 67. *devorare* stultitias & ineptias hominum. Att. IV. 5. dudum circumrodo, quod *devorandum* est. * *decoquo.* ad Div. XI. 21. hanc ipsam rem recentem novam *devoravit.* * *præcipere animo, de iis rebus, quas certe speramus nos consecuturas.* Dom. 23. *devorare* aliquid spe & avaritia. Verr. I. 51. qui jam spe & opinione illam prædam *devorasset.* * Brut. 82. ejus oratio nimia religione attenuata, doctis & attente audientibus erat illustris; a multitudine autem & foro, cui nata est eloquentia, *devorabatur:* h. e. *audiebatur quidem, sed ita, ut nihil voluptatis afferret, & a pæne invitis, neque intelligebatur adeo, aut sentiebatur ejus vis: quemadmodum qui cibos insuaves necessario comedunt, non comminutos & gustatos deglutiunt. de hoc genere dicendi Cicero aliis locis dicit,* abborret a populari ratione.

DEVOTARE, *devovere.* Parad. I. 3. quæ vis filium (Decii) *devotavit. Sic MSS. & edd. veteres. v. Gruter. ad Plaut. Casin. II. 6. 36.*

DEVOTIO. Nat. D. III. 6. tu autem etiam Deciorum *devotionibus* deos placatos esse censes. Dom. 57. hanc ego *devotionem* capitis mei convictam esse & commissam putabo. *v. mox* devovere.

DEVOVERE, *proprie idem est, quod* vovere. *vid. v. c.* Off. III. 25. *deinde est certis ritibus se morti, s. Telluri & diis manibus, consecrare. pro salute reipubl. & pernicie ejus aliqua & calamitate avertenda: de quo est locus classicus ap. Liv. VIII. 9. 10.* Fin. II. 19. cum se Decius *devoveret. unde illi etiam* caput suum devovere *dicuntur, qui se aut periculis maximis intrepide pro patriæ objiciunt, ut faciunt, qui se devoverunt:* Quir. p. Red. 1. cum me fortunasque meas pro vestra incolumitate, otio, concordia *devovi: aut votum faciunt, in quo caput suum, tamquam hostiam, Diis offerunt, cujus exemplum egregium est pr.* Dom. c. 57. *ducitur hinc etiam lusus ille Ciceronis* Phil. XI. 6. videte etiam P. Decii auctionem: qui majorum suorum vestigia persequens, pro alieno se ære *devovit.* * Divin. I. 48. hinc Remus auspicio se *devovet:* h. e. *auspicio capiendo se accingit. ex Ennio.*

DEVOTVS, *destinatus.* Haruspic. R. 3. Clodius, *devota* Annio hostia & constituta: h. e. *quem certo video ab Annio Milone interfectum iri.*

DEVS, *qui in aliquo genere insigniter excellit.* Or. I. 23. II. 42. * *benefactor.* Quir. p. R. 5. Lentulus consul, parens, *deus,* salus vitæ nostræ. * Deus *est etiam de feminis.* Tusc. I. 47. *de Junone.* cf. Invent. II. 31. *Sic etiam Græci* θεός.

DEXTELLA, *amicus fidelis.* Att. XIV. 20. Q. filius Antonii est *dextella.*

DIADEMA, *est fascia alba, qua caput redimire reges olim* ole-

solebant; unde insigne regiæ potestatis putabatur. Itaque etiam Ciceroni, ut ad Atticum scribit, fasciæ cretatæ Pompeji in cruribus displicebant, quod potentiæ parum civilis cupiditatem significare videbantur. Male quidam interpretantur coronam, *quæ hodie ejus vim obtinet.* Phil. II. 34. sedebat in rostris collega tuus, amictus toga purpurea, in sella aurea, coronatus (*hic nil regium, & tamen coronæ mentio*): adscendis, accedis ad sellam, *diadema* ostendis. gemitus toto foro --- tu *diadema* imponebas cum plangore populi. *v. Cuper. Obs. I. 6. Casaub. ad Sueton. Cæs. 79. Ciampin. oper. Mus. c. 14. p. 110. &c.*

DIAETA, *lenia remedia, inprimis illud, quod dies & tempus affert: opponitur* vis. Att. IV. 3. *diæta* curari incipio, nam chirurgiæ tædet.

DIARIVM. Att. VIII. 14. iis *diariis* Cæsar militum celeritatem incitat, ut timeam, ne citius ad Brundisium, quam opus sit, accesserit. *Diaria* h. l. *sunt stipendia aut præmia in singulos dies promissa, sc. si celeriter ire pergant. Nam quicquid datur in dies singulos, diarium dicitur. Servorum quoque sunt diaria,* i.e. *cibi in dies singulos assignati, prout se fidos præstiterint. vid. Intt. ad Petron. c. 24. Grævius etiam laudat Victorii Var. Lectiones. Locus est L. I. c. 13.*

DIBAPHVS, *vestis bis tincta, primo cocco, deinde purpura, qua utebantur sacerdotes.* ad Div. II. 16. Curtius *dibaphum* cogitat, sed eum infector moratur. Att. II. 9. strumam Vatinii sacerdotii *dibapho* vestiant. *v. Ind. Græc.* διβαφὴς.

DICA, γραφὴ, *actio, quæ alicui intenditur.* Verr. II. 15. scribitur Heraclio *dica. ibid. dicas* sortiri, *est forum agere; & cum dicitur* dicam sortiri, *id est judices dare sortitione: & quoniam id fit cum causa agenda est, dicitur etiam pro causam cognoscere: quoniam in conventu forensi, cum causæ agendæ sunt, judices sortitur prætor, qui causam cognoscant & judicent. Qui putant rationem ductam, a sortitione, nescio qua, ipsarum dicarum, ut scil. quo ordine agendæ sint causæ, constituatur, locum Ciceronis non recte perpenderunt.* Dicas sortiri, *dicitur, ut* judicia rejicere, *pro judices rejicere, & alia his similia. Rem conficiunt hæc verba* c. 17. venit in mentem, e lege Rupilia *dicas sortiri* oportere. Educit ex urna tres: iis ut Heraclium absentem condemnent, imperat.

DICACITAS. *quid sit?* Or. II. 54.

DICATIO. Balb. 11. non solum *dicatione*, sed etiam postliminio potest civitas mutari. *vid.* dicare.

DICARE. Balb. 11. *dicare* se civitati. ibid. 13. *dicare* se in civitatem: *est jus civitatis petere & consequi.* τῷ dicare *opponitur* donare.

DICHOREVS. *duplex choreus.* Orat. 63.

DICERE. Verr. III. 8. legem *dicere, de censore, qui conditiones redemtoribus proponit, quibus pactio fit.* * *constituere, definire,*

finire, Verr. I. 57. diem *dicit* operi faciundo. Flacc. 34. extr. doti Valeria omnem pecuniam suam *dixerat*. * *est etiam proprium verbum in creando dictatore*. Att. IX. 18. volet Cæsar, ut prætor dictatorem *dicat*.

DICIS causa. Verr. IV. 24. at tamen, ut posset se emisse dicere, Archagatho imperat, ut aliquid illis numulorum, *dicis causa*, daret: h. e. *in speciem, zum Schein, ut imago saltem emtionis esset. hanc formulam etiam Ciceroni restituere viri docti*. Muren. 12. sed *anne* tu *dicis causa* vindicaveris, *de vindiciis imaginariis, h. e. de vi civili illa & imaginaria. Hanc formulam primus recte explicavit Lælius Taurellus de militiis ex casu, in Thesauro Ottonis. T. IV. p.* 1635. *& post Ant. August. Emendat. II. 2. ibid. p.* 1472. *cf. Victor. Var. Lect. IV.* 23. *& in Lex. Fabri de hac formula dicta*.

DICROTVM, *navis biremis. h. e. quæ duos remorum ordines habet*. Att. V. 11. XVI. 4. *v. Scheff. Re. Nav. II. 2. p.* 100. *Fœmininum genus est ap. Hirtium B. A.* 47. *quod defendit contra Scheffernm Oudendorpius*.

DICTATOR, *magistratus municipalis nomen in municipio Lanuvino*. Mil. 10.

DICTATA, *sunt theses, præcepta, decreta, quæ a magistris artis alicujus discipulis scribenda traduntur, ut ab is ediscantur. Et quoniam hujusmodi dictata non adeo solent aut debent esse acuta & subtilia, in iis acquiescere, iis uti, in contemtu habetur*. Q. Fr. III. 1. meam in illum orationem omnes pueri tamquam *dictata* ediscunt. Tusc. II. 11. versus admisset, quasi *dictata*, nullo dilectu, nulla elegantia. Nat. D. I. 26. ista enim a vobis tamquam *dictata* redduntur. Fin. II. 29. *extr.* si longus, levis, si gravis, brevis. Hæc sunt *dictata. ibid.* IV. 4. *de Peripateticis disserendi artis peritis:* quæ quidem res efficit, ne sit necesse, de iisdem rebus semper quasi *dictata* decantare, nec unquam a commentariolis suis discedere.

DICTIO, *oratio, declamatio*. Or. I. 15. *dictione* explicare. Inv. I. 5. *dictione* persuadere. Or. I. 33. *dictiones* subitæ. Tusc. II. 3. *dictioni* operam dare. * Or. I. 6. dictiones, *sunt genera dicendi*.

DICTVM, *dicterium, facete dictum*, Orat. II. 54. *ubi etiam ex Ennio laudatur:* bonum dictum, *un bon mot*. * Brut. 18. *e Livio Andr. dicti* studiosus: i. e. *eloquentiæ*.

DIDERE, *divulgare, dissipare*. Cœl. 16. *e Cæcilio: Dide* ac diffice, per me licebit. Si egebis &c. *Vocabulum antiquioribus poëtis, inprimis Lucretio, usitatissimum, in quo corrumpendo frequentes fuere librarii*. v. *Drakenb. ad Sil. Ital. I.* 186. *& quos ibi laudat*.

DIDVCERE. Or. III. 6. oratio est *diducta* rivis non fontibus: h. e. *etsi in diversis rebus versatur oratio, & diversis locis adhibetur, tamen per se eadem est eloquentia. ibid.* 44. vastius *diducere* verba: *id fit, cum ultima & prima duarum vocum litera non coëunt tamquam in unum verbum: v. c. magna ubertas, magno utique*.

DIES

DIES *dicitur sæpe & variis modis de die certo & constituto, ut de eo, qui agendis causis in foro dictus est.* Verr. II. 15. *diem* differt dicis omnibus. *inprimis de die solutionis.* Planc. 28. cum cujusque *dies* venerit. cf. ad Att. XVI. 15. Tusc. I. 39. nulla *die* (*Solutionis*) præstituta. Quint. 23. nominis *diem* petivit. Att. VIII. 10. *dies* nondum est. Att. X. 5. *dies* pecuniæ Id. Novemb. ad Div. VII. 23. *dies* annua: *est dies solutionis, quæ est, exacto anno uno.* v. *Manut. ad h. l. ubi & de die bima & trima agitur.* * Att. I. 10. extr. Tullia tibi *diem* dat. i. e. *diem solutionis constituit.* cf. *Gronov. ad Senec. Benefic. IV.* 12. * *porro de certis morborum diebus, quibus scil. febris accedit, dicitur.* Att. IX. 2. etsi Id. Mart. *die* tuo, ut opinor, expectabam epistolam a te longiorem &c. *Contra* XIII. 42. *de natali: diem meum* scis esse III. Non. Jan. aderis igitur: & Or. 13. cum *dies meus* venerit, *pro die mortis.* * *tempus, spatium temporis.* Act. I. in Verr. 2. *diem perexiguam* postulavi. Tusc. III. 22. *dies* procedens mitigat ægritudinem. ad Div. I. 6. ut infringatur inimicorum improbitas - ipsa *die.* * *pro eo, quod in die fit.* ad Div. I. 2. hic *dies* nobis honestissimus in senatu fuerat: h. e. *quæ eo die in senatu acta sunt, nobis honestissima fuere.* Att. X. 8. non tam dirus ille *dies* Sullanus C. Mario fuisset. *v. Gronov. Obs. I. 2. p. 29. & ad Senec. de Ira. III. 36. Duker. ad Flor. II. 6. 58.* * in diem *vivere non eodem sensu ubique dicitur. habet tamen semper aliquam incuriæ & negligentiæ significationem.* Phil. II. 34. *Grævius ita interpretatur; omnia divina & humana contemnere, nec de futuro aut judicio hominum sollicitum esse.* Orat. II. 40. *est simpliciter, futuri curam non habere:* si barbarorum est, *in diem vivere,* nostra consilia sempiternum tempus spectare debent. Tusc. V. 11. *Academici eleganter dicuntur,* in diem vivere, *quod ita ipse interpretatur Cicero:* quodcunque nostros animos probabilitate percussit, id dicimus. *Ei objectum erat, se in alio libro aliter sensisse: respondet, Academicos non curare, quid aliquando statuerint, aut olim sint statuturi.* * *de formulis: proferre, producere, eximere, obire diem &c. suis locis agitur.* * in diem *etiam aliter dicitur, & opponitur τῷ* statim. Petit. 12. si promittas, & incertum est, *in diem* (*sc. promitte*) sin autem id neges, & certe abalienes, *statim.* Cœl. 24. cur pœnas scelerum *in diem* reservatis. * Phil. II. 33. alio *die: est formula, qua obnunciatio fiebat in comitiis.* * Phil. III. 8. *in ante diem* IV. Kal. Dec. cf. Catil. I. 3. &c. *idem est, ac si diceretur in diem IV. ante Kalendas Dec. v. Ferrar. ad Phil. III. 8. qui multa ex Cicerone & aliis exempla congessit. cf. Cortius ad Sallust. Catil. 30. 1.* * *Genitivus* die *pro* diei, *est* pro Sextio 12. *v. Gell. IX.* 14.

DIFFERENTIA, *forma, s. species generis.* Top. 7. genus est notio ad plures *differentias* pertinens.

DIFFERRE. de Inv. I. 27. occasio *cum* tempore hoc *differt.* * *cum acc. personæ.* ad Div. V. 12. sin

12. sin *differs me* in aliud tempus.

DIFFICILIS, *cui nihil facile probari potest, fastidiosus.* Orat. 29. usque eo *difficiles* ac morosi sumus.

DIFFICVLTAS, *inopia.* Verr. II. 28. *difficultas* numaria. Catil. I. 6. *difficultas* domestica h. e. *æs alienum.*

DIFFLVERE. Brut. 91. *diffluere* extra ripas. Off. I. 30. *dissluere* luxuria. Or. III. 32. otio *dissluere, dicuntur hi, qui nihil neque publici neque privati negotii habent, quod necessario sit obeundum, quales sunt docti homines, qui in otio vivunt.* Brut. 79. diffluentia *opponuntur his, quæ* numeris adstricta *sunt, non numerosa alias* soluta.

DIFFVNDO. Div. I. 36. dii vim suam longe lateque *diffundunt.* Læl. 13. virtus ex bonis amici quasi *diffunditur*, & incommodis contrahitur: h. e. *lætitiam percipit.*

DIFFVSVS. *diffusum dicitur, quod non est ad formam artis redactum,* Or. I. 42. hæc ignota quondam omnibus & late *diffusa* videbantur. adhibita igitur est ars quædam &c. ibid. II. 33. jus civile, quod nunc *diffusum* & dissipatum est, in certa genera coacturum, & ad artem facile redacturum. Partit. 7. prima adversariorum contentio *diffusam* quæstionem habet, ut in conjectura: ceperitne pecuniam Decius. - - - hæc *lata* ut dixi & *confusa* sunt. rationum & firmamentorum contentio adducit in angustum disputationem &c.

DIGAMMA. Att. IX. 9. tuum *digamma* videram. digamma *est proprie litera* F, *ea autem quia est prima in* Fœnoris *verbo, propterea ludens Cicero digamma de fœnore dicit.*

DIGERERE, *in partes totum aut in formas genus distribuere.* Or. II. 19. ut eos item quatuor, quinque sexve vel etiam septem (quoniam aliter ab aliis *digeruntur*) in quas est omnis ab his oratio distributa. * *ordinare, constituere.* Rabir. Post. 9. *digesserat* optime remp. *Græv. tamen legit:* gesserat.

DIGESTIO. Or. III. 53. *in figuris rhetoricis commemoratur, & est μερισμός.* Phil. V. 7. ipse interea septem & decem dies, (ut *digestio* potius quam declamatio videretur) de me in Tiburtino Scipionis declamavit, sitim quærens. *Si hæc parenthesis esset a Cicerone,* digestio *esset* concoctio, *quam declamatio afferre, & cruditatem minuere putabatur. Sed recte est a Græv. auctoritate doctissimorum hominum ejecta.*

DIGITVS. Verr. III. 11. *digito* liceri. Verr. I. 54. tollit *digitum*: i. e. *licetur.* Att. VII. 3. *digitum* nusquam, *sc. discedere.* Cæcin. 25. qua *digitum* proferat, non habet: *h. e. nihil agere, nihil moliri potest.*

DIGNITAS, *definiente ipso Cicerone,* Invent. II. 55. est alicujus honesta auctoritas, quæ cultu, honore & verecundia digna est. *Sed hæc definitio non omnibus locis convenit. Et quoniam sæpe in hoc verbo interpretando tironibus aqua hæret, alias afferemus, quarum ope facile ubique hujus verbi vis intelligi & erui possit.*

1. *dignitas est conditio, qua quis dignus est aliqua re, tamquam magistratu, honore, verecundia &c. beneficio: quæ definitio fere convenit cum Ciceroniana.* Muren. 8. non eundem ordinem esse *dignitatis* & renunciationis. *ibid.* 9. *dignitate* contendere *h. e. quis altero sit consulatu dignior. ibid.* 11. summa *dignitas* esset in iis &c. *dignissimi sunt consulatu. ibid.* 13. *dignitas* consularis in ista scientia non fuit: h. e. *nemo propter illam scientiam dignus consulatu judicatus est.* ad Div. XI. 17. Lamia petit præturam: omnes intelligent, nec *dignitatem* ei deesse, nec gratiam. Vert. II. 69. an quorum auctoritate statuas tuas cohonestare conatus es, eorum ego *dignitate* accusationem meam comprobare non potero? h. e. *Si statuas tuas tibi honorificas potuisti efficere, quod Siculos auctores earum ponendarum dixisti fuisse, ego etiam mihi honestum esse probabo, te accusare, si dixero, Siculos esse dignos, quibus hoc officii tribuatur a me. Jam quoniam ii, qui digni sunt, quibus hujusmodi res tribuantur, in quadam amplitudine, splendore & auctoritate sunt, propterea dignitas etiam dicitur pro splendore, amplitudine, auctoritate, quæ ex magistratibus rebusque publicis bene gestis, sapientiæ opinione &c. proficiscitur.* Off. I. 39. ornanda *dignitas* domo. Verr. II. 29. nitebatur frequentia consilii & *dignitate, pro quo aliis locis* splendor *dicitur. sensus autem hic est: hoc potissimum confidebat causæ suæ, quod judices essent non solum multi, qui non facile omnes possent corrumpi, sed etiam prudentes, justi, & hac laude insignes, atque digni adeo, qui judicarent causas. hic sensus est maxime obvius. est adeo ubi pro* magistratu *dicitur* ad Div. II. 9. lætor tum præsenti tum etiam sperata tua dignitate. *ubi v. Manut.* 2. dignitas *dicitur de iis rebus, quæ aliquo dignæ sunt, h. e. cum decent, eique conveniunt, ei denique debentur,* Off. I. 39. plena *dignitatis* domus: h. e. *digna domini persona. ibidemque* species & dignitas *junguntur.* Q. Fr. I. 2. species ipsa tam gratiosi liberti aut servi *dignitatem* habere nullam potest. Tusc. V. 10. *dignitate* sententiæ capitur: *h. e. quia honesta est, digna homine honesto.* Or. II. 85. retinere *dignitatem* in rebus asperis: *h. e. fortem se præbere: fortitudo autem in rebus adversis maxime decet magnos homines & sapientes.* Inv. II. 53. justitia est habitus, suam cuique tribuens *dignitatem. Hinc, quoniam apta & pulchra, neque tamen nimis venusta forma & species decet viros, propterea dignitas etiam de pulchritudine viro digna dicitur.* Off. I. 30. in forma *dignitas* & venustas. cf. Invent. II. 1. *neque solum de pulchritudine formæ humanæ, sed etiam aliarum rerum.* Or. I. 31. *de oratore:* agere cum *dignitate* & venustate. *Ipsum denique πρέπον, ἦθος quod rhetores dicunt,* dignitas *vocatur.* Invent. I. 21. personarum *dignitates* servare.

DIGNVS. Phil. 9. *ex edicto M. Antonii:* Nulla contumelia est, quam facit *dignus. Hunc locum, ab omnibus male intellectum,*

ctum, primus egregie explicavit J. Fr. Gronov. commemoratis superiorum sententiis, Obs. III. 8. ubi ostendit, dignum *esse h. l. qui jure & merito & sine culpa faciat, qui debeat facere, seu jure, seu irritatus, seu ob mores notos, seu quacumque de causa, quod si alius faceret, contumelia putaretur.* *ad Div. XI. 3. literæ non *dignæ*, quæ a te nobis mitterentur: h. e. *quarum contumeliis indigni sumus.* * *cum genitivo.* Att. VIII. 15. *Balbus:* suscipe curam & cogitationem *dignissimam tuæ virtutis.* Balb. 2. *pro* dignum reo, *in Cod. Erford. erat* dignum rei. Haruſp. Reſp. 24. unum esse in hac civitate *dignum hujus imperii; ubi vid. Græv. cf. inpr. Heins. ad Ovid. Trist. IV.* 3. 57.

DIGREDI, *opponitur* τῷ congredi, *uti v. c.* Q. Fr. I. 3. congressio & digressio. *Itaque ubi alio sensu reperitur* digredi, & digressio, *scribendum* degredi, degressio. *v. Duker ad Flor. III. 16. extr.* Har. Resp. 2. qui hesterno die dolore me elatum & iracundia longius *digressum* arbitrantur, quam hominis sapientis cogitata prope ratio postularet: *int. tamquam de via. Alii Codd. habent* progressum. *Sed* digressum *defendit Grævius. Ex ea autem regula, quam dixi, & quam multis locis urget ipse Grævius, legendum* degressum.

DIJVDICATIO. Leg. I. 21. ista magna *dijudicatio* est: *h. e. hujus rei dijudicatio magni est momenti.*

DILABI. Marcell. 8. omnia, quæ *dilapsa* jam fluxerunt, severis legibus vincienda. *Codd. ibi quidam habent:* delapsa; *sed* dilapsa *recte defendit Grævius. sed* Phil. XIII. 5. sunt alii plures, sed memoria mea *dilabuntur. legendum:* delabuntur. Dilabi *enim non est* defluere, *sed* diffluere; *quod etiam in reliquis locis scribendis tenendum.*

DILATARE. Paradox. 1. Cato nullum sequitur florem orationis, neque *dilatat* argumentum: i. e. *amplificat, auget ornando.* Brut. 74. *dilatare* literas, *est vitium pronunciationis.*

DILIGENS, *parcus, rei familiaris conservandæ & augendæ studiosus.* Verr. I. 45. qui in re adventicia & hereditaria tam *diligens* & attentus esset.

DILIGENTIA, *providentia.* Agr. II. 27. est operæ pretium, *diligentiam* majorum recordari. Mil. 24. laudabam *diligentiam* Cn. Pompeji. * *studium augendæ & servandæ rei familiaris.* Agr. II. 30. vobis nulla gleba de paternis & avitis possessionibus relinquetur; ac tantum intererit inter vestram & privatorum *diligentiam* &c. * Off. I. 39. commoditatis *diligentia.* * Inv. I. 11. Negotialis constitutio est, in qua, quid juris ex civili more & æquitate sit, consideratur; cui *diligentiæ* præesse apud nos JCti existimantur. Industria & diligentia *quomodo differant intelligi potest ex* Verr. I. 6. quo in negotio *industriam* meam celeritas reditionis, *diligentiam* multitudo literarum & testium declaravit. *Nempe* diligentia *est quæ Græcis* ἀκρίβεια, *cura, providentia,* industria *est alacritas & studium in labore suscipiendo, urgendo & perferendo.*

DILIGENTISSIME, *in com-*

meudando, intercedendo, deprecando est, cum cura & cum delectu verborum & sententiarum, ex quibus, quantum aliquid velimus, intelligi potest. v. c. ad Div. XIII. 10. *diligentissime* scribere. * *cum singulari dilectu.* Verr. II. 53. ille enim est magistratus, qui *diligentissime* mandatur a populo.

DILIGERE, *idem est proprie quod* deligere. Fin. III. 5. animal ipsum sibi commendari ad se conservandum, - & ad ea, quæ sunt conservantia sui status *diligenda. Hinc* diligere aliquem *est, propter virtutes ejus a nobis cognitas magni facere, cum* amare *contra sit, suavi illo sensu moveri amoris, qui non tam ex virtutibus alterius atque a certo judicio proficiscitur, quam a sensu; unde interdum distinguuntur* diligere & amare *v. c.* ad Div. IX. 14. ibid. I. 9. eum perpetuo quodam judicio *diligebam.* &c.

DILORICARE. Or. II. 28. *diloricare* tunicam: i. e. *retegere. nam* loricare *etiam est pro* tegere. *Sic parietes dicuntur* loricari tectorio.

DILVERE, *minuere.* Tusc. III. 16. *diluere* molestias. * *refellere,* Rosc. Am. 15. res leves infirmem ac *diluam.*

DIMINVTIO. Prov. Cons. 15. multari imperatorem *diminutione provinciæ,* contumeliosum est. Mil. 36. si qua *diminutio capitis* futura est: h. e. *si damnatus in exilium ibit.*

DIMINVTVS. Top. 6. qui capite non sunt *diminuti; quamquam ibi etiam legitur* deminuti, *& sic est in nostra v.* Caput.

DIMISSVS. Acad. IV. 4. philosophia, quæ nunc prope *dimissa* revocatur.

DIMITTERE. Verrin. V. 58. *dimittere* injuriam impunitam. ad Div. IX. 12. cœlum & terram *vim* suam, si tibi conveniat, *dimittere.* Phil. XIII. 1. si aliquid de summa gravitate Pompejus, multum de cupiditate Cæsar *dimisisset.* Planc. 39. libertatem meam neque *dimisi* unquam, neque *dimittam.* Attic. XVI. 13. nondum legere poteramus: nam & *lumina dimiseramus,* nec satis lucebat.

DINVMERARE, *numerare.* Verr. V. 45. se pecuniam Timarchidi *dinumerasse.* * *distribuere.* Att. XVI. 9. Octavius Capuæ centurias *dinumerat;* jam jamque video bellum.

DINVMERATIO *in rhetoricis quid sit?* Or. III. 54.

DIOECESIS. Att. V. 15. ad Div. III. 8. v. Ind. Græc. διοίκησις.

DIOECETES, *dispensator. muneris genus apud reges Alexandrinos.* Rabir. Post. 8. *diœcetes regius. Ejus mentio etiam ap. Polyb. Exc. de Vit. & Virt. p.* 1442. *adde Vales. Emend. II.* 20. *& ibi Burm. V. C.*

DIPLOMA. ad Div. VI. 12. Att. X. 17. Pis. 37. *ita dicebant literas publicas, quæ profecturis dabantur, ut in oppidis, per quæ iter esset, magistratus operam darent, ut celeriter equos, & quæ ad iter sunt necessaria, reperirent. Nomen ductum est a duplici tabellarum forma. v. Casaubon. ad Sueton. Aug. c.* 51. *qui docet, non solum de literis itineris causa datis dici diplomata, sed etiam alia diplomatum genera esse. In Cicerone tamen semper de illo genere dici-*

dicitur diploma. cf. Budæus ad Pand. p. m. 322. 323. *add. Maffeius in Hiſtor. Diplom. p.* 17.

DIRA, DIRAE. Divin. I. 16. etenim *dira*, ſicut cetera auſpicia -- non cauſas afferunt. *Daviſ.* diræ. *ibid. dirarum* obnunciatio, *int. imprecationum. Appianus* diras *interpretatus eſt* ἀρὰς δεινὰς καὶ φοινικώδεις. *Sed diligenter de hoc verbo agitur in Lexico Fabri. Quod autem Daviſius in altero loco pro* dira, *reponit* diræ, *non adeo neceſſarium puto.* Dira *ſunt, quæ quis alicui obnunciat. In* diarum *obnunciatione quoque commodius intelligi puto* rerum, *quam* imprecationum; *res enim, auſpicia &c. obnunciantur, non preces. Tacitus tamen A. XV.* 30. diras preces *dixit. Intelligi etiam in* dira *poteſt, omina ſ. auſpicia. ſunt enim, ut diſerte Cicero tradit, in auſpiciis* diræ. Tibull. I. 3. 7. *inter impedimenta itineris habet* omina dira.

DIRECTO, *opponitur circuitioni & anfractui.* Div. II. 61. quid opus eſt circuitione & anfractu, ut ſit utendum ſomniorum interpretibus potius, quam *directo.* Partit. 13. alterum ad fidem *directo* ſpectat, alterum ſe inflectit ad motum.

DIRECTVS. Cœl. 16. *directus* ſenex. *Grævius retinuit vulgatam* decrepitus: *alteram lectionem tuentur Lambinus, Gruterus &c. ſed non eodem modo interpretantur: Gulielmius interpretabatur* ſenex. *Hotomannus ſic ad h. l. Lambinus ex antiquis libris reponit:* directo, *opinor pro* ſevero; (*h. e. qui omnia recte, ſapientia, moderate fieri vult*) *cujus locutionis exempla requirb. Hæc Hotomannus. Age dabimus:* Cœl. 18. ſit adoleſcentia liberior: non omnia voluptatibus denegentur: non ſemper ſuperet illa vera & *directa* ratio. *quid eſt* vera & directa ratio, *niſi ſevera illa & triſtis vivendi ratio, quam antea deſcripſerat* c. 17. *qua Fabricii, Camilli, Curii uſi ſunt, quam philoſophi præſcribunt; quam ibid.* ſeveritatem *appellat, & paullo poſt directum* iter ad laudem. Roſc. Com. 4. Quid eſt in judicio? *directum*, aſperum, ſimplex &c. Quid eſt in arbitrio? mite, moderatum.

DIREPTVS, us. Tuſc. I. 29. Eſt enim interitus quaſi diſceſſus & ſecretio ac *direptus* earum partium &c. *Sed Codd. & edd. quædam habent* diremtus: *quod præfero. Nam etiam* dirimere *pro* dividere *dicitur, non* diripere. *Et librariis ſolitum fuit,* direptus *ſcribere pro* diremtus. *vid. Geſner. ad Varr. R. R. III.* 5. *extr. & Drakenb. ad Liv. XXIV.* 49.

DIRIBERE, *distribuere.* Fr. Corn. 1. dum tabellæ *diribentur,* dum ſitula defertur. Piſ. 40. an ego expectem, dum de te LXXV tabellæ *diribeantur*, de quo jam pridem omnes mortales judicaverunt. *Uterque locus mirifice facit ad convellendam Abramii ſententiam, qui ad h. l. & ad Piſon. c.* 15. *diſputabat contra Gruchium,* diribere *eſſe* ſecernere ſuffragia, *quæ a judicibus aut populo lata ſint. Nam in primo, tabellæ diriberi dicuntur ante, quam ſitula delata dicatur, in quam tabellæ mittantur: in altero, quod ante dicitur,* tabellæ diribentur, *ſc. ju-*

dicibus ſententiæ ferendæ cauſa, ut nos cum Gruchio interpretamur, id ſtatim dicitur judicare. *In loco* Piſ. 40. *MSS. habent* diripiantur.

DIRIBITIO, *diſtributio*. Planc. 6. *ſic eſt in Græviana & aliis. ſed Gronoviana habet:* direptio, *pro* diremtio. *v.* direptus.

DIRIBITOR, *diſtributor, genus operarum comitialium & judicialium, quæ tabellas diſtribuebant.* Sen. p. Red. 11. Piſ. 15. *ubi quidam:* diſtributores. *v. Gruch. de Comit. I.* 3.

DIRIGERE. Fin. II. 22. voluptate omnia *dirigentes:* h. e. *ad voluptatem referentes, in voluptate ſummum ponentes bonum.* Div. I. 14. divinatio *ad veritatem* ſæpiſſime *dirigit: opponitur* fallere. Or. I. 28. *dirigere* laudem oratoriam ad ſimilitudinem hiſtrionis. &c. * *eſt etiam in re auguräli uſus hujus verbi, pro definire, determinare.* Div. I. 17. Romulus lituo *direxit* regiones.

DIRIMERE. Leg. I. 20. hæc controverſia omnia *dirimit:* i. e. *facit diſcidium, ut inter eos convenire non poſſit.* * Div. I. 39. pulmo inciſus *dirimit tempus*, & profert diem: h. e. *facit, ut res ſuſcepta eo die peragi non poſſit, ſed in alium diem differenda ſit, tamquam comitia* &c. *cum obnunciatur* &c. *v. Gronov. ad Liv. I.* 36.

DIRIPERE, *compilare bona alterius. In quo animadvertant tirones, tum demum dici, cum a pluribus fit iſta compilatio, tamquam in expugnationibus urbium, aut cum res ad plures pervenit: cum autem unus compilat, aut aufert, aut pro detrahere & auferre ſimpliciter dicitur*, deripere *dicendum eſſe, non* diripere. *Hujus rei ignoratio fecit, ut librarii hæc duo verba ſæpe confunderent, eaque in plerisque auctorum editionibus adhuc regnat confuſio: quæ, hac regula pervulgata, ſenſim in auctoribus edendis & in dicendo ſcribendoque vitari poterit. v. Græv. ad Or. pr. Sull. c. 1. ad Verr. II. 7. ut Heinſium ad Ovidium, & Drakenborchium ad Silium taceam, jam in Lexico Fabri laudatos.* Verr. III. 20. paterere aratores indigniſſimis injuriis vexari ac *diripi*, ſc. *a redemtoribus decumarum. Contra, cum* Verr. II. 17. *dicitur in Gronoviana:* argenti veſtisque ſtragulæ quod eſſet, eſſe *direptum, cum id factum ſit a ſolo Verre, aut certe omnia iſta ad Verrem pervenerint, recte Græv. repoſuit:* dereptum. *Sic* ad Q. Fr. I. 2. *direptum* te *iri* a tuis, dum is abeſſet: h. e. *tuos male adminiſtraturos eſſe rem tuam, teque compilaturos. Neque vero hærere debent tirones, ubi etiam de ſingulis dici videtur, cum re vera de pluribus dicatur, tamquam cum imperatores & magiſtratus provinciales dicuntur ſocios*, provincias, civitates diripuiſſe: *tamquam* ad Div. VIII. 10. quæ *diripuiſſes* ipſe, ut viderentur ab hoſte vaſtata. in Tog. Cand. Antonius *diripuit* ſocios.

DIRITAS. *malum, calamitas*, Tuſc. III. 14. ſi qua invecta *diritas* caſu foret. *ex Græco Euripidis:* ὦ δεινὰ πάσχομεν. * *ſævitia, crudelitas.* Vatin. 3. quamquam ſis omni *diritate* atque immanitate teterrimus.

DI-

DIRVERE. Verr. V. 13. ære *dirui. v.* Æs.

DIRVMPERE, *magnopere contendere.* ad Div. VIII. 1. pæne *dirupi* me in judicio Galli familiaris tui. * *de invidentibus est dirumpi.* ad Div. XII. 2. *dirumpitur* fratris tui plausu.

DIRVPTVS. Phil. XIII. 12. homo *diruptus* dirutusque: *scomma in hernioſum.* * ad Q. Fr. III. 4. *diruptis* tabellis, *ſc. ſuffragiorum. Sed ſine controverſia legendum* diremtis, *ut viderunt dudum viri docti.*

DIRVS, *in re augurali & haruſpicina totaque divinatione frequentiſſimum verbum.* Div. II. 15. exta *dira.* Leg. II. 8. quæ augur injuſta, nefaſta, vitioſa, *dirave*, defixerat &c. *cf.* Diræ.

DIRVTVS. Phil. XIII. 12. homo diruptus *dirutusque, int.* ære. *v.* Æs, *&* diruere.

DISCEDO. Brut. 91. *discedere* a gloria ſperata: i. e. *conſilium gloriæ perſequendæ abjicere.* Fin. I. 20. amicitiam negant a voluptate poſſe *discedere:* i. e. *ſejungi.* Brut. 79. Fin. V. 11. a ſe *discedere:* i. e. *mutari.* ad Div. VI. 14. in opinionem hanc *diceſſi. vid.* diceſſio. ibid. IX. 26. a literis cum *diceſſi:* i. e. *cum deſii literis operam dare eo die.*

DISCEPTARE, *judicare, judicis aut arbitri partes ſuſtinere.* Tuſc. IV. 3. Academia eorum controverſias *disceptat.* Leg. II. 6. bella *disceptanto; de fetialibus, qui arbitri ſumuntur & judices, ut, an bellum jure ſuſcipi poſſit, ſtatuant.* * *disceptare tamen etiam dicuntur partes litigantes & certantes.* ad Div. VI. 1. non conſiliis nec auctoritatibus noſtris de jure publico *disceptatur.* Verr. II. 15. ut ſibi cum palæſtritis æquo jure *disceptare* liceat. * *res ipſa dicitur*, disceptare, *de qua eſt controverſia; ἐνεργητικὸν ἀντὶ παθητικοῦ.* ad Div. X. 10. quamquam in uno prælio omnis fortuna reip. *disceptat.*

DISCEPTATIO. Partit. 30. ex rationis & ex firmamenti conflictione & quaſi concurſu quæſtio exoritur quædam, quam *disceptationem* voco: in qua quid deveniat in judicium, & de quo diſceptetur, quæri ſolet. Agr. II. 21. nulla *disceptatione* ſc. *ad judicem.* Off. I. 11. duo genera decertandi; alterum per *diſceptationem.* Agr. III. 1. æquitatem veſtræ *diſceptationis* (*veſtri judicii*) retinuiſſent.

DISCEPTATOR. Part. 3. *diſceptator* eſt rei ſententiæque moderator. Cæcin. 2. *diſceptator* domeſticus; *de arbitro honorario.* Flacc. 38. *diſceptatorem* populum non recuſo: i. e. *judicem.*

DISCESSIO, *genus ſententiæ in ſenatu declarandæ, cum dictis ſententiis ab iis, qui eo loco eſſent, ut ſententiæ dicendæ jus haberent, ſi eam eſſent rogati, conſules juberent reliquos ſenatores diſcedere ad eum locum, ubi eſſet alicujus ſententiæ pronunciatæ auctor.* ad Div. I. 4. nemo eſt, qui neſciat, quo minus *diceſſio* fieret, per adverſarios tuos eſſe factum. Sext. 34. *diceſſio* ſine ulla varietate. Phil. III. 9. SCtum de ſupplicatione per *diceſſionem* fecit, cum id factum eſſet ante nunquam. *v. Gell. III.* 18.

DISCESSVS. Dom. 32. *diceſſu*

meo: h. e. *cum ego discessissem.* * Att. VII. 12. nec eum rerum prolatio, nec *senatus magistratuumque discessus* -- tardabit. ibid. XII. 40. si quis requirit, cur Romæ non sim: quia *discessus* est. *Viri docti interpretantur de tempore, quo senatores discedere solebant, quod senatus nullus haberetur. Sed Grævius e Balliolensi malebat:* discessimus, *quod dubitaret, verbum hoc nudum de tempore dici posse.* * Tusc. I. 29. est enim interitus, quasi *discessus* & secretio & direptio earum partium. * Sen. p. R. 10. *discessus de* patria. * Quir. p. R. 3. in *discessu* civium: *ubi tamen alii* dissensu. * *discessus* cœli. *v.* cœlum.

DISCIDIVM, *distractio rerum & sejunctio: disjunctio hominum non solum animis sed etiam corporibus.* Att. XV. 29. constitutum est *discidium; de divortio. Sic ibid.* XI. 23. melius quidem in pessimis nihil fuit *discidio. Sed* Dom. 36. *discidium* conjugis *dicitur de sejunctione, quæ eo tempore fuit, cum Cicero maritus in exilio esset.* Acad. I. 12. docere, quod & qua de causa *discidium* factum sit; ut videamus, satisne justa sit ista defectio. * Sull. 21. disjunxit eos a colonis, ut hoc *discidio* ac *dissensione* facta, oppidum in sua potestate posset & Pompejanos habere. Primum omnis Pompejanorum colonorumque *dissensio* &c. *olim hic legebatur:* dissidio, *ut ex nota Lambini, qui* discidio *legendum conjiciebat, & ex Var. Lect. in edd. Græv. intelligitur. Id quare hic mutatum & discidio in Gron. & Græv. receptum sit non video. Sermo est de* dissensione, *uti post appellatur. Jam quamquam in discidio plerumque est etiam dissensio, tamen non omnis dissensio est discidium. Dissident interdum sententia & voluntate cives, conjuges &c. neque tamen inter eos fit discidium h. e. sejunctio quædam & separatio. Dissidium fuit inter Pompejanos veteres & novos colonos, qui ei civitati adscripti erant: sed manserunt in urbe utrique. Ergo discidium illud non fuit, sed dissidium ac dissensio. de horum verborum discrimine & permutatione vid. fuse & accurate disputantem J. Fr. Gronov. ad Liv. XXV.* 18. *a quo repetiere eandem observationem Grævius ad Ciceronem passim & alii. Hac regula de discrimine* discidii & dissidii *decerni etiam potest de lectione vera* Orat. III. 16. hinc *discidium* illud extitit, quasi linguæ atque cordis, -- ut alii nos sapere, alii dicere docerent: *ubi olim legebatur* dissidium: *male profecto. Non enim* dissidere lingua & cor *dicuntur, sed* disjungi, *h. e. philosophia & eloquentia pro duabus diversis & sejunctis artibus haberi.* Discidium *pro* dissidio *pariter temere reposuit Grævius* Læl. 21. *in his:* ne qua eorum *dissidia* fiant: *ut bene monet Drakenb. ad Liv. XXV.* 18.

DISCINGI. ad Qu. Fr. II. 13. Cæsar, mihi crede, in sinu est: neque ego *discingor:* h. e. *neque desinam eum in sinu gestare. Nam qui discinguntur, iis, quæ in sinu habent, excidunt. Sic interpretatur etiam Manutius. Ceterum mihi videtur esse jocus ex ambiguo, in verbo* discingi. *Nempe* discin-

cti

cti *dicuntur homines negligentes, rerum suarum parum curiosi, securi: unde* discincti nepotes, *qualis Nomentanus apud Horatium.* Laxo sinu *ferre nuces apud eund. Serm. II.* 3. 172. *pro signo futuræ negligentiæ habetur, & hominis Nomentano similis futuri. Itaque sensum hunc putem esse: Canto eundem, quem tu Cæsarem, neque tuo Pompejo nitor, sed illum quoque amo, verum ita, ut numquam me aut remp. ab eo satis tutam putem, aut nobis non ab eo cavendum existimem.*

DISCIPLINA. Div. II. 3. eadem in literis ratio est, reliquisque rebus, quarum est *disciplina:* h. e. *quæ doceri solent.* * *secta philosophorum.* Nat. D. I. 7. tres trium *disciplinarum* principes convenistis. * Sext. 6. Hortensii oratio digna esset, uti & *reip. capessendæ* auctoritatem *disciplinamque* præscriberet. * disciplina civitatis *aut* reip., *legibus & moribus publice privatimque receptis continetur.* Orat. I. 1. & 34. Brut. 10. Verr. III. 69. * *Sic* disciplina navalis Rhodiorum, Manil. 18. *item ut* disciplina militaris, *continetur institutis & legibus militaribus, & navalibus, de acie instruenda, castris ponendis, militum moribus, vita, laboribus, exercitationibusque &c.*

DISCLVSVS. Tusc. I. 33. ægritudines, iræ, libidinesque - - quas is, contra quem hæc dicuntur, semotas a mente & *disclusas* putat.

DISCO, *simpliciter, pro literis operam do.* Or. II. 1. Antonius autem hoc probabiliorem populo orationem fore censebat suam, si omnino *didicisse* nunquam putaretur. * *discere* causam Or. I. 12. &c. *dicitur Patronus, qui rationem causæ e clientis narratione cognoscit, cliens contra* docere. v. *Gron. Sestert. IV.* 3. *p.* 272. * Senect. 8. *discebant fidibus antiqui.*

DISCREPANTIA. Fin. III. 12. majorem multo inter Stoicos & Peripateticos esse *discrepantiam rerum,* quam verborum. * *opponitur constantiæ & æquabilitati vitæ & morum.* Offic. I. 31. in actiones omnemque vitam nullam *discrepantiam* conferre debemus.

DISCREPARE, *differre.* Tusc. III. 7. *discrepat* a timendo confidere. * *aptum non esse, non convenire.* Offic. I. 40 videndum est in vita, ne quid forte *discrepet.* * Partit. Or. 38. *discrepare cum* ceteris scriptis. Fin. IV. 22. quid attinuit, *cum* iis, quibuscum re concinebat, verbis *discrepare.* cf. II. 30.

DISCVS. Or. II. 5. hoc ipso tempore, cum omnia gymnasia philosophi teneant, tamen eorum auditores *discum audire,* quam philosophum, malunt: qui simul ut increpuit, in media oratione de maximis rebus & gravissimis disputantem philosophum omnes unctionis causa relinquunt. *Fuit autem* discobolia *inter genera exercitationis apud veteres, cum in massæ plumbeæ, in disci speciem rotundam conformatæ, projectionibus se exercerent & vires brachiorum augerent. Itaque Horat. Carm. I. 8. inter reliqua exercitationum genera etiam* discus *commemoratur.*

DISCVTERE. Acad. IV. 15. *discutere* captiones: *pro quo aliis*

locis est, dissolvere, frangere. ad Div. X. 33. *discutere* alicujus cunctationem. ad Qu. Fr. II. 12. rem totam *discusseram* (i. e. *ut rejiceretur effeceram.*) - - nihil facilius est, quam reliqua *discutere. ibid.* 11. de Commageno rege, quod rem *discusseram.*

DISERTVS. Or. I. 21. *quomodo ab eloquente differat?*

DISJVNCTIO, *genus enunciationum, quam hodie oppositionem appellant.* Top. 14. in *disjunctione* plus uno verum esse non potest. Nat. D. I. 25. in omnibus *disjunctionibus*, in quibus, *aut etiam, aut non*, ponitur, alterutrum verum est. * *in rhetoricis quid sit? traditur* ad Herenn. IV. 27.

DISJVNCTVS. Acad. IV. 30. omne, quod ita disjunctum sit, quasi *aut etiam, aut non*, non modo verum esse, sed etiam necessarium.

DISJVNGERE, *discernere.* Tusc. III. 5. *disjungimus* insaniam a furore. * Tusc. I. 31. *disjungere* se a corpore, *est, a corporis vitiis*, h. e. *iis, ad quæ propendet animus propter corporis contagionem & commercium, se abstinere.*

DISPARATVM. Inv. I. 28. *quid sit?*

DISPARILIS. Div. I. 36. *in disparili* adspiratione terrarum.

DISPENSARE, *administrare, procurare.* Att. XI. 1. qui nostras res domesticas *dispensavit.* * *disponere.* Or. I. 31. *dispensare* inventa.

DISPENSATIO, *administratio, procuratio.* Rabir. Po. 10. dispensatio regia; *a qua Rabirius* dicœcetes *appellatur.* Vat. 17. *dispensatio* ærarii. cf. Att. XV. 15.

DISPERSVS. Or. I. 42. dum hæc, quæ *dispersa* sunt, coguntur. h. e. *nondum ad certa genera & formas revocata & distributa, adeoque non ad artis formam redacta.* cf. Petit. Cons. 1.

DISPERSVS. us. Att. IX. 9. *dispersu* illorum actio de pace sublata est. *hoc verbum prætermissum est in Nizoliano Thesauro.*

DISPICIO, *non significat, quemadmodum quidam interpretantur*, videre; *sed* intendere aciem oculorum ad videndum. *Itaque ubi sic dicitur, ut pro* videre *simpliciter dictum videatur, semper quædam contentio intelligenda est, qua efficitur, ut videre possimus aut videamus, unde & pro* considerare diligenter *dicitur, ut exempla subjecta docebunt. Sic de catulis dicitur, cum primum oculos aperiunt, & videre conantur. v.* despicere. Fin. II. 30. Epaminondas - cum vicisset Lacedæmonios, simulque gravi vulnere se exanimari videret; ut primum *dispexit*, quæsivit, salvusne esset clipeus. Tusc. I. 19. *de hominibus in tenebris densissimis:* tamen acie mentis *dispicere* cupiebant. Fin. V. 15. *de infantibus:* cum autem *dispicere* cœperimus, & sentire, quid simus. * *cogitando videndoque animadvertere & reperire.* Att. II. 20. si *dispicere* quid cœpero. ibid. XI. 16. si quid *dispicere.* Q. Fr. I. 3. quid sperem, non *dispicio.* Div. II. 39. verum *dispicere* non possunt. Sull. 15. nec possum tantum meo ingenio dare, ut tot res, tantas - - mea sponte *dispexerim.* * *considerare.* Att. VI. 8. nunc

8. nunc velim *dispicias* res Romanas: videas, quid nobis de triumpho cogitandum putes. * Sen. P. Red. 3. postquam ex superioris anni caligine & tenebris lucem in republ. Kal. Jan. *dispicere* cœpistis. *Grævius reposuit:* respicere. *quod cum in vulgatis esset, nulla MSS. auctoritate, e vestigiis Codd. qui* despicere *habebant, quod sæpe cum* dispicere *permutatum in* despicere *diximus, pro eo* dispicere *docti viri reposuerant.* Dispicere *sine dubio rectum est, quod significat initium videndi. Non enim plena lux reddita erat reipubl.* Dispicere *autem de his dici, qui ex tenebris attollunt oculos & lumen requirunt, ante demonstravimus exemplis.* * *Sed* Phil. II. 1. *pro* dispicere *recte Græv.* despicere.

DISPLICERE *sibi dicuntur, qui sunt ægri animo.* Phil. I. 5. cum de via languerem, & mihimet *displicerem.* Att. II. 18. *displiceo* mihi, nec sine summo dolore scribo. *ibid.* 21. ut ille tum humilis, ut demissus erat? ut ipse etiam *sibi*, non iis solum, qui aderant, *displicebat.*

DISPOLIARE. Verr. IV. 20. ut una cum ceteris Siculis *dispoliaretur. Quidam libri habent* despol. *quæ varietas etiam est ap. Liv. XLV.* 36. *sed illud verum.*

DISPOSITIO *quid sit?* Inv. I. 7. Herenn. I. 2.

DISPOSITVS. Or. III. 25. in ornatu *dispositæ* insignia & lumina. Muren. 14. nunc de studiis ad honorem *dispositis* disputo: h. e. *de iis, quæ sunt, honorum consequendorum præsidia. Nam* præsidia disponi *dicuntur; atque hinc ducta est dicendi ratio.* Petit. Consul. 5. extr. fac ut plane iis omnibus, quos devinctos tenes, *descriptum ac dispositum* suum cuique munus sit.

DISQVISITIO, *judicium.* Sull. 28. in magnis *disquisitionibus*, repentinisque periculis vitam uniuscujusque esse testem. *plura colligit Budæus ad Pand. p. m.* 50.

DISRVMPI *dicuntur, qui aliorum bonis nimis dolent.* Dom. 27. Vatin. 7. ad Att. IV. 15. 16. VII. 12.

DISSENTANEVS. Part. 2. consentanea aut *dissentanea.*

DISSERERE, *de actore causæ.* Agr. II. 15. an cum idem *disseret* & judicabit, impelli non poterit, ut falsum judicet?

DISSICO, ere. Cœl. 16. dide ac *dissice.* (*int. bona*) per me licebit, *e Cæciliano. vid. de hoc verbo Puteani disputationem ap. Abramium ad h. l. qui cum aliis multis, quos laudat Drakenborchius ad Silium IX.* 536. *dictum putat antique pro* dissecare. *Sed magis probo Gronovii ad Senec. Phœniss.* 343. *Heinsiique ad Ovidium Met. XII.* 108. *&c. sententiam, qui dictum putant pro* disjicere. *Nam in compositis e* jacio *ejicitur alterum* i, *ut bene monet Broukh. ad Tib. I.* 9. 54. *sed vid. inprimis Drakenb. l. c. add. Heins. & Burm. ad Ovid. Met. IX.* 384.

DISSIDERE *cum aliquo.* Acad. IV. 47. *cum* Cleanthe Chrysippus *dissidet.*

DISSIDIVM *sæpe confunditur in Codd. Ciceronis cum* discidium. *In Nizoliano Lexico multa loca in hoc verbo laudantur, ubi* dissidium *est, cum esse debe-*

ret

ret discidium: *quos facile discernes, adjutus his, quæ dixi in* discidium.

DISSIMVLANTER. Brut. 79. numeri non aperte & eodem modo, sed varie *dissimulanterque* concluſi. *ſcil. hoc efficit ipſa varietas concluſionis, ut non appareat concludendi ſtudium, quod ſecus eſt, cum eodem modo omnia concluduntur.*

DISSIMVLANTIA. Or. I. 67. ironia & *dissimulantia: ſc. ipſa* ironia *eſt* diſſimulantia, *ut ex Theophraſto Char. c. 1. intelligi poteſt, & iis, quæ ibi Caſaubonus. Aliis locis Cicero* diſſimulationem *interpretatur.*

DISSIPARE. ad Div. VIII. 1. te ſubroſtrani *diſſiparant* periiſſe. Verr. I. 6. cum iſtius amici ſermones hujusmodi *diſſipaviſſent.* * Phil. II. 3. cum *diſſipaviſſes* reliquias reip. *de Antonio, qui pecuniam, quæ in ærario fuerat, abſtulerat & effuderat.*

DISSIPATVS. diſſipata *dicuntur, quæ non ſunt ad artis formam redacta.* Or. II. 33. jus civile, quod nunc fuſum & *diſſipatum* eſt, in certa genera cogere, & ad artis formam redigere. *cf.* I. 12. * *opponuntur porro numeroſis.* Or. 71. facilius eſt apta diſſolvere, quam *diſſipata* connectere. * Brut. 59. *de oratore:* in inſtruendo *diſſipatus: qui inventa non ordine & apte disponit.*

DISSOLVBILIS. Nat. Deor. III. 12.

DISSOLVERE, *in re pecuniaria, ſolvere debita, variisque modis dicitur.* Verr. II. 75. 77. *diſſolvere* alicui pecuniam. Quint. 5. *diſſolvi* cum Scapulis. Planc. 28. *diſſolvere* nomen. *it.* pecuniam. Verr. V. 13. damna quæ ætatis fructu *diſſoluta & compenſata ſunt.* * *Sed dicuntur etiam, qui diſſolvunt pecuniam & nomen,* diſſolvi. Catil. II. 8. *diſſolvi* nullo modo poſſunt. * *depaciſci, inprimis in re pecuniaria.* Roſc. Com. 18. *diſſolvere* pro ſua parte. * *Hinc etiam ad alia transfertur. Sic* Att. XV. 11. *diſſolvere* vota. * *refellere.* Or. II. 38. dialectici multa inveniunt, (*int. ſophiſmata*) quæ ipſi non poſſunt *diſſolvere.* Tuſc. III. 30. utrumque *diſſolvitur.* Roſc. Am. 29. *diſſoluta eſt* criminatio. Divin. II. 15. hoc erat, quod ego non rebar poſſe *diſſolvi.* At quam feſtive *diſſolvitur.* * *tollere.* Cæcin. 14. periculoſum eſt, *diſſolvi* hoc interdictum.

DISSOLVTE, *opponitur τῷ* ſevere. Phil. VI. 1. *diſſolute* res confecta. ad Q. Fr. II. 13. *diſſolute* judicare. * Or. 39. *diſſolute* dicuntur plura: *h. e. demtis conjunctionibus, ut ipſe interpretatur.*

DISSOLVTIO, *confutatio.* Cluent. 1. *diſſolutio* criminum. cf. Partit. 17. * *interitus.* Fin. V. 11. *diſſolutio* naturæ. ibid. II. 31. quæro autem quid ſit, quod cum *diſſolutione,* id eſt, morte, ſenſus omnis exſtinguatur.

DISSOLVTVS, *nimis negligens, opponitur ſevero & juſto.* Catil. I. 2. *diſſolutus* in reip. periculis. Verr. V. 3. maluiſſe Domitium crudelem in animadvertendo, quam in prætermittendo *diſſolutum* videri. ibid. III. 57. judicium *diſſolutum* ac perditum. * *opponitur* numeroſo: Or. 57. Poëma nimis eſt vinctum, ut de induſtria factum appareat: alterum

rum (*sermo vulgi*) nimis *dissolutum*, ut pervagatum ac vulgare videatur. * *item* apto. Off. I. 35. nec histrionibus concedendum, ut iis hæc apta sint, nobis *dissoluta*. * *in re familiari opponitur attento*. Quint. II. quis tam *dissolutus* in re familiari fuisset, quis tam negligens. *ibid.* 12. quis tam perditus ac profusus nepos sic *dissolutus* fuisset. * dissolutum *etiam dicitur, quod non est ad artis formam redactum*. Or. I. 42. adhibita est ars, - quæ rem *dissolutam* divulsamque conglutinaret. &c.

DISSVERE. Offic. I. 33. amicitias, quæ minus delectentur & minus probentur, magis dedecere censent sapientes paullatim *dissuere*, quam repente præcidere.

DISTANTIA, *diversitas*. Læl. 20. morum studiorumque *distantia*.

DISTINCTE. Tusc. II. 3. *distincte* scribere: *h. e. ambigua distinguendo*.

DISTINCTIO, *ornatus*. Or. II. 90. *distinctio* oratoris.

DISTINCTVS. Flacc. 12. provincia portubus *distincta*. Or. III. 25. distinctum, *opponitur ei, quod est fusum æquabiliter per omnem orationem*.

DISTINGVERE, *ornare*. Partit. 13. argumentationem dilucide *distinguere*.

DISTRACTIO, *opponitur* conjunctioni, amicitiæ. Offic. III. 6. cum tyrannis summa *distractio* est.

DISTRACTVS, *contrarius*. Tusc. V. 15. concitationes *distractæ*.

DISTRAHERE. Or. 45. *distrahere* voces, *est pronunciandi ratio, opposita ei, quam elisionem vocant, & qua contrahi voces dicit Cicero*. * *finire*. Cæcin. 2. *distrahere* controversias. * distrahi *dicitur, qui, in quam partem decernat, non videt*. Acad. IV. 44. *distrahor:* tum hoc mihi probabilius, tum illud videtur. * Phil. II. 10. quid ego illum ab eo *distrahere* conarer, *sc. ut ne sit ei amicus*.

DISTRIBVTE, *adhibita genera in formas distributione*. Tusc. II. 3. *distribute* scribere.

DISTRICTVS. Q. Fr. II. 16. a causis *districtum* esse. ad Div. II. 15. *districtus* mihi videris esse, quod & bonus civis es, & bonus amicus es: h. e. *nescis, quorsum te vertas, utrum ad Pompejum, quod est boni civis, an ad Cæsarem, quod es ei amicus*. * districtus *confundi cum* destrictus *supra demonstratum est*.

DITHYRAMBICI. Opt. gen. dic. 1. *Est genus poëtarum, a* dithyrambis *dictum, h. e. carminibus, proprie in Bacchum, deinde omnibus, in quibus eadem sublimitas & audacia est, atque in iis solebat, quæ in Bacchum erant*.

DITIO, *de diis*. Leg. II. 7. ea, quæ gerantur, deorum geri vi, *ditione*, ac numine. * *de eo, cui alter obnoxius est*. Verr. I. 37. Scaurus, qui Cn. Dolabellam accusavit, istum in sua potestate ac *ditione* tenuit: h. e. *ita ei obnoxius fuit, ut, quæ vellet, contra Dolabellam diceret pro testimonio*.

DIVERTERE. v. *devertere*.

DIVIDERE, *distinguere, discernere*. Leg. I. 16. legem bonam a mala nulla alia nisi naturæ norma *divi-*

dividere posſumus. Or. 32. ambigue dicta *dividi* & explanari oportet. * ad Div. I. 2. poſtulatum eſt, ut Bibuli *ſententia divideretur*: h. e. *ut, quoniam ſententia Bibuli res duas contineret, quarum alteram probarent, alteram non item; de utraque ſigillatim decerneretur, ne aut utramque probare aut rejicere cogerentur. de hoc more ſenatorio poſtulandi, ut ſententia dividatur*, v. *Briſſon. Form. II.* 59. *& Viros doct. ad Plin. ep. VIII.* 14.

DIVINARE. *elegans eſt locus* Divin. II. 3. dicendum mihi eſt ad ea, quæ ſunt a te dicta, ſed ita, nihil ut affirmem quæram omnia, dubitans plerumque & mihi ipſe diffidens. Si enim aliquid certi haberem, quod dicerem, ego ipſe *divinarem*, qui eſſe divinationem nego: h. e. *res obſcuras & incertas certo ſciri & intelligi poſſe, quod de futuris divini dicunt.*

DIVINATIO, *in foro eſt, cum de conſtituendo accuſatore quæritur; quod genus cauſæ cur* divinatio *dicatur, non conſentiunt Grammatici. vid. Aſcon. argum. Divinationis in Cæcilium, & Gell. N. A. II.* 4. *Occurrit hoc verbum etiam* ad Div. VIII. 8.

DIVINE, *de divinatione rerum futurarum, cui eventus reſpondet.* Div. I. 55. multa *divine* præſenſu & prædicta reperiri. Att. X. 4. nunquam de rep. niſi *divine* cogitavi: *h. e. quæcunque prædixi in rep. eventura, evenerunt. v. Græv. ad h. l.*

DIVINITAS, *natura divina, Deus.* Divin. II. 11. quod animus arriperet aut exciperet extrinſecus ex *divinitate*, unde omnes animos hauſtos haberemus. * *divinatio.* Div. II. 38. extr. *de populis barbaris, a quibus divinatio inventa putabatur:* placet igitur humanitatis expertes *divinitatis* auctores habere.

DIVINITVS, *de divinatione, cui eventus conſentit.* Orat. I. 7. multa *divinitus* a tribus illis conſularibus deplorata narrabat. &c. * Verr. III. 76. *divinitus* in fraudem incidere, h. e. *pœna quadam a Deo immiſſa.*

DIVINVS, *qui præclare aliquid facit.* Q. Fr. II. 8. ſenatus frequens *divinus* fuit in ſupplicatione deneganda. * *vates.* Divin. II. 3. qui *divini* habentur. cf. *ib.* I. 58. *Græv. ad Att. X.* 4. * res divina, *pro ſacrificio.* Div. II. 10. nihil levari *re divina* poteſt. *ibid.* omnia levius caſura, *rebus divinis* procuratis. * Fin. II. 12. ſcientia *divinarum* & humanarum *rerum.* Tuſc. V. 3. *divinarum* & humanarum *rerum* cognitio: *eſt definitio ſapientiæ ſ. philoſophiæ, de qua pauca dicenda videntur, tironum cauſa. Scilicet* res divinæ *ſunt phyſica, quæ & theologiam naturalem, quam vocant, ex veteri partitione, complectuntur.* (*Nam veteres tres partes philoſophiæ faciebant, quarum prima erat ars diſſerendi i. e. dialectica, altera de natura, tertia de moribus.*) res humanæ *autem dialectica & doctrina de moribus dicuntur.* Or. 34. *manifeſte* divina *dicuntur pro* phyſicis. *Ea definitio autem non eſt a Stoicis demum excogitata, ſed a Socrate profecta, & fortaſſe hoc ipſo eſt antiquior. Nam etſi primus ille doctrinam morum philoſophiæ adjunxit, tamen dialecti-*

lectica ante eum a philosophis tractata erant, a quibus philosophia rerum humanarum scientia dici potuit. Certe apud Platonem non semel hæc definitio reperitur. ap. Xenoph. mem. Socr. I. 1. 12. ἀνθρώπινα & δαιμόνια *sic dicuntur, ut illa doctrinam de moribus, hæc de natura, significent, cf. §. 16. Neque vero in hoc multum difficultatis est.* * *Sed* res divinæ & humanæ *etiam aliis modis dicuntur, atque id ipsum Socratico more, quem qui non intelligunt, in hac ratione dicendi interdum hærent. Apud eundem Xenophontem l. c. §. 15.* ἀνθρώπεια *dicuntur de quibuscunque artibus, quæ in rebus ad vitam humanam pertinentibus versantur, nempe artibus opificum. ibid. §. 19. Dii dicuntur hominibus significare* περὶ τῶν ἀνθρωπείων πάντων; *in quo* res humanæ *sunt, quæ hominibus accidunt. ibid. I. 3. 4.* ἀνθρώπινα *opponuntur τῇ τῶν θεῶν ξυμβολίᾳ, adeoque sunt* consilia humana. *Atque hæc ratio Græcorum etiam in linguam latinam invecta est ab his, qui Græcas literas didicerant, ut multæ aliæ. Sic cum* magnitudo animi *dicitur cerni* in rerum humanarum *contemtu, omnia ea significantur, quæ sunt hominum, ut divitiæ, honores, genus &c. aut iis accidere possunt, quia sunt homines, ut morbus, periculum, paupertas &c. Sic* amicitia Læl. 6. est omnium *divinarum humanarumque rerum* consensio cum benivolentia & caritate; *quod quale sit, explicat ipse* c. 17. *init.* his igitur finibus utendum arbitror, ut cum emendati mores amicorum sint, tum sit inter eos *omnium rerum, consiliorum, voluntatum* sine ulla exceptione communitas. * *Porro* divina & humana *sæpe dicuntur absolute, pro eo quod est* Rosc. Am. 23. divina & humana jura. *Ex quibus intelligitur, latine nescire, qui illam juris definitionem Justinianeam aut non intelligunt, in qua* res divinas & humanas, *pro* jure divino & humano s. legibus divinis & humanis, *h. e.* naturalibus & positivis *ut hodie loquuntur, dici manifestum est, vel ex eo, quod ei duæ formæ* jus naturæ & civile *subjiciuntur, aut reprehendunt adeo, cum latinius definiri non posit. Sed hoc aliis etiam definitionibus accidit, ut non intelligantur latini sermonis insciti, & propterea reprehendantur. v. Vinculum. Ea autem ratio de legibus aut etiam officiis loquendi a Socraticis profecta est.* Plato de Legg. L. V. p. 842. *ed. Francof.* ἐπιτηδευμάτων - - λέλεκται σχεδὸν ὅσα ΘΕΙΑ' ἐστὶ· τὰ δ' ΑΝΘΡΩ', ΠΙΝΑ νῦν ἡμῖν ἐν εἴρηται; *ubi* divina officia *dicuntur ea, quæ pertinent ad* res divinas, *hoc est, ut ipse ait,* in quibus si peccaveris, Deum ultorem habeas, humana *autem, quibus objecta sunt* res humanæ. p. 840. ἔστι δὴ φύσει ἀνθρώπειον μάλιστα ἡδοναὶ καὶ λυπαὶ καὶ ἐπιθυμίαι &c. p. 842. Sic ap. Liv. XXIX. 18. *extr.* & illa omni *divino humanoque* liberetur *scelere.* cf. III. 19. *ubi frustra hærebat Drakenb. Sed vereor ne modum excedam in hac disputatione. Itaque plura addere exempla non audeo.*

DIVISIO. *de re obscœna est* ad Div. IX. 22. *Unde in hoc verbo ludit Plautus in Aulularia.*

DIVI-

DIVISOR *dicitur, cui mandata est in coloniarum deductione & ex lege Agraria agrorum inter colonos distributio.* Phil. XI. 6. primum duos collegas Antoniorum & Dolabellam Nuculam & Lentonem, Italiæ *divisores* lege ea, quam per vim latam senatus judicavit. *ibid.* V. 7. tantum quisque habebat possessor, quantum reliquerat *divisor* Antonius.* divisores *sunt etiam inter operas campestres in comitiis.* Har. Resp. 20. *divisores omnium tribuum* domi ipse suæ crudelissima morte mactaret. fr. Cornel. 1. nisi pœna accessisset in *divisores.* Muren. 26. de *divisorum* indiciis, & de deprehensis pecuniis - respondebo. Petit. Cons. 14. si *divisores* aliqua ratione coërcemus, perfici potest, ut aut largitio nulla fiat, aut nihil valeat. Verrin. III. 69. homo in *furis ac divisoris* disciplina educatus. Act. I. in Verr. 8. *divisores omnium tribuum* noctu ad ipsum vocatos. *ibid.* ex eadem familia Q. Verrem Romilia, ex optima *divisorum* disciplina patris istius discipulum & amicum, qui HS. quingentis millibus depositis id se perfecturum polliceretur. Or. II. 63. Numium *divisorem*, ut Neoptolemum ad Trojam, sic illum in campo Martio nomen invenisse. Planc. 19. docet quo *divisore* tribus corrupta sit. *Ex quibus locis patet, primo suum cuique tribui divisorem, atque fortasse etiam plures fuisse; unde fit, ut per se non turpis res fuerit: deinde tribus per hos fere esse corruptas, quod per eos commodissime fieri posset, eamque tandem ob causam infame & suspectum divisoris nomen factum esse, atque adeo in convicii loco dictum fuisse. cf. Gruch. de Comit. I. 3. p. m.* 245. *s. Unum locum e Sueton. Aug.* 3. *adjiciemus:* hunc quoque a nonnullis argentarium, atque etiam inter *divisores operasque campestres* proditum. *ad q. l. Torrentius male hoc genus cum illo superiori, qui agros dividunt, confundit. Itaque existimo divisores fuisse eosdem, qui diribitores tabellarum. Neque video, quod aliud genus operarum campestrium eo nomine intelligi possit. Nam quod in Pison.* 15. *diribitores sunt honesti & senatorii viri, id extraordinarium est: nec illæ operæ campestres fuere.*

DIVORTIVM. Orat. 18. Sic ex communi sapientium jugo sunt *doctrinarum* facta *divortia.* h. e. *sectæ diversæ ortæ sunt.*

DIVVLSVS. divulsa *opponuntur redactis ad artis formam.* Or. I. 42. ars, quæ rem dissolutam *divulsamque* conglutinaret.

DO, *are. hujus verbi tam varius & multiplex usus est, vix ut omnis illa varietas commemorari possit. Quæ nobis præcipua genera visa sunt, afferemus.* * *dicitur in philosophorum disputationibus, pro* concedere. Fin. V. 28. prima si dederis, *danda* sunt omnia. cf. Inv. I. 31. * *sed pro* concedere *dicitur etiam eo sensu, quo ipsum dicitur interdum, np. pro veniam dare alterius causa.* Ligar. 12. ut concessisti M. Marcellum Senatui, sic *da* hunc populo. * *est porro verbum forense.* Rosc. Com. 1. lis *datur* secundum eum. *huc pertinent etiam hæc:* judicium dare, judices dare, testes dare, cogni-

gnitorem dare, cognitionem dare &c. *de quibus dicere non est necesse.* * *constituere, dicere.* Att. I. 10. Tulliola tibi *diem dat*, sponsorem appellat. *v. dies. & conf. Duker. ad Flor. III.* 3. 14. * *in re militari* dare nomina *dicuntur, qui se militaria stipendia facturos profitentur, propterea quod nomen suum scribi in albo militari patiuntur.* Phil. VII. 4. * Orat. II. 1. sermonibus se *dare* i. e. *interesse. simile est hoc*, Agr. II. 5. cum familiariter me in illorum sermonem insinuarem ac *darem.* * ad Div. XII. 16. non putare, me hoc *auribus* tuis *dare: h. e. propterea tantum scribere, quod gratum fore putem, assentandi causa.* * ad Div. V. 13. *das* mihi jucundas recordationes. * *conciliare, amicum reddere.* Att. X. 4. Oppios Terentiæ *dabis.* * dare se alicui *dicuntur, qui ad eum se applicant, qui ei grati esse laborant omni obsequii officiique genere.* Haruſp. R. 22. nisi se *dedisset* iis. ad Div. II. 8. *da* te homini: complectetur, mihi crede. Rabir. Post. 2. *Rabirius dicitur* regi se dedisse, *quod ei pecunias crediderat.* Rabir. Perd. 3. *dare* se auctoritati senatus. * *committere.* Sext. 58. *dare* se populo: *de iis, qui in theatrum veniunt. Nam hi se tamquam committunt populo, cum sperant, se non exsibilatum iri.* * ad Div. XIII. 1. *dare* se ad lenitatem, *pro, leniorem fieri.* * *studium suum conferre ad aliquid, dicitur* dare se ad aliquid, *suscipere aliquid.* in Cæcil. 2. qui me ad defendendos homines ab ineunte adolescentia *dedissem.* Or. III. 16. eloquentia, varietate, copia, quam se cumque in partem *dedisset*, omnium fuit facile princeps. * *tribuere.* Sull. 15. non possum tantum ingenio meo *dare*, ut &c. * *in deleganda pecunia, & solvenda non ex arca sed per attributionem, etiam* dare *dicitur.* Flacc. 15. quantum sibi ablatum dicit homo impudentissimus, tantum nunquam est ausus, ut haberet, optare. *Ab* A. Sextilio dicit *se dedisse* & *a* suis fratribus. Potuit Sextilius dare. * fabulam dare *est* docere, *de auctoribus fabularum.* Brut. 18. Livius minor fuit aliquanto is, qui primus *fabulam dedit*, quam ii, qui multas *docuerunt &c.* * *dicere.* Acad. I. 3. sed *da* mihi nunc. * *docere.* Att. XII. 5. *dabis* igitur tribunatum, &, si poteris, Tubulus quo crimine &c. * Nat. D. III. 26. ita *dat se res:* h. e. *ita accidit, ita procedit. v. Gron. ad Liv. XXVIII.* 5. * dare se *etiam eleganter dicuntur, quibus facile aliquid persuademus, quod sua sponte in eas partes inclinant.* Or. II. 44. si *se dant* judices, & sua sponte, quo impellimus, inclinant. * *Constructionis causa hæc affero:* Inv. I. 14. præcepta *dare* in *ratione. Cod. Gronov. habebat:* in rationem; *& sic est c.* 10. Agr. II. 7. ut id, quoad liceret, *ad populi partes daret: pro, ad populi beneficium transferret, ut alio loco dicit.* Brut. 88. Q. Scævola *se* nemini *ad docendum dabat.*

DATVM, *munus, donum.* Cluent. 24. tantum donis, *datis,* muneribusque perfecerat: *nam sic distinguendum cum Grævio, quem vide ad h. l.* Datum *pro* dono *est etiam ap. Plaut. Pseud. I.* 3. 71.

Ovid. Met. VI. 463. *Ceterum hujusmodi verba*, munus donum *jungi solere*, *quamquam synonyma sint*, *docet Salmas. ad Lamprid. Severum*, *c.* 26. *T. II. p.* 923. *cf. Gronov. Obs. IV. p.* 230. *Tirones adeant Livium XXII.* 10. *ubi frustra tentatur id genus a viris doctis. Sed apud eundem XXXVI.* 2. dona data *dicuntur ita*, *ut* data *sit participium.*

DOCERE. fabulam docere, *dicitur scriptor cum eam edit spectandam.* Brut. 18. Livius minor fuit aliquanto is, qui primus fabulam dedit, quam ii, qui multas *docuerunt.* Tusc. IV. 29. Cum Orestem *fabulam* Euripides *doceret*, primus tres versus revocasse dicitur Socrates. * Causam docere *dicitur de cliente*, *cum eam defert ad patronum.* Cluent. 69. *v. Gron. de Sest. IV.* 3. *p.* 272.

DOCHIMVS. Orat. 64. *dochimus* autem e quinque syllabis, brevi, duabus longis, brevi, longa, ut est hoc: amicos tenes.

DOCTRINA *dicitur tum de institutione*, *tum de eo*, *quod ex institutione discitur. Prioris significationis hæc exempla sunto:* Or. II. 54. *doctrina* tradere. *ibid.* 25. *doctrinam* redolet. Sext. 56. mihi sumsi hoc loco *doctrinam* quandam juventuti, qui essent optimates. Leg. I. 22. a lege vivendi *doctrina* ducitur. &c. *alterius hæc:* Or. III. 31. *doctrina* puerilis: h. e. *artes quibus pueri eruduntur.* Balb. 1. studia *doctrinæ*, *de philosophia.* Or. III. 32. liberales *doctrinæ.*

DOCVMENTVM, *exemplar.* Dom. 48. scelerum flagitiorumque *documentum.*

DOLIVM. Brut. 83. si potare velit, de *dolio* sibi hauriendum putat. Dolium *est vas magnum vinarium in cella subterranea*, *in quo vinum recens servatur*, *unde deinde defunditur in testas & amphoras*, *& in apothecam conditur. hinc vinum recens* doliare *dicitur*, *eique opponitur* defusum. *Illud homines tenues bibunt & pauperes*, *hoc beatiores. v. Abram ad Phil. II.* 27.

DOMESTICVS. Or. 45. *domesticæ* literæ, *sunt*, *quæ non prodeunt in forum*, *curiam &c.* Verr. III. 61. *domesticum* crimen, *pro facto*, *quod domi accusatoris natum & excogitatum est.* Sext. 45. *domesticis* malis impediti: i. e. *ære alieno. Sic* Catil. I. 6. *domestica* difficultas. Catil. I. 6. *domestica* turpitudo, *de libidinosis flagitiis*, *luxuria & similibus.*

DOMICILIVM. Balb. 5. ut ejus *domicilium gloriæ* communis imperii finibus terminetur. Orat. I. 25. *Roma dicitur* imperii & gloriæ *domicilium.* ad Div. XVI. 17. huic verbo proprium *domicilium* est in officio. Pison. 31. suorum improbissimorum *sermonum domicilium* in auribus vestris collocaverunt.

DOMINA. Or. II. 60. natura *domina* est: h. e. *in hac re plurimum valet.*

DOMINARI, *plurimum valere*, *præcipuum esse.* Orat. I. 8. eloquentia *dominatur* in liberis civitatibus. *ibid.* 14. hoc *dominatur* in oratore. * in Cæcil. 7. *dominari* in judiciis, *dicuntur*, *qui semper obtinent causas etiam injustas*, *& malis artibus.* * Verr. II. 19. in auctione *dominari dicuntur*, *quibus in auctionibus omnia*, *quæ volunt*,

volunt, etiam leviſſima licitatione ab iis facta, addicuntur. * Cluent. 25. beſtiæ, *dominante* fame &c. i. e. *urgente.*

DOMINATIO. Act. I. in Verr. 12. *dominatio* judiciorum. Verr. V. 68. regia *dominatio* in judiciis. v. dominari.

DOMINATVS. Or. III. 59. in eo omnis *dominatus* eſt oculorum: *h. e. oculi plurimum valent.* Nat. D. II. 60. terrenorum commodorum omnis eſt in homine *dominatus.*

DOMINIVM. Verr. III. 5. hujus argento *dominia veſtra* ornari. *lectio Gruteriana, quam interpretatur de* magiſteriis vini *aut* regnis, *quæ Horatius vocat. Sed Grævius recepit reliquorum librorum lectionem:* domus veſtras, *&* dominia *ita dici poſſe negavit.* Dominia, *quia in bonis Codd. repertum hoc verbum eſt, non auſim rejicere, & in* domus veſtras *mutatum credo, quod non intelligeretur.* Domus veſtras *autem non poteſt eſſe a Cicerone, quod nullum* exemplum *poterit afferri, quo* argento domus ornari *dicatur. Signa in domorum ornatu commemorari memini, argentum non item.* Convivia *autem* exornari argento, *ſc. in abacis poſito, non ſemel apud Ciceronem aliosque legi. Atqui veteres de conviviis dixere* dominia, *quod Grævium fugiebat, cum ea ſcriberet.* Gell. II. 24. *in quo SCto jubentur principes civitatis, qui ludis Megalenſibus antiquo ritu mutitarent, h. e. mutua inter ſe* dominia *agitarent, jurare* &c. *in quo loco quidam interpretamentum* convivia *receperunt. Sed Fulvius in append. Triclinii Ciaconiani & Lipſius Saturnal. I. 19.* dominia *reſtituerunt.* v. Gronov. ad h. l. Dominia *autem dicuntur* convivia, *non ab illis magiſteriis Horatianis, ut Grutero viſum, ſed a* domino convivii. v. dominus.

DOMINVS. Act. I. Verr. 9. *dominus* comitiorum, *dicitur, qui largitionibus efficit, ut creentur, quos velit.* Quint. 5. *dominus* auctionis, *eſt is, qui aliquid de ſuo auctione vendit.* Sext. 59. *domini* concionum, *ſunt homines populares & ſeditioſi, qui in concionibus dominantur, eamque, quo volunt, impellere poſſunt.* Vatin. 13. cum ipſe *dominus epuli* Q. Arrius albatus eſſet: *h. e. qui epulum præbebat.* Orat. II. 17. *dominus* rei, *judex dicitur.*

DORMITARE. Orat. II. 33. ſapientia *dormitans:* h. e. *quæ nihil laboris affert, otioſa, de jurisprudentia.*

DOS. Or. I. 55. cujus artem cum indotatam atque incomtam videres, *verborum* eam *dote* locupletaſti &c.

DRACHMA, *numus græcus, qui reſpondet Romanorum denario.* ad Div. II. 17. &c. *vid. Gron. Sest. II. 6. p. 91.*

DVA *pro* duo *ex Accio laudatur* Orat. 46.

DVBITARE, *ignorare.* ad Div. X. 8. *non dubito,* quid præſentiant. Att. X. 1. *non dubito,* quid nobis agendum putes. * *conſiderare.* Roſc. Am. 31. reſtat, ut hoc *dubitemus,* uter potius S. Roſcium occiderit. *Sic ſæpe eſt in libris de officiis.*

DVCERE, *dicitur abſolute, pro, in carcerem, ſive domeſticum, ſive publicum, ducere.* Agr.

II. 37. ne mihi in carcere habitandum sit, si trib. pl. *duci* jussisset. Flacc. 19. 21. quem judicatum *duxit* Hermippus: *h. e. cum judicatum esset, eum solvere oportere, neque posset, ab Hermippo abductus est domum in carcerem, quod genus hominum ap. Livium* nexi *dicuntur.* v. addictus. *Sic* Verr. II. 12. si non accipit, quod te debere dicis, accuses: si petit, *ducas.* C. Fusicium *duci* jussit petitorem &c. *ibid.* 26. quisquis erat eductus Senator Syracusanus ab Heraclio, *duci* jubebat. Itaque permulti *ducti* sunt. * *in rationibus pecuniariis* ducere *est de summa, quæ efficitur singulis nominibus colligendis.* Verrin. III. 49. quoniam XC millia medimnum *duximus* &c. Att. VI. 2. ut fœnus quaternis centesimis *ducant.* v. *Gron. Obs. II.* 10. *p.* 284. *Hinc ad alia transfertur: cujusmodi est hoc:* Quint. 16. officii *&* existimationis *rationem ducere, pro habere.* cf. Verr. I. 48. * Tusc. II. 18. oratio tua ad credendum *ducit.* * Inv. II. 2. ad vitia quoque ejus accedere, cujus aliquo bene præcepto *duceremur:* h. e. *cujus præceptum aliquod nobis probaretur.* Orat. 9. quis porro unquam Græcorum rhetorum a Thucydide quidquam *duxit:* i. e. *repetiit, quod exempli causa commemoraret.* * ad Div. X. 32. Balbus quæstor -- *duxit se* a Gadibus: i. e. *abiit clanculum.* * Div. I. 18. oracula, quæ æquatis sortibus *ducuntur. np. sors proprie* ducitur, *cum ex urna manu tollitur.* * *diem ducere* Att. V. 21. *pro consumere. v. ibi Græv.*

DVCTOR, *imperator.* Tusc. I. 37. *ductores* nostri.

DVELLVM. Leg. II. 8. res *duelli: antique pro* bellum &c.

DVLCICVLVS. Tusc. III. 19. *dulcicula* potio.

DVLCIS. Or. III. 26. *dulcis* suavitas, *de ea, quæ est feminis grata, e saccharo & aliis condimentis.* * *indulgentes etiam dicuntur* dulces. Læl. 24. extr. amici *dulces, qui in omnibus obsequuntur nobis studiisque nostris, nec verum unquam nobis dicunt.*

DVLCITVDO. Or. III. 25.

DVMETVM, *de spinosis & jejunis disputationibus philosophorum.* Acad. IV. 35. orationem in *Stoicorum dumeta* compellitis.

DVPLEX, *mistum, concretum.* Tusc. I. 29. nihil est in animis *duplex* &c.

DVPONDIVS, *nummus duarum libellarum: h. e. duorum assium. Nam singuli asses olim, cum gravi ære uterentur Rom. valebant libram s. pondo.* Quint. 16. si tuus *dupondius* ageretur.

DVRITAS *opponitur comitati & hilaritati in sermone & consuetudine.* Orat. 16. *duritas &* severitas, & quasi mœstitia *orationis.* Cato. 18. quanta in altero *duritas?* in altero *comitas.*

DVRITIA. Orat. 17. *duritiam* in sermone Socratico adamarat; h. e. *placuerant ipsi inprimis Socratis disputationes de dolore aliisque hujus generis malis perferendis.*

DVRVS. Dom. 6. *durior* annona, *pro carior.* Arch. 9. *durior* ad hæc studia videbatur; *h. e. non is esse videbatur, qui ex his studiis poëticis voluptatem percipere, atque adeo iis pretium statuere posset.* Brut. 18. signa *dura*, oppo-

nuntur

nuntur *mollibus: h. e. politius elegantiusque elaboratis. Notus est versiculus Virgilianus:* Excudent alii *spirantia mollius æra: h. e. quæ ita elaborata sunt, ut quamproxime ad viventis animantis speciem accedant.*

DVVMVIRI. Rabir. Perd. 4. Orat. 46. *sunt ii, qui ex instituto Tulli Hostilii perduellionis judicandi causa constituebantur. vid. Liv. I.* 26.

E.

EA, *adv. pro propterea.* ad Div. XIII. 26. Mescinius *ea* mihi necessitudine conjunctus est, *quod* mihi quæstor fuit.

EBVLLIRE, *jactare aliquid sermone.* Tusc. III. 18. si virtutes *ebullire* volent & sapientias, nihil aliud dicent. Fin. V. 27. dixerit hoc Epicurus, semper beatum esse sapientem; quod quidem solet *ebullire* nonnunquam. *Davisius laudat Turneb. Adv. XXV.* 14.

ECCE, *cum simpliciter, tum adjuncto* tibi, *dicitur de re improvisa & subita. vid. v. c.* Att. VII. 19. XIII. 16. XV. 4. Cluent. 28. Prov. Cons. 18. Verr. V. 33. Or. II. 23. &c.

ECDICVS. ad Div. XIII. 56. *Ecdici* Mylasii. Ecdicus *idem est qui* Syndicus, *h. e. qui civitatem defendit, cognitor civitatis, ut* Cicero *pro Flacco ait,* (*v. in* cognitor,) *inprimis autem civitatis pecunias curat & persequitur. Glossæ veteres:* ἔκδικος, cognitor. *v. Gronov. de Sest. IV.* 3. *p.* 277. *quem jam laudavit Grævius. Justiniani Novell.* 15. *inscribitur Gr.* περὶ τῶν ἐκδίκων. de defensoribus civitatis *titulos e Cod. Justin. & Theodos. laudant Viri docti ad Plin. Ep. X.* 111.

ECLOGARIVS. Att. XVI. 2. *est genus servorum, quo in studiis utebantur, dicti* ἀπὸ τῶν ἐκλογῶν, *h. e. a locis insignibus, quos e libris excerpebant, aut notabant: sive. ut J. Fr. Gronovio placebat, qui distinguebant libros & interpungebant, & nomina interloquentium in dialogis rubrica picta interponebant, ut eo facilius intelligi libri possent.*

ECQVAE, *pro* ecqua. Sext. 30. *ecquæ* vox. Att. VIII. 12. *ecquæ* persona.

ECVLEVS, *machina, qua in quæstionibus utebantur, ad verum extorquendum: de qua est Magii doctus libellus. Nomen traxit a similitudine equi.* Mil. 22. Dejot. 1. extr.

EDICERE, *dicitur frequenter de magistratibus, cum aliquid aut scripto publice propositio, aut voce jubent aut constituunt, pronunciant, in eo genere, in quo potestatem habent.* Q. Fr. I. 1. 21. prætorem *edicere,* ne fiat aliquid &c. Att. XII. 7. Antonius *edixit,* ita ut me & Lælium exciperet. Vat. 14. *edixeritne* prætor, - ut adesses die tricesimo. ad Div. XI. 6. cum trib. pl. *edixissent,* adesset senatus a. d. XIII. Kal. Jan. Verr. I. 54. *edicere* diem. ibid. nondum proscripta neque *edicta* die. * *hinc dicitur pro* constituere, *& publice proponere.* Verr. III. 7. *Censores dicuntur* legem, *sc. vectigalium locandorum,* edicere: *h. e. publice proponere, ut cognosci conditiones locationis possint.* Offic. III. 20. Marius a subselliis in rostra recta, idque, quod communiter compositum erat, solus *edixit.* * *est*

etiam interdum pro simplici dicere, pronunciare, proferre, narrare. Or. 39. nullus fere a Demosthene locus sine conformatione sententiæ *edicitur*. Læl. 16. si prius *edixero*, quid maxime Scipio sit solitus reprehendere. Phil. I. 5. misi pro amicitia (sc. ad Consulem Antonium) qui hoc *ediceret*. *Sed mollius profecto est, quod post Muretum & Faërnum aliosque e Cod. Vatic. reposuit Græv.*: ei diceret. Leg. II. 10. ut ego, uti rogas, possim *edicere*. Ain tandem, Attice? non es *edicturus* aliter. *Turnebus, Lambinus, Davisius reposuere*: dicere, dicturus; *quod etiam placebat Sigon. ad Liv. VI.* 38. *ad hæc verba*: &, uti rogas, primæ tribus *dicerent*. *Mihi autem secus videtur. Ratio, qua Davisius utitur, quod* edicere *non sit privatorum, sed magistratuum, nihili est*. Edicere *est* pronunciare, *quod de suffragiis & sententiis judicum dicitur. v. Gron. & Drakenb. ad Liv. XXX*, 5. *init. Cort. Sall. Catil.* 48.

EDISCERE, *cognoscere*, Div. I. 47. malunt enim disserere, nihil esse in auspiciis, quam, quid sit, *ediscere*.

EDITICIVS. Planc. 15. *editicii* judices. cf. Muren. 23. *sunt, qui ab accusatore eduntur, non, a prætore ducuntur sorte: quod in qua causa factum sit ex ll. cc. cognosces. v.* edere.

EDITIO. Planc. 15. *editio* judicium. *v.* edere.

EDERE. Sext. 27. scelus *edidit* in me. Leg. I. 13. ruinas *edere, pro, facere ut ruinæ fiant*. Fin. V. 1. vitam *ediderat*: i. e. *mortuus erat*. Brut. 5. quare, si tibi commodum est, *ede* illa, quæ cœperas, Bruto & mihi. * *in rebus forensibus multipliciter dicitur*. Planc. 15. tribus *edere, dicitur accusator, cum ex lege de sodalitiis, quas tribus judices esse velit, apud prætorem profitetur: unde* judices editicii. Quint. 21. *judicium* id, quod *edat*, accipere: *i. e. quodcunque genus actionis intendat, se paratum esse, descendere cum eo in certamen, id dicitur* edere judicium, *quia apud prætorem pronunciat, quod genus actionis intendere, & quod judicium sibi dari velit petitor. ibid.* 20. judicium acciperet, in ea ipsa *verba*, quæ Nævius *edebat*. Verr. III. 29. quantum *edidisset* sibi deberi: *h. e. professus esset. Sic* testes edi *dicuntur sæpissime, cum accusator eorum nomina profitetur apud prætorem*. Indices *etiam dicuntur* edere, ad Q. Fr. II. 3. Nerius index *edidit* ad allegatos: *hat ausgesagt*. Dom. 6. operis *ediderat*, (*dixerat*) meum nomen. Verr. II. 42. postulata *edere, dicuntur provinciales, cum ea ad Consules deferunt; item*: in postulatis *edere* aliquid. Quint. 24. socium in his bonis tibi *edidisti* Quintium: *i. e. professus es.* * *de oraculis etiam dicitur*. Off. II. 22. Pythius Apollo oraculo *edidit*.

EDVCATOR. Planc. 33. quis est nostrum liberaliter educatus, cui non *educatores*, cui non magistri atque doctores. *Videntur Gesnero* V. C. pædagogi. *Sic est ap. Tac. A.* 14. 3. *Sed quia sequitur* alitus, *intell.* altores & parentes. *N. D. II.* 34.

EDVCERE, *pro* educare, Or. II. 28.

28. * *emittere aquam*. Div. I. 44. *educere* lacum. * educi *dicuntur homines, qui cum magistratibus eorum rogatu aut jussu in provincias proficiscuntur, quemadmodum contra* deduci, *qui e provincia jubentur cum aliquo Romam venire*. Pison. 34. sed ei medico, quem tecum *eduxeras*, imperasti. * *est etiam in sortitionibus* educere. Verr. II. 17. *educit* ex urna tres. cf. Agr. II. 8. * Verr. II. 26. Metellus Heraclium restitui jusserat, non restituebatur. quisquis erat *eductus* senator Syracusanus ab Heraclio, duci jubebat. itaque permulti ducti sunt. *Locus obscurus, in quo explicando sudarunt viri docti, offensi verbo* eductus, *quod cum Lambino in* editus *mutatum cupiebat Grævius. Et solent hæc verba permutari in MSS. v. Drakenb. ad Liv. XXXIX. 15. Sed locus nihil vitii habet.* Educere *est* in jus ducere, reum facere: *& hoc sensu non uno loco usus est Cicero. ibid.* 37. ita illi non procrastinant: Sthenium statim *educunt:* ajunt ab eo literas publicas esse corruptas. *ibid.* III. 47. & cum *in jus* ipsum *eduxi. ibid.* 65. aditum est ad Metellum: *eductus* est Apronius: *eduxit* vir primarius C. Gallius senator: postulavit a Metello, ut ex edicto suo judicium daret in Apronium. &c. *sensus ergo hic est: Metellus cum jussisset, ut Heraclius Syracusis & Epicrates Bidis restitueretur, hic restitutus est, ille non item. Cujus rei causa cum Heraclius senatores, ad quos pars rerum suarum pervenerat, ad Prætorem Metellum in jus vocasset, iique restituere non possent, Heraclio addicti, ab eo in vincula ducti sunt. cf. ducere. Ceterum huc pertinet etiam locus* Planc. 23. atque is quidem *eductus* ad Consules, qui tum in crimen vocabatur, se inique a tuis jactatum, graviter querebatur &c.

EFFARI, *verbum augurale, de consecrationibus, dedicationibus.* Att. XIII. 42. extr. opinor augures nihil habere ad templum *effandum.* Leg. II. 8. urbem & agros & templa liberata & *effata* habento. Dom. 55. nec ullum verbum solenne potuit *effari. v. Manut. ad Cic. ad Att. XIII. 42. Davis. ad Leg. II. 8. Intt. ad Gell. XIII.* 14.

EFFATVM, *verbum dialecticum, quo Cicero interpretatur* ἀξίωμα. v. Acad. IV. 29. * Leg. II. 8. fatidicorum & vatum *effata.*

EFFECTIO. Fin. III. 14. quemadmodum opportunitas non fit major productione temporis, sic *recta effectio;* κατόρθωσιν enim ita appello &c. * *causa efficiens,* Acad. I. 2. physica continentur ex *effectione,* & ex materia ea, quam fingit, & format *effectio.*

EFFEMINARE. Nat. D. II. 26. *effeminarunt* aërem: h. e. *feminam fecerunt, Junonem appellando.*

EFFERO, *de terra & agris* &c. Brut. 4. *efferre* fruges Verr. III. 47. cum ager, id quod per raro evenerat, cum decumo *extulisset,* sc. *quod fatum erat. ibid.* 86. videbatur id perdere arator, quod agri segetesque *extulissent. ibid.* II. 2. ut quicquid ex sese Sicilia posset *efferre,* id non apud eos nasci &c. Nat. D. II. 33. ea,

quæ *efferant* aliquid ex seſe, perfectiores habere naturas, quam ea, quæ ex iis *efferuntur*. Or. II. 22. cur ætates ſingulæ *extulerint* prope ſingula genera dicendi. * *ostendere ſe, naſci*. Or. II. 21. *efferat* ſe fœcunditas in adoleſcente. Læl. 27. cum ſe *extulit* ostenditque lumen ſuum virtus. Brut. 7. qua in urbe primum orator ſe *extulit*. * *de omni commotione animi, neque ſolum ea, quæ animum dilatat, ſed etiam quæ contrahit, atque de his, quæ hinc exiſtunt*. Att. I. 8. Cato. 23. *efferri* ſtudio. Læl. 15. *efferri* faſtidio & contumacia. add. Tuſc. IV. 17. Sull. 10. interdum *efferatur* immoderatione verborum. * efferre ſe *eſt etiam pro recreare ſe, recuperare vires*. Conſ. Prov. 14. quamquam ſunt acciſæ res, tamen *efferent* ſe aliquando, & ad renovandum bellum revireſcent. * *vulgare*. Or. I. 24. petamque a vobis, ne has meas ineptias *efferatis*. *ibid.* II. 12. res omnes ſingulorum annorum mandabat literis Pontifex Maximus, *efferebatque in album*, & proponebat tabulam domi, poteſtas ut eſſet populo cognoſcendi &c. *Pearcius cum Lambino legendum cenſet:* referebatque in album: *quæ forma loquendi eſt ap. Liv. I.* 32. *Si* efferebat *rectum eſt, ſenſus hic eſt: Cum libris res anni cujusque mandaſſet, duobus exemplis librum annalem proponebat, alterum publice in albo, ut prætor edictum, alterum domi*. Efferri *ſimpliciter dicitur pro* efferre domo. v. *Viros doctos ad Suet. Claud.* 49. *& quos ibi laudant*. * *afferre, dicere*. Or. III. 11. non ſolum videndum eſt, ut verba *efferamus* ea, quæ nemo jure reprehendat. N. D. I. 25. hoc perſæpe facitis, ut, cum aliquid non veroſimile dicatis, & effugere reprehenſionem velitis, *efferatis* aliquid, quod omnino ne fieri quidem poſſit: *ubi Daviſius repoſuit:* afferatis.

EFFICACITAS. Tuſc. IV. 13. corporis nervi, vires & *efficacitas*. Petit. Conſ. 3. tantum habet in libidine artis & *efficacitatis*, ut prope in parentum gremiis prætextatos liberos conſtuprarit.

EFFICAX, *rebus gerendis aptus*. ad Div. VIII. 10. noſti Marcellum, & quam parum *efficax* ſit.

EFFICERE, *de agris eleganter dicitur, ut efferre*. Verr. III. 63. agri vero Leontini qui plurimum *efficit*. *ibid.* 86. quid aratio ſuſtinere, quid pati, quid *efficere* poſſit. *ibid.* 47. ager *efficit* (*ſc. quod ſeritur*) cum octavo. *ſed ibi Grævius malebat cum Manutio* reficit; *cujus emendationis neceſſitas nulla eſt*. *ibid.* 56. tantum decumanum profeſſum eſſe ex edicto ſibi deberi, quantum ille bonis ſuis omnibus *efficere* non poſſet. *Similia his, quamquam in alia re, hæc:* Verr. III. 33. Liciti ſunt usque eo, (*ſc. in decumarum auctione*) quoad ſe *efficere* poſſe arbitrabantur: *ſo lange ſie das gebotene wieder heraus zu bringen gedachten*. * Att. VI. 1. ea tributa vix, in fœnus Pompeji quod ſatis ſit, *efficiunt*. *ibid.* nec id ſatis *efficitur* in uſuram menſtruam. * *de disputantibus*. Tuſc. III. 28. hoc ſtudent *efficere*. Partit. 1. Cato minutis interrogatiunculis, quaſi punctis, quod propoſuit, *efficit*. * *facere*. Phil. 14. 3.

quæ

quæ L. Antonius in Parmensium uxoribus *effecerit*. Brut. 78. itaque tantos processus *efficiebat*.

EFFINGERE. Sext. 35. *effingi* sanguinem spongiis e foro. *alia exempla vid. ap. Cujac. Obs. XIII.* 13. *Ceterum de hoc verbo vid. Heins. ad Ovid. Heroid.* 20. 135.

EFFLIGERE, *perdere*. Att. IX. 19. filium misit ad *effligendum* Cn. Pompejum. *v. Græv. ad h. l. Hoc verbum non est ap. Nizolium.*

EFFLVERE, *exire in vulgus*. Dom. 46. multa ex vestra disciplina *effluunt*, & ad aures nostras permanant. * *defluere*. Div. I. 43. quondam lactis imber *effluit*. *Davisius legit* defluxit, *quod est usitatius. neque tamen alterum rejecerim.* Nam & effundi imber *dicitur. legi etiam* effluere *de veste, nescio ubi.* ibid. 29. abundat atque *effluit*, *edd. vett. omnes.* * *abundare*. Or. 13. *effluens* dicendi genus. *Nizolius* ex Div. I. 29. *laudat:* abundat & *effluit: sed emendatiores edd. habent* affluit. * Brut. 61. mens *effluit;* h. e. *memoria eum destituit: cui simile est illud* ad Div. VI. 19. tanta est intimorum multitudo, ut ex his aliquis potius *effluat*, quam novo sit aditus.

EFFLORESCERE. Or. II. 7. exordium debet *efflorescere* ex causa: *i. e. duci, nasci.*

EFFVGERE Leg. II. 3. *eleganter dicitur debitor, a quo per oblivionem non exigitur pecunia, quique ita eam lucratur.*

EFFVGIVM. Nat. D. II. 47. alias habere *effugia* pennarum.

EFFVNDERE, *de terra & agris, ut* efferre. Or. 15. segetes fœcundæ & uberes non solum fruges, verum herbas etiam *effundunt*. Brut. 9. *effundit* hæc ætas hanc copiam oratorum. * *de prodigis*. Agrar. I. 5. *effundamus* ærarium. * *dimittere*. ad Div. I. 9. *effundere* odium. * *perdere*. ad Div. II. 16. *effundere* gratiam collectam. * *de dicentibus ea, quæ ante reticuerant, aut reticere debebant*. Att. XVI. 7. Brutus *effudit* illa omnia, quæ tacuerat. Or. I. 34. *effudi* vobis omnia, quæ habebam. Flacc. 19. testis *effudit*, quæ voluit, omnia. * *nimium esse in re aliqua*. Parad. 3. an temperantem eum dices, qui se in aliqua libidine continuerit, in aliqua *effuderit*. * Att. IV. 9. Pompejus in nos est suavissime *effusus*. v. effusio.

EFFVSIO, *studium insigne liberaliter officioseque aliquem tractandi*. Att. VII. 3. nequaquam satis pro meis officiis, pro ipsius in alios *effusione* illum in me liberalem fuisse. * *de affectibus lætioribus*. Tusc. IV. 31. eodem vitio est *effusio* animi in lætitia, quo in dolore contractio.

EJECTVS, *homo privatus rebus suis, ducta metaphora a naufragis, qui* ejecti *dicuntur*. Rosc. Am. c. 26. *cf. Gron. ad Liv. XLIV.* 19. Quint. 19. *ejectus* homo. * *rejectus*. Fin. IV. 8. *ejectæ* sententiæ. *v.* ejicere. * *exsertus*. Or. II. 66. *ejecta* lingua.

EJICERE, *rejicere*. Off. I. 41. Cynicorum ratio est *ejicienda*. cf. Or. I. 32. II. 24. eoque magis id *ejectum est*. * *Sed inprimis dicitur de iis, qui explodunturque exsibilantur, ut histrionibus, musicis, oratoribus &c.* Or. III. 50. idem fit in vocibus, ut a multi-

tudine & populo, non modo catervæ atque conventus, sed etiam ipsi sibi singuli discrepantes *ejiciantur*. Sext. 55. cantorum vocibus *ejiciebatur de Clodio, qui cum in theatrum venisset, cantores versus, qui in eum conveniebant, in os imminentes ejus clarissime canebant, ut omnes intelligerent, ad eum pertinere*. Cluent. 31. explosum atque *ejectum* est: *ubi Grævius legi volebat* rejectum, *quod dubitabat latine sic dici. Non dubitandum esse, quin ita dicatur, loca proposita docent. Græci sic* ἐκβάλλειν. *vid. v. c. Ælian. V. H. II. 24. XIII. 17. & ibi Perizon. & Kuhn.* * *eradicare*. Div. II. 72. superstitionis stirpes *ejiciendæ*.

EJERARE, *idem quod* ejurare. Or. II 70. cum ei M. Flaccus P. Mucium judicem tulisset, *ejero*, inquit, iniquus est - - Ah P. C. non ego illum mihi iniquum *ejero*, sed omnibus.

EJVRARE: iniquum ejurare *est, rejicere aliquem, quia iniquum nobis putamus. e foro petita ratio*. Verr. III. 60. negotiatores putant esse turpe, id forum sibi *iniquum ejurare*, ubi negotientur: prætor provinciam suam totam sibi *iniquam ejurat*. Phil. XII. 7. sic me iniquum *ejurabant* (*Græv.* ejerabant): de me querebantur. * *bonam copiam ejurare*. ad Div. IX. 16. tu autem quod mihi *bonam copiam ejures*, nihil est. *Est autem formula e foro, qua significatur, aliquem juravisse, creditoribus se satisfacere non posse. v. Manut. ad h. l. quod cum factum esset, persona debitoris pignori capiebatur, & creditori addicebatur: ut docet Salmas. Mod. Usur. c. 18. p. 805.*

ELABI, *eleganter dicuntur rei, qui, cum noxii sint, tamen, sive artibus suis, sive quacunque de causa alia, absolvuntur*. Act. I. Verr. 12. *elabitur* reus. Verr. I. 34. *elabi* ex crimine. *ibid.* II. 58. *elabi* ex criminibus. Sext. 64. *elabi* ex judicio. * *hinc traducitur ad eos, qui censoris notam commeritam effugiunt*. Cato 13. Tito fratre censore *elapsus est*. * elabi *etiam dicuntur, quæ præter opinionem amittuntur*. Or. II. 50. *elapsa est* causa. * Tusc. I. 11. assensio *omnis elabitur*: h. e. *desino assentiri*.

ELABORARE. Phil. VII. 3. omne *curriculum* industriæ nostræ in foro, in curia, - *elaboratum* est.

ELAMENTABILIS. Tusc. II. 23. sin erit ille gemitus *elamentabilis*, si imbecillus *&c. ita Gruterus & sequaces: alii melius* lamentabilis.

ELATIO, *sublimitas*. Brut. 17. *elatio* & altitudo orationis. * *de vehementi affectu, ut* efferre, *de quo supra*. Fin. III. 10. gestientis animi *elatio* voluptaria. * *magnitudo animi*. Offic. I. 19. *elatio* animi.

ELATVS, *excelsus, magnus*. Off. I. 18. animus *elatus*. * *commotus*. Div. I. 24. *elatus* cupiditate respexit. Sext. 64. *elatus* exspectatione. ibid. *elatus* studio.

ELEGANS, *dicitur quicunque est in aliquo genere inprimis intelligens, præcipue tamen in iis, quæ ad magnificentiam cultus pertinent*. Inv. I. 35. a rhetoribus iis, qui *elegantissimi* atque artificio-

cioſiſſimi putati ſunt. Brut. 62. minime dignos *elegantis* conventus auribus. ad Div. VII. 23. homo in omni judicio *elegantiſſimus*. Verr. IV. 57. populus potius haberet (*ſigna &c.*) quam *elegantiſſimus* Verres. * elegantia *opponuntur* popularibus, minus acutis & ſubtilibus. Fin. IV. 10. mihi placet agi ſubtilius, & preſſius: quæ enim adhuc protuliſti, popularia ſunt; ego autem a te *elegantiora* deſidero. Tuſc. IV. 3. illius veræ *elegantisque* philoſophiæ, quæ ducta a Socrate in Peripateticis permanſit & idem alio modo dicentibus Stoicis *&c. opponitur philoſophiæ Epicuri, in qua res* parum ſubtiliter *dicuntur, ut paullo poſt dicit, quia contemnebant* elegantiam diſſerendi. Fin. II. 9. * Fin. III. 2. artes ingenuæ & *elegantes, opponuntur* illiberalibus opificum, *adeoque etiam philoſophiam & matheſin continent, ſubtiles quippe & acutas.* * elegans *dicitur porro de ſervis, pueris delicatis, & variis artibus eruditis.* Roſc. Am. 41. *elegantiſſimæ* familiæ puerorum. * elegans *dicitur etiam, qui medium tenet inter parcum & magnificum, mundus.* Or. 25. cf. *elegantia.*

ELEGANTER, *ſcite, intelligenter, cum delectu, provide, prudenter.* Inv. II. 3. ſin autem temere aliquid alicujus præteriiſſe, aut non ſatis *eleganter* ſecuti videbimur. Verr. III. 60. quid potuit *elegantius* facere prætor cupidus exiſtimationis bonæ, qui ab ſe omnem ſuſpicionem propulſaret. &c. ad Div. III. 8. quid a me fieri potuit *elegantius* aut juſtius, quam ut ſumtus egentiſſimarum civitatum minuerem, ſine ulla imminutione dignitatis tuæ? *v. Sciopp. ap. Græv. ad h. l.*

ELEGANTIA, *ſubtilitas & acumen dialecticorum & philoſophorum.* Fin. II. 9. in hac diviſione *elegantiam* deſidero. *ibid. elegantia* diſſerendi. ad Div. IV. 4. *de Sulpicio:* facile cedo tuorum ſcriptorum ſubtilitati & *elegantiæ.* Fin. III. 2. agricultura, quæ abhorret ab omni politiore *elegantia,* tamen eas res, in quibus verſatur, novis notavit verbis. Or. I. 2. *elegantia* doctrinæ, *eſt philoſophia cum ceteris artibus, in quibus ſubtilitas & acumen eſt, quæ ab artibus illiberalibus abſunt:* tu autem eloquentiam ab *elegantia doctrinæ* ſegregandam putas. *Jam quia* elegantia *in artibus eſt* ſubtilitas, *facile intelligitur,* elegantiam in dicendo, Brut. 20. Or. I. 11. *non eſſe ornatum illum oratorium & magnificum, ſed quæ & ipſa ſubtilitas dicitur in ſcribendo, h. e. tenue illud, &, in ipſa tenuitate & negligentia, ſuis Veneribus gratum dicendi genus, quo Cæſar, Terentius, Nepos, & Cicero in philoſophicis &c. uſi ſunt: quod & vidit Vavaſſor de Vi & Uſu Verb. p. 521. ed. Lipſ. Itaque* Att. III. 3. *Terentio nominatim* elegantia *tribuitur.* Or. II. 7. ſubtilitati *jungitur:* Catulus cui Græci ſolent ipſi ſuæ linguæ *ſubtilitatem elegantiamque* concedere. Brut. 75. Cæſar ad hanc *elegantiam verborum* latinorum, quæ etiamſi orator non ſis, *&* ſis ingenuus civis Roman. tamen neceſſaria eſt, adjungit illa oratoria ornamenta dicendi. *Planiſſimus eſt* locus ad Herenn. IV. 12. *elegantia* eſt, quæ

quæ facit, ut unum quodque pure & aperte dici videatur, ejus partes sunt Latinitas & explanatio. * *Similiter in cultu elegantia non est magnificentia, sed aliquid inter sordes & magnificentiam intermedium, h. e. munditia.* ad Div. IX. 20. Verrius tuus & Camillus, qua munditia homines, qua *elegantia? Itaque etiam de oratione hæc duo junguntur.* Orat. 23. Fucati vero medicamenta candoris & ruboris omnia repellentur: *elegantia* modo & munditia orationis remanebit. * *est etiam* elegantia *in reliqua vita, quæ moribus & rebus gerendis continetur*, innocentia. Sull. 28. vestra, qui cum summa *elegantia* atque integritate vixistis, hoc maxime interest, non ex libidine aut simultate aut levitate testium causas honestorum hominum ponderari.

ELEMENTA, *fontes alicujus rei.* Or. II. 11. licebit etiam laudationem amare, neque illa *elementa* desiderare. * Fin. III. 5. prima *elementa* naturæ, *sunt quæ* & principia naturalia, prima naturæ *dicuntur.*

ELEVARE, *minuere, infringere.* Nat. D. III. 4. perspicuitas argumentatione *elevatur.* ad Div. V. 14. *elevare* solicitudines. *Sic* Tusc. III. 16. *elevare* ægritudinem, *pro quo tamen e MS. Norvicensi Davisius reposuit* enervare, *quod τῷ* obtundere *melius jungitur.* Or. II. 58. *elevare* adversarium: i. e. *frangere.*

ELICERE, *artibus quibusdam evocare.* Inv. I. 2. *elicere* opportunitatem, quæ in animis est, & præcipiendo meliorem reddere. Vatin. 6. inferorum animas *elicere.* * *invenitur etiam pro* emittere. Cœl. 24. nonne ipsam domum metuet, ne quam vocem *eliciat? Sed viri docti legendum censent* ejiciat: *tamquam Muret. V. L. II. 17. & alii. Ursinus etiam in MSS. reperisse se dicit. Verum etsi durum* elicere *hoc sensu & insuetatum, tamen nec* ejicere vocem *mollius putem ac Cicerone dignum. Neque exemplum hujus formæ loquendi quisquam, quod sciam, attulit, aut me reperire memini. Ursini autem fidem in hoc genere subleste esse, quis nescit? Potest etiam* eliciat *referri ad Clodiam. Veretur ne eliciat ædibus vocem. Quod si* eliciat *ad* domum *referas & interpretere* emittat, *simile est illi:* erumpere stomachum, Att. XVI. 3. *pro* effundere. Stomachus *enim* erumpit *proprie, non* erumpimus stomachum. *Sic* vox elicitur ædibus *proprie, non* domus elicit vocem.

ELIDERE, *frangere, rumpere.* Tusc. III. 34. Stirpes ægritudinis trunco everso omnes *elidendæ* sunt. *ibid.* fibras stirpium *elidere. Sed ibi alia lectio est* eligendæ & eligere, *quam defendit Burmann. ad Virg. G. II.* 407. *ibid.* II. 11. Poëtæ nervos omnes virtutis *elidunt. ibid.* V. 6. qui rebus his fractus ægritudine *eliditur.*

ELIMARE, *elaborare diligenter.* Att. XVI. 7. velim σχόλιον aliquod *elimes* ad me, oportuisse te istuc facere.

ELIMATVS, *subtilis, acutus.* Acad. IV. 20. magnus sum opinator, & cogitationes meas dirigo ad rationes has latiore specie, non ad tenue *elimatas.* Rationes latiore

re ſpecie, *ſunt, ut poſt interpretatur*, viſa, quæ acriter mentem ſenſumque pellunt. Rationes *autem* ad tenue elimatæ *ſunt ſubtiles ratiunculæ Academicorum, quibus viſis non eſſe aſſentiendum, eaque fallere, docet.*

ELOGARE, *verpachten.* Verr. III. 22. rem ad ſe pertinere negabat: fundum eſſe *elocatum* dicebat.

ELOCATVS. Flacc. 28. quod illa gens victa, quod *elocata*, quod ſervata. *Si ſanus eſt locus, ſenſus eſt, vectigalem & tributariam eſſe factam, ſc. a Pompejo: atque hoc dicit* elocatam *eſſe gentem, quod vectigalia ſolebant publicanis locari. Ita intelligit Scaliger ad Euſeb. p.* 153. Servata, *quod Manutius non concoquebat, Grævius interpretatur, noſtra* (*non Dei ſui*) *bonitate & miſericordia ſervata, cum exſcindi facile a nobis potuiſſet. Quid? ſi ita interpretemur: in poteſtate noſtra ſervata eſt, nec ſe liberare potuit. Ita melior certe erit gradatio: niſi forte eos ſequi lubet, qui* ſerva facta *legendum cenſent, quod ſequitur Scaliger l. c.*

ELOGIVM, *titulus, inſcriptio.* Tuſc. I. 14. quid ipſa ſepulchrorum monumenta, quid *elogia* ſignificant? Fin. II. 35. *elogia* monumentorum. *v. Caſaub. ad Sueton. Jul.* 47. *Calig.* 24. *Salmaſ. mod. Uſur. p.* 670. 675. *ſ. hinc vero ducta ea ſignificatio, qua* elogium *pro* laude *ponitur. Nam tituli monumentorum continebant honorum rerumque geſtarum nomina.* Cato 17. &c. * *caput*, γῆρας. Cluent. 48. *elogium* de teſtamento recitaſti Cn. Egnatii, idcirco ſe exheredaſſe filium &c. *Sed quia in eo capite cauſa afferebatur, quare exheredaretur, uti in titulis & elogiis reorum & ad ſupplicium ducendorum cauſæ carceris & pœnæ; propterea elogium in re teſtamentaria pro cauſu dicitur exheredationis aut legati &c. Quintil. Decl. II.* 15. quod ideo putetis nullum adjectum ad exheredationem juvenis *elogium*, quia de ſcelere conſtet. *laudat ibi Burmannus Comment. ad Petron. c.* 53.

ELOQVI. Off. III. 15. ſi ad *eloquendum* venerit, non plus quam ſemel *eloquetur: de venditoribus rerum promercalium, cum pretium rei dicunt.*

ELVDERE, *vexare.* Verr. III. 40. *eludere* aratores. Milon. 12. *eludere* remp. in ſuis furoribus cogitatis.

ELVERE, *ſenſim tollere*, Læl. 21. *eluere* amicitias remiſſione uſus. Diſſuere *dixerat* Off. I. 33.

ELVGERE. ad Div. IX. 20. *eluxi* rempublicam: *luctum e rei publicæ malis conſumſi, depoſuique.*

EMANARE. Or. I. 42. formæ e generibus *emanant.*

EMANCIPARE *parentes dicuntur liberos, cum eos e patria poteſtate emittunt, ut, aut ſui juris ſint, aut ab alio adoptentur, in cujus patria poteſtate ſint.* Dom. 14. adoptatum *emancipari* ſtatim, ne ſit ejus filius, qui adoptarit. Fin. I. 7. filium in adoptionem D. Silano *emancipaverat.* * *hinc* emancipari alicui *eleganter dicitur, quod eſt alteri in poteſtatem traditum, addictum, noſtraque voluntate obnoxium.* Cato.

to. II. si senectus nemini *emancipata* est. Phil. II. 21. tum iste venditum atque *emancipatum* tribunatum consiliis vestris oppositit. *v. Gronov. ad Senec. ep.* 45.

EMBAENETICA. ad Divers. VIII. 1. ego qui scirem, Q. Pompejum Baulis *embæneticam* facere, & usque eo, ut ego misererer ejus esuriei &c. *De hoc verbo quæ disputentur vid. ap. Græv. ad h. l. neque enim ea huc transferre nostri est instituti. Addamus hoc unum, Vossium ad Catull. p.* 84. *legere:* ὀμπνητικὴν, *& hæc adjicere: Bauli olim erat taberna & diversorium totius Campaniæ affluentissimum. Ibi Pompejus corpus largis curabat dapibus, unde Cicero* (Cœlius *volebat dicere*) *dicit, se misereri ejus, utpote qui tantum esuriat. Turnebi lectionem:* empeneticam, *a* πεινᾶν, *post Lambinum probabat etiam Salmas. ad Solin. pag.* 707. *b. item Tunstallus Epist. ad Midleton. pag.* 101.

EMBLEMA, *sigillum est in argento cælato.* Verr. IV. 17. v. cælatus, crusta. *Salmas. ad Solin. p.* 736. *dicitur tamen etiam de operibus tessellatis, pavimentis, in quibus nulla sigilla* περιφανῆ *s. eminentia.* Or. III. 43. e Lucilio: endo pavimento & *emblemate vermiculato. Sic* Varr. R. R. III. 2. 4. *de villarum veterum frugalitate:* num hic citrum, num aurum vides? -- num quod *emblema* aut lithostrotum?

EMBOLIVM. Sext. 54. *de* Clodio: ille ipse maxime ludius, non solum spectator, sed actor & acroama, qui omnia fororis *embolia* novit. *Quia de scena sermo, manifestum est alludi ad* embolia *fabularum, quæ &* ἐπεισόδια *dicuntur, hoc est, digressiones a fabula, vel exodia. Ludit autem in ambiguitate verbi. Nam quia* ἐμβόλιον *est, quod extrinsecus inseritur & immittitur, traductum est hoc verbum ad pudenda masculina, ut ex Hesychio docuit Grævius ad h. l. Itaque omnia* embolia fororis *novit, est acute dictum, pro* amores fororis, *in quibus & ipse erat. Nam quod Grævius* naturam Clodiæ *intelligi putat; primo* ἐμβόλιον *est, quod immittitur, non quod recipit; deinde pluresne una naturas habuit, quas omnes noverit Clodius frater? de* emboliis *jam laudavit vir doctus ad h. l. Salmas. ad Histor. August. Locus est ad Vopisc. Aurelian.* 42. *T. II. p.* 530. *add. Ind. Græc. in* ἐμβόλιον.

EMENTIRI. Tusc. III. 24. quantum *sit ementita* opinio, apparet: h. e. *quid falsi in ea sit.* * *mentiri.* Partit. Or. 14.

EMERERI, *passive* ad Attic. VI. 2. annuæ operæ ad III. Kal. Sext. *emerentur:* h. e. *explentur.*

EMERGERE. Har. resp. 25. *se emergit* serpens. * *exserere se, erumpere.* Att. IX. 6. *emergit* rursum dolor. *ibid.* 10. *emergit amor.* * *liberari aliqua molestia.* Verr. I. 5. *emergere* judicio. Att. V. 8. *emergere* valetudine. *ib.* 10. *emergere* ex negotio. * Cœl. 12. emergere, *dicitur de iis, qui ad frugem redeunt.*

EMETIRI, *dare, præstare.* Brut. 4. ego tibi voluntatem profecto *emetiar*, sed rem nondum posse videor, idque, ut ignoscas, a te peto.

EMI-

EMINENS. Tusc. III. 2. *eminens* effigies virtutis: h. e. *expressa, non adumbrata, ut aliis locis dicit.* Nat. D. I. 27. species Deorum, quæ nihil concreti habeat -- nil expressi, nil *eminentis.*

EMINENTIA. Acad. IV. 6. multa vident pictores in umbris & in *eminentia*, quæ nos non videmus. Nat. D. I. 38. res nullam habens soliditatem nec *eminentiam.*

EMINERE. Or. 14. ornamenta *eminent, sc. cum in oculos cadunt & statim animadvertuntur.* Verr. V. 62. toto ex ore crudelitas *eminebat.* Tusc. I. 26. amplitudo animi maxime *eminet* contemnendis & despiciendis doloribus.

EMISSARIVS *est, cujus quis opera utitur in aliis accusandis, vexandis, explorandis rebus, item conficiendis, quas ipse non sustinet agere. Sic Turpio & Apronius dicuntur* Verris emissarii *in decumis, quod suo nomine decumas Verri redemerant,* Verr. III. 40. V. 41. *superioris significationis exempla sunt* ad Div. VII. 2. VIII. 8.

EMISSARIVM, *in re rustica est foramen in lacu, per quod aqua emittitur & educitur, sublato scil. ligno, quod ei oppositum est.* ad Div. XVI. 18. sestertia ducenta dabat, nullo horto, nullo *emissario*, nulla maceria, nulla casa. *v. Græv. ad h. l. Adjiciamus locum e Plin. H. N. XXXIII.* 4. emissaria *in piscina quina pedum quadratorum ternam fere linquuntur, & repleto stagno* excussis obturamentis *erumpit torrens &c.*

EMISSIO. Tusc. II. 24. tormenta eo graviores *emissiones* habent (*int. telorum*), quo sunt adducta atque contenta vehementius.

EMITTERE. Div. II. 19. nubium conflictu ardor expressus se *emisit.* * *tela* emitti *dicuntur tormentis. v.* emissio. *hinc* Or. II 53. *argumenta* emitti *dicuntur, cum proponuntur. ibid.* 54. facetum dictum *emissum* hæret. Cœl. 12. *emittere* aculeos in hominem. * dimittere, *absolvere reum nocentem, ducta metaphora a bestiis, quæ e caveis emittuntur.* Sext. 64. *emitti* ex judicio gratia. Haruspic. resp. 18. te judices *emiserunt. ubi Grævius præter rem legit* dimiserunt. *Sic* c. 21 *Clodius dicitur* emissus *ancillarum beneficio, sc. e domo Cæsaris, ne caperetur.*

ENATARE, *difficultatem superare.* Tusc. V. 31. reliqui se videntur habere angustius: *enatant* tamen.

ENDO, *antique pro* in. Leg. II. 8. *endo* cœlo. &c. *v. Salmas. mod. Usur. p.* 819.

ENERVATVS, *de philosophis, qui non omnia virtuti tribuunt, sed voluptati etiam aliquid &c.* Or. I. 52. quis hoc philosophus -- tam *enervatus*, tam omnia ad voluptatem corporis doloremque referens probare possit. Tusc. II. 6. *enervata* muliebrisque sententia.

ENIM, *in objectionibus.* Verr. I. 9. causam *enim*, inquit cognosci oportet. *Interdum adjicitur* at. Verr. I. 56. *At enim* si pupillo redimi non licebat.

ENITERE. Tusc. II. 4. fruges etiam etsi in segetem deteriorem sunt datæ, ipsæ tamen sua natura *enitent:* h. e. *surgunt, progerminant.* Inv. I. 3. *enituisse* studia: h. e. *nitorem accepisse.*

ENO-

ENODARE, *explicare*. Nat. D. II. 24. *enodare* nomina, sc. *etymologiis exquirendis*.

ENODATIO. Nat. D. III. 24. *enodatio* nominum. *v. enodare*. Top. 7. notio est cognitio *enodationis* indigens.

ENODATE, *accurate, subtiliter*. Fin. V. 9. hæc igitur nobis explicanda sunt: sed si *enodatius*, vos ignoscetis: hujus enim ætati - servire debemus.

ENTHYMEMA. Top. 13. *quid sit?* v. Ind. Gr.

ENVCLEARE, *subtiliter acuteque explicare, ut dialectici solent*. Part. 17. nec quicquam in amplificatione nimis *enucleandum* est. Tusc. V. 8. hæc *enucleare* non necesse est.

ENVCLEATE, *subtiliter, dialectice, tenuiter*. Tusc. IV. 4. *enucleate* disputant Stoici. Brut. 9. nihil subtiliter, nihil presse, nihil *enucleate* potest, quo fieri aliquid possit limatius in Demosthene. *ibid.* 30. Sed Q. Mucius *enucleate* quidem & polite, ut solebat, nequaquam autem ea vi atque copia, quam genus illud judicii & magnitudo causæ postulabat. Or. 9. putant enim qui horride inculteque dicat, modo id eleganter *enucleateque* faciat, eum solum Attice dicere. Fin. IV. 3. qui grandia ornate vellent, *enucleate* minora dicere. *ibid.* V. 29. pauca neque ea ipsa *enucleate* ab hoc, de virtute, dicta.

ENVCLEATVS, Or. 26. *enucleatum* genus. Planc. 4. eblandita illa, non *enucleata* esse suffragia. Enucleata suffragia *sunt, quæ damus re accurate ponderata, & de dignitate candidati judicio facto. Nam ante dixit: comitiis ædilitiis* studium *esse populi, non* judicium.

ENVDARE, *explicare*. Leg. I. 9. rerum obscuras & necessarias intelligentias (πολλὰς ἐνόδους) *enudavit*.

ENVMERARE, *numerare*. Brut. 32. *enumera* me in plerisque: *etiam de pecunia dicitur sic* Rosc. A. 46.

ENVNTIARE. *divulgare*. Or. I. 47. & illa dicendi mysteria *enunciet*. * *dialecticis enunciare idem est, quod recentioribus* prædicare. Acad. IV. 29. Nempe fundamentum dialecticæ est, quicquid *enunciatur*, aut verum esse aut falsum; *quamquam etiam de tota propositione intelligi potest*. Fat. 9. quod ita *enunciatur*: Descendit in Academiam Carneades.

EO *pro* ideo. Rosc. A. 31. *ubi v. Græv.* ad Div. XIII. 70. XVI. 1. *&c. add. Burm. ad Lucan. VII.* 406.

EPHEMERIS, *commentarius rerum, quas quotidie facimus, Journal: sive etiam Kalendarium, in quo sc. scribebant, quæ quotidie facerent, memoriæ causa*. Quint. 18. in memoriam rediit Quintius, quo die Roma in Galliam profectus sit. ad *ephemeridem* revertitur: invenitur dies profectionis prid. Kalend. Febr. *Ap. Plin. H. N. XXIX.* 1. est *ephemeris* mathematica, *in qua scilicet siderum motus in dies singulos consignatus est*.

EPICOPVS. Att. XIV. 16. phaselus *epicopus: h. e. qui remis agitur. Remis autem aguntur militares naves, velis onerariæ, unde* ἐπίκωπα πλοῖα *sunt militares.*

res. v. Scheffer. de R. N. II. 2. init. Bosius ad Att. V. 11. ubi in Græviana e Victoriana ἐπίκωπον, sed nullo sensu idoneo. v. Index Gr.

EPICVS. opt. gen. d. 1. *poëtæ genus, quod & heroicum dicitur, qualis Homerus & Virgilius. Nam hoc genus carminis ἔπος dicitur.*

EPIPHORA. ad Div. XVI. 23. Balbus scripsit, se tanta *epiphora* oppressum, ut loqui non posset. *Est autem* epiphora *morbus, cum destillatio sit humoris in oculos, lacrimarum specie.*

EPVLO. Har. Resp. 10. *epulones* Jovis Opt. Max. Or. III. 19. ut Pontifices vereres, propter sacrificiorum multitudinem *tres viros epulones* esse voluerunt, cum essent ipsi a Numa, ut etiam illud ludorum epulare sacrificium facerent, instituti: *ex quo loco, quod genus sacerdotum fuerint, intelligi potest.*

EQVIDEM. *cum secunda & tertia persona, item prima plurali.* Sext. 57. *equidem* audiebamus. Pison. 34. cum *equidem -- fuit. Sic est etiam ap. Sallust. Catil.* 52. 16. *Cum prima autem persona aureæ ætati usitatissimum, neque hæc exempla facile imitanda. Tota res eo redit, utrum* equidem *sit, ego* quidem, *an* quidem *simpliciter, ut sit ex* e *&* quidem, *ut placet Drakenb. ad Liv. V.* 54. *& Burm. ad Virg. Æn. II.* 77. *Sed adhuc sub judice lis est. v. Cort. ad Sallust. Catil.* 51. 15. *Ceterum in his ipsis locis, in quibus aliter est* equidem, *quam cum prima persona, cautio adhibenda est, ne decipi nos patiamur. Nam* primo vulgaris interpunctio interdum facit, ut id verbum referamus, quo non debebat, ut ad Div. XIII. 1. *equidem* si, quod ipse sentiam, quæris: nec cur ille tantopere contendat video. nec cur tu repugnes: *ubi ex hac interpunctione* equidem *refertur ad* quæris, *cum pertineat ad* video. *Deinde librarii & editores veterum librorum insciitia sæpissime in hoc verbo erravere. In Nizolio etiam Facciolatiano omnia exempla, in quibus* equidem *est cum tertia, aliter sunt in emendatis edd. Quid si de ceteris iisque paucis locis idem pronunciandum? ut aut pro* quidem *vitiose scriptum sit, aut pro &* quidem.

EQVES. Verr. III. 24. equites *illustres, sunt splendidi, e divitiis, antiquitate generis, gratia &c. opponuntur enim obscuris. Alii* equites illustres *sunt, qui sub Cæsaribus, v. c. Tacit. A. XI.* 4. *commemorantur: ubi v. Lipsium.*

EQVVS, *equites.* ad Div. X. 30. *equum* immisi. *ibid.* IX. 7. *equis* viris. cf. Off. III. 33. Phil. VIII. 7. *ubi v. Ferrar. Gronov. ad Liv. XXI.* 27. *& Burm. ad Virg. Æn. VIII.* 3. *hæc formula deinde hanc vim nacta est, ut, omni contentione rem agi, significaret.* Sen. p. R. 11. *equis insignibus* & curru aurato reportari: *h. e. triumphalibus.* *Læl. 17. quo utamur, quasi *equis tentatis*, sic amicitiis, aliqua parte periclitatis moribus amicorum. equum tentare *est periculum facere, an sessorem patiatur, & sit itineribus faciendis idoneus; ne, si viam ante ingrediamur, aliqua parte jam profligata, sero intelligamus, idoneum equum non*

esse. * Brut. 51. si auditor omnino tamquam *equus non facit*, agitandi finis faciendus est. equus non facit, *ut ex ipso loco intelligitur, qui loco moveri non potest, neque calcaribus subditis, neque flagellis adhibitis, adeoque itineri faciendo minus idoneus.*

ERECTVS, *de auditore attento.* Brut. 54. idem si præteriens adspexerit *erectos*, intuentes judices -- aut oratione quasi suspensos teneri. * *est etiam habitus hominis sibi confidentis.* Or. I. 40. *erectum* & celsum, alacri & promto ore ac vultu, huc atque illuc intuentem &c.

EREPTVS, *extortus, expressus.* Verr. I. 30. quod pronunciatum est, non per Neronem judicatum, sed per Dolabellam *ereptum* existimabatur. *Nam Dolabella precibus effecerat, ut Nero invitus condemnaret Philodamum.*

ERGASTVLVM *est carcer rusticus, in quo mancipia opus faciunt, pistrinum &c.* Cluent. 8. M. Aurius in Q. Sergii manus incidit & apud eum fuit in *ergastulo.* (*quem locum illustrabit Sueton. in Aug. 32. Tib. 8. cf. Salmas. ad Spartian. c. 18. T. I. p. 172.*) ad Div. XI. 10. & 13. *ergastula* solvere: *quod est dimittere servos ex ergastulis, aut potius abducere, & milites facere.*

ERGO, *eleganter post longiorem parenthesin.* ad Div. XV. 10. quum ita accidit -- quum *ergo* ita accidit.

ERIGERE. Leg. I. 9. hominem *erexit* Deus. * *recreare.* Brut. 3. *erexit* se populus Rom. Sext. 31. causa *erigere oculos* & vivere videtur. * *resistere.* ad Q. Fr. I. 1. 1. ne te obrui negotii magnitudine sinas, sed contra *erigas* atque resistas. * erigere se *dicuntur auditores, cum attentiores fiunt, admirantur aliquid in oratione.* Rosc. Am. 22. * Cœl. 12. nec quos *aculeos* habet severitas gravitasque vestra, cum eos accusator *erexerit in rem*, in vitia, in mores, in tempora, emittere in hominem & in reum.

ERIPERE, *de reo noxio, cum artibus ipsius aut amicorum, eloquentia patroni, potentia advocatorum, largitione efficitur, ut absolvatur.* Act. I. in Verr. 8. *eripi* accusatori reum. Verr. I. 4. cui reus tam nocens &c. impune *eripi* possit. *ibid.* II. 31. vi se *eripere* ex judicio. * *absumere.* ad Div. XVI. 21. multum mihi *eripitur* operæ in exscribendis hypomnematis. * Marcell. 10. arma ab aliis posita, *ab aliis erepta* sunt: *pro* aliis: *quod latine dictum non videbatur Grævio. At sic aliquoties Terentius. v. Duker ad Liv. XLI.* 14.

ERRARE. Orat. I. 48. oratio *errat: dicitur* de λογομαχίαι.

ERRATICVS, *eleganter de vitibus aliisque plantis, quæ vario flexu serpunt.* Cato. 15. vitis serpens multiplici lapsu & *erratico.*

ERROR, *de eo, qui, quid agat, nescit.* in Cæcil. 14. qui tibi æstus, qui *error*, quæ tenebræ erunt? * Att. XII. 43. ferendus tibi in hoc meus *error. antea vocaverat* ineptias.

ERVBESCO. Leg. I. 14. o! rem dignam, *in qua* non modo docti, sed etiam agrestes *erubescant.*

ERVDITVS, *etiam de philosophis dici, docebunt loci hi Mu-*

ren.

ren. 30. 31. 36. *ubi Zeno Stoicus & alii hujus generis philosophi sic appellantur.* Or. I. 15. *eruditus* in philosophia. * Brut. 2. vox *erudita: h. e. græcis & latinis literis & artibus formata.* Paradox. 5. oculos *eruditos* habemus: h. e. *qui judicare possunt, v. c. de picturis &c.*

ERVERE, *ut* elicere *dicitur*, Or. II. 88. memoriam *eruere* exercitatione, si est nulla naturalis. * *invenire latentem & fugientem.* ad Div. V. 10. illum *eruam: de servo Ciceronis fugitivo. eodem modo dicitur in constitutione Adriani ap. Reines. Inscr. p. 505. item pro* invenire *est in hoc:* Att. X. 14. difficultatem pecuniarum, qua *erui* nusquam posset. cf. XIII. 30. extr. * *eripere voluntatem.* Att. XII. 36. fanum fieri volo: neque hoc mihi suada *erui* potest: *ich lasse mir das nicht ausreden.*

ERVMPERE. ad Div. VIII. 14. si illi amores & invidiosa obtrectatio ad bellum *se erumpit. Sic & Liv. XXXVI. 7. plura exempla v. ap. Drakenb. ad Sil. VII.* 355. Catil. I. 3. *erumpunt* omnia: h. e. *patefiunt.* Att. XVI. 3. ne in me *erumpant* stomachum: i. e. *effundant iram. add. Liv. XXXVI.* 8. *& ibi Gronov.* Q. Fr. II. 2. sermones iniquorum in suum potissimum nomen *erumpere:* h. e. *invadere.* Mur. 38. omnia in hos dies *erumpunt:* i. e. *hoc potissimum tempore eveniunt mala.*

ESCENDERE, *adscendere, conscendere.* Tusc. V. 9. Off. III. 20. *& aliis locis, quibus Gruterus & alii e MSS. hanc vocem restituerunt, aliis auctoribus alii: ubique enim fere a librariis in* ascendere *aut* conscendere *mutatum est. v. Gronov. ad Liv. II.* 28. *IIX.* 17. *XI.* 29. *XLV.* 1. *&c.*

ESSEDARIVS. ad Div. VII. 6. tu qui aliis cavere didicisti, cave ne ab *essedariis* decipiare. *genus militum Britannicorum, qui ex essedis pugnabant. v. Cæs. B. G. I. V.* 24.

ESSEDVM, *genus belgici, britannici vehiculi* (v. essedarius) *quo deinde usi etiam sunt Romani.* Att. VI. 1. Vedius mihi venit obviam, cum duobus *essedis.* Phil. II. 24. vehebatur in *essedo* tribunus plebis. v. *Scheff. de Re Vehic. II.* 23.

ETHOLOGVS. Orat. II. 59. mimorum *ethologorum* est, si nimia est ista imitatio. *Nam mimi quam possit fieri accuratissime exprimere & imitari mores aliorum solent risus excitandi causa. Dicuntur* & aretalogi, biologi &c. *v. Salmas. ad Vopisc. Aurelian.* 42. *T. II. p.* 530. *ubi ad Suetonium se de his acturum promisit, quod nondum dixisset aliquis de iis quidquam.*

EVANESCERE, *de vino est vim suam perdere.* Div. II. 57. vinum *evanescit.* * Tusc. V. 30. sententia eorum *evanuit:* h. e. *nullum amplius sectatorem habet.*

EVELLERE. Dom. 13. radicitus *evellere* omnes actiones tuas: h. e. *irritas facere.*

EVENIRE. Att. VII. 2. bene *eveniat*, dicit Carneades; spurce. *Est enim formula qua præfabatur, tamquam boni ominis causa, coitum habiturus cum femina.*

EVERRICVLVM, *proprie est instrumentum everrendi, ut rete, quo pisces everruntur, v. c. ap.*

Varr. R. R. III. 17. 7. *deinde tropice, id, quo quid penitus tollitur.* Nat. D. III. 30. *everriculum* malitiarum omnium, judicium de dolo malo. Verr. IV. 24. quod unquam hujusmodi *everriculum* in provincia ulla fuit.

EVERSIO. Fin. V. 10. quæ vitæ sunt *eversio.*

EVERSVS. ad Div. V. 21. fortuna funditus *eversa.*

EVERTERE. Catil. I. 7. quæstiones *evertere: i. e. perfringere, vi se cripere quæstioni.*

EVICTVS. Verr. I. 6. qui tam nefariis criminibus, tam multis testibus *evictus*, ora judicum adspicere auderet. *Grævius sic interpretatur:* evictus *est, qui pudore aut ratione incitatur ad aliquid agendum, atque exemplis confirmat ita dici* evictus. *Sed hæc vis est ab hoc loco aliena. Num enim criminibus & testibus quis incitari potest, ut audeat adspicere judices? Absterreant hæc eum potius necesse est.* Evictus *est pro* convictus, plane victus. *Nam* evictus *hanc vim habet, atque adeo plus est quam* victus, *ut docuit Brouckhus. ad Propert. IV.* 7. 2.

EVIGILARE, *excogitare vigilando.* Att. IX. 12. consilia *evigilata* cogitationibus.

EVISCERATVS, *cujus viscera discerpuntur, eximuntur.* Tuscul. II. 9. *eviscératum* corpus. cf. I. 44.

EVITARE. Tuscul. I. 35. hæc omnia vidi inflammari, Priamo vi vitam *evitari: h. e. eripi. e Poëta vetere. v. Baher. ad h. l.*

EVOCARE, *dicitur ita, ut* elicere. Or. II. 8. memoriam *evocare.* Att. X. 8. ne meam ipse *αὐτοπάθειαν* jam *evocem.* * evocare *dicitur* aliquem *magistratus provincialis, senatus, cum eum jubet aliunde ad se venire.* Verr. I. 10. 33. Att. II. 24. V. 21. &c.

EVOCATVS, *commotus.* Dejot. 14. *evocata* oratione misericordia. Fin. II. 31. probitas mercedibus *evocata.* * *peregrinus jussus adesse.* Dejot. 5. venit *evocatus*, ut is, qui Senatui parere didicisset. * evocati *sunt milites, qui stipendia legitima fecere, sed precibus, promissis commoti castra alicujus sequuntur.* ad Div. III. 6. præfectus *evocatorum.*

EVOLARE. Or. I. 35. *evolavit* oratio: h. e. *celeriter præteriit, ut vix quæ dicta sint, percipi potuerint. ibid.* II. 78. totum repente *evolare: h. e. omnes suas vires celeriter ostendere.* Verr. I. 5. *evolare* ex severitate: h. e. *absolvi quamvis noxium. Sic* Prov. Consul. 6. pœnam *evolarunt.* * Att. IX. 10. profecto *evolare* cupio. ib. X. 10. curris hinc istis invitissimis, *evolare* cupio.

EVOLVERE, *explicare, exponere.* Or. III. 55. sol jam præcipitans me quoque hæc præcipitem pæne *evolvere* coëgit. *v. Heins. & Drak. ad Sil. VII.* 435. Off. III. 19. si quis voluerit animi sui complicatam notionem *evolvere: h. e. efficere, ut ea distincta & perspicua fiat.* cf. Att. IX. 12. Topic. 2. definitio, quæ quasi involutum *evolvit* id de quo quæritur. *reperire.* Cœl. 23. cujus criminis ego neque principium invenire, neque *evolvere* exitum possum.

EVOLVTVS. Or. II. 86. *evolutus*

lutus integumentis dissimulationis.

EVRIPVS. Leg. II. 1. ductus aquarum, quos isti *euripos* vocant. *de euripis lege Salmas. ad Solin. f.* 638. *s. ubi etiam de euripis maritimis & Circensibus agitur.*

EX, *post.* Mur. 1. 7. *ex* prætura triumphasset. * Cæc. 30. ex loco, *quomodo differat* a loco. * ad Div. X. 4. literæ, quas *ex* sermone Furnii te scripsisse animadverto: *auf veranlassung.* * ibid. VII. 28. *ex* meis literis te animum meum desiderare.

EXACTIO. ad Div. III. 8. in *exactionem* capitum atque ostiorum inducuntur sumtus minime necessarii.

EXACVERE, *impellere.* Att. XII. 36. cohortari & *exacuere.*

EXAEDIFICARE, *de oratoribus est, latius disserere.* Or. I. 35. *exædificare* opus.

EXAGGERARE, *augere.* Off. I. 26. rem familiarem non omni ratione *exaggerantes.* Cæcin. 7. cum sextulam suam nimis *exaggeraret:* h. e. *nimium pro sextula sua postularet, nimis magnam diceret.*

EXAGGERATIO. Tusc. II. 26. *exaggeratio* quædam altissima animi.

EXAGGERATVS, *altus, amplus.* Orat. 17. 57. *exaggerata* oratio.

EXAGITARE, *commovere, augere.* Att. III. 7. ne & meum mœrorem *exagitem*, & te in eundem luctum vocem.

EXAGITATVS, *agitatus.* Sull. 21. cum jam multos annos esset *exagitata* dissensio. * *adjutus.* Or. 3. *exagitatus* est orator Platonis & aliorum philosophorum disputationibus, & adjutus.

EXAMINARE. Or. II. 38. populari trutina *examinare.*

EXANCLARE, *idem quod exantlare.* Tusc. I. 49. cum *exanclavisset* omnes labores. cf. II. 8. Div. II. 10. Acad. IV. 34. *Davisius pro* exanclare *semper reponendum censet* exantlare, *ubi pro* exhaurire *aut* tolerare *dicatur. v. ad Tusc. I.* 49. *Eadem est Lambini sententia ad Acad. IV.* 38. *qui tamen probat* exanclare *pro* ministrare; *ubi & Davisius reliquit in contextu:* exanclatum, *cum in ceteris locis mutaverit. Quintil. Instit. I.* 6. *hoc verbum ponit in nimis antiquis, neque facile usurpandis. Est autem a vetere* ancla, *quod fuit vas, quo aqua hauriebatur; ut adeo idem sit* exantlare & exanclare. *v. Salmas. ad Vopisc. Bonos. c. ult. T. II. p.* 774. *Burm. ad Quintil. l. c.*

EXANGVIS. Orat. I. 13. de quibus ille tenui quodam & *exangui* sermone disputat, hic cum omni gravitate & jucunditate explicet.

EXARARE, *proprie est, arando eruere.* Div. II. 23. *exaratum* esse, Deum dicam an hominem? Leg. II. 23. sepulchra *exarata* sunt. *unde deinde* exarari *dicitur, quod agro colendo quæstûs in frugibus capimus.* Verr. V. 38. tantum labore suo frumenti *exarabant.* * *de scribentibus cum dicitur, extemporalem scriptionem & subitam significat.* Att. XIV. 22. statim hoc nescio quid *exaravi. ibid.* XVI. 6. statim novum procœmium *exaravi* &c. cf. ad Div. XII. 20. IX. 26. &c.

EXARDESCO, *absumor, pereo.*

eo. Har. Resp. 21. excepi *flammam* (*sc. quæ injiciebatur patriæ*) & solus *exarsi* pro patria. * Tusc. V. 29. ingenium ejus *exarsit* contra Stoicam disciplinam. Rabir. Post. 6. ad periculum innocentium tempus *exarserat*. Læl. 21. intolerabilis injuria *exarsit*, *sc. in nos*. Phil. IV. longo tempore ad spem libertatis *exarsimus*.

EXARESCO. Tusc. III. 31. opinio vetustate *exaruit*: i. e. *evanuit*.

EXCELLENTIA, *der vorzug*. Off. I. 28. magna cum *excellentia animantium* reliquarum. * *virtus quælibet vel ingenii vel animi insignis*. Tusc. IV. 1. incredibilis cursus ad omnem *excellentiam* factus est.

EXCERPERE, *eximere*. Or. II. 11. *excerpere de* numero &c.

EXCETRA, *hydra*. Tusc. II. 8. hæc dextra Lernam, mactata *excetra*, placavit. *Habet etiam Livius XXXIX.* 11.

EXCIDERE. Or. I. 21. *excidit* libellus. *ibid.* 2. quæ inchoata ac rudia *exciderunt*. ad Att. III. 12. oratio *excidit*: h. e. *præter voluntatem nostram in vulgus exiit*.

EXCIPERE, *pro* accipere. Att. I. 14. laudem *excipere*. v. *Burm. ad Quintil. Decl.* 330. *non dissimile est illud* ad Div. I. 9. illustri gratia aliquid *excipere*. Or. II. 8. *excipere* voluntates hominum, *est, adducere quorsum velis: sumtum e re venatoria*.

EXCITARE, *testem in judicium ad dicendum testimonium vocare*. Rabir. Post. 12. in judicio Gabinii tertio quoque verbo *excitabantur*. negabant Gabinio pecuniam datam. *hinc etiam de aliis, quos testimonii aut exempli causa adducimus*. Tusc. V. 23. *excitabo* homunculum a pulvere & radio. * *dicitur etiam de ædificiis*. Sext. 2. quibus initiis & fundamentis - hæ laudes *excitatæ* sint. * Or. II. 21. facilius in vitibus revocantur ea, quæ se nimium profuderunt, quam si nihil valet materies, nova sarmenta cultura *excitantur*.

EXCITATVS. Or. II. 41. his locis in mente & cogitatione defixis, & in omni re ad dicendum posita *excitatis*: h. e. *in memoriam revocatis & ad usum*. * Rabir. Post. 15. magnis præmiis *excitata*. * ad Div. II. 16. fortuna *excitata*, *opponitur* jacenti.

EXCLVDERE, *rejicere*. Har. R. 21. quod frater Metellus Pompejo sententiam dicenti *excluserat*, acerrimeque una voce ac mente restiterat: id - - ita perturbatum, itaque permutatum est, ut, quod frater consul, ne fieret, obstiterat: quod affinis & sodalis - - *excluserat*: id is consul efficeret &c. * Att. XII. 40. de hortis hoc videtur effici posse - - ut præconi subjiciantur: id nisi fit, *excludemur*. sin ad tabulam venimus, vincemus facultates Othonis nostra cupiditate.

EXCVDERE, *elaborare*. Att. XV. 27. tibi de gloria *excudam* aliquid ἠροκλείδιον.

EXCVRRERE. Or. 51. orationem non claudicare, nec insistere, sed cum sententia pariter *excurrere*: *dicitur de oratione vincta & numerosa, cum, verbi causa, enunciationes plures ita sibi implicantur, & inter subjectum & prædicatum primarium mediæ inter-*

interjiciuntur, ut in subjecto incipiat in prædicato desinat periodus. * *de profectibus.* Brut. 78. studio autem neminem nec industria majore cognovi - - itaque tantos processus faciebat, ut evolare non *excurrere* videretur.

EXCVRSIO, *de oratore, cum paullulum de loco, in quo constitit, procedit.* Or. 18. *excursio* moderata, eaque rara.

EXCVTERE, *videre, si quis quid absconditum secum habeat, quod fere sit excutienda toga: scrutari.* ad Div. X. 31. tabellarii ubique *excutiuntur.* Rosc. Am. 34. *excutio* te, si quid ferri habuisti. cf. Agr. II. 11. 23. *hinc ducitur illud:* Off. III. 20. explica & *excute* intelligentiam tuam, ut videas, quæ sit in ea species & forma & notio viri boni. ad Q. Fr. I. 1. 2. neque sane placet, scrutari te omnes sordes, *excutere* unumquemque. * *eripere, auferre.* Tuscul. I. 4. *excutere* opinionem radicitus. Har. R. 18. *excussus* & exhaustus, *sc. pecunia.* Sull. 16. noli aculeos orationis meæ, qui reconditi sunt, *excussos* arbitrari.

EXEDRA, *locus in porticibus, villarum inprimis, pluribus instructus sedibus, ut ibi considerі, disputandi causa, possit.* Or. III. 5. Fin. V. 2. *v. Gothofred. ad Cod. Theod. l. ult. de operibus publ. ubi multa de exedris, sed falsa multa veris mixta: quæ h. l. excutere non possumus.*

EXEDRIVM. *idem.* ad Div. VII. 23.

EXEMPLVM. Verr. II. 42. facere *exemplo:* h. e. *non primum, sed post alios.* * *exemplar,* ἀρχέτυπον. Offic. III. 17. ducta sunt ex optimis naturæ & veritatis *exemplis. Manut. Lamb. Pearcius prætulerunt* principiis: *quod* exempla naturæ *nec intelligi, nec dici possent. Intelligi possunt: suntque exemplaria vera ab ipsa natura suppeditata. Dici etiam h. l. debuerunt: quia referuntur ad* imagines & effigies, *quæ non a* principiis, *sed ab* exemplis *ducuntur.* Inv. II. 2. ut in mutum simulacrum veritas ab animali *exemplo* transferatur. * *Hinc* exemplum *dicitur alicujus rei* πρωτότυπον, *formula, qua res primum concepta est: das Original, concept.* Att. IX. 6. Capua literæ sunt allatæ, hoc *exemplo: in diesen terminis.* XIII. 30. epistola altera *eodem exemplo; eadem formula, iisdem verbis: in einerley terminis. Hanc significationem pluribus illustrat Menkenius Obs. Lat. L.* * *Post dicitur de* ἀντιγράφῳ. *eine Copie.* ad Div. VI. 8. earum literarum *exemplum* infra scriptum est. *In quo loco* ἀρχέτυπον *esse non potest.* v. *plura in Gesneri V. Cel. Thesauro L. I. Ceterum fatendum est, etsi in hoc & similibus locis* exemplum *bene vertitur eine Copie, tamen proprie esse formulam.*

EXEMTVS. v. eximere.

EXERCITATVS. Or. III. 21. *exercitata* oratio.

EXERCITVS. adject. *vexatus.* Att. I. 11. scito nihil tam *exercitum* fuisse Romæ, quam candidatos, omnibus iniquitatibus. Tusc. II. 16. miles vetus *exercitus. v. Gronov. Observ. IV. 1. Burm. ad Suet. Tib. 6.*

EXHAVRIRE, *auferre, eximere.* ad Div. IV. 16. *exhauriri* tibi iste dolor potest. Attic. II. 21. amor

amor *exhauriri* nulla potest injuria Sext. 21. eadem sibi manu vitam *exhausisse. ibid.* 37. una plaga si accessisset, reliquum spiritum *exhausisset.* ad Div. IX. 14. quam aliquam partem *exhauserim* de tuis laudibus. * Q. Fr. I. 2. *exhaustus est* sermo hominum: *i. e. desiit, conquievit.* * *perficere.* Att. V. 1. 13. *exhaurire* mandata. * Agr. II. 26. urbanam plebem nimium in rep. posse: *exhauriendam* esse, *sc. tamquam sentinam aliquam.*

EXHIBERE, *est producere aut testem in judicium, ad populumve, aut servum in quæstionem &c. verbo, præstare præsentem aliquem, cum opus est.* Flacc. 15. fratres *exhibe*, non denunciavi. Verr. V. 7. servum statim *exhibere* jubet. Att. V. 18. sed jam *exhibeo* pupillum, non defendo. Sunt enim lenta & inania negotia. *intell. creditoribus, ut ipsi exigant ab eo pecuniam.* Phil. VI. 3. horam *exhibere* nullam in tali cive liberando sine scelere non possumus: h. e. *omne tempus in tali cive liberando consumere debemus.* omnes (suas horas in re aliqua exhibere, *quin latine dici possit, non dubitandum puto.* Eximere horam *quod Ferrario, Grævio ad h. l. Budæo ad Pand. p. m. 83. & Menkenio Obs. L. L. placebat, eleganter dici scio, & sæpe est apud Ciceronem, ut mirandum esset, si librarii hic mutassent, aliis locis reliquissent. Mihi autem h. l. non placet ita legi, primo quia vulgatum idoneum sensum habet, ut dixi; deinde quia* nullam non possumus, *non est aptum* τῷ eximere diem, *legendumque esset* ullam non possumus, *quod Oliveto placet, vel* non *delendum ut placet P. Manutio. add. in* eximo.

EXIGO, *in re pecuniaria est creditorum, & quibuscunque pecunia debetur.* Flacc. 34. *exigendi* causa legationem liberam sumere. Fin. II. 22. ex rebus voluptatem, quasi mercedem *exigit.* * exigere *dicuntur etiam, qui curatores alicujus rei sunt, cum aut jubent fieri aliquid, aut, factum a redemtoribus iisve, qui debebant, perspiciunt probandi causa aut reprehendendi.* Verr. I. 59. *exegisti* viam thensarum & pompæ. ibid. 40. 50. *exigere* sarta tecta. *inde hoc ducitur:* Verr. III. 46. *exigere* diligentiæ pensum. * *agere.* ad Div. X. 24. de his rebus, ut *exigeret* cum eo, Furnio mandavi.

EXIGVE. Att. XI. 16. epistola *exigue* scripta: h. e. *quæ parum spei affert.* Læl. 16. nimis *exigue* ac tenuiter ad calculos revocare amicitiam; ut par sit ratio acceptorum & expensorum.

EXILIS, *jejunus, nimis tenuis, de oratione.* Or. I. 18. spinosa & *exilis* oratio. *ibid.* II. 38. genus sermonis affert non liquidum - - sed *exile* &c. ibid. 77. nullum exordium mihi occurrit, nisi aut *exile*, aut nugatorium, aut vulgare, aut commune. * *de animalibus est macer, tenuis.* Div. II. 13. aliæ pecudis jecur nitidum & plenum, aliæ horridum & *exile.*

EXILITAS, *nimia tenuitas in dicendo, opponitur ubertati in dicendo & copiæ.* Or. I. 11.

EXILITER, *ita dicitur de oratione, ut exilis.* Or. I. 11. *exiliter* disputare. Brut. 84. *exiliter* dicere est Atticorum. * *de pronunciatione.* Or. III. 11. examinata *exiliter*

ex-

exeunt verba: h. e. *sine vi, ut vix intelligi possint.*

EXIMERE. *diem eximere, est impedire, ut quis quid eo die agere possit: quasi tollere diem & eripere alicui.* Qu. Fr. II. 1. diem dicendo *eximere: id fiebat in senatu, cum in sententia dicenda data opera multum temporis consumebant, & aliena quoque dicebant, ut sol occideret ante, quam SCtum fieri posset: quod SCtum fieri non poterat post solis occasum. ib.* II. 6. si *sibi* cum populo agendi *dies essent exemti. ibid. dies* comitiales *eximere, pro* eximere *est* Leg. III. 19. diem tollere. * Verr. IV. 19. *eximere* de reis.

EXISTIMARE, *judicare, & quidem in deteriorem partem: reprehendere:* Agr. II. 12. tantummodo, si quis ea potestate temere est usus, *existimamus.*

EXISTIMATIO, *judicium.* Rosc. Am. 19. extr. ita tamen te quæstus cupidum esse oportebat, ut horum *existimationem* (*int. judicum*) & legem Remmiam putares aliquid valere oportere. *v. Gron. ad Liv. IV.* 41. *XXXIV.* 2.

EXISTIMATOR, *judex.* Brut. 93. tantum detraxit, quantum non quivis unus e populo, sed *existimator* doctus & intelligens posset cognoscere. Orat. 31. *existimator* alicujus artificii, non magister &c.

EXITVS, *in fabulis est ultima pars, in qua omnes nodi, quos vocant artis magistri, solvuntur, & res ad finem aliquem insperatum & inexpectatum perducitur: quam Catastrophen vocant. v. Scalig. R. Poët. I. 9. id fieri cum non potest,* fabula exitum non habere *dicitur.* Nat. D. I. 20. ut tragici poëtæ, cum explicare argumenti *exitum* non potestis, confugitis ad Deum. Cœl. 27. est ergo mimi *exitus*, non fabulæ. *v. Clausula.* * *hinc formulæ plures de malo aut difficultate insuperabili & inexplicabili & contra.* Dom. 47. nullum fortunis communibus *exitum* reperietis. Verr. III. 82. *exitum* & rationem defensionis invenire. Div. II. 24. responsa nullum *exitum* habuere; i. e. *nil accidit ex responso.* Or. 33. nec recte disseri, nec unquam ad *exitum* perveniri potest, *sc. disputationis.* Nat. D. I. 37. male instituta ratio *exitum reperire* non potest. Att. XI. 15. *habet* aliorum omnium ratio *exitum.* ibid. IX. 5. quid illa, DIC MI TVLLI, quem *habebunt exitum. ib.* X. 14. cf. XIV. 1. *exitum* consilii invenire. *&c.* Inv. II. 40. in lege est, si meretrix gestet auream coronam, publica esto. Si publica refertur ad coronam, *lex exitum habet,* sin ad meretricem, nullum habet. * Verr. V. 6. perditæ civitates hos solent *exitus* habere: *h. e. his rebus perire solent, hæc in civitatibus perditis solent fieri, quo funditus pereant.* * *occasio de via decedendi, elabendi &c.* Or. II. 77. *exitus* dare ad degressionem. Fin. V. 22. Cum autem etiam *exitus datur* conturbato errantique regi: ambo ergo una vivere precamur. * ad Q. Fr. III. 5. promissorum *exitus.*

EXORIOR. *respiro, emergo:* Att. VII. 26. nunc paullum *exorior*, & maxime his literis, quæ Roma afferuntur.

EXORNO. Tusc. II. 14. quid *exornamus* philosophiam: i. e. *colimus, ei operam damus.* * *sub-*

orno. ad Herenn. IV. 15. utrumne aliquem *exornari* oportuit, qui ista prohiberet.

EXOSTRA. Prov. Consul. 6. a suis Græcis subtilius eruditus, quibuscum jam in *exostra* helluatur, antea post siparium solebat. *Est autem* exostra, *machina in scena, qua circumacta, quæ post siparium geruntur, a spectatoribus cerni possint. Gruterus laudat Turneb. Adv. XX.* 5. *cf. Scalig. R. Poët. I.* 12. *p.* 88. &c.

EXPECTORARE. Tusc. IV. 8. *e vetere poëta:* pavor omnem sapientiam mihi *expectorat: e pectore expellit.*

EXPEDIRE, *in re pecuniaria est, solvere debitum.* Att. XVI. 6. nomina sua *expedire. ibid.* XII. 29. si *expediatur* illud Faberianum *sc. nomen, si Faberius pecuniam solvat.* * *periculo liberare, in tuto collocare.* Mil. 4. omnis honesta ratio esset salutis *expediendæ:* h. e. *defendendæ & in tuto collocandæ.* Pison. 30. exercitum eadem, quæ impedierat, fortuna *expedivit. Sic Virgil. Æn. II.* 633. flammam inter & hostes *expedior.*

EXPEDITVS, *in re pecuniaria est, certus.* Att. XIII. 29. *expeditum* nomen. ad Div. I. 3. in provincia tua multa habet & *expedita* negotia. * Att. XI. 1. fidem *expeditam* relinquere: *quod sit solvendis debitis aut promissis ad diem.* * *paratus.* ad Div. XI. 24. pecunia *expeditissima* quæ erat, tibi decreta est. * ibid. X. 25. video autem, Planco consule, etsi etiam sine eo *rationes expeditas* haberes, tamen splendidiorem petitionem tuam.

EXPENSVS. Rosc. C. 1. *expensam* alicui pecuniam ferre. h. e. *scribere in tabulis expensorum, pecuniam alicui datam.* ad Div. VIII. 4. Pompejo *expensam* tulit legionem Cæsar: *h. e. dedit. Scil. etiam hujusmodi res datæ & acceptæ in tabulis acceptorum & expensorum scribebantur. cf. Verr. I.* 57.

EXPERIRI, *sæpe dicitur in controversiis juris forensibus.* Rosc. Com. 9. *experiri* judicio. Quint. 11. *experiri* summo jure. *ibid.* 16. *experiundi* potestas non est. Cæc. 12. *experiundi* juris gratia. *cf.* c. 7. Cœl. 8. *experiri* de injuriis.

EXPIARE. Pis. 35. tua scelera dii *in* nostros milites *expiarunt.* * Prov. Cons. 1. *expiare* suas cupiditates, *pro satisfacere cupiditatibus suis. Grævius legit* explere: *quod quin recte dicatur non dubito: sed illud quoque eleganter. Nostri: Seine Lust büssen, eodem sensu.* Phil. XIV. 4. *pariter in libris permutantur* explere & expiare: *add. nos ad Tacit. H. II.* 62. * expiare *dicitur de portentis, cum sacrificiis aut alia ratione eventum avertere studemus.* Div. II. 63. quæ dii significent, quemadmodum ea procurentur atque *expientur.* * *de hominibus.* Pis. 7. manes mortuorum *expiare.*

EXPINGERE. *pictura exprimere.* Tusc. V. 39. qui motus hominum, qui ferarum non ita ab Homero *expictus est* &c.

EXPLANATIO, *interpretatio.* Har. R. 9. explanationes portentorum. *ibid.* 6. religionis *explanatio, pro* expiatio, *quod Grævius probat, pro* explanatio: *sed id*

id jam in mentem venerat Sigon. ad Liv. XXV. 12. *hunc certe sensum ibi* explanatio *habet, si est a Cicerone: quod huic verbo vix convenit.*

EXPLANATVS. Acad. I. 5. *explanata* vocum expressio. *de pronunciatione verbi dicitur, cum ejusmodi est, ut omnes syllabæ & literæ facile intelligantur. Sic Plin. Pan.* 74. *de jurante:* expressit *explanavitque* verba.

EXPLERE, *satiare.* Sull. 32. *expletum* esse miseriis alicujus. * Or. 13. 50. sententias *explere, est, justæ mensuræ periodo complecti.*

EXPLETVS, *perfectus.* Fin. II. 15. *expleta* forma honestatis. *ibid.* III. 9. *expletum* omnibus suis partibus.

EXPLICARE, *conficere.* Att. XIV. 23. *explicare* mandata. *ibid.* VIII. 3. *explicare* rem. *ibid.* XII. 29. de hortis quæso *explica.* cf. V. 12. * *quid faciendum statuendumve sit docere, aut invenire.* Att. VIII. 11. cogitando nihil *explicatur. ibid.* XIII. 18. plane hoc mihi *explices* velim: h. e. *mihi sententiam dicas.* ibid. XVI. 8. hoc *explica:* i. e. *quid faciendum sit, doce.* ad Div. VII. 3. quo tempore me vidisti ita conturbatum, ut non *explicarem*, quid esset optimum factu. * ad Div. IX. 25. totam Κύρου παιδείαν, quam contrieram legendo, in hoc imperio *explicavi:* h. e. *in usum converti, adhibui.* * *exitum reperire.* ad Div. XIV. 12. metuo, ne id consilii ceperimus, quod *explicare* non facile possimus. * *in re pecuniaria dicitur ut* expedire, *de quo ante.* Att. XIII. 29. Faberius nobis nomen illud *explicat:* i. e. *solvit debitum.* cf. ibid. V. 1. 4. 5. * *dissolvere.* Div. II. 17. quas captiones nunquam *explicetis.* * *exsolvere.* Verr. V. 58. *explicare* se ex laqueis vi & ratione. * *interpretari ex alia lingua in aliam.* Orat. I. 34. ut summorum oratorum græcas orationes *explicarem.* * *proferre.* Agr. II. 5. *explicare* longam orationem. * *eruere, investigare.* Verr. IV. 61. ubi cum equitibus Rom. illos Verrutios, de quibus ante dixi, *explicabam.*

EXPLICATIO, *perspicuitas.* Brut. 38. mira in disserendo *explicatio.* * Phil. VII. 1. quarum rerum etsi facilis *explicatio:* h. e. *de quibus etsi facile sententia dicitur, quid faciendum sit.*

EXPLICATVS, *certus.* ad Div. VI. 1. habet *explicatam* rationem salutis suæ. Att. XV. 20. solutio *explicata.*

EXPONERE, *edere.* Cat. III. 5. *exponere* indicium. * *promittere.* Att. V. 4. de Oppio bene curasti, quod ei DCCC *exposuisti.* conf. epist. 1.

EXPOSITVS, *propositus.* Phil. VIII. 10. mors *expositа. Grævius legit* proposita, *quod est usitatius. Sed tamen sic est etiam* Or. I. 4. præmia *exposita.* Phil. II. 44. factum *expositum* ad invitandum. Quint. 23. præmio sceleris *exposito* &c.

EXPOSTVLARE, *postulare.* Rosc. Com. 17. vix a Ballione hoc *expostulare* auderes & impetrare posses.

EXPRESSVS, *certus, manifestus.* Rosc. Am. 22. *expressa* sceleris vestigia. Planc. 12. *expressa* indicia, *opponuntur adumbratis & obscuris.* * *in re statuaria* ex-

pressa

preſſa ſigna *opponuntur* adumbratis, *& ſunt ea, quæ plane elaborata ſunt, ut, quem referant, ſtatim cerni poſſit; unde deinde ad alia transferuntur.* Cœl. 5. non *expreſſa* ſigna ſed adumbrata virtutum. *expreſſa ſigna virtutum, ſunt veræ virtutes.* Tuſc. III. 2. *expreſſa* res, non adumbrata. * Nat. Deor. I. 27. ſpecies Deorum, quæ nihil concreti habeat, nihil ſolidi, nihil *expreſſi*, nihil eminentis. Expreſſum *nihil aliud eſt, niſi eminens, ſc. ſupra cæteram corporis ſuperficiem.* * Off. I. 37. *expreſſæ* literæ, *ſunt, quæ putide pronunciantur.*

EXPRIMERE, *exigere, in re pecuniaria & aliis rebus, accipere.* ad Att. XII. 25. HS. DC *exprimes* ab Hermogene. *ibid.* X. 15. non mediocriter laborat de uſuris, ſed adhuc nihil *expreſſit.* Planc. 6. cur tu in judicio *exprimis*, quod non ſit in campo: *ubi tamen Grævius malebat:* exigis. Milon. 4. lex, quam ex ipſa natura arripuimus, hauſimus, *expreſſimus.* * *in dicendo etiam dicitur* exprimere, *& variis quidem modis.* Arch. 9. *expreſſum* ab eo eſt bellum &c. Rabir. Perd. 3. an de tabulario incenſo longa eſt *exprimenda* oratio? Acad. IV. 24. nemo ſuperiorum non modo *expreſſerat*, ſed ne dixerat quidem. * *ſequi.* Rab. Poſt. 2. conſuetudinem alicujus *exprimere.* Fin. V. 29. *de Platone:* ut cum Socratem *expreſſiſſet*, adjungeret Pythagoreorum diſciplinam.

EXSEQVI, *proſequi.* Tuſc. I. 48. laude aliquem & lætitia *exſequi.* * *perſequi, continuare.* Rab. Poſt. 2. id *exſequi* usque ad extremum. * Att. IX. 2. cur non omnes fatum illius una *exſecuti ſumus.*

EXSILIRE, *abire.* Flacc. 23. *exſiluerunt* principes, neque in illa concione adfuerunt.

EXSISTERE, *emergere, ſubito in conſpectum venire &c.* Tuſc. III. 34. fibræ ſtirpium elidendæ, ne ulla unquam poſſit *exſiſtere.* Verr. IV. 48. qua ſpelunca Ditem ferunt *exſtitiſſe.* Quint. 26. ſi omnes Craſſi *exſiſtant*, *ſc. ab inferis.* Div. I. 28. tum te repente lætum *exſtitiſſe, int. ex aqua. ib.* 46. cum nulla vox *exſtitiſſet. vid. Burm. ad Ovid. Met. II.* 264. *& quos laudat Drakenb. ad Liv. XXV.* 21. * *eminere, cerni.* Off. I. 38. ne ira *exſiſtat.* Verr. I. 15. hoc occultum malum non modo non *exſiſtit.* &c. cf. Or. I. 12.

EXSORBERE. Muren. 9. *exſorbere* difficultates.

EXSPOLIARE, *ita ſpoliare, ut nihil ſuperſit.* Dejot. 9. qui ſeſe *exſpoliare* maluerit, quam tibi non pecuniam ſubminiſtrare. *v. Græv. ad Att. X.* 4.

EXSTRVERE, *de epulis magnificis & copioſis.* Tuſc. V. 21. menſæ *exſtruebantur* epulis. * Fin. V. 24. *exſtrue* animo altitudinem excellentiamque virtutum.

EXSVLTARE, *de vehemente commotione animi* Tuſc. IV. 6. animus *exſultat* inaniter & effuſe. Sext. 44. furor *exſultans.* * *equi etiam ferociores dicuntur* exſultare: *unde ad alia, tanquam ad orationem transfertur.* Orat. III. 9. *exſultare* verborum audacia. Or. 8. *exſultare* audacius. Fin. I. 16. laus, in qua maxime ceterorum *exſultat* oratio.

EXSVPERANTIA, *excellens ma-*

magnitudo, ὑπερβολή. Tusc. V. 36. omnem *exsuperantiam* virtutes oderunt.

EXSVRGERE, *recreari*, *ad meliorem fortunam redire*. ad Div. XII. 10. *exsurget* respublica.

EXTA. Div. II. 12. *extorum* pars inimici, pars familiaris. *ibid.* 15. *extorum* minæ. *vid. etiam in* argutus.

EXTABESCERE, *abolire*, *interire*. Nat. D. II. 2. opiniones fictas & vanas diuturnitate *extabuisse*.

EXTENDERE, *augere*. Dom. 58. *copiam extendere*. *cf. Gronov. Obs. III. 1. p. 435. Burm. ad Quintil. Decl. 11. p. 205.*

EXTENVARE, *diminuere*, *depellere*. Tusc. IV. 17. error *extenuatur* die. * *comminuere*. Nat. D. II. 54. cibus *extenuatur* dentibus.

EXTERERE. Nat. D. II. 54. alvum calorem multum habere *exterendo* cibo: h. e. *digerendo*, *concoquendo*.

EXTERNVS. Acad. IV. 2. *externa* Luculli, *sunt virtutes*, *quæ in omnium oculis versantur*, *ut fortitudo*, *liberalitas &c. opponuntur* interiora, *h. e. quæ amicis & familiaribus tantum nota sunt*.

EXTERSVS, *exinanitus*. Verr. II. 21. fanum, quod non everſum atque *extersum* relinqueret.

EXTINGVERE. Mil. 2. *extinguere* ſalutem alicujus. ibid. 27. memoriam tabulis impreſſam *extinguere*.

EXTISPEX, *aruſpex*. Div. I. 16.

EXTOLLERE. ad Div. VI. 12. ad æquitatem animi ſe *extollere*. Dom. 45. perculſum manibus ſuis *extollere*.

EXTRA. Inv. I. 33. Att. VI. 1. *extra quam ſi. formula exceptionis*.

EXTRAHERE, *eruere*, *eradicare*. Tusc. IV. 38. *extrahere* errorem, quaſi radicem malorum, ſtirpitus. cf. Fin. II. 9. * *producere*. ad Div. I. 4. *extracta* res eſt calumniis.

EXTRANEVS. Inv. I. 22. ornamenta *extranea*: h. e. *non ex ipſa re ducta*, *ſed aliunde adſcita & aſſumta*.

EXTRAORDINARIVS. Roſc. Com. 1. Verr. II. 70. *extraordinariæ* pecuniæ, *ſunt*, *quas*, *quia injuſtis & turpibus modis conciliatæ ſunt*, *non audebant in tabulas acceptorum referre*, *ne ex iis convinci poſſent*. * ad Div. VIII. 8. reus *extraordinarius*, *eſt*, *de quo quæſtio extraordinem habenda eſt*, *h. e. relictis ceterorum criminum quæſtionibus. nam quæſtiones eo fere ordine habebantur*, *quo erant crimina delata*, *niſi lege cautum eſſet*, *ut ejus criminis*, *quod delatum eſſet*, *ceteris omnibus præverteretur*. * Verr. V. 14. *extraordinariæ* cupiditates, *opponuntur* naturæ ac neceſſitati. * Att. V. 9. munus *extraordinarium*. ib. V. 4. *extraordinarii* honores *ſunt*, *qui non perpetui ſunt in republica*, *ſed aut urgente aliqua neceſſitate*, *aut alia de cauſa gravi*, *per SCta aut leges conferuntur*, *aut qui alicui per legem aliquam tribuuntur*, *cum ex lege annali aut aliis legibus*, *ex quibus ordinarii honores mandantur*, *fieri non poſſit*.

EXTRARIVS, *extraneus*. Herenn. II. 13.

EXTREMVS, *periculoſus*. Rab. Perd. 2. *extrema* tempora. * *primus*. Manil. 10. *extrema* pueritia.

* Att. XV. 20. homines, *extrema* quædam de republica loqui: h. e. *ei summam perniciem imminere.*

EXTRICO. ad Div. V. 10. de Dionysio tuo adhuc nihil *extrico:* i. e. *reperio.* Att. XV. 20. solutio *extricata:* h. e. *expedita.*

EXVLCERATVS, *iratus.* Dejot. 3. *exulceratus* animus.

EXVERE. Verr. V. 58. *exuere* se ex laqueis.

EXVRERE. Nat. D. III. 3. mihi ex animo *exuri* non potest, esse Deos.

EXVVIAE. Manil. 18. *exuviæ* nauticæ, *sunt rostra navibus derepta & tamquam victoriæ signa alicubi suspensa.*

F.

FACETVS, *venustus, de pulchritudine generis dicendi tenuis, sed per totam orationem fusa.* Or. 6. alii in eadem jejunitate (*v. jejunitas*) concinniores, hoc est, *faceti*, florentes etiam, & leviter ornati. *cf. Quintil. VI.* 3. 4.

FACIES, *de toto corporis habitu & specie.* Rosc. Com. 10. *facies* non erat, ars erat pretiosa. -- nemo enim eum ex trunco corporis spectabat, sed ex artificio comico æstimabat. Or. I. 28. *facies*, vultus, sonus. -- vox tragœdorum, gestus pæne summorum actorum. * *hinc pro* specie, *inprimis ea, in qua dignitas quædam sit aut majestas.* Phil. VIII. 8. *faciem* senatus auctoritatemque reip. secum attulerat. Nat. D. I. 38. cujus crebra *facie* pellantur animi.

FACILE, *libenter.* Off. II. 19. *facile* laborare. *ubi v. Manut.*

FACILITAS *est in bonis rebus, quod proclivitas in malis.* Tusc. IV. 12. * *Opponitur etiam morositati.* Off. I. 25. Att. XII. 40. quis aut congressum meum, aut *facilitatem* sermonis desideravit.

FACIO, *creo magistratum* &c. Planc. 4. populus *facit* eos, a quibus est maxime ambitus. * *in re sacra, sacra facere.* Mur. 41. Junoni omnes Consules *facere* necesse est. * Manil. 20. si quid eo *factum esset, per ἐυφημίαν, pro, si mortuus esset.* * Verr. II. 16. quid hoc homine *facias:* i.e. *quomodo coërceas, corrigas, serves &c.* Acad. IV. 30. quid *faceret* huic conclusioni. i. e. *quomodo refelleret.* * *fingo.* Nat. D. I. 30. his nominibus deos esse *facimus*, quibus a nobis nominantur.* Verr. III. 42. tributum *facere* coëgisti, i. e. *dare.*

FACVLTAS, *pro copia, dicitur diversis modis, ut ipsum copiæ verbum.* Sull. 14. cujus generis virorum *facultas* in senatu maxima. Quint. 4. *facultas* numorum. ad Div. X. 4. si *facultas* tui præsentis esset. Quint. 1. *facultates* amicorum. * *de possibilitate, occasione* &c. ad Div. I. 7. si res *facultatem* habitura videatur. *ib.* II. 3. *facultatem* munerum nemo admiratur: est enim copiarum, non virtutis. Mur. 5. vera *facultas* maledicendi. Rosc. Am. 33. age nunc ceteras *facultates* consideremus.

FACTIO, *jus faciendi.* Top. 11. ad Div. VII. 21. *factionem* testamenti non habere. * *partes, etiam in bono sensu.* Q. Fr. IV. 1. Gabinium tres adhuc *factiones* postulant.

FACTVS, *elaboratus arte.* Verr. IV. 20. argentum *bene factum.*

ctum. Brut. 8. quodammodo oratio *facta.*

FALCARIVS. Sull. 18. Catil. I. 4. inter falcarios. *locus Romæ fuit, in quo Lecca domum habebat. Simile est* inter lignarios *ap. Liv. XXXV.* 42. *quod recte de loco capit Crevierius V. C. intelligens opifices lignarios. malim negotiatores intelligere.*

FAMES. Tusc. II. 1. *opponitur copiæ, in dicendo.*

FAMILIA, *servi.* ad Div. XIV. 4. *familia* liberata. cf. ibid. I. 3. Brut. 22. &c. *hinc* Cluent. 15. *familia* Martis, h. e. *servi Martis, qui Martiales dicuntur, similes Veneriis in Sicilia. * gladiatores, quia & ipsi servi.* Sull. 19. comparare *familiam. item:* præesse *familiæ.* cf. Sext. 60. * *res familiaris.* Cæcin. 7. familia *herciscunda.* (*v. herciscо.*) *Veteres jungebant* familiam & pecuniam, *ut docet Salmas. ad Solin. pag.* 892. *cf. Burm. ad Sueton. Ner.* 5. *Sed post, quia domini eadem in ceteras res suas, quæ in servos, potestas, familia de omni re familiari dicta est. Ulpian. l.* 195. §. 1. *de Verb. Signif.* * *dicitur etiam de secta philosophorum.* Orat. I. 10. Div. II. 1. Peripateticorum *familia.* &c. *unde illud fluxit etiam de Trebatio: familiam* ducit in jure civili. ad Div. VII. 5.

FAMILIARIS. Quint. 27. manus allatas esse ante lares *familiares,* h. e. *in atrio.* v. *Lares.* * *in extis quid sit* pars familiaris, fissum familiare, *v.* fissum. *Ad quem modum etiam Liv. XXVI. 6. familiare* ostentum, *Plin. II.* 52. *familiare* fulmen, *dixere.*

FAMOSVS. *de feminis imputdicis & malæ famæ.* Orat. II. 68. extr. me mater vetuit ad *famosas* ire. Fr. de Rep. 4. si qua erat *famosa,* ei cognati osculum non ferebant. *vid. Heins. ad Ovid. Heroid.* 9. 78.

FANATICVS, *nimis superstitiosus.* Div. II. 57. philosophi superstitiosi & pæne *fanatici,* de *Stoicis, qui nimis oraculis, & omni divinationi tribuebant.* Dom. 40. homo *fanaticus.*

FASCES. Brut. 6. cum tibi ætas nostra jam cederet, *fasces que* summitteret.

FASCIA, *de cruralibus virorum.* Att. II. 3. etenim mihi ejus caligæ, ut *fasciæ* cretatæ, non placebant. *de Pompejo, quem notis propterea versiculis risit Varro: Fasciola qui crura tegit, digito caput uno Scalpit, quid credas hunc sibi velle virum?* Fr. in Clod. cum vincirentur pedes *fasciis. Sunt autem hominum molliorum. v. fasciola.* * *Sunt etiam ægrotorum.* Brut. 60. Cn. Octavius devinctus erat *fasciis,* & multis medicamentis, propter dolorem artuum, delibutus.

FASCIOLAE. Har. Resp. 21. *Clodio inter alia muliebria ornamenta, quibus utebatur, objiciuntur* purpureæ fasciolæ. *Ap. Sueton. Calig.* 17. purpuræ ac conchylii fasciæ *distribuuntur, sed feminis & pueris. vid. inprimis Salmas. ad Lamprid. Alex. Sev. c.* 40.

FASTIDIOSE. Or. I. 61. quod ego non tam *fastidiose* in nobis, quam in histrionibus spectari puto, *h. e. in eo facilius hominibus satisfacimus, quam histriones, a quibus plus in hoc genere postulatur.* Or. II. 89. pudentius, vel invitius,

vitius, vel etiam *fastidiosius* facere aliquid. ibid. I. 26. quam diligenter & prope *fastidiosè* judicamus.

FASTIDIOSVS, *cui non facile satisfieri potest.* Her. IV. aurium sensus *fastidiosissimus.* * *contemptor.* Brut. 70. *fastidiosus* latinarum literarum.

FASTIDIRE, *aliquid, etiam rectum, reprehendere, nihil facile probare.* Mil. 16. etiam in recte factis *fastidimus.* *v. Gron. Obs. IV.* 10.

FASTI, *Kalendarium, in quo inter alia, qui dies fasti, aut nefasti sint, consignatum est.* Muren. 11. posset agi lege nec ne, pauci quondam sciebant; *fastos* enim vulgo non habebant. * *annales.* Pis. 13. hos consules, non dicam animi hominum, sed ulli *fasti* ferre possunt?

FASTIGIVM, *proprie est templorum. v. inprimis* Or. III. 46. *unde, inter cetera invidiosa a Cæsare usurpata, etiam* fastigium *memoratur.* Phil. II. 43. *cf. Suet. Cæs.* 81. *& ibi Intt. Sed inprimis Salmas. ad Spartian. Pescenn. c.* 12. *qui Cæsaris fastigium docet, non de tecto capiendum, sed de ornamento tecti, quale vulgo etiam in templis fuerit. Plutarchus* ἀκρωτήριον *vocat, quod ita accipitur. v. Ind. Gr. cf. eundem ad Solin. p.* 853. *Nempe* fastigium *& tectum templi est: unde ap. Plinium, v. c. XXXV.* 12. Signa *dicuntur* in fastigiis *stare: & signum in tecto ipsum. Sed est tamen etiam de privatis.* ad Q. Fr. III. 1. * Off. III. 7. operi *fastigium* imponimus.

FATALIS. Catil. III. 4. annus *fatalis ad* tertium &c.

FATVM, *homo pestifer, pernicies ipsa, interitus.* Sext. 43. *de Gabinio & Pisone:* duo illa reip. *fata.* Dom. 57. si in illo pæne *fato* reipubl. * *Vaticinium.* Catil. III. 4. *fata* Sibyllina.

FAVERE, *verbum theatrale de plausu, unde ad alia traducitur.* Ligar. 3. *favere* industriæ & gloriæ alicujus. Att. XII. 49. me tamen ei *fauturum* &c. * Div. II. 26. *ex Ennio:* galli silentio noctis *favent* faucibus russis cantu.

FAVOR, *de spectatoribus.* Rosc. Com. 10. quem *favorem* secum in scenam attulit Panurgus. * Leg. II. 5. *favore* magis quam re legum nomen tenent.

FAVTOR. Rosc. Am. 6. nobilitatis *fautor; partium nobilium studiosus, etsi non castra eorum sequebatur.*

FAVX, *angustus aditus.* Quint. 6. *fauces* macelli. Verr. III. 76. Timarchides premit *fauces* defensionis, h. e. *facit, ut defendi non possis.*

FAX. Tusc. II. 25. cum quasi *faces doloris* admoverentur. Tusc. V. 27. dolor *faces* ardentes intentat. * Tusc. I. 19. cumque corporis *facibus* inflammari soleamus ad omnes cupiditates. * *Rhetorum faces sunt τὰ πάθη.* Or. III. 1. verborum *faces* admovere, h. e. *quibus ira commoveri potest.* Or. II. 51. neque parvis in rebus admovendæ sunt hæ dicendi *faces.* * *homo reip. perniciosus, autor seditionum.* Har. R. 2. de *Gabinio & Pisone:* cum his furiis & *facibus* - - bellum mihi inexpiabile dico esse susceptum. * *ibid.* 22. injecta est *fax* fœda & luctuosa reip. - - qua ego solus exarsi: * Div. I. 11.

fax

fax Phœbi. *Nat. D. II. 5. *faces* cœlestes. *genus meteori*. cf. Catil. III. 8.

FECIALIS. Leg. II. 9. fœderum, pacis, belli, induciarum oratores, *feciales* judices duo sunto. Off. I. 11. belli quidem æquitas sanctissime *feciali* populi Rom. *jure* perscripta est. cf. Verr. V. 19.

FELICATVS. Att. VI. 1. in *felicatis* lancibus, & splendidissimis canistris, oluscules nos soles pascere. Felicatæ, *item*, filicatæ, *dicuntur a* filice *herba*, *quæ cælata in lancibus erat. cf.* Parad. 1. *quamquam ibi quidam habent* delicatum. *v.* delicatus. *v. Græv. ad l. c. Salmas. ad Solin. p. 737.*

FERALIA. Att. VIII. 14. *festus dies*, *quo manibus sacra fiunt*, *ante d. VIII. Kal. Maj. ut ipse Cicero docet IX. 1. v. Ovid. Fast. II. 569. qui tamen diem Feraliorum facit XI. Kal. Mart.*

FERIRE. Fat. 17. medium *ferire* voluit, h. e. *extrema vitare.*

FEROX, *insolens*. ad Div. IV. 9. *ubi* impotenti *jungitur*. *Sic dixere Tacit. A. I. 3. Suet. Aug. 63.*

FERRE. ad Div. V. 20. *ferre* rationes, *pro referre*. * Verr. II. 31. sententiam *ferre*, *h. l. dicitur de senatore*, *cum proprie dicatur de judicibus*, *post legem tabellariam*, *quod antea*, *pronunciare*, *dicebatur*. *Defendebat eam lectionem Grævius*, *contra eos*, *qui negabant de senatoribus dici* sententiam ferre. *Non observarat vir doctus alium locum*, *nempe ad* Div. XI. 21. cum ego sensissem, de iis, qui exercitus haberent, *sententiam ferri* oportere, iidem illi, qui solent, reclamarunt. * Planc. 19. *ferre* tribum, *dicitur*, *qui tribus suffragiis creatur*. * Att. XV. 29. ait hic, sibi Juliam *ferre*, *int. conditionem*, *velle Juliam sibi nubere*. * Cluent. 64. *ferre* in quæstionem servum, *est*, *permittere ut torqueatur*. * ferri *dicuntur navigantes*. Or. 23. jam quidem, quocumque *feremur*, vela danda sunt. *Sed inprimis*, *qui præ nimia animi commotione & cupiditate nescium*, *quid agant*, *deque furentibus*. Quint. 11. fervet *ferturque* avaritia. Cluent. 70. cæcam crudelitate & sævitia *ferri* videtis. cf. Verrin. V. 46. &c. *add. Burm. ad Ovid. Her. 15. 140.* * Or. 40. rem supra *ferre*, quam fieri potest, *de hyperbole*. * *referre in tabulas*. ad Div. VIII. 4. ei expensum *tulit* legionem. * Phil. IX. 4. aures *ferunt* cohortationem, *i. e. non sentiunt*, *non moventur ea*, *non paremus cohortationi*. * ad Div. VIII. 10. calumniam *ferre*, *dicitur*, *de eo*, *qui calumnia accusasse convincitur*. *Alii frustra aliter interpretantur. v. Gron. ad h. l.* * Att. VII. *ult.* quod multo rectius videtur, id mihi *fraudem tulit*, *pro attulit*. v. *Interpr. ad Liv. XXIV. 38.* * *Notanda est etiam hæc constructio*, Verr. IV. 30. graviter ferre interverso dono regali. *Videtur esse imitati græcæ formæ: βαρέως φέρειν ἐπί τινι.*

FERVENTER. ad Div. VIII. 8. de damnatione *ferventer loqui* cœptum est. ibid. 7. *ferventissime* concerpitur.

FERVERE. ad Div. X. 23. dedi operam, ut - - non miles ullus, non eques - - ab illis *ferventibus latronibus* interciperetur. *h. e. furiosis.*

FERVOR. Tusc. IV. 10. *fervor* animi. *de perturbatione.*

FESTIVITAS. Inv. I. 19. *quæ virtus orationis sit?* Or. II. 54. perpetua *festivitas, dicitur de cavillatione, de qua ibid.* Or. 52. *his festivitatibus* insolentius abutitur.

FIBRA. Div. I. 10. *fibra* in extis. Fibræ *sunt ipsa exta, jecur, cor, pulmo. v. Senec. Oedip. p. 357. &c. & ibi Viri docti. proprie autem extorum extremitates,* λόβοι.

FICTOR. Dom. 54. *est genus ministrorum in sacris, pistor dulciarius. Varro L. L.* fictores *dicti a fingendis libis. v. Casaub. ad Sueton. Aug. 5. Guther. Jur. Pont. H. 14. p. 233.* Fictoris *mentio etiam in inscriptione ap. Murator. p. 368. 2.*

FIDELIA, *vas tectorum.* ad Div. VII. 29. de eadem *fidelia* duos parietes dealbare.

FIDELIS, *de quo recte dicatur?* ad Div. XVI. 17. ibid. *fidelis* ager.

FIDELITER, *de quo dicatur?* ad Div. XVI. 17. *ibid.* X. 23. per quorum loca *fideliter* mihi pateret iter.

FIDENTIA, *quid sit?* Tusc. IV. 37.

FIDES. Inv. I. 39. fefellerunt *per fidem, h. e. quia ipsis fides est habita.* Rosc. Amer. 4. quod mihi *cum fide* impositum est, h. e. *propter opinionem de fide mea.* * *der Credit.* Agr. II. 3. *fides* de foro sublata est. Marc. 8. revocare *fidem.* Manil. 7. concidit *fides.*

FIDVCIA, *hypotheca, pignus.* Flacc. 21. *fiducia* accepta. *ibid. fiducia* commissa. *v. Faërnus ad h. l.* * *genus judicii, in quo judicatur ex æquo & bono, hac formula: ut inter bonos bene agier oportet.* Off. III. 15. ad Div. VII. 12. *v. Salmas. mod. Usur. c. 14. de Usur. c. 4.* * fiducia *est etiam in hereditatibus & emtionibus: cum aliquis heres sit, hac conditione, ut accepta hereditate, eam reddat alteri, quem heredem scribere per leges non licebat, tamquam filiæ, quæ ex lege Voconia heres esse non poterat: item, cum alicui venditur aliquid venditione imaginaria, ut rem venditam statim reddat; quod sit in hereditate a sacris liberanda* &c. Cæcin. 3. qui per tutelam, aut societatem, aut rem mandatam, aut *fiduciæ rationem* fraudavit aliquem. Rosc. Com. 6. si qua sunt privata judicia summæ existimationis & pæne dicam capitis, tria hæc sunt, *fiduciæ*, tutelæ, societatis. cf. Nat. D. III. 30. Offic. III. 17.

FIGERE. Nat. D. I. 34. *figere* maledictis. cf. Or. 26. *Heinsius ad Ovid. A. III. 7. 29. putat ductum a defixionibus magicis. Male. Ducitur a sagittariis, qui v. c.* aves figere *dicuntur apud ipsum Ciceronem.*

FIGVRA. Or. II. 23. *figura* dicendi. III. 52. *figura* orationis. *Gr.* Ἰδέα, *est genus dicendi, tamquam tenue, aut sublime, aut medium.*

FILICATVS. *v.* felicatus.

FILVM. Or. III. 26. filum orationis, *est ipsum genus dicendi, quod patebit conferenti* Or. II. 22. Or. 36. * *Ipsa oratio, ratione materiæ.* Læl. 7. audivi non invitus equidem, sed aliud quoddam expetimus *filum* orationis tuæ, *h. e. de alia re te audire cupimus.* * ad Div. IX. 12. munusculum levidense, crasso *filo. v. Burm. ad Ovid. A. I. 14. 7. qui &* levidense *defendit.*

FIMBRIA. Pison. 11. madentes *fim-*

fimbræ cincinnorum. Fimbriæ *sunt cirri capillorum, extremitates calamistratæ. Servius legit h.l.* fibræ, *quod idem esse docet Salmas. ad Capitolini Pertin.* 8. nam fimbriæ & fibræ *sunt proprie extremitates rerum. cf. ad Solin. p.* 99.

FINGO. Brut. 31. *fingitur* oratio commodius, i. e. *elaboratur.* Sull. 28. *fingi* natura subito non potest. Or. II. 28. orator, quem nunc *fingo, h. e. qui qualis esse debeat, doceo.* Tusc. III. 15. vultus a mente *fingitur.* Or. 28. *fingere* totum se ad alterius arbitrium & nutum. Brut. 38. *fingere* animos, *h. e. flectere quorsum velis: de oratore.* Nat. D. II. 59. lingua *fingit* vocem & terminat, h. e. *facit, ne, ut in brutis, sine distinctione literarum & syllabarum erumpat.* Att. VI. 3. formam totius reip. velim mittas, quæ mihi obviam fiat, ex qua me *fingere* possim.

FINIS. *formula,* quem ad finem, *non significat apud Ciceronem,* zu was Ende, *sed* quamdiu. Catil. I. 1. *quem ad finem* sese effrenata tua jactabit audacia. cf. Verr. V. 29. IX. 26. Nat. D. II. 51. * *pro eo tamen, quod in aliqua re spectatur,* finis *dicitur.* Invent. I. 5. officium ejus facultatis videtur esse, dicere apposite ad persuasionem: *finis,* persuadere dictione. Offic. I. 39. domus *finis* est usus. *In quo tenendum,* finem *dici absolute,* consilium *quoad spectatur ab homine.* * *dicitur etiam ut* exitus, *de quo supra.* ad Div. IV. 9. qui *finis* istius consilii est. * finis *dicitur etiam, quod est in quaque re summum.* Fin. I. 17. *finis* bonorum & malorum, *est summum bonum & summum malum.* Planc. 25. *finis honorum* populi, *est consulatus.* Tusc. II. 1. *finis* sperandi, *est summum, quod quis sperare potest, aut sperat.* * Leg. I. 21. Mur. 9. *regere* fines, est *constituere, decernere de finibus, de quibus controversia orta est, quod faciunt arbitri finium regundorum. v. Lex Manilia.*

FINITIMVS, *similis, conjunctus.* Or. I. 16. *finitimus* oratori poëta. N. D. II. 39. *finitimus* mari aër.

FINITOR, *agrimensor, qui agros in coloniis deducendis metitur & definit.* Agr. II. 13. *finitorem* mittant: ratum sit, quod *finitor* uni illi, a quo missus erit, renunciaverit. cf. c. 17. 20. v. *Goesii Antiqu. Agr. c.* 4. *inprimis. p.* 31.

FINITVS, *certus.* Nat. D. II. 35. motus *finiti.* * *moderatus.* Fin. I. 19. cupiditates *finitæ.* * *definitus.* Tusc. III. 25. mors est omnibus *finita.* * *numerose cadens.* Or. 51. *finita* pronunciare.

FINIRE. *regere, moderari.* Fin. III. 9. & 20. cupiditates *finire.* * Att. VIII. 3. *finienti provincias* Gallias restitit: i. e. *cum censeret Cæsarem e Gallia detrahendum.* * *definire, præfinire.* ad Div. XV. 9. tempus, quod mihi & lege & SCto *finisti.*

FIO. Tusc. III. 5. ita *fit, pro:* ex quo sequitur: *ex arithmeticis ducta ratio dicendi.* * Agr. II. 27. quid *fiet* pecuniâ. *Græv.* pecuniæ. *utrumque rectum est. Sic,* quid facias homini, *&* homine. v. facio. * ad Div. VII. 18. nihil *fieri,* frigere te: *h. e. nihil quæstus te facere, nihil te accipere: e Plau-*

to Curcul. V. 2. 5. postquam nihil fit.

FIRME. Fin. III. 9. assensus suos *firme* sustinere: h. e. *cavere, ne elabatur nobis assensus, rebusque incertis tamquam certis assentiamur.*

FIRMVS. Att. I. 1. *firmus* candidatus: h. e. *qui, propter gratiam suam & amicorum, magnam spem habet consulatus consequendi.* in Cæcil. 9. Verr. II. 1. accusator *firmus:* h. e. *fortis, minime timidus.*

FISCINA, *est utensile rusticum, cujus etiam apud Catonem & Columellam mentio. v. Lexic. rustic. Gesneri in h. v.* Flacc. 17. *fiscina* ficorum.

FISCVS, *de pecunia, quia in fiscis reponebatur.* in Cæcil. 8. 9. *fisci* Sicilienses. cf. Verr. III. 79.

FISSVS. Div. II. 13. *fissum* familiare & vitale. *ibid.* I. 10. *fissum* in extis. Nat. D. III. 6. *fissum* jecoris. Div. II. 12. quod *fissum* periculum, quod commodum aliquod ostenderet. *Fuit autem* fissum *linea imaginaria, exta bipartito dividens, ut altera pars ad hostes, altera ad sacrificantem ejusque amicos, domum, pertineret: unde* familiare fissum, pars familiaris extorum *dicitur. v. Turneb. Adv. IV.* 18. *Delrius ad Senec. Oedip. p.* 363. *f. ubi, quod* fissum *Ciceroni, Senecæ* limes, *dicitur. Illa linea autem dicitur ab ea, quam Græci πύλην vocant, ubi lobi jecoris finduntur: quod est proprie* fissum. *v. Salmas. ad Solin. p.* 91. *a.*

FISTVLA, *canalis plumbeus vel ligneus ad aquam deducendam aliquo.* Rab. Perd. 11. *fistulas* præcidi imperarat. * *explosio.* Att. I. 3. & ludis & gladiatoribus maximas ἐπισημασίας sine *pastoritia fistula* auferebamus. *v. Salmas. l. c. p.* 156.

FISTVLATOR. Or. III. 61. sed *fistulatorem* domi relinquetis &c. fistulator *est servus, qui fistula subjicit domino dicenti sonum, quo incipiat, & sensim adscendentem a nimia contentione revocat. Hujusmodi servo Gracchum usum refert Cicero l. c.*

FIXVS, *certus, perpetuus.* Tusc. V. 14. bonum *fixum.* Cluent. 45. non ita *fixum* esse deberet, ut convelli non liceret. Rabir. Post. 9. hoc maneat & *fixum* sit. ad Div. XIV. 4. si hæc mala *fixa* sunt. * Sext. 5. *fixa* vestigia, *opponuntur leviter pressis.*

FLABELLVM. Flacc. 23. cujus lingua, quasi *flabello* seditionis, concio est ventilata.

FLACCVS, *qui aures habet magnas & languidas.* Nat. D. I. 29.

FLACCERE. Q. Fr. II. 15. Messala *flaccet: sc. in petitione: i. e. parum spei habet.*

FLACCESCERE. Brut. 24. *flaccescit* oratio.

FLAGITARE, *exigere.* Dom. 20. *flagitare* cistophorum.

FLAGRANTIA. Cœl. 20. *flagrantia* oculorum. *signum libidinis.*

FLAGRARE. Verr. II. 53. *flagrabat* domus studio & cupiditate hominum. Sic *etiam poëtis* fervere *dicuntur loca, in quæ homines studiose frequentesque coëunt. v. Burmann. ad Valer. Fl. I.* 121. Flacc. 28. multitudo *flagrans* in concionibus: i. e. *seditiones movens.* Verr. IV. 32. convivia, quæ dome-

domesticis stupris flagitiisque *flagrant.*

FLAMEN, *genus sacerdotum. Erant Romæ flamines tres, Dialis, Martialis & Quirinalis; additus deinde quartus, Julius. Tres superiores erant in collegio Pontificum. vid. Dom.* 14. Phil. II. 43. *Mil. 10. flaminem *prodere:* i. e. *creare. est enim hoc proprium in ea re verbum.*

FLAMINIVM, *sacerdotium flaminis.* Phil. XIII. 19. *flaminium* Cæsaris.

FLECTERE, *mutare.* Sull. 28. natura subito *flecti* non potest. Cœl. 6. huc & illuc torquere & *flectere* suam naturam. *Div. II. 45. in *flectendis* promontoriis; *de nautis, dum flectunt circa promontoria cursum.*

FLETVS. Tusc. II. 23. *in XII. tabb. quid sit? quamquam Bentlejus & Buherius malebant,* lessus.

FLEXIBILIS, *varius, inconstans.* Læl. 25. *flexibilis* assentatoris animus. *Or. III. 45. *flexibilis* oratio *dicitur, quia collocatio verborum modis multis variari potest.*

FLEXIO, *circuitus.* Pis. 22. deverticula *flexionesque* quærere. Or. III. 25. *flexiones* in cantu *sunt, quæ Gr.* κάμπαι *ap. Aristophanem in Nubibus dicuntur v.* 966. *ubi v. Schol. & Kusterum: modi fracti & varie crispati voce, quibus mollis & suavis cantus efficitur: Ovid. A. II.* 4. 25. *dulce canit, flectitque facillime vocem: de muliere. Quamquam etiam Demostheni Æschines* vocis flexiones *objiciebat, tamquam molles & gravitatem oratoris non decentes,* Or. 18. *Broukh. ad Tibull. I.* 8. 37. *de cantu simpliciter capit: quod non placet.*

FLEXVS. Cœl. 31. ætatis *flexus, est virilis ætatis initium. Metaphora ducta est, a circo, in quo flexus est, cum currus, ubi alteram partem circi exegerunt, circa spinam & metas flectuntur. Sed* Or. I. 1. *est de virili ætate ad senectutem vergente.*

FLOS. Brut. 87. pigmentorum *flores.* Balb. 6. ipsum *florem* dignitatis infringere.

FLVCTVARE. Orat. 58. *fluctuans* oratio, *est non numerosa & structa.*

FLVCTVS. Flacc. 24. *fluctus* concionum.

FLVENTER. Att. VII. 14. *fluenter* lippire.

FLVERE. *spectare, devenire.* Att. IV. 16. res *fluit* ad interregnum. ibid. IX. 10. illius rationes quorsum *fluant.* * *succedere.* Off. I. 26. res *fluunt* ad voluntatem. * *divulgari.* Tusc. IV. 1. Pythagoræ doctrina cum longe lateque *flueret.* * Tusc. II. 22. *fluere* mollitia. * *interire.* Marc. 8. omnia quæ dilapsa jam *fluxerunt.* cf. Orat. 3. *Gron. ad Liv. XXVII.* 17. * *abire, fugere.* Fin. II. 33. *fluit* corporis voluptas: *quam lectionem contra Davisium defendit Burmannus ad Virg. G. III.* 67. * Or. 58. de Or. III. 49. oratio *fluens, opponitur vinctæ periodis & numerosæ. Contra* fluens æquabiliter oratio *ibid. est lævis ubique oratio, in qua nihil asperum, hiulcum &c.* * Or. II. 6. Gallus distortus, ejecta lingua, buccis *fluentibus:* h. e. *ut alii loquuntur,* labentibus, *propter vim morbi, aut senectutem, aut corpus male quacunque de causa consti-*

tutum. v. Gronov. ad Senec. Hippol. v. 364. *& Intt. ad Suet. Aug.* 99. Sed Pison. II. Sen. p. Red. 6. *fluentes* buccæ Gabinii, *sunt cerussa & reliquo fuco interpolatæ & correctæ, quæ calore & sudore fluunt, ut similes sint, quemadmodum Petronius c.* 23. *ait, parieti laboranti nimbo.*

FLVXIO, *illuvio, diluvium.* Div. I. 49. *fluxiones* aquarum.

FOCVS. *de formula:* pro aris & focis. v. Ara. Rosc. Am. 8. *foci* patrii.

FOCVLVS. Dom. 47. *est aræ genus parvum & portatile, quod in consecrationibus adhibetur. Ejus figuræ extant in numis & aliis monumentis, v. v. c. Guther. J. P. II.* 14.

FODICO. Tusc. III. 16. *fodicantibus* iis rebus, quas malas opinamur.

FOENEVS. fr. Corn. 1. homines *fœnei. v. Asconius ad h. l. Scil. in spectaculis tauri solebant irritari fœneis imaginibus aut pilis: unde fœnei dicuntur, qui nomen & speciem rei tantum habent, non vim. vid. Salmas. ad Spartian. Pescenn. c.* 12. *Occurrit & in Cod. Theod. & junguntur* fœnei defectique. *vid. Gothofr. Gloss. Cod. Theod.*

FOENERATOR. Off. I. 42. *fœneratorum* quæstus in odia incurrunt. ad Div. V. 6. *erant autem Romæ* fœneratores *homines divites cujuscunque ordinis, qui pecunias sub usuris collocatas haberent: Capitalisten, Renteniers.*

FOENERARI, *sub usuris dare pecuniam.* Læl. 9. beneficium *fœnerari. Itaque* pecunia *proprie* fœneratur: *sed* homines *etiam dicunt* fœnerari. Parad. 6. dimissiones libertorum ad *fœnerandas* & diripiendas *provincias.*

FOETVS, *de frugibus agrorum.* Orat. II. 30. quo meliores ager *fœtus* posset & grandiores edere. *item, baccis arborum.* Div. I. 9. * *actus edendorum fructuum.* Leg. I. 8. quæ frugibus & baccis terræ *fœtu* profunduntur. * *proventus, γενέθλη.* Brut. 49. nec ulla ætate uberior oratorum *fœtus* fuit.

FONS. Q. Fr. III. 1. ipsi *fontes* jam sitiunt.

FORAS. Q. Fr. III. 1. *foras* cœnare.

FORE. Att. V. 21. *fore* venturum. *Similiter Liv. XXVI.* 26. *extr.* forent passuri. *item XXIX.* 3. *XXV.* 24. expulsurus foret. *XXXV.* 13. casurum foret. *Nepos Attic.* 10. laudaturi forent. *Apud Ovid. A. II.* 14. 28. *sedecim Codd. & ed. pr. habent* futura forent. *add. Tiro ap. Gell. X.* 1.

FORES. ad Div. XIII. 10. aperire amicitiæ *fores.*

FORI. Cato. 6. cum alii malos scandant, alii per *foros* cursent. Fori *sunt tabulata navium. vid. Salmas. ad Solin. p.* 646.

FORIS, *varie & multis modis dicitur. præcipuos adferemus, quos quidem observavimus.* Q. Fr. II. 8. *foris* valde plauditur; *nempe extra senatum, h. e. a reliquis ordinibus.* Verr. III. 90. non quæram *foris* (*i. e. extra judicium*) cum habeas judices principes civitatis. *ibid.* 91. non quæram exemplum *foris:* hoc ipso ex consilio utar exemplis. Rosc. Am. 47. domi dignitas & *foris* (*apud exteros*) auctoritas. Arch. 7. delectant domi, non impediunt *foris:* h. e. *in*

in provinciis cum ſumus, aut in bello. ad Div. VII. 16. *foris* cœnitare. *Dicitur & pro aliunde:* Tuſc. III. 3. *foris* petere. Fin. III. 7. ut in ipſa arte inſit, non *foris* petatur. Or. II. 40. *foris* aſſumere argumenta. *hinc* Piſ. 6. *foris* eſſe *dicuntur, qui ſunt in ære alieno, de qua lectione tamen, an genuina ſit, dubitat Manutius.* Fin. I. 13. nec hæ cupiditates ſeſe *foris* ſolum jactant, nec tantum in alios cœco impetu incurrunt, ſed intus etiam in animis incluſæ inter ſe diſſident. &c.

FORMA *Dialecticis eſt ſpecies generi ſubjecta.* Top. 7. in diviſione *formæ* ſunt, quas Græci ἰδέας vocant, noſtri ſpecies appellant, non peſſime id quidem, ſed inutiliter ad mutandos caſus in dicendo &c. Fin. V. 4. *forma* diſciplinæ triplex. * *delineatio ædificii & cujuscunque rei.* ad Div. II. 8. ut cum *formam* reip. viderim, quale ædificium futurum ſit &c. cf. Or. I. 35. *extr.* ad Div. III. 11. quod ad me quaſi *formam* communium temporum & totius reip. miſiſti expreſſam. * *in rhetoricis* forma *dicitur, ut* figura, *primo de tribus generibus dicendi:* χαρακτὴρ, ἰδέα. Or. II. 23. Or. II. *& de ſchematibus.* Brut. 17. ſententiarum & orationis *forma.* * *ratio, conſtitutio.* Tuſc. II. 15. qui Græciæ *formam* rerumpublicarum dederunt. Phil. V. 5. *forma* judicis. * *ſpecies rei in animo expreſſa & comprehenſa.* Orat. 5. habuit profecto comprehenſam animo quandam *formam* eloquentiæ. -- eos, quibus aliquid aut plura deerant, in eam *formam* non poterat includere. * *externus apparatus, inſignia.* Agr. II. 13. *formam* adhuc habetis & ſpeciem ipſam tyrannorum. *vid. Græv. ad h. l.* * Nat. D. II. 40. *formæ* igneæ, *ſunt ſidera.*

FORMARE. Brut. 38. *formare* animos, *dicitur orator, qui eos flectit, quorſum vult.*

FORMIDO, *quod timorem incutit.* Fin. V. 11. quasdam poſt mortem *formidines* extimeſcant. Tuſc. I. 16. cujus ignoratio finxit inferos, easque *formidines*, quas tu contemnere videbare. *Buherius de Poëtarum Dea Formidine interpretatur: quod non eſt neceſſe.*

FORMVLA, *forma*, Acad. I. 4. *formula* diſciplinæ. * *generale pronunciatum, ex quo de ſingulis rebus judicari poſſit.* Offic. III. 4. *formula* quædam conſtituenda eſt, &c. * *In jure civili, formula eſt certus verborum modus. Formulæ ſunt* 1. *eæ, in quas judicium datur a Prætore.* Quint. 8. *unde* formula cognitionis *apud Liv. XL.* 12. *quod ad ejus formulæ præſcriptionem judices debent judicium ſuum dirigere, & quid cognoſcendum judicandumque ſit, ex ea intelligere.* 2. *JCtorum, quibus vel agitur in aliquem; unde* formula *pro* actione, Roſc. Com. 8. ſunt jura, ſunt *formulæ. Ex quo* formula injuriarum *ap. Sueton. Vitell.* 7. formula cadere *& ſimilia. vel quibus teſtamenta, ſponſiones, ſtipulationes & reliqui hujusmodi actus juris fiunt, quibus cavetur alicui. v. Cautio. &c. ſuntque verborum certæ conceptiones & formæ; unde etiam nomen duxerunt.* Mur. 13. *formulæ* veſtræ atque actiones. &c. * *Formulæ* Aquillii de dolo malo

Off. III. 13. *sunt definitiones doli mali, quibus distincte expressum erat, quibus in rebus dolus malus teneretur.*

FORNIX, *præter vulgarem significationem, significat arcum triumphalem, aut honoris caussa etiam non triumphanti constitutum; quod genus crebro in numis, tamquam Germanici, occurrit.* Act. I. Verr. 7. fornix Fabianus. Verr. II. 63. hujus *fornix* in foro Syracusis est, in quo nudus filius stat, ipse autem ex equo nudatam ab se provinciam prospicit; *quem locum egregie illustrant numi, qui fornices exhibent statuis impositis ornatos.*

FORTE. Or. III. 12. & aliquem, *si forte*, motum.

FORTICVLVS. Tusc. II. 19. *forticulum* se præbet.

FORTIS, *de accusatore*, in Cæcil. 7. si accusandi voluntas ad viros *fortes* & spectatos translata sit. *De defensore, advocato.* Quint. 2. habet adversarium verbo S. Nævium, revera hujus ætatis homines disertissimi mos, *fortissimos*, ornatissimos. *v. Græv. ad h. l. Denique de judice.* Act. I. in Verr. 17. Verrin. I. 1. *In his omnibus* fortis *est, qui neque metu, neque periculo, neque ulla alia re deterretur ab eo, quod est officii sui: qui libere dicit, quæ sentit* &c. *Eodem modo* Catil. III. 6. *fortissimæ* sententiæ *dicuntur.* * Fortes *sunt etiam, qui labores, dolores ferunt, voluptates repudiant &c.* Att. XV. 11. Cassius *fortibus* sane oculis matrem spectare. fr. Hortens. in dolore podagræ nihilo *fortior.* &c. * *Vehemens, gravis, acer.* Orat. I. 54. orationem disertam sibi & oratoriam videri; *fortem* & virilem non videri. Phil. XII. 3. acerrimam & *fortissimam* libertatis recuperandæ cupiditatem imminutam & debilitatam. Or. III. 9. genus dicendi Antonii *forte*, vehemens, commotum &c.

FORTISSIME. Quint. 8. injuriam facere *fortissime* perseverat.

FORTITVDO *quid sit?* Tusc. V. 14.

FORTVITV. Phil. X. 2. *Grævius tamen habet:* fortuito. *Sed* cf. Off. I. 29. *& adde Burm. & Oudendorp. V. C. ad Suet. Tib.* 39.

FORTVNAE *pro fortuna.* Verr. IV. 37. ejusmodi esse *fortunas mortui.*

FORVM. Or. I. 36. ego istos non modo oratoris nomine, sed ne *foro* quidem dignos putarim; *de patronis caussarum parum idoneis.* * ad Div. XIII. 10. in *forum* venire. *ibid.* V. 8. *forum* attingere. *de iis dicitur, qui puram togam, h. e. virilem, in foro acceperunt a prætore, atque deinde in judiciis versari & causas agere possunt.* * *Quia in foro tabernæ argentariorum sunt, ibique pecuniæ perscriptionibus, transcriptionibusque &c. tractantur, propterea sæpe in re pecuniaria* fori *mentio.* Manil. 7. ratio pecuniarum, quæ in *foro* versatur. Flacc. 29. in *foro* versari, *dicuntur negotiatores.* Agr. I. 8. fidem de *foro* sustulistis, *ubi vid. Lauredanum.* Rabir. Post. 15. Postumum non haberemus in *foro: er wäre banquerout: de quo &* foro cedere *dicitur.* * Forum ornatum, Verr. I. 54. *est tempore*

pore ludorum Romanorum &c. cf. IV. 4. *Originem rei vide ap. Liv. IX.* 40. **Pro ipsis ludis gladiatoriis dicitur* forum. Muren. 34. * Fora *dicuntur conventus provinciales, h. e. non modo civitates, in quibus aguntur, sed ipsi etiam dies conventuum.* Verrin. III. 15. extra *forum* suum vadimonium promittere. *ibid.* II. 15. civitates, quæ in id *forum* convenirent. cf. c. 70. ad Div. III. 6. ad Att. V. 21. *forum* agere. * *Civitates etiam Italiæ quædam* fora *dicuntur, ut* ad Div. IX. 17. *forum* Julii. Catil. I. 9. *forum* Aurelium. *&c. de quibus v. Sigon. Ant. Jur. Ital. II.* 15. * *vestibulum.* Leg. II. 24. lex *forum*, id est, vestibulum sepulcri, bustumve, usucapi vetat.

FOVERE, *delectare.* Mur. 35. *fovere* sensus hominum. * *amplexari, Gall. caresser.* ad Div. I. 9. inimicum meum in manibus habebant, sic *fovebant*, sic osculabantur. cf. Q. Fr. III. 5. Att. XV. 13. * *lenire.* Att. XII. 18. nam, dum illud tractabam, quasi *fovebam* dolores meos.

FRANGERE, *refutare.* Acad. IV. 29. *frangite* soriten. ad Div. I. 4. *frangere* sententiam alicujus. * *a sententia abducere & in suam adducere.* Tuscul. I. 21. ut rationem nullam afferret Plato, ipsa auctoritate me *frangeret.* * *supprimere motum animi.* ad Div. IV. 6. *frangere* se ipsum. * *domare.* Sen. p. Red. 8. sceleratum civem, aut domesticum potius hostem judicio *frangendum* esse. * *mutare aliquem pæne invitum.* ad Div. IV. 4. *fregit* hoc meum consilium Cæsaris magnitudo & senatus officium. * ad Div. X. 17. rogatu Servilii P. Titius intercessit. res in posterum dilata. Venit paratus Servilius, Jovi ipsi iniquus - - hunc quemadmodum *fregerim*, quantaque contentione intercessorem abjecerim &c. * ad Div. X. 3. invidentes ingenio industriaque *fregisti.* * *Qui male dividunt, eleganter rem* frangere *dicuntur.* Fin. II. 8. duo genera quæ erant, fecit tria. hoc est non dividere, sed *frangere* rem. * Or. I. 62. paullum requiescet, dum se calor *frangat.*

FRAVS, *facinus.* Rab. Perd. 9. *fraus* capitalis. Verr. III. 76. in *fraudem* incidere. * *quod nocet.* Att. IV. 11. *fraudem facere* alicui. *ibid.* VII. 25. quod multo rectius fuit, id mihi *fraudem tulit.*

FREMITVS. Div. I. 18. *fremitus* terræ. Har. R. 5. responsum haruspicum de *fremitu* recitavit.

FREQVENTARE, *frequentes convocare, cogere.* Catil. IV. 7. quos cum casu hic dies ad ærarium *frequentasset. Sic & alibi* Cicero. *add. Gronov. ad Senec. Cons. ad Marc.* 3. * *crebro, copiose usurpare.* Or. 25. acervatim multa *frequentare.* * *replere.* Or. III. 52. *frequentare* orationem luminibus & sententiarum & verborum. * Herenn. III. 24. primas quasque partes in animo *frequenta:* i. e. *frequenter cogita.*

FREQVENTATIO, *usus frequens.* Partit. 16.

FREQVENTIA. Planc. 8. solidam & robustam & assiduam *frequentiam* præbuerunt.

FRETVM, *pro freto Siculo.* Att. II. 1. *v. Ind. Geogr. Fretense mare.*

FRETVS, *pro fretum.* Verr.

V. 66. peranguſto *fretu. v. Gell. XIII.* 20. *cf. J. Gronov. ad Gell. X.* 26.

FRIGERE, *dicitur de eo, cui in quocunque genere res non ſuccedit.* ad Div. XI. 14. plane jam *frigeo* (*nihil efficere poſſum in republica*). ὄργανον enim meum ſenatus erat. id eſt jam diſſolutum. *ibid.* VII. 11. ſin iſta *frigebunt: h. e. ſi nihil quæſtus facis.* ibid. VII. 18. nihil fieri: *frigere* te, ne chartam quidem tibi ſuppeditare. Verr. II. 25. cum omnia conſilia *frigerent:* h. e. *non commoda viderentur.* * *nihil agere.* ad Div. VIII. 6. Curionem valde *frigere.* * *inprimis* frigere *dicuntur oratores, muſici, actores, qui non placent audientibus.* Brut. 50. tibicen Antigenidas dixit, diſcipulo ſane *frigenti* ad populum: mihi cane & Muſis. * *contemni.* Phil. VI. 5. *friget* patronus Antonius: *ſc. quia nemo ejus beneficiis uti vult.*

FRIGESCERE. ad Div. VIII. 6. nos hic frigore *frigeſcimus:* h. e. *nihil agitur hic.*

FRIGIDE, *remiſſe, lente.* ad Div. VIII. 10. quæ cupiunt, ita *frigide* agunt, ut nolle exiſtimentur.

FRIGIDVS, *jejunus, puerilis: de eo, qui acumina ſublimitatemve ſectatur, neque aſſequitur, ſed ridetur.* Brut. 67. acumen ſæpe ſtomachoſum, nonnumquam *frigidum*, interdum etiam facetum. Orat. 26. vitabit ridicula quæſita, nec ex tempore ficta, ſed domo allata: quæ plerumque ſunt *frigida.* Or. II. 63. in ambiguo, quæ ſint *frigidiora*, vitemus. Verr. I. 46. alii etiam *frigidiores*, ſed quia ſtomachabantur, ridiculi videbantur eſſe. * *ita, ut frigere, dicitur de eo, qui non probatur, cui non res ſuccedit.* ad Div. VIII. 9. in defenſione ſua fuit diſertiſſimus, in accuſatione ſatis *frigidus.* Q. Fr. III. 4. accuſator *frigidiſſimus.* * *tardus.* Brut. 48. lentus in dicendo & pæne *frigidus.* * ad Div. X. 16. *frigidæ* & inconſtantes literæ Lepidi: h. e. *ex quibus dubiæ fidei eſſe hominem intelligebatur, in neutram partem ſatis luculenter & fortiter ſcriptæ.*

FRIGVS, *otium a rebus publicis, cum nihil agitur in rep. nihil proficitur.* ad Div. VIII. 6. nos hic *frigore* frigeſcimus. Q. Fr. II. 12. tantum fuit *frigus* in ſenatu, ut populi convicio Appius coactus ſit, nos dimittere. *ibid. extr.* reliqua ſingulorum dierum ſcribemus ad te - - quamquam ejusmodi *frigus* impendebat. &c.

FRONS. Rabir. Poſt. 2. veriſſima *frons*, *opponitur* ei, quæ mentitur, *ut ait* ad Quint. Fr. I. 1. 11. Att. I. 1. puto te riſiſſe, aut ingemuiſſe, ut *frontem* ferias. ad Div. IX. 10. adeone mihi excuſſam ſeveritatem putas, ut ne in foro quidem reliquiæ priſtinæ *frontis* appareant. Att. V. 10. hæc fero *fronte* & vultu bellis, ſed angor intimis ſenſibus. 14. Pompejus fremit - - ſed utrum *fronte* an mente, dubitatur. Planc. 6. ſi populo grata eſt tabella (comitialis) quæ *frontes* aperit hominum, mentes tegit.

FRONTONES, *homines magna fronte.* Nat. D. I. 29.

FRVCTVS, *reditus prædiorum & agrorum.* Catil. II. 8. certare cum uſuris *fructibus* prædiorum

rum. *conf.* Flacc. 37. Q. Fr. I. 1. * *voluptas, suavitas.* Agr. II. 2. animi mei *fructum &c.* Har. R. 1. capere *fructum.* Divin. II. 9. omnem *fructum* superioris vitæ perdidissent.

FRVGALITAS. Tusc. III. 8. *quid sit, & quam late pateat?* Dejot. 9. *frugalitatem*, id est, modestiam & temperantiam virtutem maximam judico.

FRVGI. Tuscul. III. 8. *homo frugi qui dicatur? ibid.* IV. 16. homo *frugi* omnia recte facit.

FRVMENTARIVS, *int. mercator.* Offic. III. 13.

FRVMENTVM. *de frumento decumano, æstimato, emto, in cellam, v. Argum. Or. III. in Verrem.* Pis. 35. frumentum *honorarium, est frumentum in cellam.*

FRVOR. Tusc. III. 16. *frui* officio, *pro* fungi. *Sed Davisius reposuit:* fungi. *Vulgatam defendunt Wopken. Lect. Tull. I. 14. & Buberius ad h. l.* * Brut. 97. te tua virtute *frui* cupimus: h. e. *digna virtutis præmia capere.*

FVCATVS, *corruptus rebus adscititiis & alienis.* Muren. 12. *de jurisprudentia:* iisdem ineptiis *fucata* sunt omnia.

FVCOSVS. Rab. Post. 14. fallaces & *fucosæ* merces; *quæ sc. aliæ videbantur esse, atque erant.*

FVCVS. Or. III. 25. cincinni poëtæ ac *fucus.* Att. I. 1. sine *fuco* & fallaciis, more majorum, negatur.

FVGERE. Off. III. 22. vinum *fugiens, est, quod alio loco* evanescens *dicitur, quod brevi tempore vim suam perdit.*

FVLGERE, *fulgurare.* Vat. 8. Jove *fulgente.* Nat. D. II. 25. cœlo *fulgente.*

FVLMEN. Balb. 15. duo *fulmina* imperii nostri, *de Scipionibus in Hispania interemtis, v. Abram. ad h. l.*

FVNDATVS. Fin. IV. 1. disciplina *fundata* & exstructa. Flacc. 11. nihil veritate *fundatum.* Dom. 36. familia *fundatissima.* familia fundari *dicitur liberis susceptis. v. Pricæus ad Apul. p.* 350. *Drakenb. Sil. II.* 65. *Sed h. l. non tam ad liberos respicitur, quos jam ante cum fratre nominaverat, quam rem familiarem, quæ & ipsa fundari, constitui, dicitur. Sic* Rabir. Post. 1. *fundatæ fortunæ.*

FVNDERE. Fin. III. 15. quamquam negent nec virtutes nec vitia crescere; attamen utrumque eorum *fundi* quodammodo & quasi dilatari putant.

FVNDVS. Balb. 8. 11. 18. 21. populi *fundi. fundum* fieri. v. *Ind. Legg. Lex Julia L. Cæsaris, & add. J. Gron. ad Gell. XVI.* 13. * Off. II. 15. largitio *fundum* non habet: h. e. *non diu fieri potest.*

FVNESTVS, *opponitur* puro. Leg. II. 22. quæ finis *funestæ* familiæ.

FVNVS, *pestis.* Prov. Cons. 1. *Gabinius & Piso dicuntur funera* reipublicæ. Tusc. I. 15. nec *funera* fletu faxit. *Buberius e Cod. Leidensi rescribit:* funera lessum; & funera *interpretatur de muliere, quæ incipiebat lessum canere in pompa funebri.* Funeram *dictam esse hanc feminam jam monuerat ad hos versus Ennii Scaliger in Catalectis & Vossius in Etymol. & Vir doctus in Miscell. Obs. Brit. Vol. I. p.* 403.

FVR-

FVRCILLA. Att. XVI. 2. *furcilla* extrudi. *Hoc verbum prætermisit Nizolius. Est enim a Lamb. & Turnebo.*

FVRIA. ad Div. I. 9. *de Clodio: furia* muliebrium religionum.

FVRIALIS. Har. R. 18. cum *furiales* voces in concionibus mittis.

FVRIOSVS, *dicitur sæpissime apud Ciceronem, qui contra rempublicam sentit, dicit, agit: item, qui atrox quodque facinus perpetrare audet.* ad Div. X. 11. quod quædam pars exercitus non minus *furiosa* est, quam qui cum Antonio fuerunt.

FVRERE, *contra remp. sentire, facere.* Att. VII. 8. sin autem ille *fureret;* vehementer hominem contemnebat.

FVROR, *studium contra rempubl. & omnino effrenata audacia.* ad Div. X. 11. decima legio ad eundem *furorem* rediit.

FVSTVARIVM, *int. supplicium.* Phil. III. 6. *si fustuarium* meruerunt legiones, quæ consulem reliquerunt. *Est supplicium non solum militare, ut nonnulli arbitrantur, sed etiam urbanum, ut ex criminibus, a Polybio L. VI. memoratis intelligi potest, quæ fustuarium merebant. vid. Lipsi. Mil. R. V. 18. Vossius & Bæclerus ad Vellej. II. 78. extr. Nec quævis castigatio, quæ fustibus fit, statim est fustuarium, sed capitalis pœna, quæ fustibus sumitur: v. Liv. Epit. 57. & ibi Drakenb. & quos laudat.*

FVSVS. Or. II. 15. *fusum* genus orationis, *est lene, non asperum. ibid.* 30. *fusum* genus sermonis, *opponitur* conciso & minuto. *ibid.* 77. *fusum* in oratione, *dicitur, quod non uno aliquo loco, sed per totam orationem adhibetur. Sic* Nat. D. II. 56. tactus toto corpore *fusus* esse *dicitur.*

G.

GALLICAE. Phil. II. 30. *sunt calcei, qui imas tantum plantas tegunt, ut crepidæ & soleæ. v. Græv. ad h. l.*

GALLINARIVS, *qui gallinas curat.* Acad. IV. 26. quoniam *gallinarium* invenisti Deliacum, qui ova cognosceret. *Ap. Varr. R. R. III. 9. 7. est* gallinarius curator.

GEMINVS, *similis.* Partit. 7. memoria est *gemina* literaturæ.

GENEALOGI. Nat. D. III. 7. dii, qui a *genealogis* antiquis nominantur. Genealogi *dicuntur, qui Deorum generationes scripserunt, ut Hesiodus & alii.*

GENERATIM. Or. I. 4. *generatim* componere, h. e. *rebus ad certa genera revocatis.*

GENERALITER. Inv. I. 26. tempus *generaliter* definire difficile est.

GENERATVS, *factus & elaboratus.* Div. I. 12. species *generata* Nattæ.

GENIALIS. Cluent. 5. lectus *genialis*: i. e. *nuptialis. v. Lipsi. Elect. I. 16.*

GENICVLATVS. Cato. 15. culmus *geniculatus:* h. e. *qui nodos habet.* Genicula *enim sunt nodi caulium & culmorum, ut ad h. l. docuit Grævius, & e rusticis notum est.*

GENO, *pro* gigno. Or. II. 32. *genitur.*

GENS, *quid Romæ fuerit, intelligitur ex hoc loco:* Or. I. 39. cum

cum Marcelli ab liberti filio *ſtirpe*, Claudii patricii ejusdem nominis hereditatem *gente* ad ſe rediſſe dicerent: nonne in ea cauſa fuit oratoribus de toto *ſtirpis* ac *gentilitatis* jure dicendum. *Scilicet*, gens *eſt communis diverſis ſtirpibus ſ. familiis. Sic gens Claudia comprehendit diverſas familias patricias & plebejas, Appios, Marcellos &c.* Stirps *autem*, *ſ.* familia, *eſt pars gentis. Ceterum* gens *&* familia *ſæpe permutantur. cf. gentiles. Sigon. ad Liv. IV.* 1. * ad Div. IX. 21. patricii minorum *gentium:* h. e. *earum, quas Tarquinius Priſcus in ſenatum legit:* majores *autem gentes ſunt, quæ a Romulo lectæ ſunt. Liv. I.* 35. *Hinc ad alia transfertur loquendi ratio, ut minorum gentium dicantur* inferiores. Acad. IV. 41. Cleanthes quaſi *minorum gentium* Stoicus. Tuſc. I. 13. Dii *minorum gentium.*

GENTILIS. Top. 6. *gentiles* ſunt, qui eodem inter ſe ſunt nomine, ab ingenuis oriundi, quorum majorum nemo ſervitutem ſervivit, qui capite non ſunt deminuti. *Sic* Brut. 28. M. Pennus Bruti gentilis *dicitur, quia uterque e Juniis.* Tuſc. I. 16. *Ciceronis* gentilis *dicitur* Servius Tullius, *ob commune Tullii nomen.*

GENTILITAS. Or. I. 39. *v. Gens. & Sigon. J. A. C. R. I.* 7.

GENVINVS. Nat. D. II. 54. dentes intimi, qui *genuini* vocantur.

GENVS, *pro* genu *in Arateis* 399. dextrum *genus.* cf. 403. 45. 46. In v. 45. quæ *genus* ad Nixi *&c. Voſſius intelligebat genitivum de Anal. c. 17. p. 759.*

GERMANVS, *verus.* Brut. 86. *germana* ironia. Leg. II. 1. *germana* patria. Att. IV. 5. aſinus *germanus.* Or. II. 38. *germani* artis magiſtri. * germani fratres. Verr. I. 49. *ſunt eadem matre nati, non* etiam *patre, ut pulcre oſtendit Weſſelingius V. C. Obſ. I.* 13.

GERMANITAS. Aruſp. R. 20. *germanitatis* ſtupra, i. e. *cum germana ſorore.*

GERO. ad Div. IV. 5. *gerere* ætatem. *ubi v. Græv. & Burm. ad Ovid. Met. II.* 497.

GESTVS. *motus quidam corporis.* Or. II. 57. *geſtum* agere. * *σχήματα, figuræ.* Or. 25. quæ Græci, quaſi aliquos *geſtus orationis, σχήματα* appellant.

GIGNERE. Or. III. 30. permotionem *gignere; de oratore, qui auditores movet.*

GLADIATOR. gladiatoribus *dicitur pro ludis gladiatoriis, cum gladiatorium ſpectaculum eſſet.* ad Div. X. 32. Att. VI. 3. Phil. IX. 7.

GLADIATORIVS. Mur. 35. locus *gladiatorius, h. e. in ludis gladiatoriis, unde ludi ſpectari poſſunt.*

GLOMERARE. Div. I. 12. omnia fixa tuus *glomerans* determinat annus. Annus glomerans *eſt, ad finem veniens.*

GLORIA. Marcell. 8. *quid ſit?* * *gloriandi conſuetudo, ſ. gloriæ cupiditas.* ad Div. VII. 13. moriar, ni, quæ tua *gloria* eſt, puto te malle a Cæſare conſuli, quam inaurari. *ibid.* VIII. 15. ſi ſcias, quam ſollicitus ſim, tum hanc meam *gloriam* derideas.

GLORIOSE, *jactanter.* ad Div.

Div. VIII. 15. quid jam, inquis, *glorioſè* omnia?

GLORIATIO. Fin. III. 8. *gloriatione*, ut ita dicam, dignam eſſe? *de προηγμένοις.*

GLORIOR, *cum accuſ.* de Sen. 10. poſſe vellem *idem gloriari.*

GRACILITAS, *tenuitas orationis.* Brut. 16. *gracilitates* conſectari.

GRADVS. Verr. III. 74. quot vultis eſſe in uno furto *peccatorum gradus?* ut ſi ſingulis inſiſtere velim, progredi iſte non poſſit. Brut. 65. quod *gradus* tuos & quaſi progreſſus dicendi cupio cognoſcere. Verr. II. 1. in Africam ex hac provincia *gradus* imperii eſt factus. Or. 64. ſtabilis quidam & non expers dignitatis *gradus: de pedibus longioribus in oratione.* * *in re gladiatoria* gradus gladiatoris *idem qui &* ſtatus *dicitur, das Lager, ex quo gladiatores in primis judicabantur. v. Gron. ad Senec. Agamemn.* 515. *Hinc plures formulæ, ut* Off. I. 23. tumultuantem de *gradu* dejici. cf. Att. XVI. 14. &c.

GRAECVLVS. Sext. 51. *græculum* ſe putari voluit, h. e. *Græcum philoſophum.* Sen. p. R. 6. *cum Græculis* philoſophari. * *nulla fide dignus, levis.* ad Div. VII. 18. *græculu* cautio chirographi: *de quo loco v. Burm. ad Petron. c.* 46. *ubi etiam de aliis hujus verbi ſignificationibus.*

GRAECVS. Or. II. 36. dare ſignificationem *græcarum rerum,* h. e. *græcæ eruditionis.* Att. XVI. 5. VII. 1. *græci* ludi, *ſunt ſcenici, in quibus fabulæ græci argumenti more græco aguntur. v. Dodwel de Cyclis IV.* 16.

GRAMINEVS. Verr. IV. 56. etiamne *gramineas* haſtas? - - erant hujusmodi, ut ſemel vidiſſe ſatis eſſet; in quibus neque manu factum, neque pulchritudo erat ulla, ſed tantum magnitudo incredibilis. *Ex ipſo loco patet, haſtas has fuiſſe opus naturæ. Credo fuiſſe graminis culmos inuſitatæ magnitudinis, ut haſtam æquarent, eamque ob cauſam ſervatos & ſpectatos. Olivetus autem Turnebum ſequitur, qui putabat, quibus in græmineo campo ſe exercentes uterentur, ut Virgilius &* gramineam palæſtram *dixit VI.* 642. *Cui opinioni repugnat locus Ciceronis, in quo mox ſequitur, in illis haſtis* nihil manu factum *fuiſſe. Fuerunt ergo naturæ opus mirabile & viſendum. Poëtica loquendi forma non dat jus ad ejus normam interpretandæ narrationis: alioqui poſſet aliquis ex Ovidii* pampinea haſta *Heroid.* 13. 33. *efficere haſtas gramine circumdatas.* Noſtram ſententiam *probant. Ita etiam Verburgius, Geſnerus, & alii.*

GRAMMATICA. Orat. I. 42. *quid ſit, quæ objecta habeat?*

GRAMMATICI. Div. I. 18. *Grammatici* interpretes poëtarum.

GRASSATOR. Fat. 15. *genus latronum, quod in urbe vicos obſidet, & obvios injuriæ opportunos verberat, ſpoliat & morte territat. de quo Torrent. & Caſaub. ad Sueton. Aug.* 32. *Budæus ad Pand. p.* 342.

GRATIA. Att. V. 20. erat noſtrum nomen in *gratia.* Manil. 24.

24. aliquam *bonam gratiam*, sibi quærere. Muren. 20. provincia Murenæ multas *bonas gratias* attulit. *ubi vid. Græv.* Sull. 16. *gratiam* referre, *pro, ulciſci. v. Græv. it. ad* Or. ad Quir. p. Red. 9. ad Div. I. 1. *gratiam* noſtram extinguit hominum ſuſpicio, h. e. *nihil efficere, quamquam gratioſus apud homines, poſſum, quia ſuſpicantur &c.* Verr. III. 82. in beneficii *gratiæque* loco petere. * *Elegans eſt hæc forma:* ponere aliquem in gratia *vel* gratiam, ut Att. V. 3. 11. VI. 1. *&c. quæ ſignificat, efficere aliquem apud alterum gratioſum, commemorando ejus in ipſum amore, ſtudio &c. v. Gronov. ad Liv. XLIV.* 14.

GRATVLATIO, *jungitur lætitiæ.* Verr. IV. 34. ſumma cum *gratulatione* civium & lætitia reponitur ſtatua. Flacc. 39. quanta lætitia - - - quanta *gratulatio.* * Muren. 41. in ſua *gratulatione*, i. e. *cum conſul deſignatus eſſet.* * *dies feſtus, quo Diis gratiæ aguntur pro re læta.* ad Div. XI. 18. hac tam recenti *gratulatione, quam* Diis ad omnia templa *fecimus.*

GRATVITVS. Q. Fr. II. 15. Comitia *gratuita*, i. e. *in quibus nulla largitio verſata eſt.*

GRATVS. ad Div. III. 8. *grati* in te bene merito.

GRAVIDATVS. Nat. D. II. 33. *gravidata* ſeminibus terra.

GRAVIS, *qui oratione gravi, magnifica utitur.* Or. III. 45. *graves* ſimus. * Sen. p. R. 6. *graves* oculi, *ſunt eorum, qui nondum edormivere crapulam.* * *magnam vim habens.* ad Div. XIII. 29. quod per ſe eſt *grave.* ibid. X. 12. literæ *graves.* * *quem homines verentur.* Agr. II. 17. *grave* eſt nomen imperii. * *magnanimus.* Arch. 7. excellenti animo & virtute homines - - moderati & *graves.* * Verr. II. 6. graves civitates, *ſunt illuſtres & propterea magnam auctoritatem ac fidem obtinentes.* * *paſſive.* Agr. II. 26. ſuccumbenti jam, oppreſſo, Sullanis oneribus *gravi.* * *ſonus humillimus: il baſſo: opponitur acutiſſimo.* Or. III. 61. I. 59.

GRAVITAS. Att. XI. 22. *gravitas* cœli, *eſt peſtilentia aëris.* * Fin. IV. 12. *gravitas* membrorum, *eſt debilitas & dolor. ubi v. Davif.* *Similiter dixit in* Tuſc. III. 1. *ubi fruſtra Bentlejus malebat* pravitas, *ut bene judicat Schultens ad Proverb. Salom. c. 25. Porro* Acad. II. 17. eſt gravitas ſenſus, i. e. *hebetudo, imbecillitas.* Or. III. 11. *gravitas* linguæ, eſt ſonus vocis paullo agreſtior & ruſticanus. *Pearcius præter rem legi vult* pravitas. *Nam* pravitas *latius patet* gravitate. Gravitas *in deteriorem partem de multis rebus dicitur, ut vidimus. Aliud eſt* gravitas orationis, *quæ ſemper in laude eſt, aliud* gravitas linguæ. *Sic* gravitas vultus *in laude*, gravitas oris *eſt vitium animæ.* * *ſeveritas.* in Cæcil. 3. *gravitas* judiciorum. * *magnificentia, dignitas.* ad Div. X. 12. *gravitas* ſententiarum. &c. * *magnitudo.* Agr. II. 32. *gravitatem* imperii ac nomen ſuſtinet. * *conſtantia, æquabilitas in vivendo.* Offic. I. 21. * Or. I. 13. *gravitas* ſermonis *opponitur* tenuitati. Orat. 31. cum orator *gravitatis* locis utitur.

GRAVITER ad Div. X. 17. *graviter* se habere, *pro* ægrotare.

GREGALIS, *sodalis, æqualis.* Or. II. 62. *gregales* eum in campum non venisse requirebant. ad Div. VII. 33. *gregalibus*, quibus, te plaudente, vigebamus, amissis, &c.

GREMIVM. Pis. 5. hæc sunt in *gremio* sepulta consulatus tui.

GREX, *in contemtum dicitur.* Rosc. Am. 32. ego in *grege* annumerer.

GVMIA. Fin. II. 8. *e Lucilio, vox antiqua, quæ helluonem & gulæ mancipium significat.*

GVRGES. Verr. III. 19. vorago & *gurges* vitiorum. Dom. 47. ille *gurges* simul tecum helluatus est sanguinem reipublicæ.

GVRGVSTIVM. Pis. 6. *Festus: genus habitationis angustæ.*

GVSTARE, *percipere vim, suavitatem alicujus rei.* Arch. 8. si ipsi sensu nostro *gustare* non possumus.

GYMNASIARCHVS. Verr. IV. 42. *est præfectus & curator gymnasii publici. de quo genere hominum præter alios v. van Dalen Diss. VIII.*

GYPSATVS. ad Div. VII. 6. quibus Medea *gypsatissimis* manibus persuasit. *Quæ sint* gypsatæ manus, *magna controversia est. Varias sententias v. in editione Græv. & Lex. Fabr. Nicol. Loens. Epiphyll. II.* 10. *de histrionica Medea interpretatur, quæ, de more gypsatas manus habuerit; refertque ad verbum* persuasit, *quem sequitur Gonsalius ad Petron.* 127. *qui huc trahit illa:* digitis adgubernantibus vocem; *improbante Burmanno, qui ad Medeam referri putat, & Medeam, g. m. opponi matronis opulentis optimatibus.*

GYRVS. Off. I. 26. homines secundis rebus effrenatos & sibi præsidentes tamquam in *gyrum rationis & doctrinæ* duci oportere. Or. III. 19. Oratorem in exiguum *gyrum* compellitis: h. e. *ad ejus artem pauca refertis. Ducta est metaphora ab equis, qui a domitoribus in gyrum aguntur crebro, ut mansuetiores & faciliores fiant.*

H.

HABENAE. Læl. 13. laxissimas *habenas* dare amicitiæ, quas vel adducas, cum velis, vel remittas.

HABERE, *habitare.* ad Div. VII. 6. quæ Corinthum arcem altam *habebant* matronæ. Rosc. Am. 46. qui in Brutiis, aut in Salentinis *habent. quamquam hic etiam intelligi potest* prædia rustica. * habere *dicuntur divites, liberi ab ære alieno.* ad Att. VIII. 10. *habere* in numis. Verr. III. 86. *habet* in numis, in urbanis prædiis. *vid. Græv. ad Div. VII.* 29. *& simpliciter* Off. II. 20. illum fortasse adjuvat, *qui habet.* * Rosc. Com. 17. HS. millies judicium *habent.* * *suscipere, agere.* Div. I. 43. omitto nostros, qui nihil in bello sine extis agunt, nihil sine auspiciis domi *habent.* * Verr. II. 29. judicium *habebant; de petitore, & eo unde petitur.* * Attic. VI. 1. *habeo* Junium in metu. * *adhibere.* Verr. I. 6. vim in inquirendo *habere.* * Quint. 25. studium & officium erga aliquem *habere.* * Verr. I. 23. *habes,* quomodo emeris? h. e. *demonstrare potes?*

potes? *Phil. II. 32. *habebat* hoc omnino Cæsar: h. e. *mos hic illi erat.* * Phil. II. 28. res suas sibi *habere* jussit. *Est formula divortii.*

HABILIS. Orat. I. 54. calcei *habiles.*

HABITARE. Mur. 9. *habitare* in foro. Or. I. 62. *habitare* in subselliis. *Utrumque de iis, qui crebro causas agunt. At* Or. II. 38. qui *habitarunt* in hac una arte tractanda, *sunt, qui ei se totos dediderant. ibid. 72. habitare* in re, *dicitur etiam orator, cum loco alicui immoratur augendi causa.* Planc. 27. *habitare* in oculis populi: h. e. *semper in urbe, in foro, in concionibus esse, assiduitatem Cicero vocat.*

HABITVS. Or. III. 52. *habitus* orationis, *dicitur de tridici illo genere dicendi.* Arch. 7. naturæ ipsius *habitu* prope divino: i. e. *indole.* Brut. 91. *habitus* corporis, *est species & figura. v. Burm. ad Sueton. Cæs.* 44. Div. II. 13. *habitu* extorum & colore declarari futura.

HACTENVS, *in tantum, eatenus.* Nat. D. I. 10. nunc *hactenus* admiror eorum tarditatem. Div. I. 8. qui *hactenus* aliquid egit, ut &c.

HAERERE, *versari diligenter, perpetuo in re aliqua.* Or. I. 38. *oratores dicuntur* hærere in jure. Att. XIII. 4. *hærere* in libris. Or. 40. *hærere* in eadem sententia, *de oratore, cum rem auget.* Verr. V. 64. hic teneo, hic *hæreo*, hoc sum contentus. Phil. XIII. 3. *hærebunt* in oculis nostris. ad Div. VI. 5. non posse te diu *hærere* in tam acerba injuria. * hærere *dicuntur faces injectæ ædibus &c. cum non sine noxa decidunt, sed incendunt: unde hæc ducuntur* Rosc. Com. 6. *hæret* peccatum huic homini. Or. II. 54. facetum dictum emissum *hærere* debet. Catil. I. 6. quod dedecus non *hæret* infamiæ tuæ. *Grævius cum Grutero malebat*, inhæret famæ tuæ. *De* famæ tuæ *non interceserim;* inhæret *non opus videtur.*

HAESITARE, *rudem esse.* Or. I. 10. *hæsitare* in majorum institutis.

HALLVCINARI, *effundere temere aliquid, non admodum accurate loqui.* Q. Fr. II. 11. epistolæ debent interdum *hallucinari.* Nat. D. I. 26. ista a vobis tamquam dictata redduntur, *quæ* Epicurus oscitans *hallucinatus* est.

HARA, *stabulum porcorum.* Pis. 16. Epicure ex *hara* producte.

HASTA. Verrin. IV. 56. *hastæ* gramineæ. *v. gramineus.* * *auctio publica, quia hasta signum auctionis publicæ: quamquam est, qui etiam in privatis hastam positam putet. v. Dukerus ad Flor. p. 346.* Phil. VIII. 3. *hasta* Cæsaris. conf. Off. II. 8. ad Div. XV. 17. *hasta* refrixit. * *argumenta oratoris.* Top. 17. JCti patronis ad eorum prudentiam confugientibus *hastas* ministrant. * Mur. 21. *hastam* abjicere. *de hasta* amentata *v. Amentatus.*

HASTATVS, *est genus militum, quod in acie prima constituebatur, ut in media principes, in ultima Triarii.* Div. I. 35. signifer primi *hastati:* h. e. *primæ centuriæ hastatorum. v. Lipsius Mil. R. II. 8.*

HAVD. *teneant tirones vim*

ovulæ: haud scio an; *quæ cum dubitationem habere videatur, tamen simpliciter affirmat.* Fin. V. 3. Aristoteles, quem, excepto Platone, *haud scio an* recte dixerim principem philosophorum. ad Q. Fr. I. 1. 10. ut tibi tanti honores haberentur, quanti *haud scio an* nemini. &c. *Illustrarunt hoc dicendi genus multi laudati Duker. ad Florum III.* 12. *& Drakenb. ad Liv. XXXVII.* 54.

HAVEO, *aveo.* Att. V. 20. *haveo* scire.

HAVRIO, *percipio, fero.* Cœl. 24. hunc *hausi* dolorem. Dom. 1. *haurire* me unum pro omnibus calamitatem indignissimam. conf. Tusc. I. 35. *extr.* quantas & quam incredibiles *hausi* calamitates. *Sic explicat bene etiam Burmannus ad Virgilii illud* haurire supplicia *Æn. IV.* 385. *Sic idem Virgilius:* quæ bella *exhausta* canebat, *i. e. fortiter ad finem tolerata, ibid. init.*

HAVSTVS, *locus ibi aqua hauritur.* Cæcin. 26. aquæ ductus, *haustus,* iter, actus.

HEBDOMAS. ad Div. XVI. 9. *ad Tironem ægrotum:* symphoniam Lysonis vellem vitasses, ne in quartam *hebdomada* incideres. Hebdomas *est spatium septem dierum, quo spatio morbi in deterius aut melius mutari solent: septimi enim dies sunt Critici e disciplina medicorum.*

HEBES, *opponitur* acuminato, fragm. Acad. II. cur lunæ nascentis alia *hebetiora,* alia acutiora videantur cornua. * *opponitur* subtili. Fin. II. 10. rhetorica forensis, cum populariter loquatur, est interdum paullo *hebetior.*

HEDRYCHVS. Tusc. III. 19. *hedrychum* incendamus. *Davisius reposuit* hedychrum, *ex conjectura P. Victorii. Nam* hedrychus *nihili vox est, illa altera autem græca. Illud autem scrupuli hic restabat, quod auctore Dioscorid. I.* 61. hedrychrus *est unguentum; de quo verbum* incendamus *dici non potest. Hunc scrupulum sublaturus Davisius, ex auctoritate MSS. primo* demus *& incendamus permutat, deinde pro* incendamus *conjicit legendum:* intendamus: i. e. *porrigamus. Ejus sententiæ subscribit Buherius ad h. l.*

HELVARI. Dom. 47. *heluari* reip. sanguinem. Fin. III. 2. quasi *heluari* libris.

HELVO. Sext. 11. *heluo* patriæ, *heluo* patrimonii.

HELVELLAE, *minutæ herbæ,* ad Div. VII. 26.

HEMICYCLIVM, *solium, sella major patris v. c. familias.* Læl. 1. augur domi in *hemicyclio* sedens. *Solium ita vocatur a figura semicirculari. Sidon. Apoll. Ep. II.* 2. solii hemicyclium. *vid. Gronov. ad Sueton. de Grammat. c.* 17.

HERCISCERE. Or. I. 56. qui, quibus verbis *herciscî* oporteat, nescit, idem *herciscundæ familiæ* causam agere non potest. Cæcin. 7. Æbutius nomine heredis arbitrum *familiæ herciscundæ* postulavit: *h. e. ad divisionem provocavit, ut hodie loquuntur.* Herciscî *est* dividi. *Et hoc sensu jam Ciceronis tempore dictum esse* herciscî, *usitatamque eam vocem fuisse, loci allati, & alii, qui sunt apud auctores, dubitare nos non*

non sinunt. Non male igitur Tribonianus, & ex vetere usu in Dig. X. 2. titulum fecit de familia herciscunda, quicquid sit de corruptione verbi. Nam Trebonianus ejus auctor non fuit, nec hæc vox Latinis priscis ignota, ut Salmasio ad Solinum placet p. 891. s. Ceterum credo & Salmasio & Ger. J. Vossio. in Etymol. in erciscо, *quos sequuntur Burmann. ad Petron. c.* 141. *& Sueton. Ner.* 5. *& Pitiscus, qui ad verbum exscripsit Salmasiana: credo iis, inquam, & ratio notationis docet,* erciscere *esse per corruptionem, aut potius contractionem duarum vocum in unam, pro* erctum ciscere s. ciere. *Est enim profecto a græco* ἔρκος *ortum, aut latino* ereco, *pro* arceo, *a quo dividendi vis duci non potest. Veteres, quorum divitiæ in pecoribus erant, ut notum est, aulam habebant ante ædes, h. e. spatium septo circumdatum, quod septum* ἕρκος *appellabant, unde* εὐερκὴς *ap. Homerum. v. Ind. Eustath. in* ἕρκος *&c. Jupiter* ἑρκεῖος *&c. Hinc non mirum, si* herctum, *quod est proprie locus clausus, (unde Græcis* ἕρκτος, *item* εἱρκτὸς, *carcer,) pro* patrimonio, *auctore Donato apud Servium ad Virgilium Æn. VIII.* 642. *& pro* hereditate *dictum est. Cum ad divisionem provocarent heredes,* herctum ciendum *erat, h. e. movendum loco suo, non ut Salmasio, Vossio, Burmanno placet, dividendum: v. ciere: hinc* herctum ciere *pro dividere dictum. Similiter* movere *est pro accipere:* a Cæcilio numum *movere* non possum. *v. in movere. Ut numus accipi non potest, aut dari, nisi moveatur, sic herctum non potest dividi, nisi moveatur seu cieatur. Viri docti, quos dixi, conjiciunt, veteres JCtos dixisse:* familiam, herctum ciscere, *ac pro eo dictum deinde:* familiam herciscere.

HERCTVM. v. *herciscо. & citus.*

HERE, *pro* heri. Att. X. 13. *ubi v. Malasp. ibid* XV. 1. conf. *Quintil. I. 7. Vossii Etymol. in heri.*

HERES. Verr. I. 4. *heres secundum* filiam institutus, *ut sc. ea demum sine heredibus mortua, heres sit bonorum, qui dicitur* heres secundus. Cluent. 11. Top. 4. Verr. I. 43. ad Div. XIII. 61.

HEREDITAS. Flacc. 34. *hereditas* lege ab eo *venit.* cf. Verr. I. 10 &c. *unde hereditate accepta pecunia* adventitia *dicitur.*

HEREDITARE. Att. II. 1. cum in Sicilia *hereditatem* sæpe *hereditassет. Sed variant libri in hac voce.*

HERMATHENAE. Att. I. 3. *Statuæ ex Mercurio & Minerva.*

HERMERACLAE. Att. I. 10. *Statuæ e Mercurio & Hercule.*

HEROVS. Orat. III. 47. pes *herous, qui in heroico carmine adhibetur, anapæstus, dactylus, spondeus.*

HIARE. Verr. II. 54. *hians* avaritia. * *elisionem vocalis literæ negligere.* Or. 45. poëtæ, qui ut versus facerent, sæpe *hiabant,* ut Nævius.

HIATVS, *neglecta elisio.* Or. 23. haber ille tamquam *hiatus* concursu vocalium molle quiddam.

HIBERNVS. Att. IV. *ult. hibernam legionem* eligendi optio delata. Legio hiberna *est, quæ*

in hibernis est. Eadem forma usus est Sueton. in Cajo, c. 8. ubi vid. Gronov.

HIC, *præsens, qui est nunc, hoc tempore.* Or. I. 1. *hi mores.* Verr. II. 3. ad illam veterem disciplinam, non ad *hanc*, quæ nunc increbuit. *ibid.* III. 90. *hæc* licentia. Q. Fr. I. 1. præsertim cum *hi* mores ad ambitionem incubuerint. * *pro* ille: Rosc. Com. 2. quid est, quod negligenter scribamus *adversaria?* quid est, quod diligenter conficiamus *tabulas.* quia *hæc* sunt menstrua, *illæ* sunt æternæ &c. *v. Gron. Obs. III. 16. Sanct. Minerv. II. 9. & ibi Perizon.*

HIR. Fin. II. 8. *vola manus, qua utuntur interdum, qui furtim vinum gustant, cum siphon aut aliud instrumentum non est ad manum, ut vidit Scaliger.*

HIRVDO. *sanguisuga.* Att. I. 13. plebs *hirudo* ærarii. *Forma loquendi ducta est e Plauti Epidic. II. 2. 4.*

HISTORICVS. Muren. 7. homines literati *& historici* Or. 36. *historicus* sermo, *quotidiano distinguitur.*

HIVLCVS. Or. III. 43. *hiulcus* concursus verborum. *ibid.* 44. voces *hiulcæ.* v. *hiatus.*

HOMO, *pro bonis hominis.* Rosc. Am. 8. *hominis* studiosissimi nobilitatis manceps fit Chrysogonus: i. e. *bonorum ejus manceps, sector, fit. Sic homines* vendi, venales pendere *dicuntur, pro bonis eorum.* * Tusc. III. 32. eum *nihil hominis* esse. Q. Fr. II. 11. virum te putabo, *hominem* non putabo. Or. II. 10. nox te expolivit, *hominemque* reddidit.

HOMVLVS, *homuncio.* Pis. 25. hic *homulus* ex argilla & luto fictus Epicureus.

HONESTAS, *decus, laus.* Mur. 40. ceteræ ante partæ *honestates.* * *de hominibus, ut decus.* Sext. 51. in qua omnes *honestates* consentiunt. *Ceterum hoc non est in editione Manutii.* * *magnificentia, sublimitas.* Orat. III. 31. rerum copia verborum copiam gignit. & si est *honestas* in rebus, existit ex rei natura quidam splendor in verbis. * *bona fama, opp. infamiæ.* Rosc. Am. 39. damnatus per arbitrum, & rem restitueret, & *honestatem* omnem amitteret.

HONESTE, *pulchre.* Q. Fr. III. 1. id tectum *honeste* vergit in tectum inferioris porticus.

HONESTVS, *splendidus.* Brut. 81. *quis sit?* Verr. II. 28. *honestus* eques. *Unde* honestissimi homines *vocantur publicani.* Manil. 7. * Quint. 13. *honestius* judicium, *quod famæ ejus, cui intenditur, non tantum periculum affert.*

HONOR, *in plurali de magistratibus dicitur.* v. ad Div. X. 9. 10. &c. *de magistratu autem in singulari. Sic* Sull. I. 18. honor *de consulatu.* cf. Mur. 14. Inv. I. 54. &c. Flacc. 1. *honoris* potius L. Flacci adjutorem futurum. *Ibi, quia Faërni Codd. habuerunt* honorum, *Grævius* honorum *malebat, quod est usitatius de magistratibus. Sed de consulatu sermo est, non de pluribus magistratibus: ergo singulari opus. Nunquam vidi, cum honores dicerentur de uno magistratu.* * *præmium, donum, & quicquid honoris causa datur, aut datum honori est. Sic de hereditate* Quint. 4. ut ad quem maximus

mus mœror morte ſua perveniret, ad eum maximus etiam *honos* etc. Roſc. Am. 37. nonne ſatis fuit, his gratias agi? denique ut perliberaliter ageretur, *honoris* aliquid haberi? cur tria prædia tantæ pecuniæ ſtatim capitoria dantur. *ibid.* 47. quod viris fortibus *honos* habitus eſt; laudo. ad Div. XVI. 9. medico *honos* habeatur. *Sic Græci* τιμᾶν *pro præmio afficere, item* ἐπαινέσαι. * Fin. II. 10. *honos* profundus.

HONORARIVS, *arbitri epitheton, quod honoris cauſa ad aliquem arbitrium defertur.* Tuſc. V. 41. quorum controverſias ſolebat, tamquam *honorarius arbiter*, judicare Carneades. Roſc. Com. 5. *honoraria* arbitria. Cæcin. 1. *honoraria* opera amici (*ſc. arbitri.*) * *honorarium eſt, quod non debemus, ſed noſtra ſponte facimus, libere, honoris cauſa.* Opt. g. d. 1. docere debitum eſt, delectare *honorarium*, permovere neceſſarium. *Sic* Piſ. 35. *honorarium* frumentum. v. *frumentum.*

HONORATVS. *qui magiſtratus gerit aut geſſit.* Brut. 81. qui honorem ſententiis & ſuffragiis adeptus eſt - - is mihi honeſtus & *honoratus* videtur. Off. I. 39. hominis *honorati* & principis domus. Or. 9. Thucydides fuit *honoratus* & nobilis. Cato. 17. ſenectus *honorata.*

HORNOTINVS, *hujus anni.* Verr. III. 18. frumentum *hornotinum.*

HORRIDE, *dure, aſpere.* Quint. 18. *horride* vivere. * *ſine ornamentis, minus elaborate.* Or. 9. *horride* dicere. *ibid.* 25. *de oratore in genere tenui:* iisdem ornamentis utetur *horridius.*

HORRIDVS, *aſper, durus.* Quint. 18. vita *horrida* & arida. * *minus elegans, politus.* Orat. 11. *horrida* pictura. Or. 5. *horrida* oratio. * *incultus.* Verr. III. 18. *horridus* campus. * Div. II. 13. jecur *horridum* & exile, *opponitur* nitido. Iisdem modis dicitur *horridulus*, Att. II. 1. Or. 45.

HORROR, *frigus febrile.* Att. XII. 6. ſine *horrore* eſt. *v. Duker ad Flor. p.* 300.

HORTOR. Att. VII. 14. *pacem* quidem *hortari* non deſino. Fragmm. Cornel. I. *legem* dedit, an tulit, an rogavit, an *hortatus* eſt. *De hac forma egit Gronov. ad Statium & ad Tacit. A. XI.* 3.

HOSTIA. Agrar. II. 34. *hoſtiæ* majores. Leg. II. 21. *hoſtia* maxima parentare.

HOSTIS. Off. I. 12. *qui olim dictus? ſcil. peregrinus.*

HVMANE, *moderate.* Tuſc. II. 27. *humane* ferre aliquid. ad Div. VIII. 10. de provinciis non *humane* loquitur. * *hilare, feſtive.* Tuſc. III. 27. aliquid fecit *humanius*, aut dixit hilarius. ad Div. XVI. 21. Cratippus ſublata ſeveritate philoſophiæ *humaniſſime* nobiſcum jocatur. *Broukhuſius ſic dictum putabat, ac ſi ſcripſiſſet:* ſæpius *humane* (*h. e. verbis communibus & vulgaribus* quam *philoſophice. v. Burm. ad Petron.* 100. *male.* humane *opponitur* ſeveritati, *quæ ſolet eſſe philoſophorum.*

HVMANITAS, *varie dicitur apud Ciceronem. Primum pro natura ipſa humana.* Roſc. Am. 22. magna eſt vis *humanitatis.* Orat. I. 12. Omnem vim *humanitatis* te-

nere, causasque eas, quibus mentes aut incitantur, aut reflectuntur. * *Hinc* humanitas *dicitur de omnibus rebus, quæ hominibus sunt attributæ natura, de ingenio, de propensionibus, sensibus, & omnibus, quæ in homines, qua homines sunt, cadunt. Itaque* 1. *dicitur de desiderio & amore nostrorum.* Att. IV. 15. *humanitatem* tuam amoremque in tuos reditus celeritas declarabit. 2. *de studio valetudinis.* ad Div. XVI. 11. fac, quod *humanitatis* tuæ est, ut nullam aliam rem cures, nisi ut valeas 3. *de sensu doloris, lætitiæ &c. in rebus lætis & tristibus.* Rosc. A. 53. sensum *humanitatis* amittimus. Læl. 13. *humanitas* ex animo extirpata. Tusc. IV. 14. habet *humanitatis* speciem misericordia, metus. Or. 40. *humanitatis* mollitudo. Att. XIII. 2. *humanitatem* omnem exuere. Rosc. A. 16. natura tibi dedit, ut *humanitatis* non parum haberes. 4. *de studio exhilarandi se, ubi in otio sis, aut locus patitur* Or. I. 8. quid in otio tam *humanitatis* proprium, quam facetus sermo. * *Porro, quia* 1) *literarum solus homo capax est*, 2) *humanam naturam, h. e. ingenium, mentem, animum moresque literæ expoliunt, ut tamquam magis homines simus, & eo latius a brutis sejungamur, unde* Fin. V. 19. *animi cultus* humanitatis cibus *appellatur.* 3) *homo natura ducitur scienti cupiditate, eumque adeo* 4) *vel maxime decent, propterea studia literarum appellantur nomine humanitatis.* Or. I. 16. omnes *humanitatis* partes. *ibid.* 9. omne genus *humanitatis, ib.* II. 17. politior *humanitas. ibid.* 10. inops *humanitatis.* cf. Muren. 9. Arch. 1. *ubi v. Passerat. ibid.* 2. &c. Or. I. 60. Q. Fr. I. 1. *Studiis humanitatis autem contineri omnes artes liberales, vel inprimis philosophiam, item Mathesin? cum loci, quos hic posuimus, demonstrant, tum a nobis demonstratum est in prolusione:* de finibus humaniorum studiorum regundis *a.* 1738. *edita.* * *Sed quemadmodum homini proprium est scire, ita etiam ei quædam officia propria sunt, quæ adeo præstare aliis debet, & quia ipse homo est, & quia hi, quibus ea præstat, homines sunt, adeoque naturæ quodam vinculo cum eo juncti. In quo observandum est, Latinos tres habere gradus in iis rebus, quas aliis debemus, ut sunt tres gradus conjunctionis inter homines. Primus gradus est ipsius naturalis conjunctionis, quæ omnes homines amplectitur: huic est proprium vocabulum* humanitatis: *alter gradus est ejus conjunctionis arbitrariæ, quæ est inter cives, socios, verbo, æquales: huic respondet* officium: *tertius gradus, est inter magistratus & cives, parentes & liberos, conjuges, fratres, benefactores & eos qui beneficia accepere &c. huic proprium est* pietatis *vocabulum. Itaque sæpe hæc verba ut diversa junguntur, sed permutantur tamen etiam interdum.* pietatis & officii *verba interdum uno* necessitudinis *continentur.* v. c. ad Div. X. 34. *humanitatis* & necessitudinis causa eorum salutis rationem habuimus. *ibid.* XI. 28. ab officio aut ab *humanitate* desciscere. cf. Verr.

Verr. II. 47. Off. III. 10. omisit & pietatem & *humanitatem*, (*de fratricida*). *Itaque humanitas significat multa, ut facilitatem, æquitatem animi in ferendis malis, misericordiam, æquitatem erga alios, mansuetudinem, placabilitatem &c.* ad Div. XI. 22. ut vel *humanitatis* tuæ vel mea causa eum conservatum velis. Q. Fr. I. 1. *humanitatis* est, aliorum consulere commodis. Att. XV. 1. *humanitas* edictorum. XV. 16. *humanitatis* tuæ est ignoscere. Off. III. 6. in figura hominis feritas & immanitas belluæ a communi tamquam *humanitate* corporis segreganda est. Arch. 11. humanitas *opponitur* acerbitati. Catil. IV. 6. *humanitas* & misericordia. Quint. 16. *humanitas* communis. Or. II. 56. *humanitatis* est responsio. Verrin. II. 40. *humanitatis* rationem habere. ad Div. V. 21. tibi cum summam *humanitatem*, tum etiam literas profuisse, *sc. ut ferres injurias.* ad Div. XI. 27. *humanitas* tua, qui amicum etiam mortuum diligis. Læl. 2. nec fuisse id (*sc. moderate ferre mortem amici*) *humanitatis* tuæ. Mil. 13. crudelius punitus est, quam erat *humanitatis* meæ postulare. Cat. 1. *humanitatem* (*æquitatem in rebus humanis ferendis*) & prudentiam Athenis deportasse. Off. III. 23. utilitate potius dirigi officium, quam *humanitate*. Phil. II. 4. *humanitatis* expers, *qui literas sibi ab amico scriptas, rupta amicitia, profert.* * *cultus humanus, vitæ ratio homine digna.* Sext. 42. vita *humanitate* perpolita. Or. III. 15. ut puerorum mentes ad *humanitatem* & virtutem fingerentur. Div. II. 38. barbari *humanitatis* expertes. * *Quia denique homini proprium est ridere, lætari rebus lætis, jocari.* Or. I. 8. *propterea* humanitas *est etiam pro urbanitate, lepore.* Att. I. 13. sal *humanitatis* sparsæ. ad Div. XI. 27. lepos, *humanitas*, literæ. Rosc. A. 41. literis eorum & urbanitate ducitur - - horum literas adamarit aut *humanitatem*. Verr. III. 4. at sermone, at literis, at *humanitate* ejus delectamini. Or. II. 67. Socratem in hac ironia dissimulantiaque longe lepore & *humanitate* omnibus præstitisse.

HVMANITER, *æquo animo, ut homo debet ea, quæ scit homini accidere posse & solere.* Att. I. 2. ferre *humaniter*. * *hilare*, ad Div. VII. 1. neque nos lepore tuo, neque tu meo frui posses propter molestissimas occupationes meas: quibus si me relaxaro, - docebo profecto, quid sit *humaniter* vivere. *v. humane.*

HVMANVS, *homo*. Att. XIII. 21. possum falli, ut *humanus. plura exempla suppeditabit Gronov. ad Liv. IIX. 9. Heins. ad Silium VII. 5. Huc refer illud* Verr. II. 69. nullum est aliud genus *humanum* in provincia. * *ab homine expectandus, hominibus usitatus & naturalis.* Verr. III. 97. *humana* & usitata ratio. Tusc. III. 6. *humanum* id quidam, non enim e silice nati sumus. Or. 62. oratio composita aufert *humanum* sensum actoris. h. e. *facit, ut non possit cum animi commotione, quæ hominibus solemnis est in his rebus, dicere.* * *doctus.* Or. II. 1. *humanissimus* homo. * *homine dignus.* Or. I. 8. *humanus* cultus.

Arch. 7. animi adversio *humanissima.* Acad. IV. 41. *humanissima* completur animus voluptate. * *æquus, moderatus.* ad Div. X. 24. moderatissimi atque *humanissimi* sensus fuit. * *urbanus, lepidus.* Fin. II. 31. homo bellus & *humanus.* * *acutus, sive etiam curiosus, quia hominibus hoc innatum est, ut velint scire, inprimis ea, quæ occultantur.* Verr. V. 28. Syracusani homines, periti & *humani,* qui non modo ea, quæ perspicua essent, videre, verum etiam occulta suspicari possent; habebant rationem quotidie piratarum, qui securi ferirentur, quam multos esse oporteret, conjiciebant. * *humana & res humanæ dicuntur, quæ hominibus propria sunt, iis accidere possunt, divitiæ, honores, morbi, pericula, paupertas, mors* &c. Offic. I. 4. *humanarum rerum* contemtio. Leg. II. 17. quæ fateor *humana* esse. Læl. 5. amicitiam omnibus *rebus humanis* anteponatis. cf. Fin. II. 41. V. 25. ad Div. V. 12. VI. 1. Att. XV. 20. Tusc. III. 24. &c. Or. I. 18. res humanæ *dicuntur virtus & vitium.* Fin. II. 12. scientia *rerum* divinarum & *humanarum.* v. *divinus.* * Or. 34. humana *dicuntur de jure civili & historia.* * *humanum jus.* v. Jus.

HVMATVS. Leg. II. 22. & quod communiter nunc in omnibus sepultis est, ut *humati* dicantur, id proprium tum erat in iis, quos humus injecta contegeret. *Hunc locum miror neminem vidisse ex viris doctis, qui in Nepotem scripsere, qui Eumen.* 13. *extr.* humare *dixit pro* sepelire, cremare.

HVMILIS, *supplex.* Inv. I. 56. *humilis* oratio. * *inferior, deterior.* Inv. I. 4. *humilior* multis rebus est homo bestiis.

HVMILITAS, *de homine inopi, neque gratia neque pecunia potente.* Quint. 1. nihil est quod *humilitatem* cujusquam gravitas & virtus judicis consoletur. * *opponitur magno animo, cum aliis supplicamus, & indigna nobis facimus.* Inv. I. 56. nam sæpe virtus & magnificentia - plus proficit, quam *humilitas* & obsecratio. Or. I. 53. hæc Rutilius valde vituperabat, & huic *humilitati* dicebat vel exsilium fuisse, vel mortem ante ponendam.

HYDRAVLVS. Tusc. III. 18. *hydrauli* ut audiat voces potius, quam Platonis. Hydraulus *fuit instrumentum musicum, simile huic nostro, quod inflatum spiritu sonos edit. Nam quod in hoc nostro spiritus, id in illo aqua efficiebat. De eo est egregia disputatiuncula in Chrestomathia Pliniana Gesneri p.* 404. *s. cf. Burm. ad Petron. c.* 36. *E veteribus lege Vitruvium X.* 13. *Claudian. de Consul. Malli Theod. v.* 434. *seqq. Anthol. I.* 16. &c. *Ceterum nescio, quomodo in animum induxerit Buherius credere,* hydraulam *tantum de instrumento dici, non* hydraulum: *cum* hydraulus *passim occurrat, v. c. Plin. H. N. IX.* 8. hydraula *tantum apud Vitruv. X.* 10. *quem locum tamen Salmasius ad Solinum p.* 416. *post alios vitiosum judicat.* μόνυλος, μόναυλον, μοναύλιον, *de instrumento dicitur. terminatio* a *&* es *in hujusmodi verbis non est instrumenti, sed instantis, ut in* pythaules, pyth-

pythaula, choraules, choraula, &c. *Et sic* hydraulas *dixit Capella: item Sueton. Ner.* 54. *ubi tamen est varia lectio* hydraulus. *v. Savaronem ad Sidon. Ep. I.* 2. *p.* 19. *ubi de hoc instrumento agit. Ceterum, quia Victorius reperit in quibusdam codd.* hydrauleos, *& in aliis græce scriptum fuit hoc verbum, ut docet Buherius; non intercedam, quo minus* hydraulis *verbum Ciceronianum putetur, quando etiam Græci* ὑδραυλις *habent.*

HYPODIDASCALVS, *magister secundarius.* ad Div. IX. 18.

HYPOMNEMA. ad Div. XIV. 21. multum temporis mihi eripitur in exscribendis *hypomnematis: h. e. præceptis & dictatis magistrorum.*

HYPOTHECA. ad Div. XIII. 56. *hypothecæ* commissæ sunt. v. Ind. Gr. ὑποθηκη. *Salmas. mod. usur. c.* 11. *s.*

I.

I. *litera.* Or. III. 12. Cotta noster, cujus tu illa lata, Sulpici, imitaris, ut *jota* literam tollas, & E plenissimum dicas, non mihi oratores antiquos, sed messores videtur imitari.

JACERE, *commorari aliquamdiu alicubi.* Att. XI. 6. *jacere* Brundisii. * *in medio esse, nondum occupatum esse.* Or. III. 45. sed ea *jacentia* sustulimus e medio. &c. * *jacere dicuntur, qui minus gratiosi sunt.* Att. X. 7. *jacere* Cæsarem offensione populari. *Inprimis autem, qui nullam spem magistratus consequendi habent, cum candidati sint, aut eam ipsam ob causam, quia nihil speraut, ne petunt quidem.* Muren. 8. multis viris fortibus ne ignobilitas generis objiceretur, meo labore esse perfectum; qui - - *jacebant. ibid.* 21. videsne tu illum tristem? *jacet*, diffidit, abjecit hastas. Off. III. 20. C. Marius, cum a spe consulatus longe abesset, & jam septimum annum post præturam *jaceret*, neque petiturus unquam consulatum videretur. * *contemni, parvi duci.* Phil. VI. 5. *jacet* beneficium Nuculæ. Tusc. I. 2. *jacent* ea semper, quæ improbantur. Rosc. Com. 1. *jacet* pecunia extraordinaria? *hæc. ita negligis, ut non referas ex adversariis in tabulas.* Off. III. 33. justitia *jacet.* Acad. IV. 43. virtutem *jacere.* * *diminutum esse.* Rosc. Com. 12. *jacent* pretia. *Passerat. v. ad h. l. Sic dicuntur* agri jacere *ap. Petron.* 44. * *confutatum esse.* Div. II. 51. *jacet* igitur tota conclusio. Fin. V. 28. *jacet* omnis ratio Peripateticorum. * ad Div. VIII. 6. dici non potest, quomodo hic omnia *jaceant:* h. e. *nihil agatur.* * *nil valere, nil efficere.* Mil. 18. *jacent* suis testibus. * *Adjiciemus etiam formas quasdam promiscue.* Verr. I. 39. in oblivione *jacere.* Or. II. 15. in silentio *jacere: de ea re, de qua nihil scriptum est aut præceptum.* Att. X. 4. *jacere* in mœrore. ad Div. V. 17. tempora in ruinis reip. *jacuerunt.*

JACIO, *proprie dicitur de missilibus, in primis telis; unde transfertur ad alia, quibus aliquem lædimus, & tamquam vulneramus.* Planc. 12. *jacis* adulteria. Rosc. Com. 9. *jacere* crimen. Sul. 7. *jacere* contumeliam. Or. 26. *jacere* & mittere ridiculum. * *significare, denunciare, minari.*

ri. Att. II. 7. illud quid sit, scire cupio, quod *jacis* obscure. ib. 23. terrores *jacit* atque denunciat. * *edere, ostendere.* Att. XV. 26. nonnullos interdum *jacit* igniculos viriles. * *ponere.* Agr. II. 15. gradum & aditum *jacere.*

JACTATIO, *vitium animi ex arrogantia & fastu.* Tusc. IV. 9. *jactatio* est voluptas gestiens & se efferens insolentius. * jactatio *est etiam studium captandæ gratiæ, venditandi se alicui.* Har. R. 20. hic primus aditus ad popularem *jactationem.* Cluent. 35. Prov. C. 16. *jactatio* popularis. Or. 3. *jactationem* habuit in populo eloquentia. * *de nave in tempestate.* Muren. 2. e magna *jactatione* terram videre. v. jactare.

JACTARE, *est motus quasi prolusionis.* Tusc. II. 23. *jactare* cæstum. * *ostentare, insolenter se efferre, gloriari.* Dejot. 10. quantus concursus facere solebat, quam se *jactare,* quam ostentare. Att. II. 21. qui antea solitus esset *jactare,* se magnificentissime in illo loco summo cum amore populi - ut ille tum humilis, ut demissus erat. Flacc. 26. in hac igitur urbe se *jactent,* quam oderunt. Rosc. A. 9. in bonis Sext. Roscii se *jactantem.* Catil. II. 9. qui se insperatis repentinisque pecuniis sumtuosius insolentiusque *jactarunt.* cf. Or. II. 58. * *Hinc etiam orator dicitur* se jactare: *item philosophus, cum argumento alicui confidit, ei immoratur, id urget &c.* Verr. V. 1. novi locum: video, ubi se *jactaturus* sit Hortensius. Fin. I. 10. in quo se *jactare* posset vestra oratio. Rosc. A. 32. quo te modo *jactares.* cf. Flacc. 20. * *venditare se, gratiam captare.* Sext. 53. ita se in populari ratione *jactarat.* Att. II. 1. v. *Græv. ad Cic. ad Div. VIII.* 10. video Curionem se dupliciter *jactaturum. quamquam ibi jactare dictum esse aliter puto, nempe, ut* ad Div. II. 15. in qua tu te non magnopere *jactas: h. e. nihil magnopere agis, quiescis.* * *Est adeo pro* placere. Brut. 66. non ita diu *jactare* se potuit. &c. * *Est etiam actionis vitium, quod scil. proprium est fere iis, qui se venditant, aut sibi in aliqua orationis parte nimis placent.* Brut. 60. nisi se suo more *jactavisset,* hodie te istic muscæ comedissent. Verr. III. 19. *jactabis* cerviculam; *de Hortensio.* * *commovere se,* Tusc. II. 19. his tu præsentibus gemere, & *te jactare* non audebis. * Tusc. IV. 10. *jactantibus* se opinionibus inconstanter & turbide. * Jactari *dicuntur, qui aut in turba aliqua ab uno loco in alium truduntur, ut consistere non possint.* Planc. 7. *jactor* in turba. Verr. I. 26. *jactatur* domi suæ: *aut a maritima tempestate deprehensi sunt.* Rosc. A. 26. *jactantur* fluctibus. *hinc est, quacunque ratione vexari.* Planc. 23. inique se a tuis *jactatum.* Quint. 2. *jactata* & agitata æquitas. in Cæcil. 14. te vero quam sit omni ratione *jactaturus.* Planc. 4. nostrum est, qui in hac tempestate populi *jactemur* ac fluctibus. * Att. XI. 16. si recipior ab his - - sin *jactor.* * Offic. III. 20. *jactabatur* numus, sic ut nemo posset scire, quid haberet: *h. e. pretium ejus varium erat, modo majus, modo minus.* * *agitare aliquid, sæpe commo-*

morare. Cluent. 47. *jactare* rem in concione. * *de sermonibus disseminatis.* Catil. IV. 7. *jactantur* voces. * *sæpe, multum in re aliqua versari.* Or. I. 38. *jactare* se in causis centumviralibus. * *minari, denunciare sermonibus.* ad Div. VIII. 6. Legem viariam alimentariamque *jactavit.* Sext. 23. terrorem suum falso *jactare.* Quint. 14. minæ *jactentur.*

JACTATVS. Verr. III. 6. te jam prætore *jactatum* (*sc. sermonibus*) crimen. Cluent. 32. *jactata* res (*int. in concione.*) Quint. 2. agitata & *jactata* æquitas. Or. I. 16. *jactatus* in opere gladiatorio. Mur. 12. vulgata atque in manibus *jactata.* v. *jactare.*

JACTVRA, *pecunia, inprimis magna; largitione, mercede, aut alia ratione consumta.* Cœl. 16. nulli sumtus, nulla *jactura,* nulla versura. Att. VI. 1. exhausta sumtibus & *jacturis* provincia. Manil. 23. quibus *jacturis* homines in provincias proficiscantur. Cluent. 8. ipsum Aurium, non magna *jactura* facta tollendum interficiendumque curavit. cf. Mil. 27. Fin. II. 24. *Gron. de Sest. p.* 284. * Att. XVI. 2. cum tanta *a* nobis *facta sit jactura* juris. ad Div. IV. 5. *in* unius mulierculæ animula *jactura facta est.*

JAM, *in transitionibus dicitur pro* deinde. *sed est interdum statim in principio.* ad Div. IV. 5. V. 2. *Jam* illud &c. Manil. 11. *jam* vero virtuti Cn. Pompeji quæ par inveniri potest oratio. * *pleonastice cum* nunc. Att. I. 6. Hermæ tui - - *jam* nunc admodum me delectant.

JANI, transitiones perviæ Nat. D. II. 27. *de quibus vid. Interpr. ad Sueton. Aug.* 31. * *Est etiam vicus Jani nomine dictus.* Off. II. 25. boni viri, qui ad *Janum medium* sedent: *qui sunt fœneratores.* v. *Manut.*

ICERE. Pison. 12. fœdus quod *iceras.* Balb. 16. *iciisse* fœdus.

ICHNEVMON. Nat. D. I. 36. *de hoc consulendus Plin. VIII.* 24.

ICTVS. Fin. I. 10. voluptas non dolendi non movere potest appetitum animi: nec ullum habet *ictum,* quo pellat animum.

IDEA. Or. 3. has rerum formas (*sc. animo comprehensas*) appellat *ideas* ille non intelligendi solum, sed etiam dicendi auctor gravissimus & magister Plato. *v. Ind. Gr.*

IDEM. Catil. I. 8. me nullo modo posse *iisdem* parietibus tuto esse *tecum:* i. e. *quibus tu: sic enim intelligunt, qui τὸ* tecum *ad* iisdem *referunt: de qua forma vid. Perizon. ad Sanctii Minerv. IV.* 6. *Drakenb. ad Liv. XXX.* 12. *Sed potest etiam referri ad* tuto esse.

IDIOTA, *imperitus, opponitur intelligenti alicujus rei, eleganti* Verr. IV. 2. *& philosopho* Sext. 51. Pison. 26. *idiotarum* divitiæ; *quas indocti, non philosophi admirantur.*

IDOLA. Fin. I. 6. *sunt Epicuri exuviæ corporum.* v. *Ind. Gr.*

IDONEVS, *dignus.* Manil. 19. *idoneus* non est, qui impetret. Att. VIII. 22. non satis *idonei* sunt, qui a te probentur.

JECVSCVLVM. Divin. II. 14. *jecuscula* musculorum.

IENS, *ab* ire, *est* Att. XVI. 21. IV. 9.

JEJVNE. Att. XII. 21. quis *jejunius* dixit inimicus: i. e. *magis invide, minus honorifice, ut faciunt sc. invidi. conf.* jejunus. * *nimis subtiliter.* Or. I. 11. videmus iisdem de rebus *jejunis* quosdam & exiliter disputavisse. Acad. IV. 35. videor nimis etiam nunc agere *jejune.* cum enim sit campus, in quo possit exsultare oratio, cur eam in tantas angustias, & in Stoicorum dumeta compellimus.

JEJVNITAS, *est vitium in genere tenui, cum nimis exilis & arida est oratio.* Brut. 55. *est tamen ubi ubertati opponitur, & de tenui genere, etiam non vitioso, dicitur.* Or. 6. alii in eadem *jejunitate* (*h. e. ut ante dixerat, in subtili & pressa oratione*) concinniores, id est, faceti, florentes etiam, & leviter ornati. cf. Brut. 82. Tusc. II. 1. * *inscitia.* Or. II. 3. *jejunitas* bonarum artium.

JEJVNVS, *ignarus.* Orat. 30. *jejunas* hujus multiplicis generis aures accepimus: h. e. *hoc genus tum erat inauditum nostris hominibus.* * *sterilis.* Verr. III. 37. *jejunus* ager. * *parvus, contemnendus.* ad Div. XV. 4. si non *jejunum,* quod ego gessi. * *inanis, tenuis.* Orat. III. 14. de horridis rebus nitida, de *jejunis* plena est oratio tua. Brut. 30. sunt ejus orationes *jejunæ.* * *absurdus, ineptus, inutilis.* Or. II. 16. *jejuna* concertatio verborum. Off. I. 44. cognitio solivaga atque *jejuna.* * *invidus.* Div. II. 17. illud vero pusilli animi est, & ipsa malevolentia *jejuni* atque inanis.

IGITVR, *eleganter est post digressionem.* Or. I. 7. cum *igitur* vehementius &c. cf. Acad. IV. 6. Fin. V. 32. Balb. 5. &c.

IGNAVVS, *timidus.* Cæcin. 16. *ignavi* milites. * Fat. 12. *ignava* ratio. *v. Ind. Gr.* ἀργὸς λόγος.

IGNIS, *de causa odii & inimicitiarum.* Rabir. Post. 6. huic ordini novum *ignem* subjici.

IGNOTVS, *active* Verr. I. 7.

ILLAQVEATVS. Har. R. 4. *illaqueatus* legum periculis.

ILLE, *pro* hic. *v. hic.* * Catil. IV. 2. neque tamen ego sum *ille* ferreus - - qui non movear.

ILLECEBRAE, *stimuli.* Cœl. 5. erant apud eum *illecebræ* libidinum: *h. e. natura sua ad libidinem propensior erat.* * Catil. II. 4. quæ tanta ullo unquam in homine *illecebra* juventutis fuit.

ILLIBERALIS. Or. I. 32. non est *illiberale ad* cognoscendum.

ILLICIO. Nat. D. III. 27. conjugem *illexe* ad stuprum. Att. IX. 13. ab iisdem *illecti sumus: i. e. inducti, decepti.*

ILLIDERE. Har. R. 25. *illisa* serpens morietur.

ILLIGARE, *exprimere.* Orat. III. 44. *illigare* sententiam verbis. * *immiscere, adhibere.* Or. 27. in quo omnes *illigantur* lepores. Acad. IV. 2. *qui* sermonibus ejusmodi nolint personas tam graves *illigari.* * *de vasis cælatis est hoc verbum* Verr. IV. 42. *illigare* sigilla poculis. *Sic de gemmis Græci:* λίθοι ἐνδεδεμένοι χρυσίῳ. * *obligare.* Phil. XIII. 4. multis pignoribus M. Lepidum resp. *illigatum* tenet. *Imitatus est Tacitus A. XII.* 25. * *constringere.* Or. II. 14. *illigatus* liber angustis disputationibus. * *Elegans est & hoc:* Tu-

Tuscul. I. 25. motus stellarum in sphæram *illigavit*.

ILLIM, *pro* illinc. Att. VII. 13. *ubi lege P. Victorium.*

ILLIQVEFACTVS. Tusc. IV. 9. quæ sunt omnes ad perfundendum animum tamquam *illiquefactæ* voluptates.

ILLVDERE, *contemnere*. Or. II. 3. quod merito *illudi* possit.

ILLVSIO, εἰρωνεία, *urbanitas*. Or. III. 53.

ILLVMINARE, *ornare*. Orat. III. 31. *illuminare* verba, *sc. tropis. ibid. 6. illuminare* orationem. Brut. 37. *illuminare* sententias *sc. figuris*.

ILLVMINATE dicere. Orat. III. 14. i. e. *ornate*.

ILLVMINATVS. Brut. 58. *extr.* O! generosam stirpem, & tamquam in unam arborem plura genera, sic in istam domum multorum insitam atque *illuminatam* sapientiam.

ILLVSTRARE, *aperire*. Catil. I. 3. si *illustrantur*, si erumpunt omnia. *cf.* III. 1. * *ornare*. Div. II. 1. locus, qui totam philosophiam maxime *illustrat*. * *explicare*. Or. II. 33. ut, quæ sint in jure, vel apte describere, vel ornate *illustrare* possit. Orat. I. 23. generibus *illustrata*. Acad. I. 2. *illustrare* philosophiam latinis literis. * ad Div. II. 6. nullam gratiam esse tantam, quam non vel capere animus in accipiendo, vel in remunerando cumulandoque *illustrare* possit: *i. e. illustrem reddere & celebrem*.

IM, *antique, pro eum*, Leg. II. 24. *im* cum illo sepelire &c.

IMAGO, *opponitur rei ipsi, ut nomen*. Rab. Post. 15. umbra & *imago* equitis R. * *de echo*. Tusc. III. 2. *imago* vocis. * εἴδωλα *Epicuri* (*v. Ind. Gr.*) Div. II. 67. Nat. D. I. 12. Fin. I. 6. * Verr. V. 14. *jus imaginis* ad memoriam posteritatemque prodendæ. *Hoc jus dabat ædilitas curulis, & ceteri magistratus majores. Itaque imagines sunt signa nobilitatis. Nobiles enim sunt, quorum majores magistratus majores gessere*. v. *nobilis*. Agr. II. 1. *imagines* familiæ suæ. Planc. 7. qui *imaginibus* ducuntur. Sext. 8. *imaginis* ornandæ causa. imago ornatur *titulis magistratuum, triumphorum* &c. *v. Plin. XXXV. 1. Lipsi. Elect. II. 29. Sigon. Ant. J. C. II. 20. Budæus ad Pand. p. m. 52. s.*

IMBECILLITAS. Nat. D. I. 44. extr. omnis in *imbecillitate* est gratia & caritas: *h. e. in natura imperfecta, signum est naturæ imperfectæ, ut est humana*. * Tuscul. II. 6. imbecillitas *tribuitur philosophis, qui dolorem inter mala retulere*.

IMBERBVS. Dom. 14. *Græv.* imberbis. *utrumque usitatum*.

IMBIBERE, *constituere secum, decernere*. Quint. 6. quod si facere nolit, atque *imbiberit*, ejusmodi rationibus eum ad suas conditiones perducere.

IMBVTVS, *qui alicujus rei initium fecit: quasi initiatus alicui rei, vitio &c.* Phil. III. 2. *imbutus* hac crudelitate.

IMMANITAS. Fin. IV. 9. *immanitas* ista verborum.

IMMATVRITAS, *properatio in rebus ante tempus agendis*. Quint. 26. quid hæc festinatio, quid hæc *immaturitas* tanta significat.

IMMI-

IMMINERE. *de cupidis* Verr. II. 54. *imminens* avaritia. Dom. 18. *imminere* cupiditate *in* tribun. potestatem. * *de gestu oratorum & histrionum.* Orat. II. 55. gestu omni *imminenti: sc. in eum, contra quem dicebat.* Sext. 55. in ore impurissimi hominis *imminens* concionata est histrionum caterva.

IMMINVTVS. Or. 7. *imminutum* verbum: *ut* nosse, *pro* novisse.

IMMISSIO sarmentorum. Cat. 15. *opponitur* amputationi.

IMMITTERE, *possessionem dare.* Verr. I. 54. *immittes in* in mea bona. * Parad. 4. jacere & *immittere* injuriam in aliquem.

IMMO, *in correctionibus: au contraire.* Cæcin. 7. concessit, credo; -- *immo* calumniam stultitiamque obtrivit. cf. Sull. 17. &c.

IMMODERATVS. Or. 58. in oratione numerosa nihil est propositum, nisi ut ne *immoderata*, aut angusta, aut dissoluta, aut fluens sit oratio.

IMMORTALITER gaudeo. Q. Fr. III. 1.

IMMORTVVS, *plane mortuus.* Att. I. 11. *immortuæ* reliquiæ conjurationis.

IMMVNITVS. Cæcin. 19. via *immunita.*

IMMVTATIO. Br. 17. *immutationes* verborum. *Gr.* τρόποι.

IMPATIBILIS. Fin. II. 17.

IMPEDIRI. Inv. I. 11. *impediri* invidia: h. e. *in errorem induci.* Sull. 17. nullius amicitia *impediri ad* propulsanda pericula. * *cum infinitivo.* Or. I. 35. pudor impedit exquirere. Off. II. 2. quod me impediat sequi.

IMPELLERE. Rabir. Post. 1. *impellere* præcipitantes. Or. II. 79. *impellere* leviter judicem.

IMPENDIO, *valde.* Att. X. 4. itaque *impendio* magis odit senatum.

IMPENDIVM, *cumulus, auctarium, usura.* Brut. 4. *impendiis* augere largitatem muneris. Att. VI. 1. cogito fœnus & *impendium* recusare.

IMPENSVS, *magnus.* Attic. XIV. 13. vel *impenso* pretio. *vid. Popma ad h. l.* * *valde propensus.* Sext. 62. hæc tam *impensa* voluntas.

IMPERATOR, *est honoris nomen, quod aut a militibus, re prospere gesta, ducibus tribuitur:* ad Div. II. 10. *aut a senatu:* Phil. XIV. 4. 5. *certo hostium numero occiso, de quo vid. Lex. Fabr. Manut. ad Cic. ad Div. l. c. unde ab eo tempore suo nomini adscribebant duces, donec triumphassent.* * Verr. IV. 57. *Imperator* Jupiter. *v. Ind. Hist.* Jupiter.

IMPERIOSVS. Fin. II. 32. nimis *imperiosi* philosophi. * *qui imperium tenet.* Or. 34. *imperiosi* populi.

IMPERARE. Or. II. 7. domi nihil *imperavi, int. cœnulæ.* ad Div. IX. 25. ades ad *imperandum: h. e. ut tibi imperetur.*

IMPERIVM. Manil. 4. de *imperio* dimicare: *dicitur, cum bellum est non de aliqua regionis parte, sed uter alteri pareat, serviat.* * Verr. II. 31. *imperium* judiciorum, *de Hortensio.* v. *dominari.* * Imperii, *quod magistratuum est, duas formas facio. Altera est* civilis & quasi togati; *quod est magistratuum urbanorum, & omnium provincialium, & alio nomi-*

nomine potestas *dicitur, habetque prehensionem, animadversionem, coërcitionem, in provincia etiam jus securium, s. ut sub Cæsaribus appellatum est, gladii, atque alia multa, quæ ratio magistratus postulat; unde dicuntur hi magistratus esse* in imperio. *Quinto fratri Ciceronis L. I. ep. 1. 6. 8. extr. 10. 12. 13. &c. tribuitur* summum imperium, *cum rei militaris potestatem non habuerit. Nam ibid. §. 7. Asiæ administrationem totam jurisdictione maxime sustineri dicit. & §. 1. nullum ei bellum gerendum dicit. Alterum genus est* militare, *quod habent ii, quibus potestas belli gerendi data est. Hoc imperium, qui habent, dicuntur esse* cum imperio, ad Div. I. 1. *Hujusmodi est* Verr. III. 91. infinitum *imperium* Antonii, *&* imperium *Lentuli* ad Div. I. 7. *&c. Hinc fit, ut interdum* imperia *&* magistratus *opponantur. De discrimine formularum* in imperio, *&* cum imperio, v. *Sigon. A. J. Pr. III.* 14. *Neque tamen id est perpetuum, ut jam vidit Gruchius, qui omnes magistratus provinciales* cum imperio *esse defendebat. Nam ad Q. Fr. I.* 1. 10. *de Quinto:* quoniam in istis urbibus *cum* summo *imperio* & potestate versaris. *Sic etiam reperias* in imperio, *pro* cum imperio, Att. XIV. 15. *vid. Burm. ad Suet. Cæs. 25. ubi tamen dicitur cum respectu ad provinciam. De utroque genere imperii lege Sigon. Ant. J. Prov. L. II. 5. 6. III. 5. 7. s. Manut. ad Cic. Ep. ad Div. I.* 1. *Verr. I. 23. in nonnullis edd. tamquam Aldina, sic legitur:* legationis nomine *cum imperio & securibus* mercator signorum tabularumque missus est. (*& memoratur Verris legati lictor. c. 28. extr. &* 31.) *Grævius ad Prov. Conf.* 3. *oblitus in sua editione hæc verba non esse, ibi improprie vocem* imperii *accipi dicit, pro potestate quadam extraordinaria, quam ipsi Dolabella dederat, ut tanta ejus esset ubique, quanta ipsius Prætoris auctoritas. Mihi videtur illud* cum imperio ac securibus *ex IV. 5. repetitum esse, ubi de Verre:* o præclaram defensionem! *mercatorem cum imperio ac securibus* in provinciam misimus. *nisi forte Cicero invidiose & accusatorie rem augere voluit.*

IMPETRATIO. Att. XI. 22. *impetrationes* nostras nihil valere.

IMPETRARE. Div. I. 2. magna vis videtur esse in *impetrandis* consulendisque rebus. *Est verbum augurale, idemque significat, quod* impetrire, *de quo mox.* Impetrare *habent etiam Codd. Plin. H. N. II.* 52.

IMPETRIRE. Div. I. 16. avibus magnæ res *impetriri* solebant. *ib.* II. 15. qui evenit, ut qui *impetrire* velit, convenientem hostiam rebus suis ducat. *Est autem* impetrire, *auspiciis, extis. &c. consulere Deos, an, quod in manibus habemus, felicem successum sit habiturum nec ne: unde, quod aves admittunt, exta felicia suadent, id* impetritum *dicitur. v. Manut. ad Div. I. 16. & Hotomann. Obs. IV. 3. VI. 11. quem jam laudavit Davisius. E loco Ciceronis autem posteriori patet, falsum esse, quod Scaliger ad Festum putabat,* impetrire *dici tantum*

tum de auſpiciis, de extis autem litare. *Sæpius tamen de auſpiciis occurrit, ut Plaut. Aſinar. II. 1. 11. Plin. H. N. II. 53. add. Harduin. ad Plin. XXVIII. ſ. 3. Hoc verbum non eſt in Nizolio.*

IMPETVS. Dejot. 2. *impetus* dicendi, *pro contentione & vi in dicendo.* * *poëtæ veteres hoc verbo in periphraſi utuntur. Accius* Div. I. 22. nocturno *impetu, pro noctu.* Tuſc. II. 8. biformato *impetu* centaurus, *pro biformatus, bicorpor. Eſt tamen etiam in proſa.* Nat. II. 38. *impetum cœli* moveri vertique, *pro, cœlum. Sæpe ita eſt apud Lucretium. v. Ind. Gifanii in h.v.*

IMPIVS. Phil. 6. *extr. impii* cives, (*e lectione Græv.*) *ſunt, qui patriæ exitio ſunt.*

IMPLERE. Orat. 29. *implet* aures; *de periodo numeroſa & juſtæ magnitudinis.* * *cum genitivo, more græco* Verr. I. 46. multos codices *implevit earum rerum.*

IMPLICATIO. Sext. 46. *implicatio* rei familiaris, *eſt æs alienum.*

IMPLICARE, *immiſcere, indere.* Div. I. 36. Dii vim ſuam hominum naturis *implicant.*

IMPLICATVS, *conjunctus.* ad Div. VI. 12. habeo eos *implicatos* conſuetudine. Vatin. 1. inconſtantia perjurio *implicata.* Off. I. 5. *implicata* inter ſe ſunt. cf. Phil. II. 32. * *difficilis, obſcurus.* Orat. III. 14. reliquæ ſunt magnæ, *implicatæ*, variæ &c. Fin. III. 1. nec in Torquati ſermone quidquam *implicatum* aut tortuoſum fuit. * *inſitus.* Leg. I. 17. quæ in omni ſenſu *implicata* inſidet. * Verr. III. 35. implicatum legibus teneri: h. e. *impediri.* Har. R. 4. expectatione ſupplicii *implicatus.*

IMPLVVIVM. Verr. I. 23. ſigna, quæ nunc ad *impluvium* tuum ſtant. *ibid.* 56. columnas ſingulas ad *impluvium* eſſe locatas &c. *Eſt locus ſubdivalis in mediis ædibus,* (*unde* Verr. I. 19. & 23. impluvium & mediæ ædes *permutantur.*) *in quem aqua de tectis conſluit: Gr.* μεσαύλιον, *ubi Dii penates colebantur more Græco, de quo v. in* Lar. *Id cum ignorarent interpretes Suetonii, mire ſe torſerunt in* compluvio penatium *in* Aug. 92. *Impluvium, ex locis citatis patet, primo porticibus cinctum fuiſſe in ædibus beatiorum: cf. Virgil. Æn. II. 526. ſqq. deinde ſtatuas ibi poſitas ornatus cauſa. ex quo lucem capit locus Quintil. XI. 2.* primum locum *veſtibulo* quaſi aſſignant, ſecundum *atrio*, tum *impluvia* circum eunt, nec *cubiculis* modo aut *exedris*, ſed *ſtatuis* etiam ſimilibusque per ordinem committunt. Statuis *mihi rectius videtur, quam lectio* ſtratis, *a Burmanno & Geſnero recepta.* Statuæ ſ. ſigna *in ornamentis ædium ſunt etiam* Nat. D. II. 37. Verr. I. 19. *Signa*, quæ apud te nuper *ad omnes columnas*, omnibus etiam *intercolumniis* in ſilva denique diſpoſita ſub divo vidimus. *Viden'* ſtatuas inter columnas *porticuum, & ſupra*, e Verr. I. 56. columnas ad impluvium *memorari?*

IMPOLITVS. Prov. C. 14. *impolitæ* res & acerbæ. *v. acerbus.* * *inſcitus.* Or. II. 31. quam ſit hoc genus eorum, qui ſibi eruditi videntur, hebes atque *impolitum.*

IMPONERE. ad Div. VIII. 17. qui me in hanc perditam cauſam *impoſuit.* Sext. 19. *imponere* plagam.

gam. Att. I. 13. *imponere* vulnus. Cæcin. 25. fictus testis subornari solet & *imponi* falsæ tabulæ. *Lambinus & Hotomannus quia* imponi *non concoquebant, quod omnes libri habent, legebant:* interponi. *Sed* imponere *usitatum est in fraudibus: unde* impostores *dicuntur, qui* imponunt *hominibus aliquid in re aliqua pro vero. Nostri eodem modo: einem etwas aufbeften.*

IMPORTARE. Or. I. 9. detrimenta *importata.* ad Div. XVI. 21. suspicionem alicui *importare.*

IMPORTVNITAS, *est hominis difficilis & morosi.* Cato. 3. *& crudelis.* Or. I. 53.

IMPRESSIO. Or. III. 48. & si numerosum est id in omnibus sonis atque vocibus, quod habet quasdam *impressiones,* & quod metiri possumus intervallis æqualibus. *hæ* impressiones *sunt, quæ alio loco* percussiones *dicuntur, de quibus infra dicemus.* * *expressio.* Acad. I. 6. explanata vocum *impressio.*

IMPRESSVS. ad Div. V. 20. vestigiis *impressa.* Or. II. 4. 5. motus *impressus* est in ipso oratore.

IMPRIMERE. Tusc. I. 25. *imprimi* quasi ceram animum putamus. Phil. V. 6. *imprimere* reip. dedecus.

IMPROBITAS, *iniquitas.* Quint. 27. *improbitatem* & gratiam cum inopia & veritate contendere. * *vis, quæ est contra leges.* Cæcin. 2. *improbitas* Æbutii. * *petulantia.* Div. II. 32. *improbitas* similiæ.

IMPROBVS, *qui contra leges facit.* Verr. I. 42. testamentum *improbum.*

IMPVDENS. Verr. I. 54. *impudens* pecunia: i. e. *valde magna, quam postulare valde impudens est.*

IMPVLSIO. Inv. II. 5. *impulsio* est, quæ sine cogitatione per quandam affectionem animi facere aliquid hortatur, ut amor, iracundia &c.

IMPVNITVS. Or. I. 52. omnium rerum *impunitam* libertatem tenere: h. e. *plenissimam, non imminutam.*

IMPVNITAS. Rabir. Post. 10. *impunitas a* judicio & sermone. Brut. 91. *impunitas* juvenilis & licentia dicendi, *dicitur de redundantia illa in scribendo, quæ in Cicerone displicebat Moloni.*

IMPVRE, *illiberaliter.* Att. IX. 12. a quo *impurissime* hæc nostra fortuna despecta est.

IN. *cum acc. pro abl.* Arch. 5. lituram *in nomen* A. Licinii videtis. Rosc. C. 17. *in judicium* habere. Quint. 5. *& ibi Passeratius.* Verr. I. 16. Quint. 30. Dom. 29. in Cæcil. 20. ad Div. XII. 15. &c. * *pro* de. Off. I. 9. *in* philosophos dictum. ibid. 39. quod *in* multis licet dicere. Or. II. 61. quod *in* servo bono dici solet. * *in* Piræa *an rectum sit?* Att. VII. 3. * Fin. I. 20. potare *in* rosa: h. e. *roseis coronis ornatum. Gron. ad Sen. Vit. Beat. c. 11. cf. de hujusmodi periphrasi Lex. Fabri.*

INAESTIMABILE, ἀποπεφηγμένον. Fin. III. 6.

INANIS, *in oratione & de periodo opponitur* pleno. Brut. 8. * *pusillus, humilis.* ad Div. II. 17. animus ipsa malevolentia jejunus atque *inanis.* * Fin. I. 13. 16. cupiditates *inanes.*

INAVDIRE, *leviter audire rem, quæ occultatur.* Att. XV. 26.

INCALLIDVS. Inv. I. 3. oratores non *incallidi. v.* callidus.

INCEDERE. ad Div. VIII. 9. pudeat te, ausum illum umquam esse *incedere* tamquam tuum competitorem. *ibid.* II. 9. repente *incessi* omnibus lætitiis. * *accedere.* Inv. II. 14. facilius animus ad inventionem *incedet. v. Gron. ad Tac. A. I.* 35.

INCENDIVM. *judicium capitis.* Att. V. 20. *incendio* Plætoriano adustus est. * *pestis.* Dom. 50. *tribunatus Clodii dicitur incendium* civitatis.

INCENDERE, *iratum facere.* ad Div. I. 9. ab eo in me est *incensus.* * *illustrare.* Nat. D. I. 31. *incensa* luna radiis solis.

INCENSVS, *qui bona sua in censum non detulit.* Cæcin. 34. populus cum *incensum* vendit.

INCERTVS. Verr. V. 52. *incerta* & lubrica ætas adolescentis.

INCIDERE. Inv. I. 8. atque harum aliquam in omne causæ genus *incidere* necesse est. Verr. II. 74. *incidi homini* sane præter opinionem &c. *oppressi eum.* * *offendere, violare.* Off. I. 9. in alterum *incidunt. Pearcius verbum tentat corrigere haud necessaria de causa.*

INCIDERE, *tollere.* Or. II. 82. *incidere* deliberationem. Phil. II. 19. *incidamus* media. *Sic Livius dixit* incidere spem, *XXXV.* 31. * *conscindere.* ad Q. F. III. 1. poëma *incidi.* * Dom. 30. quid te audacius, qui in ejus nomen *incideris. Viri docti aut omittunt* in, *quod a Pall. Codd. præter unum abfuit, aut addunt* æs. *Alterutrum probasse I. Fr. Gronovium ex Obs. IV.* 1. *patet. Mihi autem placet vulgata. Nam utraque correctio sensum eum habet, qui minus, quam pro mente Ciceronis, dicit: Sedulium primum sciviſſe legem scripserat Clodius. Solebat enim nomen ejus, qui primus sciverat, una cum lege incidi. Hoccine vero est simpliciter:* nomen alicujus incidere. *Non possum concoquere. Quid ergo? Intelligo* legem. Legem incidere in alicujus nomen, *latine mihi dici videtur pro, ita incidere legem in æs, ut ab eo primum scitam esse addatur. Nomine ejus abutitur in hac lege &c. Sic noſtri: auf eines Namen lügen, borgen, etwas thun. h. e. in mentiendo, sumendo &c. alicujus nomine abuti.*

INCILE. ad Div. VIII. 5. in *incili* omnia adhæserunt. *Incile est fossa, quæ in via fit, ad deducendam aquam, ut auctor est Festus: unde ap. Apulejum viæ lacunosis* incilibus *voraginosa. Jam in hujusmodi incilibus facile hærent plaustra. vid. latius hæc disputantem Salmas. ad Solin. f.* 512.

INCISVM, κόμμα. Orat. 62. *hinc* incise *scribere est per commata. ibid.* 63. *i. e. singulis membris, sine periodis.*

INCISIO. Or. 61. *incisiones* ambitus, *sunt partes periodi.*

INCITARE, *augere, propagare.* Or. III. 6. *incitatur* ea ratio: i. e. *invalescit.* Or. I. 20. *incitare* celeritatem. cf. Ligar. 4. *Sic Tacit. A. III.* 25. incitare pœnas: *quod frustra nonnulli tentarunt.*

INCI-

INCITVS, *celer.* N. D. II. 35. *inciti* delphini.

INCLAMARE. Att. II. 20. expeditus ut sis: si *inclamaro*, ut accurras.

INCLINARE. Inv. I. 21. *inclinare* aliquem ad commodum suæ causæ. * ad Div. I. 1. *inclinata* res est: h. e. *afflicta, prope perdita.* cf. II. 16.

INCLINATIO temporum. Planc. 39. Dom. 18. *conversio, de qua supra.*

INCLVSVS, *abditus, latens.* ad Div. I. 9. *inclusum* odium. cf. Brut. 96.

INCOMMODVM, *clades,* (*v. c. bellica*) *calamitas.* Manil. 12. *incommodum* Ostiense.

INCONTEMTVS. Fin. IV. 27.

INCONTROVERSVM jus. Or. I. 57.

INCREPARE. Mur. 10. simulac *increpuerit* suspicio tumultus. Catil. I. 7. quicquid *increpuerit,* Catilinam timeri. *Nostri: wenn sich was regt.*

INCVLCARE, *inserere; sed fere in deteriorem partem accipitur.* Off. I. 31. græca verba *inculcare:* h. e. *sermoni ubique immiscere.* Or. 69. *inculcare* inania verba, quasi complementa numerorum. Or. 15. *extr.* de firmissimis alia prima ponet, alia postrema, *inculcabitque* leviora: *h. e. passim firmis immiscebit.* * Or. II. 5. qui se auribus nostris *inculcant:* h. e. *qui nobis ad satietatem usque disputant.*

INCVLCATVS. Att. XVI. 3. σύνταγμα retractatius, crebris locis *inculcatum* & refectum: h. e. *cui passim aliquid additum est, ut fit in retractandis scriptis.*

INCVLTVS, *de pictura.* Or. II.

INCVMBERE. Or. II. 79. oratio *incumbit* inclinato: h. e. *eum impellit, ut plane nobiscum sentiat, faciat, quæ volumus, cum jam sponte non esset a sensu & voluntate nostra alienus. v. impellere.* Or. III. 14. quocumque *incubuerit, h. e. in quamcunque partem commovere auditorem voluerit.* * ad Q. Fr. I. 1. præsertim cum hi mores ad ambitionem *incubuerint. Eadem constructio, sed in alia re, & alio sensu, est pro* Mur. 26. magna est comitiis consularibus repentina voluntatum inclinatio, præsertim cum *incubuit ad* virum bonum. *&c.* * Att. V. 13. in Cæsaris cupiditates *incubui,* te auctore: h. e. *eas juvi.* * Q. Fr. III. 8. se perfecturum, ut *in illo* Cæsar *incumbat.*

INCVRRERE, *incidere, & multis quidem modis.* Att. VII. 7. tua λῆψις, in quem diem *incurrat,* nescio. Off. I. 9. in alterum genus injustitiæ *incurrunt.* conf. Planc. 38. Leg. I. 3. *incurret* etiam (*in scribendo*) in annum suum. Or. II. 42. *incurrere* in aliquid casu. * Att. V. 4. modo ne illa exceptio in aliquem *incurrat* bene de nobis meritum: i. e. *offendat, obsit.* * Agr. II. 30. privati agri, qui in publicum *incurrebant.*

INCVRSARE. Att. XII. 4. *incursabit* in te dolor meus, non jure ille quidem, &c. h. e. *tibi molestiam creabit.*

INCVRVISCERE. Tusc. I. 28. Or. III. 38. *est hæc scriptura a Lambino. Codd. MSS. & edd. vett. habent* incurvescere: *quod unice probat Buherius ad Tusc. l. c.*

INDEX. ad Mur. 24. *Grævius*

quærit, qui sint indices, *idque se negat scire. Verba sunt:* Catilinam vallatum *indicibus* atque sicariis. *Sic sunt etiam* Sull. 24. Lentuli societates cum *indicibus. Verum nec hic nec illic locum huic verbo putat, sed* latronibus, *aut simili generi. Lambinus conjiciebat:* audacibus; *quia* c. 38. ferrum *&* audacia *junguntur. Sed præter hæc etiam alia loca animadverti, ubi hoc verbum sic est, ut in his.* v. c. Sext. 44. septus armatis *indicibus. Salva igitur res est.* Indicis *verbum Ciceronis temporibus convicium & nomen hominis perditi fuit & nocentis, ut, inprimis sub Imperatoribus, nomen* delatoris *&* cognitoris. *v. Gron. Sest. IV. 3. scil. quemadmodum quidam delatoribus & cognitoribus, quadruplatoribus utebantur, ut aliis litium calumniis molestiam crearent, sic homines seditiosi conducebant egentes & impudentes perditosque, ut per eos bonos cives vexarent, cum eos in concionibus producerent, ut ab se interrogati conficta crimina & invidiosa proferrent, quibus populum in eos concitarent, aut in senatu, ut hujusmodi res ederent, vid. Vatin.* 10. 11. *Flacc.* 38. *Sext.* 63. *ad Q. Fr. II.* 3. *Sueton. Cæs.* 17. 20. *simile quid accidit in verbo* divisor, *de quo supra. * titulus.* Att. IV. 15. parantur orationibus *indices* glorioſi.

INDICIVM, *quod indices ediderunt.* Sull. 13. lege *indicium. * præmium indicii.* Vatin. 11. Rosc. Am. 37. * *delatio nominis, partes accusatoris.* in Cæcil. 11. si tibi *indicium* postulas dari.

INDICARE, *pretium dicere,* Off. III. 16. ut sibi fundus, cujus emtor erat, semel *indicaretur.*

INDIGNITAS. *propria significatio est, qua opponitur dignitati, ut* Orat. II. 32. in Cæcil. 19. quorum nemo propter *indignitatem* repudiatus est: h. e. *quia indignus esset accusatoris munere, idque sustinere non posset. * Dicitur deinde* active *de eo, qui facit, quæ non debebat in hominem se multo meliorem: unde* indignitas hominis *dicitur, de humilitate, sordibus, & turpitudine generis, sortis, vitæ.* Vatin. 1. quid *tua indignitas* postularet: *& sic est in illa oratione aliquoties.* Dejot. 1. accusatoris *indignitas: erat enim servus. de quo est etiam* Verr. IV. 50. Pison. 41. fruar tua *indignitate. Hinc porro transfertur ad res, earumque turpitudinem, fœditatem exprimit.* Mur. 25. neque tamen satis severe, pro *indignitate* rei, decrevit. * *Sed dicitur etiam* passive, *si quis indignis modis tractatur, injuria, contumelia afficitur, qua dignus non erat.* ad Div. VI. 14. cum omnem illius conveniendi *indignitatem* sustinuissemus. *Sic sæpe & Cicero & Livius. * Quia non potest non indignatio nasci ex utraque indignitate: inde fit, ut vel pro indignatione dicatur, vel saltem ejus significationem assumat aliquam. Sic accipi potest illud* ad Attic. X. 8. tacita esse poterit *indignitas* nostra? *Exempla e Livio multa habet Menkenius Observ. L. L. p.* 485.

INDIVIDVA, *int. corpuscula. atomi.* Fat. 11. Nat. D. I. 23. Fin. II. 23.

INDOCTVS. Fin. I. 8. *indoctum*

ctum fuisse Epicurum : *sc. quia reliquas partes eruditionis politioris non attigerat. Ad Divers. XIII.* 1. Atticus valde diligit Patronem, valde Phædrum (*Epicureos*) amavit : non quo sit ex istis : est enim omni liberali doctrina politus.

INDORMIO, *negligens sum in re aliqua.* Q. Fr. II. 15. in isto homine colendo tandem *indormivi.* Phil. III. 14. si *indormiremus* huic tempori.

INDVCERE, *afferre.* Inv. I. 36. *inducere* approbationem. ad Div. XI. 22. causam *inducere.* * *commemorare.* Dom. 34. Att. XIII. 19. sermonem alterius *inducere.* * *referre in rationem.* ad Div. III. 10. rationes, in quibus, quantum legatis datum, *induxit.* cf. Verr. I. 41. * *delere.* Dom. 4. *inducere* SCtum. Att. XIII. 14. *inducere* nomina. * *decipere.* Phil. II. 32. Dolabella qui tum est impulsus, *inductus*, elusus. cf. Att. III. 15. IV. 5. *& Broukh. ad Tib. I.* 7. 1.

INDVCTIO. Inv. I. 31. Top. 10. *quid sit?* * N. D. II. 60. *inductio* aquarum.

INDVCTVS, *adhibitus.* Cœl. 11. *inducta* oratio ad criminandum. * *inventus, receptus in philosophiam.* Acad. IV. 33. *inducto* & constituto probabili. Tusc. I. 26. quinta natura ab Aristotele *inducta.* * *inceptus, ortus.* Tusc. II. 4. sermo *inductus* a tali exordio.

INDVLGENS. Cluent. 5. *indulgens* est nomen maternum.

INDVLGENTIA, *facilitas concedendi, quæ quis petit, desiderat, cupit, quibus delectatur.* Leg. I. 23. animus ab obsequio *indulgentiaque* corporis discessit. Verr. I. 44. filiarum *indulgentia* commoveri. ad Div. X. 24. necessitudo - - videtur desiderare gratiarum actionem - - sed malo præsens observantia, *indulgentia*, assiduitate memorem me tibi probare.

INDVO. Div. II. 19. venti se in nubem *induerunt.* Tusc. I. 38. habes somnum imaginem mortis, eamque quotidie *induis.* * *impedire se, irretire.* Verr. II. 42. dum se expedire vult, *induit* se. Div. II. 17. *induitis* vos in eas captiones &c. cf. Verr. V. 29. Mur. 25. Acad. IV. 6.

INDVSTRIA, *quomodo a diligentia differat. v. in diligentia.* * *in primis dicitur apud Ciceronem de studio agendarum, in foro controversiarum & labore, qui in eo sumitur.* Sext. 65. Mur. 10. 7. * Verr. III. 4. odistis has nostras *industrias.*

INENODABILIS. Fat. 9. res duæ *inenodabiles.*

INEPTE, *alieno tempore, præter rem.* ad Div. VI. 7. ne ea res mihi *inepte* noceret.

INEPTIAE, *res minutæ, non dignæ alicujus persona.* Or. III. 49. ut *ineptiarum* crimen effugiam. * *de desiderio patriæ nimio est* ad Div. VII. 6.

INEPTVS. Or. II. 4. *qui sit?*

INERTIA *in plurali est* Partit. 10.

INEXPLICABILIS. Pison. 33. si Cæsar se mihi implacabilem *inexplicabilemque* præberet. *Græv. legit*, inexpiabilem. *Sed hoc de hominibus dici, qui se placari non sinant, non memini, nec credo. de rebus autem, ut invidia, odio, scio dici. v. Burm. ad Quintil. Instit.*

II. 16. *Sueton. Cæsar.* 18. *Olivetus, V. C. profert e* c. 7. *manes* mortuorum *expiare pro* placare: *Bene. Sed si hinc maxime sequitur, homines inexpiabiles dici posse; tamen nondum necessaria est Græviana correctio: quia vulgata explicari commode potest, nec latinitati contraria est.* Inexplicabilis *est* difficilis. *vid. v. c.* ad Att. VIII. 3. difficiles *autem dicuntur, quibus satis fieri nequit, qui læsi placari non possunt.* Acad. IV. 29. inexplicabilia, *sunt sophismata veterum, quæ negabant dissolvi posse, ut sorites, mentiens &c.*

INIRE. Agr. II. 25. *inietur* ratio. *v. Græv. ad h. l.*

INFANS, *opp. eloquenti.* Brut. 23. Inv. I. 3. * *vanus, inanis.* Att. X. 18. Hortensiana omnia fuere *infantia.*

INFANTIA *opp. eloquentiæ.* Or. III. 51. Att. IV. 6.

INFELIX. Rab. Perd. 4. *infelix* arbor. *vid. arbor.* * *pernicioſus.* Phil. II. 26. si quis sit reip. *infelix.*

INFERCIO. Or. 69. *inferciens* verba, quasi rimas expleat.

INFERIOR. Att. II. 24. ex *inferiori* loco dicere, *de actore causæ forensis, respectu prætoris.*

INFERRE. Cæcin. 5. in ferre se, *de eo, qui se sponte, nemine postulante, offert in negotiis alterius gerendis, voluntarius amicus, ut paullo post dicit. Alii male corrigunt* ingerere, *vel* inferere: *ut bene judicat Hemsterhusius V. Cel. ad Lucian. I. p.* 350. Balb. 10. se in periculum capitis *inferre.* * Or. II. 53. misericordiam *inferre, de oratore, cum incipit movere misericordiam.*

INFICIO, *imbuo, erudio.* Fin. III. 2. *infici* iis artibus. * Att. I. 13. vereor, ne hoc, quod *infectum est,* serpat longius. *Sive hoc* infectum *de macula capias, sive cum Gronovio interpreteris,* peste, tabe contactum, *improprie dicitur. Nam macula* inficit, *non* inficitur; *nec quod tabe infectum est, sed tabes, pestis serpit.*

INFIXVS. Part. 2. *infixa* rebus ipsis argumenta. *Alibi* insita, innata.

INFINITIO. Fin. I. 6.

INFINITVS. Or. I. 31. *infinitæ* rei quæstio: h. e. *sejunctæ a circumstantiis personarum & temporum, quæ uno verbo* causa *dicitur.* * infinitum *dicitur etiam quod nullos temporis locorumque terminos certos habet: ut* Verr. III. 91. & illud *infinitum* Antonii *imperium* senserat Sicilia. *v. Ind. Hist. in M. Antonius Creticus. Sic, quamquam paullo aliter,* Agr. II. 13. infinita *potestas. add. Gronov. ad Liv. III.* 9.

INFIRMATIO. Agr. II. 4. *infirmatio* rerum judicatarum.

INFIRMITAS. Rosc. A. 4. *infirmitas* animi, *de timore.* ad Div. VI. 7. alterum laudare, de quo quicquid detrahas, necesse est aut *infirmitati,* aut invidiæ assignetur: h. e. *ingenii imbecillitati.*

INFIRMARE, *refutare.* in Cæcil. 9.

INFITIALIS quæstio. Top. 25.

INFITIATOR, *unde petitur.* Or. I. 37. * *malus debitor.* Catil. II. 10. *inficiatores* lenti.

INFLAMMATIO animorum. Or. II. 46. *enthusiasmus.*

INFLAMMARE, *augere.* Marcell. 10. *inflammare* odium. *cf.* Act. I. Verr. 1.

INFLA-

INFLATIO. Div. I. 30. cibus habet *inflationem* magnam.

INFLATVS. *ægrotus, perturbatus ira &c.* Tusc. III. 9. *inflatus* animus. * Or. III. 11. *inflata* verba, *vitium in pronunciando.*

INFLATVS. *subst.* Div. I. 6. *inflatus* divinus.

INFLECTERE. Brut. 9. *inflectere* orationem: h. e. *molliorem & suaviorem reddere.* * Quir. p. R. 3. *inflectere* oculos: h. e. *movere ad dolorem.* * ad Div. I. 7. magnitudinem animi *inflectere:* h. e. *demittere.*

INFLEXVS sonus. Or. 17. *v. flexio.*

INFLVERE, *placere.* Off. II. 9. *influere* in animos multitudinis. Læl. 25. *influebat* in aures concionis. Leg. II. 15. nihil tam facile in animos *influit.* * *irrumpere.* Prov. C. 13. *influentes* in Italiam Gallorum copiæ.

INFORMATIO verbi. Part. 29. *est definitio aut descriptio.*

INFORMARE, *describere.* Att. VII. 3. qui in VI. libro *informatus est.* * *componere, instruere.* Sull. 18. *informat* adhuc adumbratum indicium filii. *vid. Græv. ad h. l.*

INFORMATVS, *adumbratus: item constitutus.* Quint. 10. *informata* causa. Att. XI. 6. proscriptio non nominatim, sed generatim *informata.* Att. I. 1. petitorum hæc est adhuc *informata* cogitatio. Off. I. 4. animus bene a natura *informatus, est liberalis, ingenuus.* v. *constitutus.*

INFREQVENS causa. Orat. II. 79. *in qua agenda pauci auditores adesse solent.*

INFRINGERE. Balb. 6. invidere virtuti, velle *infringere* florem dignitatis.

INFVLA, *est ornamentum sacerdotum, velamen capitis, ut ex monumentis antiquis videre licet.* Verr. IV. 50. sacerdotes cum *infulis* & verbenis. * *ornamentum.* Agr. I. 2. *agri publici dicuntur* infulæ imperii R. *sc. quia sunt ornamenta, reip. & eam venerabilem efficiunt.* sic *Senec. ad Helviam.* 13. *ubi v. Lipsi.* Or. III. 21. Quare Coracem istum vestrum patiamur - - Pamphilumque, nescio quem, sinamus in *infulis* tantam rem, tamquam pueriles delicias, depingere. *de hoc loco ita Turnebus ad Agr. I. 2. putem Ciceronem illudere in Pamphilum, hominem, ut ait Plinius,* (XXXV. 10.) *omnibus literis eruditum, eundemque pictorem, qui cum de arte dicendi scripsisset, irridetur, ut non rhetor, sed ut pictor, qui non tam librum scripserit, quam infulas pinxerit; ut enim reor infulæ pingi solebant. Hæc ille. Pearcius autem nihil de hoc loco dicit. Quia mentio fit* puerilium deliciarum, *mihi videtur alludi ad pupas & plangunculas, quæ sunt pueriles deliciæ, ab iisque studiose & magnifice, pro captu suo, ornari solent, adeoque etiam infulis, quæ non modo sacerdotum, sed etiam regum ornamenta sunt.*

INFVSCARE, *corrumpere* Brut. 74. quos non barbaria domestica *infuscaverat,* recte loquebantur.

INGENIVM. Fin. V. 13. *quid significet?* * Rosc. A. 22. nec *ingenio* accusatoris res judicatur: h. e. *non ex oratione ejus, qua cri-*

crimen auxit, & omnibus coloribus veri infecit.

INGENVITAS *est eorum, qui liberis parentibus nati sunt, quorumque nemo justam servitutem servivit.* Verr. I. 58. *ingenuitatis* signum. *v. Bulla.*

INGRAVESCERE, *debilitari.* Cato 11. corpora defatigatione & exercitatione *ingravescunt.* * *augeri.* ad Div. IV. 4. studium hoc (*sc. philosophiæ*) *ingravescit.*

INGREDI, *aggredi, incipere.* Senect. 14. illum lux, aliquid describere *ingressum,* oppressit. Acad. IV. 6. quod nos facere ingredimur. *add. Burman. ad Virgil. G. II.* 175.

INGVRGITARE. Pison. 18. *ingurgitare* se in flagitia.

INHAERERE. Div. II. 46. lingua *inhæret,* ut loqui non possit. * Fin. I. 20. virtutes quemadmodum semper voluptatibus *inhærent, sc. ex mente Epicuri.*

INHALARE. Pis. 8. popinam *inhalare* alicui.

INHIBERE, *de remigibus quid sit.* v. Attic. XIII. 21. *ex quo loco docet Pearcius* Or. I. 33. *extr. pro* inhibuerunt *esse legendum* sustinuerunt. *De re ipsa v. Gronov. Obs. IV.* 26. * *adhibere, uti.* Phil. XIII. 18. eadem *inhiberet* supplicia nobis. *Sic dixit etiam Plaut. Bacchid. III.* 3. *sæpe Livius. vid. Grön. ad eum III.* 59. *XXXVI.* 28.

INHIBITIO remigum *quid sit?* ad Att. XIII. 21.

INHONORATI, Tusc. III. 24. *nullis honoribus usi.*

INHVMANITAS. Or. I. 22. *est negantis, quæ rogatur, cum facere possit.* Mur. 4. *dicitur de eo, qui defensionem rei deponit, opp. officiosus.* Cato 3. *de eo, qui res humanas æquo animo non fert.* Mur. 36. *opponitur profusis epulis, & sordibus jungitur.* Verr. V. 44. *opponitur mansuetudini. &c.* * *de eo qui consuetudines vitæ communis non servat.* Phil. II. 4. in quo te convinco *inhumanitatis.*

INHVMANE. Off. III. 6. *inhumane* facere, contraque legem naturæ.

INHVMANVS. Off. III. 11. *inhumanum* est, usu urbis prohibere peregrinos. Læl. 14. non *inhumana* est virtus, *sc. quia populis universis consulit.* * *rusticus.* Off. I. 36. agrestis & *inhumana* negligentia. * *sordidus, qui utilitatem honesto præfert.* Læl. 13. * *stupidus, indoctus.* Or. 51. aures *inhumanæ.* Sen. p. R. 6. *inhumanum* negotium. * *sævus.* Verr. III. 2. * Verr. I. 42. testamentum *inhumanum.* * *inurbanus.* Quint. 3. neque *inhumanus* præco est existimatus. * Off. I. 40. inhumanus *dicitur, qui in convivio meditatur attentius, quod alienum est ab homine, in convivio non hilarem esse, loqui &c.*

INIBI. Phil. XIV. 2. *inibi* sum: i. e. *hoc ipsum cogito* &c. *v. Ferrar. ad h. l.*

INJICERE, *mentionem facere, dicere, edere.* Att. XVI. 5. Bruto cum sæpe *injecissem,* de ὁμονοίᾳ, non perinde atque ego putaram, arripere visus est. cf. Quint. 21. Dom. 6. imperitis *injecerat* nomen meum. * Nat. D. I. 20. in quam se animus *injiciens* ac intendens &c. * ad Diverf. VII. 16. nunc in hibernis *injectus* esse videris, itaque te commovere non curas.

curas. *Simile est* Dom. 24. *extr.* se in medios hostes *injecisse*, pro *conjecisse*. * Verr. V. 9. nisi existimatis hominem sine aliqua causa *injectum* esse ad tam incredibile crimen. *Græv.* electum. injectum *potest significare:* ineditum, *ut supra: injecerat* nomen meum imperitis, *pro* ediderat. Editi *dicuntur etiam* delati: *nam* delatores edunt *nomina eorum, quos deferunt. vid. edere. Apollonius delatus erat apud Verrem, quasi servos haberet, qui bellum facere vellent.*

INIQVITAS. Cæcin. 23. *dicitur, cum summo jure agitur.*

INITIA naturæ. Fin. II. 12. III. 6. v. *Commendatio. Elementum.* * Acad. IV. 36. *initia* mathematicorum, quibus non concessis dignum progredi non possunt: *Sunt* postulata & axiomata. * *mysteria.* Leg. II. 14. nihil melius illis mysteriis, quibus ex agresti immanique vita exculti ad humanitatem mitigatique sumus: *initiaque* ut appellantur, ita revera principia vitæ cognovimus. *v. mysterium.*

INITIATVS. Tusc. I. 13. *ad mysteria admissus.*

INJVNGO. ad Div. XI. 13. ne quod detrimentum reip. *injungant.*

INJVRIA. Quint. 21. prætor *injuriam* decernebat.

INJVSTVS, *nimis magnus, gravis.* Or. 10. *injustum onus* imponere. *Sic & Virgilius dixit G. III.* 347.

INNOVARE. Pis. 37. *innovare* se ad suam intemperantiam.

INOBSCVRARE. Phil. IX. 5. nulla *inobscurabit* oblivio.

INOFFICIOSVS. Verr. I. 42. *inofficiosum* testamentum; *quo prætermittuntur liberi, conjuges, proximi, quibus officii nostri est consulere.*

INOPIA. Quint. 27. *opp. gratiæ, opibus.* * Brut. 55. *inopia* orationis, *est vitium in tenui genere.*

INOPS. ad Div. IX. 17. causa *inops, quæ non recipit multa ornamenta oratoria.*

INORATVS. Rosc. A. 9. re *inorata* legati reverterunt.

INQVIRO. Verr. IV. 65. quod ad *inquirendum* in te venerit. *v. inquisitor.*

INQVISITIO. Mur. 21. *inquisitio* candidati, prænuncia repulsæ: *est meditatio & comparatio accusationis.*

INQVISITOR. Act. I. Verr. 2. *inquisitor* Achaicus. *Ita dicitur accusator, cum tabulas, literas, testes conquirit, inprimis in causa repetundarum in provincia, quibus in accusatione utatur.*

INQVIT. *pro secunda persona.* Fin. I. 2. Synephebos, *inquit*, ego potius - - legam. *de qua ratione v. Gron. & Drakenb. ad Liv. XXXIV. 3. Sic & Horatius utitur, & Græci τὸ ἔφη.*

INSANIA villarum. ad Q. Fr. III. 1. *nimia magnificentia.*

INSANIRE, *nimis cupide & multum licitari.* Verr. III. 48.

INSATIABILIS, *active.* Fin. IV. 5. *insatiabilis* voluptas. Tusc. V. 25. *insatiabile* gaudium. conf. N. D. II. 39. 62.

INSCIENTIA, *ignorantia.* N. D. III. 38. Deo non est excusatio *inscientiæ.* cf. Inv. I. 2. Acad. IV. 47. * *Est etiam vocabulum philosophicum.* N. D. I. 1. De hac quæstione tam variæ sunt doctissimorum

EGYETEMI KÖNYVTÁR DEBRECEN

morum hominum tamque discrepantes sententiæ, ut magno argumento esse debeat, causam, id est, *principium philosophiæ esse inscientiam*, prudenterque Academicos a rebus incertis assensionem cohibuisse. *Hujus loci quot sint explicationes atque emendationes, difficile est enumerare. Olivetus, novem doctorum hominum sententiis commemoratis, ipse ita verba, de quorum sensu quæritur, interpretatur: que la philosophie doit porter sur des principes evidemment connus; approbante Buherio. vid. Entretiens de Ciceron sur la Nature des Dieux T. I. p.* 341. 437. *Sed non erat, quare sic se verum verborum sensum vidisse existimaret. Nam si quis Academicæ disciplinæ rationem consideret, quæ nihil certi esse ac percepti contendit, & hanc interpretationem cum sequentibus comparet, facile intelligat profecto, longe aliam his verbis vim esse subjiciendam. Vidit hoc vir doctissimus, qui in Miscell. Observatt. Vol. III. T. II. p.* 154. *quamquam interpretationem Oliveti viderat, tamen novam sententiam proposuit. Socrates, ait, a quo Academici profecti sunt, in cujus auctoritate certe libenter delitescebunt, is igitur dicere solebat, se unum hoc scire, quod nihil sciat. Ideoque inter Academicos receptum esse potuit* (cur non potius, fuit?) *hoc placitum:* ἀρχὴν τῆς φιλοσοφίας εἶναι τὴν τῆς ἀγνοίας γνῶσιν. *Hæc omnia recte. Quid ergo? Censeo legendum:* inscientiæ scientiam. *Qua sensum, non male, sed emendatione nil opus. Alius vir doctus eodem loco commemorat conjecturam docti hominis, nescio cujus, e Bernardi Novis Reip. Litter. qui legebat:* Principium philosophiæ esse Scepsin: *sed sibi, etsi se nondum expediat, tamen placere maxime ostendit Baelii conjecturam, qui reponi volebat:* principium philosophiæ non esse scientiam. *Viderunt viri doctissimi veram loci sententiam, sed præter rem medicas ei admoverunt manus. Scilicet* inscientiæ *verbum duplicem vim habet apud Ciceronem, vulgarem alteram, quæ neminem fugit, alteram vero remotam ab usu plebis, eamque in nullo Lexico, quod sciam, commemoratam. Ea est* Acad. I. 12. Si quid ita erat comprehensum, ut convelli ratione non posset *scientiam:* sin aliter, *inscientiam* nominabat Zeno: ex qua exsisteret opinio, quæ esset imbecilla & cum falso incognitoque communis. *Hanc* inscientiam *defendebant Academici, qui nihil statuebant esse perceptum, h. e. ita comprehensum, ut convelli ratione non posset,* Acad. I. 6. *Itaque hanc summam legem & principium totius philosophiæ putabant, nihil certo sciri, nihil percipi posse: contra quos coorti Stoici scientiam menti humanæ & perceptionem comprehensionemque asserebant. Quare cum Cicero, id quod inter omnes constat, Academicam rationem sequeretur, vel illam philosophorum de natura Deorum dissensionem confirmare* inscientiam Academicam *existimabat, & Academicos propterea prudenter, cum omnia incerta sint, assensionem ubique cohibendam putare. Hæc, ex prolusione*

lusione a. 1737. *edita, qua varios locos in libris de Nat. D. emendavimus & illustravimus.*

INSECTARI, *instare, urgere.* Font. 1. *insector* ultro, atque insto accusatori; *insector*, inquam, & flagito testes.

INSEPVLTVS, *non sepultus.* Phil. I. 2. qui illam *insepultam* sepulturam effecerant: h. e. *qui Cæsarem sepelierant, qui sepeliendus non erat, ut, opinione hominum, & jure, idem sit, ac si sepultus non esset. Contra pro* sepultus *est.* Phil. XIV. 12. vestra virtus nec oblivione eorum, qui nunc sunt, nec reticentia posterorum *insepulta* esse poterit.

INSEQVI, *objicere, exprobrare.* Sull. 29. *insequi* turpitudinem vitæ. * Or. II. 3. nec vero te rhetoricis libris *insequor* ut erudiam.

INSIDERE. Dejot. 3. fictum crimen *insidet* in animo: *h. e. creditur.* Tusc. II. 4. *insidet* in animo oratio: *h. e. vim habet in animum.*

INSIGNE, *criterium.* Acad. IV. 11. *insigne* veri. Or. II. 9. *insignia* verborum & sententiarum, *sunt lumina orationis, tropi & figuræ.*

INSIGNIS. ad Div. III. 11. vir *insignis ad* laudem.

INSIGNITE. Or. II. 85. *insignite* vituperare. Quint. 23. *insignite* improbus.

INSINVARE. Phil. V. 3. eccui potestas in forum *insinuandi* fuit: h. e. *veniendi, cum aditus sepsisset Antonius.* v. *Manut. ad h. l. de omisso pronomine* se.

INSISTERE, *immorari.* Verr. III. 74. *insistere* singulis peccatorum gradibus. * *constitutum esse.* Sext. 67. in tanta gloria *insistentes.* Or. III. 41. *insistere* jugo imperii: h. e. *habenas imperii tenere: ab aurigis sumtum est.* * *fungi.* Or. III. 45. quonam modo tantum munus *insistemus.* * Or. III. 49. oratio *insistit* interius: *np. cum periodos plenas non habet, neque aures implet.* Or. 51. quid est cur claudere aut *insistere* orationem malint, quam cum sententia pariter excurrere.

INSITVS. insita *dicuntur interdum, quæ nobis propria sunt, quæ ita insederunt opinione aut consuetudine tenaciter, ut innatæ esse videantur.* Mur. 14. *insita* cujusque virtus. Tusc. IV. 11. opinio penitus *insita.* Off. III. 32. ut esset *insitum* militibus, vincere.

INSOLENTIA *dicitur, ut* insolens, *non solum ratione rerum insuetarum, & insolitarum, ut* Dejot. 2. *sed etiam ratione hominum, qui insueti sunt alicujus rei.* Rosc. A. 31. propter *insolentiam* fori judiciorumque. Pis. 11. *insolentia* rerum secundarum.

INSPECTIO. Phil. II. 32. *pro* spectione. *Sed Grævius post Ferrarium & alios recepit* spectio, *quod verum est.* Inspicere & inspectio *haruspicum est, non augurum.*

INSPICERE, *aliquid exigere, examinare.* Cæcin. 21. tamquam si arma militis *inspicienda* sint, ita probet armatum.

INSTAR *semper aliquam magnitudinem indicat apud optimos scriptores, & Ciceronem.* Verr. V. 34. navis urbis *instar.* ad Div. IX. 6. *instar* vitæ. Off. III. 3. ut vix minimi momenti *instar* habeant. Rab. Perd. 8. mortis erat *instar.*

v. plu-

v. plura ap. Burm. ad Ovid. Her. XVI. extr.

INSTARE, *cœpisse, incipere; præsertim in perfecto.* ad Div. X. 16. flagitare senatus *institit* Cornutum. *ubi v. Græv.* Or. III. 1. pignoribus ablatis Crassum *institit* coërcere. *v. plura ap. Drakenb. ad Liv. XXX.* 17.

INSTAVRATIVVS. Div. I. 26. *instaurativi* ludi, *qui de novo habentur, quod primi aliqua re funestati sunt; unde etiam* instaurare ludos. Div. I. 26.

INSTIMVLATOR seditionum. Dom. 5.

INSTITVERE. Mur. 9. *instituere* actionem, *idem est quod* informare, *de quo supra.* * *constituere, inducere. ibid.* 28. miseram conditionem *instituet* periculis hominum.

INSTITVTIO. Tusc. I. 25. progressiones *institutionesque* stellarum. *Hanc vocem nullum idoneum sensum habere viderunt viri docti. Quidam legunt* institiones, *quod receptum est in Davisianam secundam. Id habet commodam interpretationem. Nam planetæ, de quibus sermo, interdum* insistere, *h. e. stare, videntur: unde* stationes planetarum *dicuntur, & ipsi planetæ* stationales, *ap. Plin. II.* 15. 16. *Buherius autem legendum censet* insecutiones, *& pro* progressiones, prægressiones, *nixus loco* Nat. D. II. 20. tum antecedunt, tum subsequuntur. *Sed ibi hæc verba referuntur ad solem, quem planetæ modo antecedunt, modo sequuntur: hic autem de eorum cursu simpliciter & per se loquitur Cicero. Ibidem autem hæ stellæ dicuntur interdum ad quoddam tempus* insistere. * N. D. II. 13. in omni *institutione* rerum: h. e. *in omnibus rebus, quas natura instituit, fecit.*

INSTRVCTOR convivii. Sen. p. R. 6.

INSTRVCTVS. Or. 5. *instructa* oratio, *est apte composita, structa, numerosa.*

INSTRVCTVS, ûs. Or. III. 6. eodem *instructu* & ornatu comitata oratio.

INSTRVERE. Off. II. 7. ita *se instruunt*, ut metuantur: i. e. *hoc agunt. pro* instruere *dicitur etiam hoc sensu* comparare se.

INSTRVMENTVM, *materia, facultas.* Rabir. Post. 1. *instrumentum* bonitati quærere. Catil. II. 5. *instrumenta* virtutis, *sunt bona naturalia, quibus ad virtutem facilius pervenitur.*

INSVLA, *de domo, a nulla parte aliis ædibus juncta, sive potius, de ædibus pluribus junctis unius domini, & ab omni parte liberis.* Cœl. 7. *insulam* esse venalem. Off. III. 16. Claudius proscripsit *insulam.* cf. Fin. II. 26. *v. Græv. & Manut. ad Cœl.* 7.

INSVLSITAS. Att. V. 11. *insulsitatem* rei ferre. *ibid.* XIII. 29. *insulsitas* villæ.

INTEGER. ad Div. V. 20. *coll.* Or. III. 4. res est in *integro; ita dicitur, ut* causa *integra.* ad Div. I. 1. * *inviolabilis.* Rosc. A. 38. jus *integrum.* * ad Div. X. 8. ad societatem *integerrimorum* periculorum accedere. * Or. II. 45. *integræ* sententiæ: h. e. *nullo fuco corruptæ.* * Div. I. 29. integri *opponuntur repletis jam cibo & potu. sic,* integra fames ad Div. IX. 20.

IN-

INTELLIGENTIA, *notio.* Top. 5. *intelligentia* impressa. cf. Leg. I. 9. 10. * *captus.* Leg. I. 16. Orat. I. 58. *intelligentia* communis. Or. 33. *intelligentia* popularis, *opponitur subtiliori, quæ ex arte petitur. hinc* intelligentia *simpliciter* Verr. IV. 21. *tribuitur ei, qui de re aliqua bene judicat, tanquam de tabulis, vasis cælatis* &c. *eodem modo dicitur etiam*

INTELLIGERE. Verr. IV. 14. 2. *cf. Burm. ad Sueton. de Grammat.* c. 10. * Inv. I. 39. *intelligitur* ex se; *de axiomatis, quæ hodie vocantur.*

INTEMPERANS. Tusc. II. 17. est *intemperans* militaris in forti viro gloria.

INTENDERE, *de eo, quod quis instituit facere in quocunque genere.* Or. I. 20. 31. id, quod *intenderemus*, confirmare. *v. Intentio.* Quint. 29. quem, quomodo nunc *intendit*, ne in vivorum quidem numero tum demonstrat fuisse. ad Div. I. 2. Lupus *intendere* cœpit, ante se oportere discessionem facere: *ubi videtur esse pro* contendere. *ibid.* VIII. 4. se *intenderant* adversarios in tribunatum ejus: h. e. *institerant adversarios se præbere.*

INTENTIO. Inv. I. 10. *apud rhetores quid sit?*

INTENTVS. Verr. V. 31. tabernacula carbasei *intenta* velis: *quod Burmannus ad Virgil. Æn. IV.* 506. *interpretatur* tecta. *Possis tamen etiam accipere pro* tenta: *ut dicimus* tendere arcum, *&* intendere.

INTER. Rosc. A. 5. judicium *inter* sicarios: *formula antiqua, pro, de sicario, de cæde rei.* Phil. II. 4. *inter* sicarios defendere aliquem: h. e. *reum cædis.*

INTERARESCERE. Tusc. V. 14. nihil *interarescere* debet eorum, in quibus vita beata consistit.

INTERCALARE, *diem unum aut plures inserere; quod fiebat, ut annus cum ratione cœli congrueret.* v. Verr. II. 52. Att. VI. 1. quasi *intercalatum* non sit.

INTERCALARIS, *intercalatus.* Quint. 25. ante V. Kalendas *intercalares. Intellige de Kalendis mensis intercalati, ex instituto Numæ: de qua re vid. quem ad h. l. laudat Græv.*, *Gronov. Obs. II.* 18. *Sed ejus mentem ex Græv. verbis vix tirones satis intelligant. Est autem hæc: Annus Numæ erat* 355. *dierum: ex quo instituto, quia octo annorum spatio* 90. *dies aberrabat annus a cursu solis, hos* 90. *dies in quatuor menses intercalares, sive Merkedonios, descripsit Numa, duos binum* (*ita Gronov. Sed debet esse:* unius: *quod aliter summa non constat, nisi* 6. *horas, quæ sunt super* 365 *dies, ducas.*) *duos ternum & viginti dierum, & post biennium unum quodque unum ex his, & quidem alternis, modo parem, modo imparem, interposuit. Eos menses a Græcis inventos induxerat. Quia autem Græci tantum* 354 *dierum faciebant annum, post tertiam octaëterida, h. e. post* 24*tum annum, dies erant* 24. *superflui Numæ, hi scilicet, quos singulis annis, in honorem imparis numeri, adjecerat. itaque tertia octaëteride non* 90. *ut primis duabus octaëteridibus, sed* 66. *dies interposuit: quo facto solem & lunam ad easdem metas reduces habebat. Atque hic est* Cyclus Numæ 24. *annorum, de*

quo

quo est apud Livium I. 20. * ad Div. VI. 14. Kalend. *intercalares* priores. *Hunc locum cape de mensibus intercalariis Cæsaris. Is, quia anni ratio, propter intercalandi licentiam, qua Pontifices usi erant, perturbata erat, & ipse fastos emendare instituerat, primo instituit annum* 365 *dierum; deinde, ut ante in ordinem rediret annus, fecit annum, quem vocant confusionis. In eo erant tres menses intercalarii, primus is, qui ex instituto Numæ in illum annum incidebat: deinde duo Cæsaris integri, interjecti inter Novembrem & Decembrem. Prioris Kalendæ dictæ sunt* Intercalares priores, *alterius* posteriores. *v. Sueton. Cæs.* 40. *& Scaligeri diatriben de hac correctione fastorum sub initium Libri IV. de emend. temporum. Similiter Livius XLIII.* 11. *dixit* Kalendas intercalares. *Aliud egerunt viri doctissimi, Manutius, Lambinus & alii, cum de die intercalari post d.* 23. *Febr. ceperunt, qui nunquam Kalendarum nomine venit.*

INTERCALARIVS mensis. Verr. II. 52.

INTERCEDERE, *sponsorem fieri pecuniæ, quam suo quis interventu alteri conciliavit.* Att. VI. 1. *interceſſiſſe* se pro iis magnam pecuniam. *ubi v. Manut.* cf. I. 16. Phil. II. 18. *Salmas. mod. usur. p.* 726. *De tribunis quid sit* intercedere, *notum est.*

INTERCESSIO, *sponsio in re pecuniaria.* Parad. 6. 2. *interceſſiones* pecuniarum. * *opera ejus, qui se in aliqua re interponit, mediator fit.* Att. I. 4. mea *interceſſio* & est, & fuit parata.

INTERCESSOR, *qui se interponit, mediator, ut hodie dicunt.* Rosc. A. 38. isto hortatore, auctore, *interceſſore*, legati ad Sullam non adierunt. * *Sponsor.* ad Div. VII. 27. utinam semper tribunus esses, *interceſſorem* non quæreres. *Ludit in ambiguitate verbi, quod & sponsorem significat, & tribunum intercedentem alicui rei, h. e. vetantem.*

INTERCOLVMNIVM, *spatium columnis interjectum.* Verr. I. 19. ad Q. Fr. III. 1. *adi Gothofred. ad Cod. Theod. l.* 45. *de operib. publ.* (*L. XV. tit.* 1.)

INTERDICERE. *verbum prætorium. vid. interdictum.* Cæcin. 8. 13.

INTERDICTVM, *decretum prætoris, certis formulis conceptum, quo aliquid jubet vel vetat: inprimis in controversiis de possessionibus, cum eum, qui ex aliquo loco dejectus est, restitui jubet, donec res judicio plana facta sit. v. Justin. Inst. IV.* 10. *& ibi Hotomann.* Cæcin. 3. possessio per *interdictum* repetita. *ibid.* 14. hujus rei *interdictum* majoribus in mentem non veniisse. *ibid.* 31. *interdictum* quotidianum. ad. Div. VII. *penult. interdictis* defendere possessionem. Or. I. 10. *interdicto* tecum contenderent. * Dom. 26. *interdictum* sceleris. i. e. *scelestum, de lege, qua Ciceroni aqua & igni interdictum erat.*

INTERDVCTVS, *signum interpunctionis.* Or. 68. *interductus* librarii.

INTERFATIO, *interpellatio.* *Sext.* 37.

INTERFICERE. in Oecon. ap. Non. herbas arescere & *interfici.*

terfici. Sic & Virgil. G. IV. 330. *dixit.*

INTERIMERE, *tollere.* Mur. 12. *interimere* sacra.

INTERIOR, *remotior, & pæne ultimus.* Manil. 22. gentes *interiores, sc. Asiæ, remotiores ab ora maritima, adeoque etiam Roma.* ad Q. Fr. III. 1. *interiore* epistola: h. e. *pæne ultima: ad q. l. Manut. Et ratio, atque aliæ formulæ ostendunt,* interius *esse, quod a conspectu longe remotum est. Sic fere* Acad. IV. 2. interiora Luculli *sunt ea ejus bona, quæ non omnibus nota sunt, nec in oculis omnium versantur, ut studia literarum. hinc* interiora *dicuntur* subtiliora. N. D. III. 16. *interiores* & reconditæ literæ. ad Div. VII. 33. *interiores* literæ. cf. III. 10. Div. II. 16. hæc in promtu sunt, *interiora* videamus. *cf. intimus.* * ad Q. Fr. I. 1. *Octavius, qui Macedoniam regebat, dicitur Ciceronis, Asiæ Prætoris,* vicinus interior. * *arctior, conjunctior.* Off. III. 17. *interior* societas. *ib.* I. 17. *interius* est, esse ejusdem civitatis. * *brevior.* N. D. II. 41. *cursu interiore* brevi convertitur orbe. Acad. IV. 20. cursu *interiore.* * *medius.* Or. III. 61. contentionis extremum, quod tamen *interius* est, quam acutissimus clamor - est item contra quiddam in remissione gravissimum.

INTERIVS. Or. III. 49. *interius* insistere. *v. insistere.*

INTERMORTVVS. Mil. 5. *intermortuæ* conciones, *interpretantur, intermissas, quæ desiere. Ego autem* languidas *interpretor, in quibus parum quis potest, quas non potest concitare amplius, etsi velit. Sic* plausus mortuus, *pro* languido - Att. II. 19. Cæsar cum veniisset plausu *mortuo.*

INTERMVNDIA *Epicuri* Fin. II. 23.

INTERPOLARE. Verr. I. 61. *interpolare* tabulas, *int. cera. nam cera teguntur literæ, quas occultare in tabulis volumus, ut fuco maculæ faciei.*

INTERPOSITIO, *cum verba quædam libro jam scripto inseruntur.* ad Div. XVI. 22. una *interpositio* difficilior est, de quadrimo Catone.

INTERPOSITVS, *rebus & verbis interpositis turbatus, corruptus.* Verr. III. 75. *interpositæ* rationes.

INTERPRES, *internuncius, mediator, per quem quid transigitur inter duos.* Act. I. Verr. 12. *interpretes* corrumpendi judicii. Cluent. 36. nummarius *interpres* pacis & concordiæ. *Grævius laudat de hac vocis vi Cuper. ad Inscr. subjectas Apotheos. Hom. p.* 273. * Nat. D. II. 4. *interpretes* comitiorum, *dicuntur aruspices, qui scil. sciunt, utrum justa comitia fuerint, an vitiosa.* * ad Brut. ep. 10. fallaces *interpretes* ac nuncii: *sunt, qui res gestas ac non gestas suis interpretationibus in partem aliam, detorquent, ut spem metumve injiciant, aut incitent aliquem in alterum: de qua vi verbi v. Schwarzium ad Plin. Pan. p.* 44. *a.*

INTERPRETARI religiones Dom. 1. *est aruspicum, pontificum &c. qui de prodigiis, locis & rebus sacris respondent.*

INTERPRETATIO fœderis Balb. 6. *vis, sententia.*

IN-

INTERPVNCTIO, *distinctio.* Mur. 11. *interpunctiones* verborum.

INTERPVNCTVM. *idem.* Orat. III. 46.

INTERPVNCTVS, *distinctus, variegatus.* Or. II. 86. *interpuncta* narratio sermonibus; *cui dialogisini immiscentur.*

INTERREX. Dom. 14. *est magistratus extraordinarius, qui comitiorum habendorum causa creatur, cum magistratus major nullus est, qui habere possit. Nomen retinuit in libera rep. quod olim acceperat, post mortem Romuli in interregno. Liv. I. 17. Interregem autem & patricium esse, & a patricio prodi oportebat.* Dom. l. c.

INTERREGNVM, *in libera republica fuit, cum nullus magistratus major esset, propter dilata & obnunciationibus crebris diremta comitia,* Att. VIII. 9. IX. 11. ad Div. VII. 11. Q. Fr. III. 8.

INTERROGARE. Flacc. 10. bene testem *interrogavit. Moris erat, cum testis ab aliquo in judicio producebatur, ut & ipse, qui eum produceret, de iis rebus, quas vellet testimonio ejus confirmari, eum interrogaret, & patronus ejus, contra quem producebatur, si forte responsiones elicere posset ejusmodi, quibus se impediret ipse, quibusque testimonium ejus convinci posset falsitatis: in quo in primis ingenium & artificium patroni cernebatur. Atque hoc est, bene interrogare. v. Interrogatio.* * *compellare de crimine aliquo, quod est accusatoris.* Dom. 29. quis me *interrogavit* ulla lege? quis postulavit? quis diem dixit. *Sic sæpe usus est hoc verbo Tacitus, ut A. XIV. 46. itemque Sallust. Catil. 18. ubi Cortius & h. l. Ciceronis affert, sed male* interrogare *explicat quærere de aliquo, & de judicio: pejus laudat locum Livii VIII. 32. ubi longe alia ratio.*

INTERROGATIO, *est actoris, cum testem, sive suum, sive adversarii interrogat: cujusmodi est oratio in Vatinium. v. Argum. Or. in Vat.* ad Div. I. 9. tota vero *interrogatio* mea nihil habuit, nisi reprehensionem tribunatus ejus. *Ex interrogatione hac Vatinii intelligitur, etiam objecta esse testibus interrogando, quibus fides eorum infirmari posset. cf. de hoc genere Casaub. ad Suet. Aug. c. 33. Gruter. ad Tacit. A. VI. 47.*

INTERSPIRATIO. Or. III. 51. *interspirationes* æquales, *sunt æquales partes periodorum, atque adeo periodi, quæ uno spiritu pronunciantur, ut adeo æqualibus intervallis respiretur.*

INTERSVM. Acad. IV. 26. quod *ab eo* nihil *interfit, pro,* ejus.

INTERTRIMENTVM. Verr. I. 50. *est damnum quod ad duos pertinet, ut detrimentum ad unum. Ascon.*

INTERVALLVM, Or. III. 46. sine *intervallis* loquacitas: h. e. *sine interpunctis & interspirationibus.*

INTERVENTOR, *interpellator.* Fat. 1. vacuus ab *interventoribus* dies.

INTERVERTERE, *avertere, intercipere.* Dom. 43. *interversa* ædilitas. Verr. IV. 30. *interversum* donum.

INTER-

INTERVISERE, *invisere*. ad Div. VII. 1.

INTIME. Qu. Fr. I. 2. *intime* commendavi: i. e. *accuratissime*. *Sic* interior custodia *Liv. XXIII.* 19.

INTIMVS, *accuratissimus, subtilissimus*. Or. I. 21. disputatio *intima*. * Dom. 34. non quo mihi P. Scipionis vis *intima*, privati hominis, displiceret. *Manutius conjiciebat:* ultima, *quod non displicebat Grutero. Si de loco esset*, intimus *posset esse* ultimus: (*v. interior*) *nunc durum videtur: quamquam nec* ultima, *aut si hunc sensum haberet*, intima, *concoquerem. Optimum videtur esse, cum Palat.* 9. *omittere hanc vocem. Dixit tamen etiam Tacitus A. XV.* 2. *extr.* vires *intimæ:* i. e. *summæ, omnes*.

INTORQVERE. Tusc. IV. 36. alternis versibus *intorquentur* inter fratres contumeliæ.

INTRACTATVS, *indomitus*. Læl. 19. *intractatus* equus.

INTRARE. Flacc. 10. *intrabo* etiam magis, *sc. in causam, accuratius agam*.

INTRVDERE se. Cæcin. 5. *idem est, quod* inferre se; *de quo supra*.

INTVERI, *sequi, imitari*. Sext. 45. quod *intueri* debeant. Or. II. 21. *intueri* aliquem. * *imperterriti animi signum, intueri id, quod periculum minatur*. Sext. 9. tempestatem *intueri*. v. *Interpr. ad illud Horatii:* qui rectis oculis monstra natantia vidit.

INTVS. Verr. I. 20. *intus* canere; *de citharœdo Aspendio, est sinistra manu tractare fides. v. Canere*. Agr. II. 26. *proverbialiter est, suis commodis studere*.

INVADERE. *cum præpos.* in. Off. II. 21. hoc malum *in* remp. *invasit*.

INVALITVDO. Att. VII. 2.

INVEHERE. Tusc. IV. 17. quemcunque casum fortuna *invexit*.

INVIDERE. *cum accus.* Tusc. III. 9. *Sed locus est ex Accio, & Cicero addit, male latine dictum. v. Heins. ad Ovid. Her. XIII.* 137. *Egit etiam de hac forma Gronov. ad Tacit. A. I.* 22. Ibid. *unde ductum verbum? cf. Buher. ad h. l.*

INVIDENTIA. Tusc. III. 9. *quomodo ab invidia differat?*

INVIDIA. Tusc. IV. 7. dicitur non solum in eo, qui *invidet*, sed etiam in eo, cui *invidetur*.

INVISVS, *quem videre nefas*. Har. R. 27. manibus *invisa* sacra.

INVITATIO. Tusc. III. 34. *invitatio* ad dolendum.

INVITIATVS. Fin. II. 31. probitas *invitiata*.

INVOLATVS, *volatus*. ad Div. VI. 6. ex *involatu* alitis.

INVOLVTVS, *obscurus, non satis explicatus*. Fin. I. 9. notio *involuta*. cf. Or. 33. * *tectus*. Phil. VII. 6. bellum *involutum* pacis nomine.

INVSTVS. Har. R. 25. *inustum* animis hominum odium. Planc. 12. signa probitatis domesticis *inusta* notis veritatis. Or. II. 45. nisi omnes ii motus, quos orator adhibere volet judici, in ipso oratore impressi esse atque *inusti* videbuntur.

INVTILIS, *perniciosus*. Inv. I. 49. seditiosus est is, qui malus atque *inutilis* est civis. *vid. de hac significatione Burmann. ad Ovid. Pont. II.* 8. 59. *Sic Polybius*

dixit ἀλυσιτελῆς, *III.* 116. *extr. Ergo* Offic. III. 21. quam inutile *sc. patriæ, est perniciosum, idque convenit loco: ut non necesse sit, spurium judicari: quamquam abest a Codd. quibusdam.*

IPSE, *cum numeris adjicitur, indicat, non numerum certum pro incerto aut rotundum poni, sed verum, cui nihil neque additum neque detractum sit.* Verr. II. 9. *ipso* vigesimo anno. Att. III. 21. triginta dies *ipsi. cf. ib.* V. 11. Brut. 16. * *significat etiam, per se, sua sponte.* Cœl. 19. valeat tamen *ipsum* suis viribus. Div. I. 34. valvæ se *ipsæ* aperuerunt. Or. I. 24. non *ipse* aliquid a me promsisse, sed fortuito in sermonem vestrum incidisse. *Huc pertinet illud* Offic. I. 22. delapsa arma *ipsa* ceciderunt: i. e. *sponte, sine vi externa: ubi male Gronovius* τὸ ipsa *deleri vult. Sic Græci utuntur* τῷ αὐτός. *Callim. H. in Apoll. v.* 1. * *cum pronominibus mihi, me, tibi, te &c. jungitur, modo in eodem casu ponitur, modo diversò.* Mur. 20. in me *ipso. ibid.* 3. mihimet *ipsi.* Or. 52. se *ipse.* &c. *Critici sæpe pro obliquo casu reponunt rectum, ut Grævius in Cicerone. Sed quia certam legem, ex qua refingant loca, non habent, sæpe relinquunt obliquum casum, ubi alienus est, & rectum contra ponunt interdum, ubi obliquo opus. Ego existimo, in oppositionibus requiri obliquum, in ceteris locis rectum.* Or. II. 3. rationem dicendi per *te ipsum*, usum per *nos* - voluisti. *ib.* 52. *alium* - - *sese ipsum.* cf. Cæcin. 14. *ubi bene nil Critici tentant. Contra male Pearcius.* Or. I. 26. in *vobis* - & in *me ipso* experior, *legendum censet* ipse: *cum sit in oppositione. Ceterum non negabo, huic regulæ meæ obstare duo loca, ex lectione vulgata, quæ mihi quidem se obtulerint.* ad Div. I. 1. 1. Or. 52.

IRREPERE, *insinuare se artibus alicui.* Or. 28. *irrepere in* sensus hominum. Har. R. 25. in opinionem gratiæ *irrepere.* * *de heredipetis.* Off. III. 19. ut possit nomen ejus in testamentum *irrepere.*

IRRETIRE. Tusc. V. 21. iis erratis se *irretierat*, ut &c. Vatin. 1. loquacitatem interrogationibus *irretitam* retardare. Har. R. 4. *irretitus* est odio bonorum.

IRRIDERE. ad Div. IX. 26. qui etiam *in* philosophum *irriseris.*

IRROGARE, *est populum lege rogare, ut aliquid jubeat, quod ad alterius incommodum pertinet.* Dom. 22. multam *irrogare. v. multa.* Sext. 30. *irrogare* privilegium. *v. privilegium. Hinc*

IRROGATIO. Rabir. Perd. 3. *irrogatio* multæ.

IRRVMPERE. Lig. 5. *irrumpes in* fletum nostrum *h. e. impedies, interpellabis.*

IS. *reciproce.* Or. I. 54. se se meruisse, ut - decoraretur, & *ei* victus publice præberetur. * *dat.* eo, *pro* ei. Verr. IV. 4. quod *eo* loco præerat. *Nisi* præerat *absolute accipere, &* in eo loco *intelligere malis.*

ISTIC. Fin. V. 26. *istic* sum: i. e. *hoc ago, cogito facere.*

ITA, *in confirmando, & jurando.* Catil. IV. 6. *ita* mihi salva rep. perfrui liceat, *ut* ego &c. cf. Verr. V. 14. * *Elegans & varius porro est hujus particulæ usus, ut, hac*

hac causa allata. Verr. I. 46. *ita* interceſſit, quod &c. ad Div. XIII. 56. is *ita* ſibi perſuadet; *ſequente acc. cum inf. ubi aut redundat, aut pro* hoc *ponitur.* Verr. I. 46. *ita* me audite: i. e. *eo animo.* Mil. 10. *ita* profectus eſt: i. e. *eo tempore.*

ITER. L. I. 13. *iter* hujus ſermonis vides. Att. IV. 2. *iter* amoris noſtri & officii. ad Div. XI. 13. *itinera* multo majora fugiens, quam ego ſequens. *Græviana addit:* fecit.

ITERARE. Att. XV. 13. tibi *itero* dicere. Tuſc. II. 19. Att. XIV. 14. *iteradum* eadem iſta mihi. *ubi vid. Gronov.*

ITERATVS. Or. II. 30. ager non ſemel aratus, ſed novatus & *iteratus. v. Salmaſ. ad Solin. p.* 509. *ſſ.*

JVBEO, *de populo proprie dicitur, cum legem accipit.* ad Brut. 4. Senatus cenſuit, populus R. *juſſit.* * *de prætore jus dicente, cum decernit, & quidem, ut Hotomanno placet, cum ita decernit, ut recuſare liceat, cum contra* decernere *dicatur, ubi non licet recuſare.* Quint. 8. quin ita ſatisdare *juberetur. ibid. jubet* P. Quintum ſponſionem facere. recuſabant qui aderant tum Quintio. *Hotomanni ſententiam ille ipſe locus refellit. nam ſtatim ſubjicit Cicero:* Dolabella aut ſatisdare aut ſponſionem *jubet* facere, & recuſantes noſtros advocatos acerrime ſubmoveri. * *an* jubere *caſum accuſativum vel dativum regat apud aureæ ætatis ſcriptores, disputatur. v. Lexic. Fabr. & adde Interpretes ad Cæſ. B. C. III.* 98. *Burm. ad Ovid. Met. VIII.* 752. *Gron. Duker. & Drakenborch. ad Liv. XXVII.* 24. *In loco Ciceronis* Att. IX. 13. *init.* quamquam hæ *mihi* literæ Dolabellæ *jubent* ad priſtinas cogitationes reverti. *Corradus intelligebat* ſcriptæ, *ut ad* literas *referatur. Malim* mihi *pleonaſtice additum dicere, ut in illo:* vide *mihi* hominem, *& ſimilibus. quæ ratio etiam in noſtra lingua obtinet, in familiari in primis ſermone. Sed cum infinitivo activo poni, intellecto poſt* jubeo *accuſativo perſonæ, patet e loco ſupra allato e Quintiana. add. Burm. ad Virgil. Æn. II.* 3.

JVCVNDITAS. *plural.* Att. X. 8. nihil mihi unquam ex plurimis tuis *jucunditatibus* gratius accidiſſe.

JVDEX. Planc. 15. judices *alterni. v. alternus.* Brut. 76. judex quæſtionis. *v. quæſtio.*

JVDICATIO. Inv. I. 13. *quid ſit?*

JVDICATVS, *munus judicandi.* Att. XII. 19. quod de *judicatu* meo &c.

JVDICATVS. *adj.* Inv. I. 30. *quid ſit judicatum? ibid.* religioſum & approbatum *judicatum quid?* * *conſtitutus, ſancitus.* Rabir. Poſtum. 4. ſanctius *judicata.* * Quint. 7. *judicatum* ſolvi. * Har. R. 14. *domum judicatam* ſecundum fratrem ejus.

JVDICIALIS. Verr. IV. 47. *judiciali* jure perſequi.

JVDICIARIVS. Cluent. 26. *judiciarius* quæſtus. Verr. I. 2. *judiciariæ* controverſiæ.

JVDICIVM. judicium *&* arbitrium *ut differant?* Roſc. Com. 4. Mil. 1. *judicium* novum: h. e. ex-

extraordinarium & nova lege constitutum, quale Milonis fuit. Cluent. 44. *judicium* cum re conjunctum: *h. e. verum.* ad Div. IX. 25. *judicia* turpia *sunt, quæ sunt inter fratres, quos non decet judiciis inter se conflictari. Sed* Rosc. Am. 38. turpe *judicium est, quod turpem causam habet, & turpe est ei, cui intenditur, tamquam furti, mandati &c.* Rosc. Com. 5. *judicia* legitima: *legibus constituta.* Mur. 2. *judicium* Consulis designati, *quod intenditur Cons. des.* Off. III. 17. *judicia* contraria *sunt, quæ in quibusdam causis fiunt adversus petitorem. ut judicio tutelæ, in quo petitor est pupillus, contrarium est judicium, quo tutor petit a pupillo sumtus ejus causa factos: judicio mandati contrarium est judicium, quo a mandatario petuntur impensæ litis. &c. de his agitur in Justiniani Institut. IV.* 16. 2. *Male quidam apud Ciceronem* judicia contraria *intelligunt, de dissensu judicum & arbitrorum.* in Cæcil. 1. Brut. 33. &c. *judicia* publica *sunt, in quibus causa publica agitur.* (*v. causa.*) privata *contra,* Or. I. 38. *in quibus privatæ. Sed* Arch. 2. *judicium* publicum *dicitur, quod est de causa privata. Est enim illud judicium de jure civitatis, quod est privati juris. Sed ita dicitur, ut interdum jus publicum, de privato.* (*v. Jus.*) *item, quia judicium illud Archiæ agebatur ex lege Plautia Papiria, quæ est juris publici.* Dom. 31. *judicia* Senatus, *sunt SCta.* * judicia *dicuntur etiam honores, præmia, quia scil. dantur his, qui iis digni judicantur.* Or. 41. cujus de meritis senatus tanta *judicia* fecisset. conf. Manil. 15. Planc. 39. *ubi de supplicatione dicitur.* Rosc. A. 37. age nunc ex Chrysogoni *judicio* Rosciorum factum consideremus: h. e. *ex præmio, quod Rosciis Chrysogonus dedit.* * *acumen in judicando & facultas* ad Div. VI. 18. quicquid *judicii* habuerim de dicendo. *ib.* tantundem de mei *judicii* fama detrahatur. *ibid.* X. 25. cum tantum tuum consilium *judiciumque* sit. * *quod judicio, sponte, consulto fit.* ad Div. XI. 3. ut *judicium* nostrum metus videatur. * *sequuntur quædam formulæ dicendi, in quo hujus verbi usus est.* Cæcin. 3. Verr. II. 12. *judicium* dare. *ibid.* I. 53. *judicium* in me ne det. Quint. 22. *judicium* reddi. *hoc de prætore dicitur, & est jurisdictionis pars.* Verr. II. 26. *judicia* restituta sunt. Quint. 28. Verr. III. 28. *judicium* pati, *ita dicitur, ut accipere judicium. v. accipere.* Verr. I. 53. *judicium* habere, *de reo: sed* Verr. II. 29. *de petitore & reo dicitur.* Leg. II. 17. *judicia* perrumpere. *v. perrumpere.* Sen. p. R. 8. *tollere* judicia, *de Clodio, qui corruperat.* Arch. 11. *judicium* exercere, *de eo, qui præest judicio.* ad Div. V. 18. *judicium* potentiæ alicujus condonare, *h. e. ita pronunciare, ut potenti alicui placet, contra jus.* Brut. 1. fecerat *judicium* dignitatis meæ. Flacc. 37. cum non deducendo *judicium* feceris, plus falsam epistolam habituram ponderis. *Sed Grævius e Franc. 1. malebat:* indicium, *quod rectius puto.* Mur. 2. periculum *judicii* præstare, *dicuntur ii, qui in eo, quod vendunt, evictionem præstant. vid. auctoritas. n.* 21. 1. Verr.

Verr. I. 53. etenim id *judicium* me uno defendente *vicit. Grævio non displicebat lectio Franciani:* in judicio. *sed recepta tenenda. genus enim hoc loquendi Ciceroni non insitatum in aliis rebus. Sic* Cæcin. 31. *vincere* sponsionem *est in Græviana, quod probo.* * judicium *dicitur etiam pro judicibus.* Verr. II. 18. *judicium* sortiri: *quod a Græcis sumtum, qui dicunt* κλῆρον δικαστήριον.

JVDICARE, *judicem esse.* Inv. I. 50. Verr. I. 8. * Att. X. 8. cum ab eorum consiliis abesse *judicasti: i. e. voluisti.*

JVGATIO. Cato. 15. capitum *jugatio* in vitibus. *Varr. R. R. I. 8. Columell. IV. 17. s. Modus jugationis exprimitur a Pontedera ad init. L. III. Columellæ. tab. I. f. 12. ed. Gesner.*

JVGATVS. Tusc. III. 18. omnes virtutes inter se nexæ & *jugatæ sunt. proprie de vitibus dicitur. v. jugatio.*

JVGIS. Div. II. 36. ne *juge auspicium* fiat, jubent jumenta disjungere. *Est* juge auspicium, *cum jumentum junctum stercus facit. Servius ad Virg. Æn. III. 537. Davies.*

JVGVM. Verr. III. 11. in singulis *jugis* arant. Jugum *est, quod juncti boves uno die exarare possunt. Varr. R. R. I. 10. & ibi Intt.* par. Phil. XI. 2. *de Antonio & Dolabella:* hoc *jugum* impiorum nefarium. *ubi vid. Ferrar.*

JVMENTVM, *equus.* ad Div. XI. 13. eram sine equitibus, sine *jumentis.* Attic. XII. 32. *jumentis* Athenis nil opus, *vid. Cuper. ad Petron. 117. ubi Petronius ipse caballum interpretatur: sic est etiam ap. Sueton. Ner. 5.*

JVNCTVS. Or. III. 43. oratio *juncta: opponitur* hiulcæ, *atque adeo oritur ex collocatione apta verborum.*

JVRARE. Att. XII. 13. perpetuum morbum *jurare.* Rosc. C. 1. essene quemquam tanta audacia præditum, ut quod injuratus in codicem referre noluit, (*sc. quia falsum erat*) id *jurare in litem* non dubitet: h. e. *id sibi deberi, jurejurando confirmet, litis obtinendæ causa.* * *jurare* Jovem lapidem. ad Div. VII. *est per fictile simulacrum Jovis in Capitolio, ut ostendit Rycquius de Capitolio c. 18. p. 229. de ipso ritu sic jurandi v. Gell. I. 21. & alios, quos Rycquius laudat l. c.*

JVRIDICIALIS. Inv. I. 11.

JVRISCONSVLTVS. Or. I. 48. *extr. qui sit?*

JVRISDICTIO, *quid fuerit non convenit satis inter JCtos, de eaque multa parum accurate dicuntur. Est Ger. Noodtii libellus de Jurisdictione & imperio, in quo multa parum vere & accurate dicta sunt, de quibus hic dicere non est necesse. Hic nobis sumemus tantum breviter demonstrandum,* Jurisdictionem Ciceronis temporibus versatam esse in solis causis privatis, iisque ita propriam fuisse, ut publicis quæstionem. *Nam* 1) *jurisdictio omnis posita est in* edicto & ex edicto decretis. *Usus illorum trium verborum, do, dico, addico, omnis in decretis consumtus est; quod ex prima & secunda Verrina, quæ sunt sedes propriæ hujus argumenti, sole clarius est.* Verr. II. 48. an du-

bitabit quisquam, quin is *venalem* in Sicilia *jurisdictionem* habuerit, qui Romæ totum *edictum* atque omnia *decreta vendiderit?* quin is ab Siculis ob *decreta* interponenda pecuniam acceperit, qui M. Octavium Ligurem ob *jus dicundum* popoſcerit. *Vides tamquam res easdem permutari* jurisdictionem *&* decreta cum edicto. Verr. I. 40. *extr.* ita me de prætura criminibus auditote, ut ex utroque genere & *jurisdicundi & ſartorum* &c. *Locus de jurisdictione Verris eſt* c. 41-48. *totus autem eſt in exprobrando edicto iniquo, & decretis injuſtis. ib.* 46. quæ libido iſtius in *jure dicundo*, quæ varietas *decretorum* fuerit. *cf.* ad Q. Fr. I. 1. 7. 2) *Romæ uni prætori urbano tribuitur, & peregrino, quorum magiſtratus in ſolis cauſis privatis verſabatur, (niſi ſi forte SCto, aut alia cauſa eis etiam quæſtio quædam tributa fuit, ut Verri. v. Verr. I. 60.) & quæſtionibus diſerte opponitur.* Verr. I. 47. *Verres objicit de liberto, cui hereditatem ademerat in prætura urbana:* Proſcriptum juvit, lex eſt, pœna eſt. *Cicero reſpondet:* Quid id ad eum, qui jus dicit? *Nempe iſta res eſt quæſtionis, eſt cauſa publica, quæ jurisdictioni non ſubeſt. Itaque* jus dicere, & jurisdictio *non ſemel ponitur pro ipſa* prætura urbana. Verr. V. 14. cum tibi ſorte obtigiſſet, ut *jus diceres.* Muren. 20. in ipſa prætura nihil ne exiſtimas inter tuam & iſtius ſortem interfuiſſe? Murenæ ſors ea fuit, quam omnes neceſſarii tui tibi optabamus, *juris dicundi.* (*fuit autem Murena prætor urbanus*) qua in ſorte ſapiens prætor, qualis hic fuit, offenſionem vitat, æquabilitate *decernendi*, benevolentiam adjungit lenitate audiendi. quid tua ſors? triſtis, atrox: *quæſtio* peculatus. cf. Flacc. 3. *Ex quo efficitur, ut Prætores, qui publica judicia exercent, jurisdictionem nullam habeant; ſed potius imperium, verum civile & quaſi togatum, v. imperium. Hinc intellige locum e Tacit. Agric.* 6. idem prætura tenor & ſilentium, neque enim *jurisdictio* obvenerat: *quem locum male, neſcio quis, interpretatus eſt in Lexico Fabri, quaſi habuerit quidem jurisdictionem, propter prætura, ſed eam non exercuerit. Silentium erat in prætura, quia non habebat urbanam aut peregrinam, quæ negotioſa erat, ſed quæſtionem, cujus exercendæ raræ occaſiones. Et quoniam in provinciis Prætor aut Proconſul & cauſis privatis & publicis præerat, propterea is & jurisdictionem habebat, qua cauſas privatas, & imperium, qua publicas. Quod Verrina ſecunda inſcribitur* de jurisdictione Sicilienſi, *in qua tamen etiam agitur de judiciis publicis, primo pertinere poteſt tantum ad partem aliquam ejus libri, ut inſcriptio L. I & V. deinde hæ inſcriptiones non ſunt a Cicerone, ſed forte Aſconio, cujus ætate jurisdictionis notio variata erat, & ita dicebatur, ut etiam publicarum cauſarum cognitionem complecteretur. Sic eſt jam apud Sueton. Jul.* 40. *& pluribus aliis locis.* Flacc. 40. Aſiaticæ *jurisdictioni* (*quam male a Flacco adminiſtratam dicunt*) urbana juris-

risdictio respondebit. conf. c. 3. *Flaccus autem prætor urbanus fuerat. De jurisdictione prætorum urbana v. Sigon. J. A. C. R. l.* 20. *de jurisdictione provinciali eundem de A. J. Prov. II.* 5. *Hæc disputatiuncula de jurisdictione antiqua probata est a viris doctis, nominatim Gesnero, V. Cel. in Thesauro. De jurisdictione sub Cæsaribus egimus ad Suetonii Cæsarem in Excursibus.*

JVS. *Significat omnia ea, ex quibus, quid justum sit, quid faciendum, quid omittendum, intelligitur, tamquam leges, edicta prætorum, consuetudo &c.* Verr. I. 41. *Hujus juris plura genera sunt. Apud Ciceronem hæc observavi:*

1) Civile. (*v. Civilis.*) *Sed aliter sumitur* jus civile Flacc. 32. quæro, sintne ista præmia censui censendo? habeant *jus civile? nempe ita, ut significet conditionem qua gaudent prædia, quæ in censum deferri possunt.*

2) Divinum *est* a) *naturale.* Sext. 42. tum domicilia conjuncta, quas urbes dicimus, invento & *divino* & humano jure, mœnibus sepserunt. *antea dixerat* naturale *& civile.* Har. R. 16. jus legatorum cum hominum præsidio munitum sit, tum etiam *divino* jure esse vallatum. b) *pontificium.* Har. R. 7. *extr.* domum publico omni præcipuo, & humano & *divino* jure munitam. *Liberata erat Ciceronis domus a Pontificibus, adeoque* divino *jure, deinde a populo, lege,* (*c.* 6.) *adeoque* humano *jure. Sed utrumque hoc jus publicum est.*

3) Gentium *est naturale.* Off. III. 5. neque hoc solum natura, id est *jure gentium,* sed etiam legibus populorum, quibus in singulis civitatibus resp. continetur. cf. *ibid.* c. 17.

4) Humanum, *cum opponitur* divino, *est modo positivum, quod vocant, omne, cum publicum, tum privatum, modo ea pars tantum, quæ in rebus profanis versatur. v. divinus.*

5) Pontificium. Dom. 13. *est de rebus sacris, in quibus Pontifices cognitionem habent. vid. Guther. Jur. Pont. I.* 2.

6) Prædiatorium. Balb. 20. *v. prædiatorius.*

7) Prætorium *dicit a) edicta prætorum.* Off. I. 10. quæ quidem pleraque *jure prætorio* liberantur, nonnulla legibus. Verr. I. 44. posteaquam *jus prætorium* constitutum est, semper hoc jure usi sumus. *b) totam jurisdictionem prætoriam.* Verr. II. 12. ejusdem modi totum *jus prætorium* fuit per triennium in Sicilia, Verre prætore. Phil. II. 2. quam injuriam iste intercessoris beneficio obtinuit, non *jure prætorio.*

8) Privatum, *est* civile a) *stricte sic dictum, de quo v. civilis.* in Cæcil. 5. civibus cum sunt ereptæ pecuniæ, civili fere actione & *privato jure* repetuntur. b) *deinde conditio, quæ ex jure civili illo oritur.* Har. R. 7. domus est *jure privato,* sc. *quam tenemus hereditate, autoritate, mancipio, nexu.*

9) Publicum a) *opponitur* privato, *& cum sacrum s. pontificum, tum profanum jus complectitur. v. divinus.* Dom. 53. sed ut revertar ad *jus publicum* dedicandi. *unde* b) domus *jure publico, dicitur*

tur Har. R. 7. *quia & a populo lege centuriata, & decreto pontificum liberata erat.* c) *est vero etiam pro jure communi,* Div. I. 5. *quod ad omnes cives pertinet, adeoque etiam pro civili illo, quod alias privatum dicitur.* Dom. 13. nego potuisse *jure publico*, legibus iis, quibus hæc civitas utitur &c. *ibid.* versor in medio *jure publico. ib.* 49. nec de *jure* pontificio sed de *publico* disputo. ad Div. IV. 14. si de *jure publico* armis disceptabitur. *v. Græv. ad pr. Dom.* 13. *Cæcin.* 26. *sic est apud Sueton. Aug.* 10. *Tib.* 50.

10) Urbanum. Act. I. Verr. I. prædo juris *urbani: est civile privatum, ex quo jus dicit prætor urbanus.*

* JVS *est etiam, quod legibus, edictis, consuetudini, h. e. superiori illi juri consentaneum est, quod nobis ex eo debetur, &c. Sic est in his:* jus dicere. Verr. I. 40. Quint. 26. &c. *jus* suum obtinere. Verr. I. 26. *jus* suum amittere. in Cæcil. 18. *jus* eripere. Quint. 28. si interceſſisset collega, remp. læsisset, sed *jure* læsisset. Sext. 63. * jus summum, *Gr.* ἀκροβολικιον, *cum in eo, quod nobis debetur, aut deberi putamus, non ex æquo & bono, sed acerbe agimus, nihil remittentes de jure nostro, ex quo summæ sæpe injuriæ exiſtunt.* Quint. 11. aut intra parietes, aut *summo jure* experiri. *ubi v. Græv.* Cæcin. 23. si verbis & literis, ut dicitur, & *summo jure* contendere &c. conf. *ibid.* 4. Attic. XVI. 15. Quint. 15. *jus extremum.* * *conditio quæ ex jure oritur.* v. *jus civile, privatum, publicum. b)* Arch. 4. quæ civitas cum esset æquissimo *jure* ac fœdere. * *hoc significat etiam in illa forma:* optimo jure: *pro quo etiam dicitur* optima lege, optima conditione: *nempe eam conditionem, quæ pleniſſimum jus alicujus rei affert: quæ, ut hodie dicunt, cum omnibus privilegiis & prærogativis conjuncta est.* Quint. 22. par *jus.* Har. R. 7. domus *jure optimo.* Agr. III. 2. præde *jure optimo.* Verr. III. 91. quæ est ista conditio Siciliæ? cur, quæ *optimo jure,* propter antiquitatem, fidelitatem, esse debet *&c.* Phil. V. 16. demus imperium Cæsari: sit pro prætore eo *jure,* quo qui *optimo.* Phil. XI. 12. C. Cassium proconsulem provinciam obtinere, uti qui eam *optimo jure* provinciam obtinuerit. *v. Festus in Lex optima. Gronov. ad Liv. IX.* 34. * *potestas in rem aliquam, sive justa, sive injusta.* Verr. I. 7. quod eos in judicando nimium *sui juris* sententiæque cognosceret. Phil. IV. 4. omnes sub *jure* & imperio consulis debent esse, provinciæ. *unde* suo jure *facere aliquid dicuntur, qui libere, pro arbitrio, nemine impediente, impune, faciunt.* Fin. V. 25. Manil. 22. Verr. II. 14. ad Div. XIII. 77. *v. Græv. & Duker. ad Flor. I. 17. 5. Burm. ad Lucan. I. 2.* * *locus ubi jus dicitur.* Quint. 19. in *jus* vocas: sequitur. Cæcin. 19. quando te in *jure* conspicio. cf. Quint. 25. Verr. II. 77. IV. 65. Sen. p. R. 9. * *æquum.* Phil. II. 29. *jus* postulas. quid ad rem? plus ille poterat.

JVSTITIVM *est, cum jurisdictio & judicia publica non exercentur, id fit edicto Coss.* Phil. V. 12. *justitium* edici. *v. inpr. Fabri Semestr. II.* 10.

JV-

JVSTVS, *satis magnus, sufficiens.* Att. V. 2. *justa* itinera. ad Div. II. 10. *justa* victoria. * justa *dicuntur exsequiæ, funus.* Rosc. A. 8. *justa* solvere. Flacc. 38. *justa* facta Catilinæ. cf. Leg. II. 22. *Addamus verba Gronovii, tironum causa:* Justa *sunt certus quidam modulus rerum, statо tempore faciendarum, fungendarum, dandarum, percipiendarum: quodvis pensum, officium, solennia. Obs. IV. 6. p. 80. s. hinc explica etiam solennia &* justa ludorum. Har. Resp. 10. extr.

JVVARE. ad Div. III. 1. homo, quod *juvet*, curiosus. *formula, qua utimur in re, quæ bonam & malam interpretationem habet, ne deterius, ac volumus, accipiatur.*

L.

LABARE, *de mutaturis consilium, partes.* Phil. VI. 4. cum ei *labare* videretur. ad Att. X. 15. cohortes *labare* dicuntur.

LABEFACTARE. Inv. I. 2. ingenio freta malitia, pervertere urbes, & vitas *labefactare* cœpit.

LABELLVM. Leg. II. 26. nam super terræ tumulum noluit quid statui, nisi columellam tribus cubitis ne altiorem, aut mensam aut *labellum: h. e. lapidem excavatum in labri formam, quam &* arcam *vocabant. v. Guther. Jur. Man. II. 23. 24. qui & figuras exhibet: item* solium: *Liv. XLIV. 6. add. Intt. ad Sueton. Ner. 50. extr. unde etiam sarcophagi* solia *dicuntur, Plin. XXXV. 12. Græci vocant* πύελον.

LABES, *ruina.* Div. I. 43. *labes agri* Privernatis. Dom. I. *labes* ac flamma reip. Flacc. 10. *labes* innocentiæ.

LABI, *de rebus interituris.* Or. 3. 1. cetera nasci, occidere, fluere, *labi.* * *in deterius mutari.* Leg. II. 15. mores *lapsi* ad mollitiem. * *degredi.* Leg. I. 20. Div. II. 27. *labor* longius.

LABOR. Tusc. II. 15. *quid sit?* * Cluent. 53. *labor* legitimus, *est ejus, qui accusatur ex legibus.*

LABORARE. Nat. D. II. 60. nullo in motu *laborat; de eo, cui facilis est omnis motus.*

LABORIOSVS, *de homine multis doloribus affecto.* Fin. II. 28. extr. * *multis laboribus obrutus & vexatus.* Cœl. 1. vos *laboriosos* putet.

LABRVM. ad Div. XIV. 20. *vas balneare, in quo fit lavatio.*

LACERARE. Quint. 15. *lacerare* reliquias vitæ: *h. e. auctione vendere.*

LACERATVS. Verr. III. 70. *lacerata* pecunia, *cujus pars aversa est.*

LACERNA, *vestis crassior, qua a frigore & pluviis se in itineribus muniebant.* Phil. II. 30. *de hac reste multis agit Ferrar. R. V. P. II. L. I. c. 1. 6. s. Ruben. I. 6. Salmas. ad Script. Hist. Aug. pluribus locis.*

LACERTI, *in oratione* vim *significant, quæ a tenuitate & subtilitate abest, oratorum propria.* Brut. 16. quos, valetudo modo bona sit, tenuitas ipsa delectat: quamquam in Lysia sunt sæpe etiam *lacerti*, sic ut nihil fieri possit valentius. * ad Div. IV. 7. *lacerti* & vires.

LACINIA. Or. III. 28. *lacinia* obtinere aliquid: *h. e. vix.*

LACVNA, *jactura largitione aut fraude facta.* Verr. II. 25. *lacunam* rei familiaris explere. Att. XII. 6. vide, ne qua *lacuna* sit in auro.

LACVNAR. Tusc. V. 21. *est tectum templi, aut triclinii, magnifice cælatum aut pictum, sed e tabulis ligneis. v. Salmas. ad Vopisc. Aurelium,* 46. *T. II. p.* 547. 548. *Dicitur a lacubus parvis, in ligneo tecto arte cælatis. vid. Servius ad Æn. I.* 726. Laquear *videtur idem dici, a marginibus lacuum eminentibus, & varie tractis, pro formarum varietate, quas lacus habent, modo rotundi, modo quadrati, modo rhombiformes s. scutulati.* Lucem affert *Josephi locus A. VIII.* 3. 2. *ubi tabulæ tecti dicuntur fuisse* ἐξεσμέναι εἰς φατνώματα καὶ προσκόλλησιν χρυσῦ. *quæ est descriptio lacunaris, s. tecti laqueati: in qua* φατνώματα *sunt illi, quos dixi, lacus. De his tectis est erudita nota Valesii ad Eusebii Vitam Constant. M. III.* 32. *quam compilavit Harduinus ad Plinium, XXXV.* 11.

LACVS. Brut. 83. quasi de musto ac *lacu* fervidam orationem fugientem. Lacus, *ut ex ipso loco patet, est dolium, in quod mustum mittitur, donec deferbuerit, & in testas defundi possit. Ap. Virgilium tamen Georg. II. init. est vas torculari suppositum, in quod mustum defluit.* Vinum de dolio & lacu, *est mustum, vinum recens; &* oratio de lacu *est ea, quæ novitates verborum consectatur.*

LAENA. Brut. 14. M. Popillius cum Consul esset, eodemque tempore sacrificium publicum cum *læna* faceret, quod erat flamen Carmentalis. Læna *est duplex amictus (quo purpureo utebantur flamines) injectus super togam, similis chlamydi. v. Ferrar. R. V. P. I. L. I. c.* 13. *P. II. L. I. c.* 9. *Ruben. II.* 14.

LAETVS. Orat. I. 18. *lætum* genus verborum.

LAEVIS. Orat. III. 43. *lævis* concursus verborum, *opponitur* hiulco.

LAMINA. Verrin. V. 63. ardentes *laminæ: sunt inter instrumenta cruciatus.*

LANGVIDE. Tuscul. V. 9. *languide* dictum: *est, quo fortunæ, rebusque humanis ceteris aliqua ad beatum vitam vis tribuitur.*

LANGVIDVS. Or. I. 52. *de philosopho. v. languide.*

LANGVNCVLA. Att. VI. 1. *extr. vox corrupta, pro qua Bosius, probantibus Lambino, Junio aliisque,* plangunculæ, *e græco* πλαγγόνη, *quas dicit fuisse pusillas imagines cereas, pupas, de quibus vid. ipsum Bosium. Sed Grævius negat esse latinum verbum, & mavult corruptam vocem retinere. v. in plangunculæ.*

LANISTA. *est magister gladiatorum,* Rosc. A. 6. 40. Attic. I. 16. reus, tamquam clemens *lanista,* frugalissimum quemque secerneret. Clemens lanista *est, qui servum frugi ab iis secernit, quos gladiatores facit. Gron. Obs. I. 7.* * Elegans locus hic est: Philip. XIII. *ex epist. Antonii:* ne videret -- duas acies, *lanista Cicerone* dimicantes: i. e. *incitante, committente, auctore. Sic dixit etiam*

etiam Livius XXXV. 33. populum Rom. cum Antiocho, *laniſtis Ætolis* --- dimicare.

LANX, *patina major, cujus in ſacrificiis & epulis uſus.* Att. VI. 1. *lancibus* & ſplendidiſſimis caniſtris nos ſoles paſcere.

LAPATHVS. Fin. II. 8. *herba ſalubris, & ſuavis. ſauerampfer.*

LAPIS. ad Div. VII. 12. Jovem *lapidem* jurare. *v. jurare.* Jupiter lapis, *eſt ἁπλῶν ἀντι κτητικῶ, ut Grammatici loquuntur, pro* Jupiter lapideus. * Piſ. 15. emti de *lapide* tribuni. *Mos erat, præconem, cum venderentur ſervi, in lapide ſtare, qui Athenis λίθος πρατὴρ dicebatur; unde ſervi de lapide emi dicuntur. v. præter eos, quos jam alii laudarunt, Potterum Arch. Gr. L. I. c.* 10. *p.* 68. *ed. Venet.*

LAPSIO, *proclivitas.* Tuſc. IV. 12. *v. proclivitas.*

LAPSVS, *de motu ſtellarum.* Div. I. 11. revera certo *lapſu* motuque feruntur. **volatus.* Nat. D. II. 39. volucrum *lapſus.* **offenſio.* Or. II. 83. *lapſus* popularis.

LAQVEATVS. Verrin. I. 51. Tuſc. I. 35. tecta *laqueata, ſunt* lacunaria, *de quibus ſupra.*

LAQVEVS, *fallax concluſiuncula.* Fat. 4. Chryſippi *laquei.* cf. Tuſc. V. 27. * Cæcin. 29. *laqueo* verbi capi.

LARES. Dom. 41. *lares* familiares, *ſunt manes majorum, quorum imagines ad focum in atrio ſtabant. ſic Virgil. Æn. IX.* 255. V. 722. 724. *Aſſaraci lar. Erat autem Aſſaracus de majoribus Æneæ. cf. Cerda ad Eclog. V.* 70. *v. Salmaſ. ad Solin. p.* 293. 641.

LARGIRI. Or. I. 15. *largiamur* inertiæ: h. e. *non poſtulemus ab inertibus hominibus.*

LARGITIO, *lex agraria.* Mur. 11. *largitioni* reſiſtere. * Balb. 13. *largitio* civitatis.

LASCIVIA, *eſt proprie animantium voluptate geſtientium.* Div. I. 14. piſcium *laſcivia.*

LATEBRA. Off. III. 29. quæritur *latebra* inertiæ. Div. II. 20. te mirificam in *latebram* conjeciſti. *ibid.* 54. adhibuit *latebram* obſcuritatis. ad Div. III. 12. *latebra* tabellæ (*ſc. comitialis.*)

LATERE. Catil. I. 6. *latet* mihi. * *ſubterfugere jus velle, neque experiri jure volenti ejus poteſtatem facere.* Quint. 23. quis eſt, qui fraudationis cauſa *latuiſſe* dicat?

LATERNARIVS, *qui laternam præfert.* Piſon. 9. *Grævius autem legit* lanternarius: *quem vide.*

LATINITAS. Att. XIV. 12. *eſt jus Latii, quod ex fœdere cum Latinis ortum eſt, & eſt jure civitatis deterius, jure Italiæ autem melius. Ex eo jure poterant Latini primo, in comitiis Rom. legum ferendarum cauſa, ſi vocati eſſent a magiſtratu Romano, ſuffragium ferre, deinde cives Rom. fieri, ſi in civitatibus ſuis magiſtratibus functi eſſent, atque ita civitate Rom. accepta honores Romæ petere. v. Sigon. Ant. I. Lat. I.* 4. *& Spanh. Orb. Rom. L. I. c.* 8.

LATITARE, *in foro eſt idem, quod* latere. Quint. 23. ego experiri non potui? *latitavit;* procuratorem nullum reliquit. conf. c. 17. 19.

LATRARE, *de rabulis, malis*

lis oratoribus: Or. III. 34. *latrare* ad clepsydram. Brut. 15. *latrant* jam quidam oratores, non loquuntur.

LATVS, *eris; in oratore sunt pulmones, nostro more loquendi: Nempe vires sic dicuntur eæ, quarum defectus in latere sentitur, ut a currentibus, cantantibus, dicentibus, potantibus, Venerem exercentibus: in quibus generibus omnibus latera pro viribus dicuntur. De potantibus est* Phil. II. 25. Or. I. 60. nunquam *lateribus* aut clamore contenderent. Or. I. 25. *latera*, vires. *Sed hic Pearcius mallet, quod in MS. Joan. reperit, reponere:* laterum vires. in Catone *vero* c. 9. *pro* laterum etiam & virium, *legi* laterum etiam virium, *ut exemplar unum vetustum habet, & ipsi Grævio placet. Frustra. Nam paullo ante est etiam:* lateribus & lacertis. ad Div. IV. 7. lacerti & vires. *Sic jungitur etiam* Verr. IV. 30. quæ vox? quæ *latera?* quæ *vires* hujus unius criminis querimoniam possint sustinere. *Sic & Ovidius junxit A. A. II.* 673. latus & vires *operamque adferte puellis.* *Vatin. 5. per tuum *latus* saucietur.

LATVS, *adj. ornatus, copiosus.* Orat. 27. *latæ* disputationes; *ubi male Gulielmus* lætæ. *Sic* ad Div. VI. 7. scribendi genus non modo liberum sed etiam incitatum atque *latum: ubi tamen Grævius reposuit:* elatum. * Acad. IV. 12. pauca dicemus. Non, quo non *latus* locus sit &c. * *ib.* 20. rationes sequor *latiore* specie, non ad tenue elimatas: *h. e. populariores, minus subtiles.* * *in pronunciando idem est vitium, quod &* vastum *dicitur.* Orat. III. 12. *lata* Cottæ. *Partit. 30. hæc quæ primam contentionem habent ex arguendo & resistendo, *lata*, ut dixi, & confusa sunt rationum & firmamentorum contentio adducit in angustum disputationem.

LAVDATIO, *genus testimonii publici, quod magistratibus provincialibus a civitatibus per legatos Romæ tribuitur, cum rei de repetundis facti sunt.* Font. 2. *item ab aliis, in aliis judiciis.* ad Div. I. 9. *In Verrinis harum laudationum creberrima mentio.*

LAVREATVS. Att. VIII. 10. lictores *laureati, dicuntur qui fasces laureatos præferunt Imperatori victori.*

LAVREOLA, *triumphus.* ad Div. II. 10. negotium, quod esset ad *laureolam* (*sc. parandam, merendam*) satis.

LAVS, *pro rebus laude dignis.* Mil. 30. præmia *laudis.* ad Div. II. 6. quarum *laudum* gloriam adamaris.

LAVTVS, *lotus.* Or. I. 7. * *elegans.* Verr. I. 6. cum homines *lauti*, & urbani, sermones hujuscemodi dissipavissent &c. Flacc. 29. quod unis vestimentis tamdiu *lautus* es. cf. ad Div. VII. 14.

LAVTVMIAE, *carcer Siciliæ celeberrimus.* v. Verr. V. 27. I. 5. *hanc scripturam verbi defendit & confirmat Gronov. ad Liv. XXXVII.* 3.

LECTICA. Verr. V. 11. *lectica* octophoros. *de lecticis v. collecta a Lipsio Elect. I.* 19.

LECTICARIVS. *qui lecticam fert.* ad Div. XIV. 12.

LECTVS, *epitheton femina-*
rum. Inf. I. 31. Att. X. 8.

LECTVS æratus. v. *æratus.*

LEGATIO. ad Div. XII. 21. *legatione libera* legatus. Flacc. 34. *legationes liberas* sumere. Attic. II. 18. *libera legatio* voti causa datur. *Ex quo loco intelligitur* a libera legatione *non differre* legationem votivam, *sed ejus speciem*, Att. XIV. 22. *de libera legatione. v. Ind. Leg. in lege Julia de legationibus liberis. * id, cujus causa legamur.* Phil. IX. 1. renunciare *legationem: h. e. quid in legatione actum sit.* ad Div. I. 4. nisi *legationibus* perfectis: *h. e. nisi ante senatus decreverit, quid legatis respondendum sit.*

LEGATORIVS. Att. XV. 9. aliqua *legatoria* provincia.

LEGARE. *legatum facere aliquem.* Att. XV. 11. Dolabella me sibi *legavit.* ib. XIII. 6. solitos esse majores nostros *legare* in decemviris, qui essent imperatorum necessarii. * *vocabulum testamentarium.* Top. 4. *legare* a filio: h. e. *ut filius solvat legatum.*

LEGIONARIVS. ad Div. X. 32. non modo militem *legionarium*, sed ne auxiliarium quidem. Legionarius *miles est ex delectu civium, sic* legio *pro tali exercitu. v. Gron. ad Liv. XXVII.* 38.

LEGITIME, *vere, proprie.* Cæcin. 20. qui *legitime* procurator dicitur.

LEGITIMVS, *legibus consentaneus, legibus constitutus.* Act. I. in Verr. II. ad Div. X. 25. *legitimum* tempus. Cluent. 53. *legitimum* periculum. ad Div. VIII. 6. *legitimum* jus. Rosc. C. 5. *legitima* judicia. cf. ibid. 3. Arch. 2. Mil. 10. &c.

LEGVLEJVS. Or. 55. *legulejus* quidam cautus & acutus, præco actionum, cantor formularum.

LEMNISCATVS. Rosc. A. 35. *lemniscata* palma, *proprie est, in qua majoris honoris causa lemnisci sunt.* Sic apud Liv. XXXIII. 33. populus *coronas lemniscosque* jacit, *majoris honoris causa*, i. e. *coronas lemniscatas. Nam* lemnisci *sunt vittæ, quæ sunt in honoribus Deorum usitatæ. v. Auson. ep.* 20. *In Decreto Berenices urbis Africæ est* στέφανος ἐλαΐνος καὶ λήμνισκος, *majoris honoris causa coronæ additus, ap. Maffeum Antiquitat. Gallic. p.* 7. *cf. Wesseling. V. C. de Archont. Judæor. p.* 18. *& adde de hac re Serv. ad Virgil. Æn. V.* 269. *& Casaub. ad Sueton. Ner.* 25. *Hoc loco palma lemniscata est cædes immanissima. Palmæ dabantur gladiatoribus ob victoriam, h. e. ob interfectum eum, quocum comparati erant.*

LENA. Nat. D. I. 27. blanda conciliatrix & quasi sui *lena* natura. *Sic libenter utitur eo verbo Ovidius, ut A. A. III.* 316. 752.

LENITAS. Orat. II. 29. exordium *lenitatem* orationis desiderat. Muren. 20. *lenitas* audiendi, *est prætoris jus dicentis.* opt. g. or. 2. verborum est structura quædam, duas res efficiens, numerum *& lenitatem.*

LENITVDO. Verrin. IV. 61. virorum nimia in istum (*adulterum*) *lenitudo. Sed Grævius legit rectius* lentitudo: *de qua mox.*

LENOCINIVM. Nat. D. II. 58. *lenocinia* corporum, *sunt res, quibus corpus suaviter afficitur.*

LENOCINARI, *servire nimis, obsequi.* Cæcil. 15. *de accusatore:*

ſatore: tibi (*adverſario*) *lenocinabitur.*

LENTE. Orat. II. 45. *lente* ferre: *nimis patienter.*

LENTITVDO, *nimia lenitas & patientia.* Tuſcul. IV. 19. ad Q. Fr. I. 1. *Dicitur fere in malam partem, quia eſt ſignum ſtuporis. v. Burm. ad Ovid. Triſt. II. 514. Drakenb. ad Liv. XXII. 14. Græv. ad Verr. IV. 61. De verbo* lentus. *& ejus varia vi agit Voſſ. ad Catull. p. 213. ſ.*

LESSVS. Leg. II. 23. *quid ſit?*

LEVIS. Roſc. C. 5. cui *leviſſima* pecunia ſemper fuit: *h. e. non magni habita, contemta.*

LEVITAS. Brut. 27. *levitas* in populari ratione. in Cæcil. 3. *levitas* judiciorum: h. e. *injuſtitia.* Nat. D. III. 29. *levitates* comicæ: i. e. *amatoriæ, quarum exempla ſunt in comœdiis.* Fin. I. 18. amatoriæ *levitates.* Tuſcul. IV. 31. eadem *levitate* eſt cupiditas in appetendo, qua lætitia in fruendo. *Notent tirones*, levitatem *tribui omnibus vehementibus & inanibus cupiditatibus, & perturbationibus animi, propterea, quod in his nulla eſt conſtantia, nulla gravitas; unde etiam* leves *dicuntur, qui iis dediti ſunt. Et quemadmodum* gravitas *dicitur de omni virtute, in qua eſt conſtantia & æquabilitas agendi; ſic* levitas *de omni vitio, quod in vitio nulla fere eſt conſtantia. Hæc obſervatio ad intelligendum plurimum proderit.*

LEVITER. Sull. 10. leviter dicere: *h. e. ut ante dixerat*, ſuppreſſa voce. *Male quidam corrigunt* leniter: *quod quidam Codices etiam Ovidio adſcribunt in ſimili loco Heroid. III. 80. pro* leviter. *Sed ibi metrum repugnat & τὸ* leviter *vindicat. v. ibi Burmannum.*

LEX. *de hoc verbo dictum eſt ſub initium Indicis legum. Hic adjecimus, quæ ibi commemorata non ſunt.* Rabir. Perd. 5. *leges Cenſoriæ.* Verr. I. 55. *lex Cenſoria. v. Ind. Legg. in Cenſoriæ leges.* ibid. *Lex* opere faciundo. *de hac forma loquendi v. Gron. Seſt. I. 6. Eſt autem ipſa lex Cenſoria, ſive locatio operis faciundi a Cenſore propoſita. Formulam hujusmodi legis attulit Rotomann. ad h. l. eadem eſt apud Gruter. Theſ. Inſcript. T. I. p. CCVII.* Partit. 31. *Lex* prædii, *eſt formula venditi prædii, ex qua judicatur, quid emtori tradatur, quibusque conditionibus.* * *hinc lex dicitur pro conditione.* Tuſc. III. 16. *lex* vitæ, *eſt conditio, qua nati ſumus, ut alibi dicit.* Har. 7. *lege* optima. Agr. II. 11. ſi optima *lege* a populo eſſent creati. *de formula:* lege optima, *v. Conditio.* * Offic. III. 5. naturæ ratio, quæ *eſt lex divina & humana. Scilicet lex naturæ eſt etiam lex divina, (v. jus divinum,) leges humanæ autem, quæ ad ſocietatis utilitatem pertinent, non differunt a lege naturæ, ſed ex ea ſunt repetitæ, & cum natura conſentiunt; quod niſi eſt, iniquæ ſunt & injuſtæ.* * Verr. III. 7. *leges* edicere, *dicitur de Cenſoribus, cum locationum formulas proponunt. ibid. 20. legem* dicere *de eadem locatione dicitur, quatenus ſcilicet ea conditiones redemtoribus præſcribuntur.* Agr. II. 19. *leges* dare provinciæ, *dicitur de eo, qui habet ſummam poteſtatem*

testatem constituendi jubendique, differtque ab illo, quod dicitur, legem ferre. *Nam hoc est magistratus urbani, qui legem populo jubendam aut rejiciendam proponit.* Legem ferre *pro perferre est* Sext. 25. *nam opponitur promulgare.* * in Cæcil. 5. *lege* agere, *est actionem alicui intendere ex lege aliqua, quæ facultatem intendendæ actionis dat:* oportere eorum arbitratu *lege agi,* quorum causa lex sit constituta. *pro eo paullo post est:* quo nomine abs te HS. millies *de lege repeto.* cf. Muren. 11. posset *agi lege* nec ne, pauci quondam sciebant. Fastos enim vulgo non habebant. &c. *in quo loco latius patet τὸ* lege agere. *Nam latissime sumta hæc formula, continet, quicquid ex lege apud prætorem fit, juris sui obtinendi causa, ut vindicatio, in jure cessio, emancipatio, tutoris interdicti, possessionis, actionis &c. postulatio, eique a parte prætoris respondet* jus dicere *vel* reddere. *Itaque hæc duo etiam apud Ovidium in definitione diei fasti & nefasti permutantur, quia posito uno alterum ponitur, & ubi actio legis, ibi necessario jurisdictio.* Ille nefastus erit (*dies*) per quem tria verba (sc. *jurisdictionis, do, dico, addico*) silentur: fastus erit per quem *lege* licebit *agi.* v. *Sigon. Judic. I.* 9.

LEXIS, *verbum.* Or. III. 43. *e Lucilio.*

LIBARE, *decerpere.* Div. I. 49. a natura - Deorum *libatos* animos habemus.

LIBATIO. Har. R. 10. *libationes* epulæque ludorum publicorum, *sunt sacrificia, quæ fiunt defundendo vino.*

LIBELLA, *est minimus nummus, as.* Rosc. C. 11. Verr. II. 10. Att. VII. 11. fecit (heredem) te *ex libella,* me ex teruncio. *Harduinus ad Plin. XXXIII.* 3. *interpretatur* ex asse, *heredemque Atticum factum putat ex asse, hac conditione, ut tertiam inde partem Ciceroni daret. Sane libellam esse assem, ipse Plinius auctor est, l. c. Sed modus loquendi hanc interpretationem non patitur, quæ primum prolata est a Manutio, & jam repudiata a Gronovio de Sest. p. 55. quem & de libella, & h. l. v.* ibid. *III.* 12.

LIBERALIS. Flacc. 17. causa *liberalis est, in qua de libertate alicujus agitur.* Off. II. 12. sumtus *liberalis, distinguitur a necessario.*

LIBERALITAS, *est proprie omnis ratio vivendi & agendi, quæ a liberali educatione proficiscitur, & est propria hominum honeste liberaliterque educatorum, eorumque personis digna. Sic pro cultu liberali homine digna est.* Off. I. 39. quæ pertinent ad *liberalitatem,* specie & dignitate moderata sint. * *pro hilaritate quadam vultus & sermonis, quæ severitati opponitur.* Brut. 25. homo non *liberalitate,* sed ipsa tristitia & severitate popularis. * *pro studio alterius commodi: aut largitione aut officiis inserviendi, quod est liberaliter educatorum proprium.* Offic. I. 14. s. * *pro* ἐυηθείᾳ, *qua omnes æque bonos, ac nos sumus, judicamus, facilitate.* ad Q. Fr. I. 1. 4. a quibus, rudis cum esses, videtur decipi posse *liberalitas* tua. nam ut quisque est optimus, ita difficillime alios improbos suspicatur.

LIBER,

LIBER, *adj.* Or. II. 16. libera quæstio *est*, *quæ in genere versatur, nullis adstricta personis certis.* * *fortis, qui neminem timet, dicit, facit, quæ ipse probat, quæ vult, etsi aliis displicent.* Vatin. 10. maxime *liber* in tuenda communi libertate. Planc. 37. *liberum* esse in republica. Act. I. Verr. 9. Siculos in eo *liberos* fuisse, & non venisse. ad Div. XII. 28. ne nimis *liber* in ulciscendo viderere: *quod idem mox dicit:* nimis fortis. * *bona libera dicuntur, quæ non sunt obligata, oppignerata.* ad Div. XI. 10. tantum abest, ut meæ rei familiaris *liberum* quicquam sit, ut omnes jam meos amicos ære alieno obstrinxerim. * Att. XIV. 13. *libero* lectulo negat esse quicquam jucundius. *liber lectulus est hominis cœlibis.*

LIBER. *subst.* Div. I. 43. ad *libros* ire jussit. *int. Sibyllinos.*

LIBERARE, *a vectigalibus immune facere.* Agr. II. 21. *liberare* publica. (*publici agri vectigales sunt. liberati ergo fiunt privati.*) Verr. II. 31. *liberet* Byzantios. * Att. XVI. 6. Buthrotios cum Cæsar *liberavisset, sc. ne agri eorum ex lege agraria dividerentur.* * Har. R. 8. *liberare* domum: *int. a religione.* * Off. I. 10. pleraque promissa jure prætorio *liberantur*, quædam etiam legibus: *sc. ne ea servare cogare.* * *in libertatem vindicare.* Cæcil. 17. *liberare* se a Venere. *v. liberta.* * *secernere.* Tusc. I. 22. divinus animus *liberatus* a corpore. * ad Div. III. 7. ad facultatem ædificandi *liberare* aliquem: *int. ab interdicto.* * *de prædibus, opponitur τῷ* obligare. ad Div. V. 20. Volusii *liberandi* meum fuit consilium. * *in auspiciis est*, Leg. II. 8. templa *liberata* & effata habento. Liberata templa *sunt, quæ liberum ab omni parte prospectum habent. Nam augures cum locum aliquem auspiciis consecrant, quod est* effari, *jus habent amovendi ea, quæ liberum prospectum impediunt.* v. Offic. III. 16.

LIBERTA Veneris. Cæcil. 17. *quæ se a Venere liberavit: h. e. quæ pecunia redemit onus a majoribus acceptum, sumtus certis Veneris sacris suppeditandi, quod qui sustinebant, servi Veneris, Veneri, dicebantur. v. Græv. ad h. l.*

LIBERTAS, *fortitudo in sententiis dicendis, in agendis rebus, quæ aliis displicent.* Planc. 38. tamenne tu *libertatem* requires meam. *ibid.* 39. *libertatem* dimittere. *v. liber.* * *potestas libera faciendi, quod velis, quod placet.* ad Div. I. 5. *libertas* in rep. capessenda. * Cæcin. 12. imminuta *libertas, est injuria.* * *Tirones notent, cum libertas conditionem & statum significat, duplicem ejus vim esse. Nam primo, id quod notissimum est, opponitur servituti, & est libertinorum atque ingenuorum: deinde, quando de civis Rom. libertate sermo est, eo uno verbo continentur omnia jura, quæ cives Rom. habent, suffragiorum ferendorum, honorum omnium petendorum, provocandi, & quicquid jus civile universum & leges tribunitiæ & Consulares sanxerunt, pro populi commodis, tamquam Valeriæ, Porcia, Publilia, Horatia, tabellariæ &c. Sic pro* Cæcin. 33. cum Arretinæ mulieris

mulieris *libertatem* defenderem &c. Decemviri sacramentum nostrum justum judicaverunt. *Hoc statim sic interpretatur:* ut omnes, qui in eadem causa sunt, (*qua scil. illa mulier,*) & lege agant, & suum jus persequantur & omnes jure civili utantur &c. *Ex quo intelligitur in hoc loco* libertatem *poni pro* jure Quiritium. *Apud Livium in illis disputationibus de communicando cum plebe consulatu & similibus, tribuni semper se pugnare dicunt pro* æqua libertate: *quod profecto nullam aliam vim habet, nisi hanc, ut omnes ordines iisdem commodis reip. eodem jure utantur. Et XLV.* 15. civitas *&* libertas eripi *dicitur eodem sensu. Nam qui civitatem amittit, non desinit liber esse, sed amittit jus Quiritium. cf. Noodt Obs. II.* 21. *& Sigon. Ant. J. C. R. I.* 6.

LIBERTINI. Orat. I. 9. Rosc. A. 7. Sext. 45. &c. *sunt homines e servis liberi facti, & opponuntur ingenuis.*

LIBERTI, *iidem sunt qui libertini, sed ita dicuntur in relatione ad patronum. Locus in Sueton. Claud.* 24. *induxit imperitos, ut existimarent, libertinos dictos esse libertorum filios; quod est falsissimum. Suetonius non hoc dicit, sed Appii Cæci temporibus nomen libertinorum mansisse etiam in posteris libertinorum, quamvis jam ingenuis. Itaque tirones ab hoc errore sibi caveant, qui etiam nunc quorundam doctorum virorum libros obsidet, quos nominare non est necesse.*

LIBIDO, *partium studium.* Rabir. Perd. 5. tabella occultat *libidinem* judicum. Cluent. 22. *libido* judicum. Verr. I. 46. *libido* in jure dicundo. * *opponitur* rationi, *& significat cupiditatem.* Quint. 4. multa *libidine* non ratione gessisset. Fin. I. 6. declinatio *ad libidinem* fingitur: i. e. *sine idonea ratione.*

LIBRAMENTVM, *est superficies aquæ, continenter declinans, ut labi aqua possit: sive diversa aquæ altitudo, cujus extremitas puncto finitur; quod tamen intelligitur modo, ut puncta mathematicorum, ut punctum in medio jugo libræ, quod & ipsum libramentum vocatur.* Acad. IV. 36. punctum est extremitas, & quasi *libramentum. add. Harduin. ad Plin. XXXI. sect.* 31. *XXXVII. s.* 9. 43.

LIBRARIVM, *capsa librorum, chartarum.* Mil. 12. *librarium* legum vestrarum.

LIBRARIVS, *servus scriba.* Agr. II. 5. Or. III. 4.

LIBRALIOLVS. Balb. 6. Leg. I. 2. *libralioli* latini, *sunt homines, qui libros latinos describunt & vendunt.*

LIBRATVS, *in æquilibrio servatus.* Tusc. V. 24. terra quibus *librata* ponderibus, quibus cavernis maria sustineat.

LICERI. Off. III. 15. nec apponet, qui contra se *liceatur. Sensum esse puto: qui multo minus offerat, & ita rem deprimat, ut ipse faciliorem venditorem habeat. Nostri: ich gäbe nicht halb so viel dafür. Hunc sensum vidit, & efficere voluit Muretus, corrigendo,* qui contra asse liceatur: *item Pearcius:* qui contra a se l. *cui conjecturæ multum tribuit:*

a se, i. e. *in commodum suum. Sed vel sic manet difficultas in latinitate, quomodo hoc* contra liceri *dicatur. Si* contra liceri *de ea re, quam supra expressimus, dici latine potest: vix dubitare licet, quin &* contra se liceri *sic dici possit.*

LICET. *constr. cum infin. pass.* Or. 4. cujus ex epistolis intelligi licet. cf. c. 60. * *sequente accus.* Lig. 6. liceat esse miseros, *pro* miseris. cf. Balb. 12. *Sed est elliptica forma, quæ sic expletur: liceat nobis, nos esse miseros. vid. Duker. & Drakenb. ad Liv. XLII.* 36. * *venale est.* Attic. XII. 23. de Drusi hortis, quanti *licuisse* scribis. *int. emere. hoc sensu Plinio restituit hoc verbum Harduinus XXX.* 10. * liciturum esse *habet Cicero* Att. II. 1.

LIGVRIO, *proprie est degustare. hinc varie dicitur, ut pro exiguam partem ex aliqua re capere.* Verr. III. 76. non reperietis hominem timide nec leviter hæc improbissima lucra *ligurientem.* Devorare omnem pecuniam publicam non dubitavit. *Item, pro disciplinæ alicui operam aliquam dare.* Dom. 18. Sexte noster, bona venia, quoniam jam dialecticus es & hoc quoque *liguris.* (*i. e. hanc quoque artem attigisti & degustasti. Sed illud* quoque *innuit esse jocum ex ambiguo & alludi ad id, quod putabatur naturam Clodiæ ligurire*) quod factum non est, ut sit factum, ferri ad populum - potest? *Male vulgo in hoc loco interpretantur,* appetis. *Sic etiam in hoc* ad Div. XI. 21. cum quidam de collegis nostris agrariam curationem *ligurirent,* disturbavi rem, totamque vobis reservavi; *Manutius interpretatur* appeterent: *non absurde: sed plenus sensus hic est: Cum mentionem curationis agrariæ in senatu facerent, ut, quibus mandanda esset, decerneretur,* (*in qua potuit eorum quoque cupiditas aut spes intercedere & apparere*) *ego impedivi, quo minus de ea re ante quicquam decerneretur, quam vos redissetis.*

LIGVRITIO, *pars ægrotationis animi.* Tusc. IV. 11.

LIMARE, *proprie est lima superflua abradere, ut politior res fit. hinc est pro* detrahere. ad Div. III. 8. de liberalitate tua *limavit* aliquid posterior annus. Or. III. 9. tantum alteri affinxit, de altero *limavit.* * *de oratore, qui tenue & exile dicendi genus consectatur.* Opt. g. d. 3. se ad minuta genera causarum *limavit.* & *de philosopho, qui rem subtiliter, remoto omni ornatu oratorio, edisserit.* Off. II. 10. alia est illa, cum veritas ipsa *limatur* in disputatione, subtilius. * *acuere, elaborare, perficere.* Or. I. 25. neque hæc ita dico, ut ars aliquid *limare* non possit. Brut. 67. acumen arte *limare.*

LIMATVS, *subtilis, tenuis.* Or. I. 34. *limatus* oratione atque subtilis. Fin. III. 12. *limata* tenuitas. * *politus, elegans, accuratus.* Brut. 24. qui genus *limatius* dicendi consectantur. ad Div. VII. 33. *limatulum* judicium. Nat. D. II. 29. urbanitate nostrorum hominum *limatus.*

LINEA, *de perpendiculo.* Fin. I. 6. solida corpora ferri suo deorsum pondere ad *lineam.*

LINEAMENTVM, *delineatio operis, adumbratio.* Brut. 87. intel-

intelliges nihil Catonis *lineamentis*, nisi eorum pigmentorum, quæ inventa nondum erant, florem & colorem defuisse. Lineamenta Catonis *sunt ejus libri, qui res nudas, sine ornatu tradebant, sed recte tamen subtiliterque, adeoque similes vel picturæ lineari, qualis olim fuit, vel delineationi pictoris, ex qua, qualis picturа futura sit, intelligi potest, & quæ est fundamentum bonæ picturæ.* * *Paullo aliter est hoc verbum* Or. 55. quasi quandam palæstram & extrema *lineamenta* orationi attulit. *Id quale sit, docebit locus hic Plinii XXXV.* 10. *quem tironum causa adscripsimus:* Parrhasius primus Symmetriam picturæ dedit, primus argutias vultus, elegantiam capilli, venustatem oris, confessione artificum *in lineis extremis* palmam adeptus. Hæc est in pictura summa subtilitas. Corpora enim pingere, & media rerum, est quidem magni operis, sed in quo multi gloriam tulerint: extrema corporum facere, & desinentis picturæ modum includere, rarum in successu artis invenitur, &c. *Igitur* extrema orationis lineamenta *sunt perfectio & venustas summa orationis.*

LINGVA. Or. III. 30. *linguam* procudere, *est exercere dictionem declamando.*

LINERE. ad Q. Fr. II. 11. Lucretii poëmata *lita* sunt multis luminibus ingenii.

LINTER. Brut. 60. loqui ex *lintre:* i. e. *obscure, ut intelligi non possis.*

LINTRICVLVS. Att. X. 10. ego vero *lintriculo*, si navis non erit, eripiam me &c.

LIQVEFACIO. Tusc. V. 6. quos nullæ futiles lætitiæ languidis *liquefaciunt* voluptatibus.

LIQVESCERE. Tusc. II. 22. *liquescere* mollitia.

LIQVIDO, *cum fiducia quadam, certo, sine hæsitatione ac dubitatione.* Verr. III. 59. *liquido* dicere. ad Div. XI. 27. *liquido* negare. Fin. II. 12. quod eo *liquidius* faciet, si perspexerit &c.

LIQVIDVS, *purus.* Brut. 79. *liquida* oratio. Fin. I. 18. *liquidæ*, voluptates. Or. II. 38. *liquidum* genus sermonis, *opponitur exili & arido.*

LIQVIER, *pro linqui.* Div. I. 22.

LIS. Fin. II. 12. *lites* privatæ, *sunt causæ privatæ.* * *pecunia, de qua est judicium.* Rabir. Post. 4. summa *litium, est æstimatio litis, quæ dicitur* Cluent. 16. *ubi etiam est* æstimare litem: *quod fit, cum summa fit omnis ejus pecuniæ, de qua judicium est: tamquam in causa de repetundis, in qua lis dicitur æstimari, cum omnium furtorum, quæ ab aliquo repetuntur, summa fit.* v. Act. I. Verr. ult. *Dicunt autem* æstimare litem alicui & alicujus. Verr. IV. 10. V. 19. Cluent. 41.

LITERAE, *lingua.* Leg. I. 2. abest historia *literis* nostris. * *libri.* Div. II. 2. græcæ de philosophia *literæ.* Brut. 64. *literis* illustratum genus scriptionis. ad Div. VII. 19. nullam artem *literis*, sine interprete -- percipi posse. * *tabulæ & chartæ scriptæ quæcunque.* Leg. III. 20. publicis *literis* consignatam memoriam publicam non habemus. Quint. 11. *literæ* societatis. Verrin. III. 71. *literæ*

publicanorum. in Cæcil. 9. *literæ* in Verrem. *Nota: in Verrinis interdum tabulæ & literæ jungun-tur, quod ubi est, tabulæ sunt acceptorum & expensorum Codices, literæ aliæ scripturæ. Interdum vero uno tabularum nomine omnia genera scripturarum, & literarum verbo etiam tabulæ comprehenduntur.* * *artes liberales omnes.* Orat. III. 34. instructa *literis* eloquentia. ad Div. XV. 21. *literæ* reconditæ. cf. Rosc. A. 41. Arch. 6. &c. *Hinc* * Græcæ literæ *sunt artes Græcorum libris illustratæ.* Acad. I. 2. IV. 11. Or. I. 18. II. 7. Cato 1. &c. *&* latinæ literæ *latinis libris illustratæ artes.* Acad. I. 3. * *Dicitur tamen etiam de singulis generibus, ut de Grammatica.* Inv. I. 25. Orat. I. 3. III. 10. Off. I. 37. *de philosophia.* Balb. 1. Sext. 51. Har. R. 9. &c. *de reliquis, præter philosophiam, artibus liberalibus.* Pis. 29. est autem hic non philosophia solum, sed etiam *literis* perpolitus. * *epistolæ.* Att. XI. 5. conficere plures *literas* non potui. iis tantum rescripsi, a quibus acceperam.

LITERATE. Brut. 28. *literatius* loqui, *est accuratius, magis ex regulis artis, doctius.* Har. R. 5. *literate* respondissem. *Grævius dictum putat pro polite, eleganter, per ironiam: sed contextum consideranti videbatur esse:* ad literam. *Cicero rogatus ab adversario*, cujus esset civitatis? *respondit, ejus quæ carere ipso non posset. Clodius ingemuit.* Quid igitur responderem? *pergit.* me civem esse Romanum? *literate* respondissem. Pis. 25. *literate* & scite perscriptæ rationes.

LITERATVRA, *scriptura.* Partit. 7. memoria est gemina *literaturæ* - Nam ut illa constat e notis literarum & ex eo, in quo imprimuntur eæ notæ &c.

LITERATVS, *doctus in aliquo genere.* Or. III. 11. *literatissimus* togatorum. Mur. 7. tua nobilitas hominibus *literatis* & historiis est notior. * *qui legere potest.* Nat. D. III. 9. hoc si placet jam efficies, ut mundus optime librum legere videatur. Zenonis enim vestigiis hoc modo poteris rationem concludere: quod *literatum* est, id est melius, quam quod non *literatum* est. * *intelligens linguæ alicujus, ut bene loqui ac scribere possit.* Offic. I. 37. eos exquisito judicio uti putares literarum: quamquam erant *literati:* sed & alii. hi autem optime lingua latina uti putabantur. *Sic in* Brut. 28. literate loqui. *v. literate. Male illum locum interpretatus est Grævius.*

LITO, *parento, hostiis placo.* Flacc. 38. *litemus* Lentulo. * litare *dicuntur, qui in hostiis bona exta inveniunt.* Div. II. 15. proxima hostia *litatur* sæpe pulcherrime. cf. c. 16. *v. Gronov. ad Liv. VIII. 9. sed maxime Schwarz. ad Plin. Pan. p. 226.*

LITVRA. Verr. I. 36. nomen in *litura* fecit. *ib.* II. 42. nomen est in *litura. h. e. ubi illud nomen est, aliud ante fuit, quod deletum esse apparet.*

LITVS. Top. 7. solebat Aquillius - cum de *litoribus* ageretur, - quid esset *litus* ita definire: qua fluctus eluderet. *Atqui Celsus in Digest. de Verb. Signif. 96. litus est, quo maximus fluctus a mari per-

pervenit: idque M. Tullius, cum arbiter esset, primus constituit. Videndum, utrum in hoc Celsi loco Aquillius *corrigendum sit, quod res postulat, an Celsus locum Ciceronis non accurate vel inspexerit, vel tenuerit, & memoriter laudans aberraverit.*

LITVVS. Div. I. 17. *unde dicatur lituus augurum?* Att. XI. 12. *lituum* profectionis meæ fuisse: *h. e. auctorem. nam lituo æque ac tuba in bello signum datur.*

LOCARE, *usum alicujus rei aut fructum alteri certa mercede concedere.* Cæcin. 6. *locare* fundum. Rosc. Com. 10. *locare* se *dicitur, qui operam suam certa mercede alteri pollicetur.* * *consistere.* Offic. III. 17. prudentia est *locata* in delectu honorum. * locant *etiam, qui redemtori aliquid addicunt. v. redemtor.* Verr. I. 54. 56. Att. XV. 17. *hinc etiam* locatio *sic dicitur v. c.* Att. IV. 3.

LOCVPLES, *de testibus, cognitioribus* &c. *dicitur.* Part. 33. Flacc. 17. &c. *Passeratius ad* Quint. 11. locupletem *dici putat a* loco, *quem quis honestum obtinet in civitate. sic* cognitoris *ejus, qui se aliquem nosse profitetur, epitheton est* honestus. *Sed vero similior est eorum sententia, qui a* loco, *pro* agro, fundo *dictum putant.*

LOCVS, *caput philosophiæ, aut cujuscunque artis, materia.* Div. II. 1. perpurgatus est *locus* de finibus bon. & mal. a nobis quinque libris. *ibid.* quintus eum *locum* complexus est. * *sunt etiam* loci rhetorum, *qui sunt fontes argumentorum.* Or. I. 31. in Topicis *passim. item in arte memoriæ.* Or. II. 87. * Loci *autem* communes *sunt, cum de re universa tractatur, cum oratio revocatur ad genus.* Or. III. 27. * *status, in re gladiatoria & militari, ut gradus.* Catil. II. 1. *loco* ille motus est, cum ex urbe est depulsus. * *dignitas.* ad Div. XIV. 18. isto *loco* femina. cf. Verr. I. 48. * *ordo, classis in civitate.* Quint. 13. *locus,* quem honestissime obtinuit. *v. Passeratius ad h. l.* * *fundus.* Agrar. III. 2. *ita interpretatur Turnebus, quem vide.* * *res.* in Cæcil. 15. cui *loco* consulite ac providete. * *genus, pars.* Offic. I. 6. *loci,* in quos honesti naturam divisimus. *ibid.* 15. alter *locus* cautionis. Catil. IV. 10. est uno *loco* melior conditio externæ victoriæ quam domesticæ. * *locum relinquere & dare, non eodem modo dicitur.* Verr. V. 50. fortunæ alicujus veniam & *locum dare, est ignoscere, concedere.* Cluent. 42. *locum* defensioni non *relinquere, est de judice, qui pecunia corruptus inutilem defensionem reddit.* ad Div. I. 1. *locum* non *relinquit* precibus, *de eo, qui & non rogatus facit, quæ volumus, ut non opus sit precibus.* * Verr. V. 14. ædilitas in *loco* posita: *h. e. recte beneque.*

LOGICA. Tusc. IV. 14. *quæ sint? cf. Ind. Gr.* λογικά.

LOLIGO, *genus piscis.* Div. II. 70.

LOMENTVM, *fabarum farina, qua ad interpolandam faciem, & tegendam deformitatem utebantur.* ad Div. VIII. 14. Censuram *lomentum* & nitrum putat.

LONGVLVS. Att. XVI. 13. *longulum* sane iter.

LVCANICA, *genus farciminis.* ad Div. IX. 16.

LVCERE, *in primis eminere, apparere.* Att. III. 15. officia & ſtudia mea parum ante *luxerunt.* cf. Brut. 7. Phil. XIII. 11. ornamenta in virtute & induſtria poſita *lucent.* * Mil. 23. res ipſa *lucet* tot tam claris argumentis ſignisque. Off. I. 9. *extr.* æquitas *lucet* ipſa per ſe; dubitatio cogitationem ſignificat injuriæ.

LVCERNA. Att. VIII. 2. eadem *lucerna* hanc epiſtolam ſcripſi, qua inflammaram tuam.

LVCRARI. Verr. I. 12. *lucretur* indicia veteris infamiæ: i. e. *non audiet facinora, non proferentur: quod ille in lucro debet ponere. Sic Græci τὸ κερδαίνειν. Act. Apoſt. XXVII.* 21.

LVCRVM, *de bono, quod præter opinionem contigit.* ad Div. IX. 17. de *lucro* prope jam quadriennium vivimus: *ſc. quia in perpetuis vitæ periculis vixerat, nec ſpem vitæ retinendæ habuerat. v. de hac vi verbi viros doctos ad Liv. XL.* 8.

LVCVLENTER. Fin. II. 5. græce *luculenter* ſcire.

LVCVLENTVS, *amplus, magnus.* Att. XVI. 4. *luculenta* navigia. * *firmus.* ad Div. X. 24. *luculentiſſima* legio. * Att. X. 14. 16. *luculentus* auctor: *i. e. fide dignus.*

LVCVS, *ſilva ſacra.* Milon. 31. Div. I. 45. &c. *de hoc genere ſilvarum eſt docta diſſertatio Eſchenbachii inter ejus diſſertationes.*

LVDERE, *ſimulare.* ad Div. VIII. 9. civem bonum *ludit.* * *armis exerceri.* Or. II. 20. videant, ad ludendum, an ad pugnandum arma ſint ſumturi. * *ridere.* Or. I. 12. irriſione *ludor.* ad Div. VII. 5. quod tu *luſiſti.*

LVDIVS, *hiſtrio, ſaltator.* Har. R. 11. ſi *ludius* conſtitit: *h. e. ſi ejus ſaltatio interrupta eſt. v. Salmaſ. & Trebell. Claud.* 5. T. II. p. 362. *ad Vopiſc. Carinum. p.* 843. *& quos laudat Burm. ad Ovid. A. A. I.* 112.

LVDVS, *de re facili.* Verr. V. 70. ad honores *per ludum* & negligentiam pervenire. cf. Fin. I. 8. Or. II. 17. * *de fraude.* Dom. 48. ſi ille tibi *ludus* fuit - - ſi eſt illud ratum. * Phil. VI. 4. *ludus dicitur de tempore, quo ludi fiunt.* * Sext. 55. *ludos* facere, *dicitur de eo, cujus ſumtu fiunt.* Har. R. 11. *ludi* peremti ſunt. * in Cæcil. 10. *ludi* plebeji. cf. Verr. V. 14. *unde patet Floræ eos ludos factos.* ad Div. VII. 1. *ludi* Oſci, *ſunt fabulæ Attellanæ proprie, ſed l. c. dicuntur pro rebus ineptis & ridiculis.* Act. I. Verr. 10. *ludi* Victoriæ, *inſtituti a Sulla in memoriam victoriæ a Marianis reportatæ. ibid. ludi* votivi. cf. Div. I. 26. *qui fiunt e voto Imperatoris ad bellum profecti, & cum victoria reverſi. ibid. ludi* Romani, *celebrati pridie Non. Sept. ex inſtituto regio.*

LVMEN, *quod in quaque re eminet inprimis, præcipuum eſt, ornamentum.* Q. Fr. II. 10. illorum prædiorum ſcito mihi vicinum Marium *lumen* eſſe. Sen. p. R. 4. hoc *lumen* conſulatus ſui fore putavit. Fin. II. 22. hoc veſtrum *lumen* eſt. Acad. IV. 33. ſed illa duo *lumina* veſtra, quæ maxime cauſam continent. Nat. D. I. 28. Næ-

vus

vus Alcæo *lumen* videbatur. * *præsidium, tutela.* Sull. II. Roma *lumen* gentium. * *feneſtræ, proſpectus.* Dom. 44. obſtruere *luminibus, unde & metaphoræ, tamquam* Rabir. Poſt. 16. mentis *luminibus* officit altitudo fortunæ & gloriæ. Brut. 17. Catonis *luminibus* obſtruxit hæc poſteriorum altius exaggerata oratio. * Brut. 75. videtur tamquam tabulas bene pictas collocare in *bono lumine.* * *quomodo differat a* luce, *patere videtur e* Fin. III. 14. ut obſcuratur & offunditur *luce* ſolis *lumen* lucernæ. *de quo agit Burm. ad Virgil. Æn. II. 682. & Oudendorp. V. C. ad Sueton. Cæſ.* 31. *Sed id diſcrimen non ſervatur. v. in lux.*

LVMINARE. Att. XV. 26. *eſt feneſtra, ut* lumen.

LVMINOSVS, *inſignis.* Or. 36. tum ſunt maxime *luminoſæ* & quaſi actuoſæ partes duæ.

LVSTRVM, *tempus quinque annorum, ſub cujus finem a Cenſoribus Cenſus habetur, & poſtea publicæ preces & ſacrificia ſuovetaurilia fiunt, quod dicitur* luſtrum condere. Or. I. 41. qui domini voluntate cenſus ſit, continuone, an, ubi *luſtrum conditum ſit,* liber ſit. *ibid.* II. 66. is qui te ex ærariis exemit, *luſtrum condidit,* & taurum immolavit. *v. Liv. I.* 44. *& ibi Gronov.*

LVX, *pro lumine.* Cœl. 28. *lux* longe alia eſt *ſolis & lychnorum. nam lychnorum proprie lumen eſt. v. in* lumen *& quos ibi laudavimus.* Nat. D. I. 5. ſententiæ *lucem* autoris deſiderant. Ligar. 2. *lux* liberalitatis & ſapientiæ tuæ mihi oboritur. Tuſc. II. 26. benefacta in *luce* ſe collocari volunt. Sen. p. R. 3. *lucem* in rep. diſpicere cœpiſtis. Phil. X. 6. *lux* veniſſe quædam & ſpes reip. videbatur. * Luce *dicitur pro interdiu.* Offic. III. 24. *alia exempla collegit Drakenb. ad Liv. XXXVIII.* 36.

LYCHNVCHVS. Q. Fr. III. 7. hanc ſcripſi ante, ad *lychnuchum* ligneolum, qui mihi erat perjucundus, quod eum te, ajebant, cum eſſes Sami, curaſſe faciendum. *Lectionem hanc contra Smithum & Licetum defendit, & ipſum locum illuſtrat Spanhem. de Uſu & Pr. Num. T. I. p.* 170.

LYMPHATVS. Div. I. 16. Gr. νυμφόλημπτος. *ita dicebantur, qui nymphan aquaticam viderant, & aquam timebant; unde deinde de perterritis, & enthuſiaſmo aliquo furentibus ut h. l. dicitur. v. Cuper. Obſ. III.* 12. *Heinſius & Drakenb. ad Silium. I.* 459.

M.

MACHAEROPHORVS. ad Q. Fr. II. 10. *qui ſit, non ſatis certum puto.*

MACHINAE, *artes, doli.* Dom. 11. deſinant iisdem *machinis* ſperare me poſſe labefactari. cf. Nat. D. III. 29. * Petit. Conſ. 2. amicam de *machinis* emit. *Salmaſ. ad Solin. p.* 851. *interpretatur de cataſta, in qua incluſi venales proſtiterint ſervi; quod* ὀλκημα καταγειον *Plutarchus dicat, Livius interpretetur* machinam. *Sic etiam Caſaub. ad Perſii Sat. VI. p. m.* 514. *de his Martialis:* quos arcanæ ſervant tabulata cataſtæ. *De cataſta multos laudat Broukhuſ. ad Tib. II. 6.*

MACHINATOR, *inventor rei malæ.* Roſc. A. 45.

MACHINARI, *excogitare.*

Or. III. 44. quod *machinati* sunt ad voluptatem. Nat. D. II. 51. quod perpetuitatis causa *machinata* est natura.

MACROCOLON. Att. XIII. 25. XVI. 3. *est membrana longior & major. vid. e Salmasio ad Vopisci Firmum a Grævio ad h. l. excerpta.*

MACTARE, *placare.* Vat. 6. extis puerorum Deos manes *mactare* soleas. * nocere reo. Flacc. 22. *mactare* aliquem civitatis testimonio.

MACVLA, *foramen in reti.* Verr. V. 11. reticulum minutis *maculis. Sic Varr. R. R. III.* 11. rete grandibus *maculis.*

MACVLOSVS, *censoria nota infamis, turpis vitiis.* Att. I. 16. *maculosi* senatores.

MAGISTER, *director, ut hodie dicunt.* Verr. III. 7. *magister* scripturæ. *ib.* II. 74. *magister* societatis. *ibid.* 70. *pro magistro* in scriptura: *est Vice-Director. Similiter dicuntur* magistri (auctionum), *qui, cum bona alicujus venduntur auctione, ab iis, quorum interest, constituuntur, ut ejus rei curam suscipiant, quos hodie Curatores bonorum appellant.* Quint. 15. Att. I. 1. VI. 1. ad Div. XII. 30. * *magister* equitum. Att. IX. 18. *est quasi collega dictatoris, qui eum facit. Nomen hinc traxit, quod in exercitu equitatui præest. Ipse autem dictator* magister populi *dicitur*, Leg. III. 4.

MAGISTERIVM, *in convivio est ejus, qui modimperator dicitur, regnum vini, ut Horatius ait.* Cato. 14. me & *magisteria* delectant, a majoribus instituta. * Prov. Cons. 19. morum *magisterium, est Censura: nam & Censor* magister morum *dicitur. v. Gronov. ad Liv. XXIV.* 25.

MAGISTRATVS *dici & ipsos Consules, Prætores, Ædiles &c. & eorum munus, notum est. unum locum adscribemus, in quo est hoc verbum.* Verr. I. 12. accedere ad *magistratus: quod eodem modo dicitur, ut* accedere ad rempublicam. * *Livius pluribus locis Proconsules ac Proprætores non numerat in magistratibus. vid. v. c. XXVIII.* 38. *& ibi Sigon. ac Valesi. at Cicero numerat*, Verr. III. 79. *ubi sermo est de scriba provinciali, & scribæ dicuntur habere* pericula magistratuum.

MAGNIFICE, *magno animo.* Offic. I. 26. *magnifice* vivere. ad Div. IV. 7. *magnificentissime* Consulatum gerere. Fin. IV. 2. eas virtutes nos *magnificentius* appetere & ardentius. * *honorifice.* Catil. II. 1. *magnifice* vicimus.

MAGNIFICVS, *honorificus.* Sen. p. R. 1. *magnificentissimum* decretum.

MAGNIFICENTIA, *magnus animus.* Inv. I. 56. Off. I. 21. Inv. II. 54. *quid sit?*

MAGNILOQVENTIA Homeri. ad Div. XIII. 15.

MAGNVS. ad Div. XIII. 26. *magnum* esse apud te speravit meas literas. *Sic e Mss. edidit Victorius, deletis verbis* pondus habituras: *quæ alibi addit Cicero: putatque hunc modum loquendi esse elegantiorem: quem P. Manutius non satis concoquebat. Nec Victorium imitatus est Camerarius, aut Stephanus &c. Est autem græca forma loquendi, intelligendumque* negotium.

MAJALIS. Pis. 9. *est porcus pinguis, qui Majæ mactatur.*

MAJESTAS, *est populi, quam qui lædit, majestatis reus est. de quo crimine* v. Partit. 30. Or. II. 39. 25. Verr. I. 5. *majestatis* judicium. *sed tribuitur etiam Consuli.* Phil. XIII. 9. * Mil. 30. *pro*, nisi qui nullam vim ducit, numenque divinum, *Grævius legit*, nisi qui nullam *majestatem* ducit. n. d. *ut* majestas *sit* divinitas; *quam verbi vim pluribus exemplis confirmat. Gl. Philex.* majestas: θεότης. *Sic est ap. Sueton. Ner. 1. cf. de hac voce disputatiunculam Salmasii ad Trebellii Gallienos c. 14.*

MALE, *in emendo est, nimis magno pretio.* ad Q. Fr. I. 1. publica *male* redimere. *in vendendo, nimis vili.* Verr. III. 98. *male* vendere. * *parce, tenuiter. ibid. male* percepti fructus. * *in foro variis in formulis est.* Cæcin. 28. *male* facere sponsionem, *est causa cadere, in qua sponsionem fecisti.* Quint. 14. *male* agere, *est actionem alicui intendere, quam obtinere non possis, ut formula cadas, quemadmodum dicitur. v. Interp. ad h. l. sed* c. 16. 27. *est fraudare, decipere velle.*

MALITIA. Nat. D. III. 30. *quid sit?* * *callida juris interpretatio, quæ & calumnia dicitur.* Cæcin. 1. *malitia* jam est usitatum. ad Div. IX. 7. calumniatus sum, indicabo *malitiam* meam. * *sollertia & perspicacitas in dolis hominum videndis. nam qui ipsi dolos nectere possint, ii etiam fraudes verentur, & ubi fiant, vident.* Att. XV. 26. nisi tua *malitia* affuisset. * Fin. III. 11. quas Græci κακίας appellant, vitia malo, quam *malitias* nominare.

MALITIOSVS, *callidus.* Off. I. 10. *malitiosa* juris interpretatio. Off. III. 18. mihi etiam veræ hereditates non honestæ videntur, si sint *malitiosis* officiorum blanditiis quæsitæ, non veritate, sed simulatione.

MALITIOSE, *per calumniam.* Cæcin. 7. novæ litis genus tam *malitiose* intenderet.

MALLEOLVS, *in vitibus est palmes novus, cum parte ligni durioris ab utraque parte recisus, ut malleoli figuram habeat.* Cato. 15. *add. Colum. III. 6. 3.* * *In re militari sunt manipuli spartei, pice inducti, quibus sagitta inserta, (unde malleoli figura) ut projiciatur in hostilia munimenta, opera, tecta, &c. incendii excitandi causa. Pechkränze.* Catil. I. 13. Mil. 24. *v. Lipsi. Poliorc. V. 5. & quos præter hunc laudat Drakenb. ad Liv. XXXVIII. 6.*

MALVM. *v. orbiculatus.*

MANCEPS, *redemtor, conductor. Sic publicani dicuntur* mancipes, *quia publica vectigalia redimunt.* Dom. 10. *item alii redemtores decumarum* in Cæcil. 10. *porro redemtor ædificii alicujus aut operis publici.* Verr. I. 54. *item, qui prædam emit.* Dom. 18. *item is, qui* & sector *dicitur.* Rosc. A. 8. *manceps* hominis studiosissimi nobilitatis: *h. e. bonorum ejus. denique is, qui pecuniam emit, & eam alio loco ei, a quo accepit, aut eodem genere, aut in alio numorum solvendam curat.* ad Div. V. 20. erat enim nobis curata pecunia Valerii *mancipis* nomine: h. e. *Valerius redemerat pecuni-*

am sine periculo nostro nobis, quo loco volebamus solvendam.

MANCIPATVS, *venditus, mancipio datus, addictus.* Cato II. si senectus sui juris est, si nemini *mancipata.*

MANCIPI, *est pro* mancipii, *ut dudum videre viri docti. itaque, quæ de hac voce dicenda, ad mancipii vocem retulimus.*

MANCIPIVM. Top. 26. *mancipio* dare. cf. ad Att. XIII. 5. *h. e. jure mancipii, de quo mox.* * res mancipi *sunt, quæ venduntur per æs & libram, præsentibus quinque testibus; quo ritu venditor obligatur ad evictionem præstandam. isque mos adhuc duravit Plinii maj. temporibus, ut patet ex H. N. XXXIII. 3. Locus disertissimus de tota re est ap. Plaut. Curcul. IV. 2. 8. f. Sed Ciceroniana videamus.* Mur. 2. si in iis rebus repetendis, quæ *mancipi* sunt, is judicii periculum præstare debet, qui se nexu obligavit. *Unde* jus mancipi f. mancipii. Har. R. 7. Flacc. 32. Cæcin. 26. *quod est earum rerum, quæ mancipio & nexu, h. e. ritu commemorato, nobis traditæ sunt. Ceterum notandum est, Ciceronem, cum jungat plerumque* mancipium & nexum, *tamquam eandem vim habentia, tamen* Har. R. c. 7. *ea distinguere: quod faciebat auctore Varrone Scævola, cum Manilius JCtus pro eadem re haberet. Manilius, quicquid per libram geritur, id nexum putabat, adeoque etiam mancipium: Scævola contra ea tantum nexus nomine comprehendebat, quæ per æs & libram dabantur, ut obligarentur, & ab hac appellatione mancipium excludebat. v. Salmas. de Usur. c. 8. p. 205. sqq. de rebus mancipi & jure mancipii vid. etiam Bynkershœkii Diss. de rebus mancipi nec mancipi, in Opusc. p. 105. inprimis C. 1. & 2. a quo miror non esse c. 19. ubi de prædiis provincialibus agit, allatum locum Ciceronis Flacc. 32. qui huc inprimis pertinebat.* * *mancipium est etiam pro formula & conditionibus abalienationis.* Off. III. 16. hoc *in mancipio* Marius non dixerat. *pro quo est* mancipii lex Or. I. 39. *mancipii lege* servire dicit.

MANDARE. Att. VI. 1. vasa *mandavi: ich habe sie bestellet.* * *amandare, mittere.* Sull. 20. dimittere a se, & *mandare* in ultimas terras.

MANDATVM, *commission.* Rosc. A. 38. judicium *mandati.* cf. Off. III. 17. *de mandato, ejus origine &c. agit Noodt Probab. Jur. Civ. IV.* 12.

MANDATVS. Tusc. II. 16. pestis *mandata* hostili manu. *de vulnere.*

MANEO *cum dat.* Phil. II. 5. cujus idem *tibi* fatum, sicut C. Curioni *manet. Sic & Græci. vid. de hac forma Sanctii Minerv. II. 4. Drakenborchius male huc trahit illud Liv. I. 53.* manere his bellum: *quod est, iis porro gerendum est bellum, non, imminet.*

MANICA, *chirotheca, qua iter facientes & feminæ utebantur.* Phil. XI. 11. quamquam miror tamdiu morari Antonium. Solet enim accipere ipse *manicas*, nec diutius obsidionis metum ferre: *i. e. ut homo mollis & timidus fugere. v. Ruben. R. V. I. 4.*

MANICATVS. Catil. II. 10. *manicatæ* tunicæ, *sunt, quæ Græcis*

cis chiridotæ *dicuntur*, *vid. Gell. VII.* 12. *Latinis etiam* manuleatæ, *Sueton. Cæs.* 45. ad manus *fimbriatæ*, (*nam latus clavus, qui ad manus fimbriatus dicitur, est tunica laticlavia*) *ubi v. Casaub. Id genus tunicæ mollius Romanis videbatur, & fœminis convenientius quam viris, qui brevibus & substrictis utebantur, ut auctor est Gellius l. c. Hinc ap. Virgil. Æn. IX.* 616. *convicium est: Et tunicæ manicas & habent redimicula mitræ.*

MANIPVLARIS. Att. IX. 10. Pompejum tamquam unus *manipularis* secutus sum. *Est miles legionis gregarius. Nam* manipulus *est cohortis legionariæ pars tertia.*

MANARE, *excidere, exire in vulgus.* Att. III. 12. scripsi equidem olim iratus -- sed ita compresseram, ut nunquam *manaturam* putarem. quomodo exciderit, nescio.

MANSVS. Orat. II. 39. qui omnes tenuissimas particulas, atque omnia minima *mansa*, ut nutrices infantibus pueris in os inserunt.

MANVBIAE. Arch. 11. Dom. 38. Rosc. A. 37. &c. *est pars prædæ, quam imperator capit, ut in monumento aliquo consumatur.* vid. Agr. II. 22. & Verr. I. 59. *quæ sunt loca classica.*

MANVMISSIO, *donatio libertatis.* Cœl. 29.

MANVMITTERE, *servum libertate donare.* ad Div. XIII. 77. ad Q. Fr. I. 2.

MANVPRETIVM. Verr. I. 56. *manupretium* machinæ: *h. e. merces data, pro labore conficiendæ machinæ.* Pis. 24. provincia ista tibi *manupretium* fuit, non eversæ per te, sed perditæ civitatis. *vid. Drakenb. ad Liv. XXXIV.* 7. *Ap. Plinium, ut XXXIII.* 11. *est* manipretium.

MANVS, *labor manuum.* Verr. III. 11. *manu* quærere, *de aratoribus.* * *proboscis elephanti.* Nat. D. II. 47. *manus* data elephantis. * ad Div. XI. 13. quæ in *manibus* sunt, *dicitur de præsenti rerum statu.* Sext. 32. res jam *manibus* tenetur: h. e. *pæne confecta est.* ad Div. I. 19. sic in *manibus* habebant, sic osculabantur. *ib.* VIII. 1. *manus* ad os apponere, *signum silentii servandi.* Flacc. 6. *porrigere* manum: *modus Græcorum suffragii ferendi.* ad Div. VII. 5. *tollere* manus: *admirantis gestus.* Att. III. 15. vulneribus suis *manus* afferre: h. e. *dolorem instaurare, augere.* ad Div. X. 23. Vocontii *sub manu* ut essent: *h. e. parati, si quid vellem, ad manum. de hac formula, quæ non eandem ubique vim habet, v. Intt. ad Sueton. Aug.* 49. *inprimis Burmannum: quamquam in illo loco Suetonii, quem hic laudarunt Grævius & Cortius, aliam, atque hic, vim habet: & Gronovium ad Senec. ep.* 94. * Topic. 4. mulier viro in *manum* convenit. *id fit per coëmtionem; de qua supra.*

MASTRVCATVS. Provinc. Consul. 7. *mastrucati* latrunculi. *dicti a* mastruca, *qua montani Sardi utebantur. Viri docti ad h. l. laudarunt Turneb. Adverss. XX.* 9.

MASTRVCA. fr. pro Scauro. vestis villosa, *quæ e musmonibus, genere arietum, f. musmonum villosis pellibus fiebat, unde* ibid. pelliti *dicuntur mastrucati illi Sardi.*

v. J. G. Bergeri Eclogarium Corsicum, Disf. II. p. 38. *Ælian. H. An. XVI.* 34. *hieme calefeciſſe, æſtate refrigeraſſe tradit.*

MATERIA, *quod objectum vocant philoſophi barbari.* Inv. I. 5. *materia* artis. Div. II. 4. divinationi aliqua *materia* danda eſt, in qua verſari poſſit. * *eleganter etiam dicitur, de dotibus naturalibus, quas ſc. tamquam materiam diſciplina elaborat.* Verr. III. 68. *materies* Catonis. Inv. I. 2. quæ *materia* eſſet in animis humanis. *v. Burm. ad Ovid. Her. IV.* 86. *ubi bene laudantur loca Livii I.* 39. 46.

MATERIATVS. Off. III. 13. ædes male *materiatæ.*

MATELLIO, *matula.* Parad. V. 2. *matellionem* Corinthium cupidiſſime tractare. *Sic ap. Plin. XXXIV.* 2. trullei, *& ap. Martial. IX.* 97. trulla Corinthia *pro matula, ut recte interpretatur Harduinus. Non ergo mirandum, ſi in Digeſtis, in mundo muliebri matula ponitur.*

MATERIS, *telum Gallicum.* ad Herenn. IV. 32. nec tam facile ex Italia *materis* Transalpina depulſa eſt.

MATRIMVS, *cui mater ſuperſtes.* Har. R. 11. *matrimus* puer.

MAXIME, *cum ſuperlativo.* Att. XII. 28. *maxime* liberaliſſima. *Sic Liv. XLI.* 23. maxime graviſſimus: *improbante tamen Gronovio. v. Drakenb. ad l. c. & ad XL.* 21. *Eſt & forma etiam ap. Gellium XIII.* 15.

MEDICAMENTVM. Or. 23. *medicamenta* fucati candoris & ruboris.

MEDIDIES. Or. 47. *quare non dicatur, ſed meridies?*

MEDIETAS. Univ. 7. vix audeo dicere *medietates*, quas Græci μεσότητας appellant.

MEDIMNVM, *menſura ſex modiorum.* Verr. III. 45. 47. 49. &c.

MEDITATIO, *exercitatio.* Tuſc. II. 17. Div. II. 16. * *diſquiſitio.* Cluent. 31. cauſa in *meditatione* verſatur.

MEDITARI, *de exercitatione, præparatione.* Orat. I. 32. 61. Catil. I. 10. ad hujus vitæ ſtudium *meditati* illi ſunt labores. *paſſive.* * *ad* Div. II. 2. *ad* hæc *meditere. Virgilius ſolet dicere* in. *ut Æn. X.* 455. meditari in prœlia.

MEDIVS. Off. III. 3. *media* officia *quæ ſint?* * Acad. Q. I. 10. *media*, quæ ſunt interjecta, inter ea quæ ſunt ſecundum naturam, & quæ ſunt naturæ contraria. * *qui eſt neutrius partis.* Att. X. 12. &c. * Phil. II. 13. nego quidquam eſſe *medium: pro quo noſtri: tertium non datur.*

MEDVLLA. Brut. 15. Suadæ *medulla.* * Phil. I. 15. in *medullis* populi Rom. ac viſceribus hærebant.

MELICVS. Opt. g. d. 1. *eſt genus poëtarum, dictum a carminibus, quæ* μέλη *vocabantur. Cujus generis fuit Simonides.*

MEMBRANVLA. Att. IV. 4. *v. Index Græc. in* σύλλαβος.

MEMBRATIM. Or. 63. inciſe & *membratim: h. e. per* κῶλα, *ſine periodis.*

MEMBRVM, κῶλον, Orat. 62. 66. *quid ſit?*

MEMINI, *cum perfecto.* Of. II. 47. aſcendiſſe *meminiſſem.* cf. ad Div. XIII. 72.

MEMORIA, *tabulæ, literæ, quibus rei memoria conſervatur.*

Arch. 4. literarum *memoriam* flagitare. Cluent. 23. extat *memoria*, sunt tabulæ publicæ. * memoria publica, *est rerum publicarum, publice, in senatu, concione, bello gestarum.* Or. II. 12. Leg. III. 20. * Or. I. 2. ac mihi repetenda est veteris cujusdam *memoriæ*, non sane satis explicata recordatio. *In quo videtur* memoria *dici, pro re olim gesta, disputatione vetere.* Brut. 69. *in memoriam* notam & prope æqualem *incurro.* * Phil. II. 43. & tu in Cæsariis *memoria* diligens. *int. conservanda, honoranda.*

MENA. Fin. II. 28. *piscis non adeo delicatus, nec pretiosus.*

MENDOSVS, *qui mendum facit.* Verr. II. 77. servus *mendosus* est.

MENS, *cogitatio tacita.* Catil. I. 12. his ego reip. vocibus & reliquorum *mentibus* respondebo.

MENSAE. ad Div. XVI. 21. *mensa* secunda: *h. e. bellaria, poma, pira &c.* Fin. II. 28. Syracusanæ *mensæ.* Tusc. V. 35. *mensæ* Italicæ, Syracusiæ: *h. e. lautæ, deliciis refertæ.* Att. V. 1. discubuimus omnes præter illam; cui tamen Quintus *de mensa* misit. * *Est & mensariorum, de quibus mox.* Flacc. 17. si prætor dedit, a quæstore numeravit; quæstor a *mensa publica: mensa* aut ex vectigali, aut ex tributo. Pison. 36. stipendium militibus per omnes annos a civitatibus, *mensis* palam propositis, numeratum. *vid. Mensarius.* * *denique deorum in templis.* Har. R. 27. Nat. D. III. 34.

MENSARIVS. Flacc. 19. *est magistratus civitatis Græcæ Asiaticæ:* quatuor *mensarii*, qui apud illos a populo creantur. *Videntur curam habuisse pecuniæ publicæ hanc, ut per eos quæstor publicam pecuniam acciperet, &, quibus opus esset, senatusque vellet, solveret. Nam paullo post ait:* si prætor (*sc. Temenitarum*) dedit, a quæstore numeravit: quæstor a mensa publica: mensa aut ex vectigali aut ex tributo. *de mensariis multa disputat Salmas. de Usuris c.* 17.

MENSIO, *dimensio.* Orat. 53. *mensio* vocum.

MENTIO. Verr. II. 38. Consules *mentionem faciunt* in senatu: *h. e. ad Senatum referunt.*

MERACIVS sumere. Nat. D. III. 31.

MERCARI. Att. IX. 5. hæc officia *mercanda* vita puto.

MERCEDVLA, prædiorum Att. XIII. 11. *est vectigal locationis. v. merces.*

MERCENARIVS. Verr. I. 43. *mercenarium* proœmium.

MERCES, *reditus ex locatione.* Verr. III. 50. *merces* ex fundo. Att. XV. 17. *merces* insularum. * *incommodum.* ad Div. I. 9. non ita magna *mercede.*

MERCVRIALES. ad Q. Fr. II. 5. *Collegium mercatorum, de quo Liv. II.* 21. 27.

MERERE, *stipendia facere.* Balb. 20. si tot consulibus *meruisset.* * *elegans est hæc ratio:* Verr. IV. 60. *quid* arbitraris Rheginos *merere velle*, ut &c. h. e. *qua mercede induci posse, ut &c.* cf. Fin. II. 22. Phil. I. 14. *notat autem in hac forma proprie, acquirere, tamquam mercedem ac præmium. v. inpr. Gronov. Obs. Eccl. c. 7, p. 76.*

p. 76. *& quos laudat Burman. ad Virgil. Æn. IV.* 349.

MERIDIATIO, *somnus meridianus* Div. II. 68. lucubrationes detraxi, & *meridiationes* addidi, quibus uti antea non solebam.

MERITARE. Verrin. III. 50. fundus, qui HS. dena *meritasset*: h. e. *ex quo tantum redisset. Sed Grævius aliter legit.*

MERITORIVS. Phil. II. 41. pueri ingenui cum *meritoriis* versabantur. meritorii *sunt scorta masculina.*

MERVLA. Fin. V. 15. *avis cantrix, quam nostri vocant ein Amsel.*

MESSIS. Parad. VI. 2. qui cædes municipiorum, qui illam Sullani temporis *messem* recordetur.

META, *est conus, quæcunque res lata basi acutoque fastigio.* Div. II. 6. umbra terræ, quæ est *meta* noctis. *hinc in Circo metæ sunt columellæ positæ in flexu Circi ad spinam, quas studiose vitabant aurigæ, ut ex Horatio notum est. hinc illud ductum est* Cœl. 31. hæsit ad *metas* fama adolescentis.

METATOR. Phil. XI. 5. castrorum antea *metator*, nunc, ut sperat, urbis. cf. XIV. 4.

MICARE, *dicitur de motu celeri & tremulo venarum.* Nat. D. II. 9. *micare* non desinunt arteriæ & venæ. Div. I. 47. anguis semianimis & varia graviter cervice *micans.* * *par impar ludere.* Offic. III. 19. dignus quicum in tenebris *mices.* cf. Div. II. 41. *v. Gronov. Obs. III.* 13. *p.* 546. *s.* * *Inde est sortiri.* Off. III. 23. quasi sorte aut *micando* victus.

MILES, *pro pedite, est* ad Div. X. 10. *ubi v. Græv. & ad Justin. XIII.* 3. *Gronov. ad Liv. XXVI.* 19. *XXVIII.*

MIMA. Phil. II. 24. XIII. 11. Verr. III. 36. v. *mimus.*

MIMVLA. Phil. II. 25.

MIMVS, *histrionis genus, quod actiones dicta moresque hominum, sive in scena, sive etiam extra eam festive, risus commovendi causa, imitatur. v. Ethologus.* Verr. III. 36. * poëma scenicum, *idque vel serium vel ridiculum.* Rabir. Post. 12. *mimorum* argumenta. Cœl. 27. *mimi* exitus, non fabulæ; *qui locus inprimis videndus.* Phil. II. 27. persona de *mimo.*

MINA, *continet centum drachmas s. denarios.* Acad. IV. 30. &c.

MINIANVS Jupiter. ad Div. IX. 16. *dictus a minio, quo statua Jovis in Capitolio inducenda locabatur. Plin. XXXIII.* 7. *de ritu statuas Deorum pingendi v. Broukhus. ad Tib. II.* 55.

MINIATVLVS. Att. XVI. 11. *miniatulæ* cerulæ. v. *Cerula. ibid.* XV. 15. *est* miniata cerula. *cf. Casaub. ad Persium p. m.* 418.

MINISTER. Orat. I. 45. 59. *ministros* se præbent oratoribus in judiciis, ii qui πραγματικοὶ vocantur. *Idem dicitur*

MINISTRATOR. Or. II. 75. *add.* Flacc. 22.

MINVS. *cum acc.* Verr. I. 47. *minus* dimidium. *int. quam.* * Ibid. 57. ut uno *minus* teste haberet Rabonio. *ubi v. Gron. add. Burm. ad Ovid. A. A. I.* 644.

MINVTATIM interrogare. Acad. 29. *id fit in sorite.*

MINVTVS, *de scribendi genere cum dicitur, est tenue ac pæne jejunum.* Brut. 83. quid tam fractum, tam *minutum. ib.* 84. *minutæ*

ta ſubtilitas. Or. II. 38. *minutum* genus ſermonis. * *in Dialecticis ſunt*, Tuſc. II. 18. *minutæ* concluſiunculæ, *quas alio verbo contortulas, conſectaria, vocat.* * Philoſophi *minuti*. Cato. 23. Fin. I. 18. *ſunt abjecti & contemnendi.* * Partit. 17. *minuta* eſt omnis diligentia.

MIRMILLO. Phil. III. 12. VI. 4. *gladiator, qui cum retiario & Threce componitur. Lipſ. Saturn. II.* 8. 10. *dicitur a* μόρμυρος & μορμυρῶν *piſcis, quod inſigne in galea gerebant, ut poſt Salmaſium ad Solin. p.* 213. *ſtatuit Gronov. in Epiſt. ad Ant. Clementium ſubject. libris de Sestert. p.* 698. *ſ.*

MISCERE, *moliri res turbulentas*. Mil. 9. quanto ille plura *miſcebat*. Har. R. 22. *miſcet* ac turbat. Catil. IV. 3. nova quædam *miſceri* & concitari. ad Div. V. 16. ea *miſceri*, parari, impendere reip. * *de oratore, eſt commovere animos.* Or. I. 51. *miſcere* animorum motus. *Sic* Or. 9. *Pericles dicitur*, permiſcuiſſe Græciam.

MISERABILITER. Att. XIV. 10. laudari *miſerabiliter: h. e. ut miſericordia commoveatur in eum, qui laudatur.*

MISERE, *vehementer, nimis*. ad Div. XII. 12. *miſere* noluit.

MISERERI, *paſſive*. Inv. I. 3. ut majoribus natu aſſurgatur, ut ſupplicum *miſereatur*.

MISERIA, *periculum reorum*. Flacc. 1. *miſeriarum* deprecator. * *labor tædioſus & moleſtus*. Roſc. C. 11. cum ſumma *miſeria* erudire. * Off. II. 41. ne omnia ſuperſtitioſa *miſeria* crederent: *h. e. nimia ſuperſtitione.*

MISSIO, *finis*. ad Div. V. 12. cum præcones ante *miſſionem ludorum* corona donentur.

MITELLA. Rabir. Poſt. 10. *eſt mitra parva, ſive corollæ e veſte ſerica diverſicolori, unguentis madidæ, ut ex Plin. XXI.* 3. *demonſtrat Salmaſ. ad Solin. p.* 392.

MITIFICATVS. Div. II. 26. *mitificatus* cibus, *eſt concoctus & in corpus diffuſus. Sic, mitigare* cibum Nat. D. II. 60. *pro* coquere.

MITIGARE, *conſolari*. ad Div. VI. 4. me non tantum literæ, quantum longinquitas temporis *mitigavit*.

MITRA. Haruſp. 21. *eſt faſcia, qua caput redimitur. ſed barbaris illius uſus frequentior, quam Græcis, ut e Virgilio conſtat, vid. v. c. Æn. V.* 215. *cf. Græv. Lect. Heſiod. c.* 25. *& inter Græcos Romanosque feminis, non viris. vid. Salmaſ. ad Solin. p.* 392. *& Abram. ad Or. pr. Rab. Poſt.* 10.

MITTERE, *nunciare, per nuncios ſignificare*. Att. II. 2. nam *ita* ad me *mittunt*, Nigidium minari in concione. *Sic Livius ſæpe hoc verbo uſus eſt: exempla congeſſit Gronov. ad XXXIV.* 29.

MOBILIS, *periturus, inſtabilis*. Dom. 58. caduca ſemper & *mobilia* hæc eſſe duxi.

MODERATOR. Partit. 3. rei ſententiæque *moderator, de disceptatore.*

MODERARI, *parcere*. Flacc. 35. *moderatus* eſt religioni ſuæ in teſtimonio dicendo.

MODERATIO, *regimen, poteſtas*. Act. I. in Verr. 7. extr. omnia in unius poteſtate ac *moderatione* vertentur.

MODERATVS. Or. II. 8. qui cantus *moderatæ* orationis pronunciatione dulcior.

MODESTE, *modice*. Att. IX. 19.

19. ea, cum *modeſte* fiunt, tamen ipſa per ſe moleſta ſunt. *v. modicus.* * *opponitur τῷ hoſtiliter.* ad Div. XIV. 14. ſi ille *modeſte* Romam venturus eſt, recte in præſentia domi eſſe poteſtis.

MODESTIA. Off. I. 40. *quid ſit? Eſt duplex, & ea quæ Græcis ἐυταξία, & quæ ἐυκαιρία dicitur. v. Græv. ad h. l.* * *temperantia.* Tuſc. III. 8.

MODESTVS. Sen. p. R. 2. *modeſti* conſules, *dicuntur, qui verentur contra leges facere.* * *iræ potens.* Verr. I. 47. o! *modeſtum* ordinem, qui te vivum iſtinc abire paſſus eſt. * *opponitur ſeditioſo.* Agr. II. 31. plebs *modeſtiſſima.* * Læl. 13. *opponitur* flagitioſo: *h. e. libidinoſo.*

MODICE, *leniter.* Cato. 1. etſi te id *modice* & ſapienter & *ferre* & laturum eſſe certo ſcio. * *moderate, h. e. ſuo ac juſto modo.* Or. I. 29. *iis, quæ habent, modice ac ſcienter utantur.*

MODICVS. Leg. III. 18. *modica,* id eſt, modeſta atque ſedata. Fin. II. 19. Græcis hoc *modicum* eſt. *h. e. Græci in hoc genere parum exemplorum proferre poſſunt.*

MODIFICATVS. Part. 5. *verba* ab oratore *modificata* & inflexa quodammodo; qualia ſunt ea, quæ transferuntur &c. Or. III. 48. *membra* (*int. orationis*) *modificata* eſſe debebunt: *h. e. numeroſa, apte cadentia.*

MODIVS. Att. VI. 1. ſic illa jam habent, *pleno modio,* verborum honorem, invitationem crebram.

MODO. *pro* non modo non *dici* non modo, *cum ſequitur* ne quidem, *notum* eſt. v. ad Div. IX. 17. & *Manut. ad Div. I. 9. ſed eſt etiam ante* verum etiam. Att. II. 1. *non modo* excitatum, *ſed etiam* plane perterritum. *Duo alia exempla ex L. II. III. Offic. dedit Muret. V. L. X. 7. v. non. Notabilis eſt etiam transpoſitio hujus formæ.* Att. XIV. 19. cui facile perſuaſi, id quod rogaret, *ne* licere *quidem, non modo non* lubere. * *de tempore, interdum multos annos ſignificat, ut* Off. II. 21. *modo* hoc malum in hanc remp. invaſit. *Nam ſi a Jugurthino bello rationem ducas, ſunt ſeptuaginta amplius anni. v. in* nuper.

MODVS. Quint. 7. *modo* & ratione omnia feciſſe. h. e. *recte & ordine, via & ratione.* * Q. Fr. II. 6. *bono modo* deſidero, *eſt quodammodo. v. Manut. ad h. l.* * *in muſicis ſunt etiam modi.* Or. III. 26. *modos* facere. Tuſc. I. 44. preſſi & flebiles *modi.* * ad Div. IV. 7. ſed habet iſta ratio quendam *modum.* h. e. *iſta ratio non ubique locum habet, eſt, quod hic dici contra poſſit.*

MOENIA. Catil. II. 1. *mœnibus* ipſis intra *mœnia* nulla jam pernicies comparabitur. *Grævius primum eſſe pro* domibus *dicit, & ſic dici hoc verbum non eſt dubium. Vid. præter ipſum Duker. ad Flor. p. 50. ſed poteſt tamen hic urbs univerſa intelligi per ſynecdochen; quamquam urbs & ædificia urbis non adeo differunt; uti accepit Gronov. Obſ. II. 12. qui* media mœnia *ap. Curtium interpretatur,* mediam urbem & media tecta.

MOERERI. Sext. 39. *mœrebamini.*

mini. sed Grævius habet: mœrebatis.

MOESTITIA. Or. 16. orationis *mœstitia, est, cum ab omni cultu & ornatu destituta est. Sic etiam* tristitia *dicitur ibid.* 3.

MOLA. Div. II. 16. *molam* inspergere; *quod uno verbo* immolare *dicitur.* Mola *est far tostum, comminutum, & sale mistum, quo victima conspergitur.*

MOLESTIA, *quicquid est nimium in aliquo genere.* Brut. 38. diligens sine *molestia.* * *Inprimis dicitur de iis, qui appellant de solvendo. v. molestus. Inde* ad Div. XII. 30. noli impudens esse, nec mihi *molestiam exhibere,* & a me literas crebriores flagitare.

MOLESTVS, *dicitur inprimis eleganter de creditore, cum debitorem appellat de solvendo.* ad Div.

MOLIRI, *movere.* Or. II. 51. hæc fere maxime sunt in judicum animis *molienda,* amor, odium &c. * Verr. I. 59. dubitamus, quid ille in præda hostium *molitus sit:* i. e. *furatus sit, in rem suam averterit* cf. ibid. 51.

MOLITOR, *auctor, ædificator.* Univ. 3. effector mundi & *molitor* Deus.

MOLLIS, *suavis.* Or. III. 25. quanto *molliores* sunt & delicatiores in cantu flexiones & falsæ voculæ, quam certæ & severæ. Or. 23. habet *molle* quiddam &c. cf. Brut. 9. * *lenis, facilis.* Q. Fr. II. 15. auricula infima scito *molliorem* cf. ad Div. VI. 14. * *qui facile aliqua re dolet* &c. Att. III. 9. amantissimum mei, *mollissimo* animo, in tanto mœrore adspicerem. * Br. 18. signa *mollia, sunt elaboratiora, politiora.* * *muliebris, fractus.* Off. I. 36. tarditas *mollior* in gressu. * Or. 19. *mollis* est oratio philosophorum & umbratilis: h. e. *in qua nulli motus animi, quam asperitatem judicialem vocat.* * Or. I. 52. philosophus *mollis est, qui voluptati aliquid tribuit in ratione bonorum, ut Epicurei.* * *mutabilis.* Mil. 16. nihil est tam *molle,* quam voluntas erga nos civium.

MOLLITIA. Or. 19. *mollitia* cervicum & argutiæ digitorum. *Est vitium in motu cervicis, cum est delicatior, quam viros decet. Hoc vitium objicit in Verrinis Hortensio.* * *in bonam partem est* Att. I. 17. *mollitia* naturæ. (v. *mollitudo.*) *Sic Ovid. Am. III.* 8. 18. heu! ubi *mollities pectoris* illa tui.

MOLLITVDO. Or. III. 40. *mollitudo* humanitatis; *quæ facile scilicet rebus lætis & tristibus &c. movetur.*

MOMENTVM, *pondus, gravitas, proprie & improprie.* Nat. D. II. 46. astra forma ipsa figuraque sua *momenta* sustentant. Mur. 2. *momenta* officiorum perpendere. Mur. 8. *momento* pari sortis. Or. I. 31. *momento* quodam atque judicio dispensare. * *causa.* Phil. V. 10. minimis *momentis* maximæ temporum inclinationes fiunt.

MONETALIS. Att. X. 11. *jocose dictus, qui numos nimis amat, acerbe exigit.* &c.

MONEDVLA. Flacc. 31. non plus aurum tibi, quam *monedulæ* committebant.

MONITOR, *in judiciis est patroni, cui subjicit, si quid prætermittit, aut non recordatur.* in Cæcil. 16. video non te, sed hunc librum, quem *monitor* tuus tenet,

esse responsurum. *nomenclator. Mur. 36. cives per *monitorem* appellare.

MONOGRAMMVS, *adumbratus, delineatus.* Nat. D. II. 23. *monogrammi* Dii Epicuri. *Sic appellantur, quia non habent verum corpus, sed quasi corpus, adeoque similes sunt delineatis a pictore corporibus, non expressis.*

MONSTRVM. Div. I. 42. *unde dicatur?*

MONS. Pis. 21. ad hunc *montem* Tusculanum extruendum: *de villa nimis magna.*

MONTANI. Dom. 28. *commemorantur inter genera plebis urbanæ ita, ut a paganis distingui videantur:* pagani aut montani. *Grævius negat se, qui sint, scire. Mihi autem videntur iidem esse, qui* pagani. *Nam hi in montibus habitabant. v. pagus.*

MONTIVAGVS cursus. Tuscul. V. 27.

MONVMENTVM *dicitur templum, statua, via, & quodcunque publicum ædificium, quo alicujus memoria conservatur, quia aut in honorem ejus, aut ab eo exstructum est.* Agr. I. 4. pecunia non consumta in *monumento, sc. ab imperatore, qui propterea manubias accepit.* Verrin. I. 4. *monumenta* Africani, *sunt statuæ, quas Siculis, Carthagine capta, reddiderat, quibusque ideo nomen ejus erat inscriptum.* Planc. 32. Div. I. 28. *monumentum* Marii, *est templum ab eo exstructum e manubiis Cimbricis.* Mil. 7. in majorum suorum *monumentis: de via Appia.* Dom. 20. Clodium meam domum *monumentum* feciisse: *quia in ea signum libertatis dedicarat.* ad Div. I. 9. monumentum *Cicero vocat ædes suas, publico sumtu instauratas. Hinc deinde simpliciter, & sine relatione ad aliquem hominem, cujus monumentum sit, pro templo ponitur.* Arch. 11. templorum ac *monumentorum* aditus. Verr. I. 50. in celeberrimo *monumento.* * *sepulcrum.* Rosc. Am. 50. * *literæ publicæ.* Dom. 28. scribæ nobiscum in rationibus publicis *monumentisque* versantur. * *sic dicuntur etiam* Commentarii Pontificum. Dom. 55.

MORA Spartiatarum. Tusc. II. 16. λόχος, *cohors militum, de quorum numero non satis certo constat, cum alii quingentos, alii plures tradant. v. ad h. l. Gronov. Obs. III. 6.*

MORATOR. in Cæcil. 15. *est causidicus imperitus, qui adhibetur tantum ad faciendam moram, dum reperiatur alius melior patronus, aut jam repertus se ad dicendum comparet. v. Ascon. ad h. l. Savaro ad Sidon. Ep. V. 7.*

MORATVS. Div. I. 31. poëma tenerum, *moratum* atque molle: *in quo mores hominum eleganter expressi sunt.*

MORBOSVS. Tusc. IV. 24. *morbosos* iracundos solos nominaverunt. *sed Davisius legit:* morosos, *recte probantibus Bentlejo & Buherio.*

MORDERE, *molestia afficere.* Att. XIII. 12. me epistolæ *momorderunt. ib.* VI. 2. qui scribis, *morderi* te interdum, quod non simul sis. * ad Div. XI. 23. *modere frenum: proverbialiter dicitur de iis,*

iis, qui indignantur conditionem suam, neque tamen ea se liberare possunt.

MORDICVS, *morsu.* Q. Fr. II. 14. auriculam fortasse *mordicus* abstulisset.

MORIOR. Cœl. 31. sermo *moritur.*

MORTVVS plausus. Att. II. 19. *tenuis, parvus.*

MOROSITAS. Off. I. 25. *v. morosus.*

MOROSVS, *fastidiosus, cui nihil facile probatur.* Orat. 29. ad Div. VII. 15. Q. Fr. II. 4.

MORS. *plural.* Tuscul. I. 48. claræ *mortes.*

MORSVS *pro dolore leviori.* Tusc. III. 34. *morsus* animi. *sed in genere pro dolore.* Off. II. 7. *morsus* acriores sunt intermissæ quam retentæ libertatis.

MOS. Cæcin. 7. deduci *moribus. ibid.* 1. facta vis est *moribus. de vi civili, quæ dicitur, de qua suo loco.*

MOTVS. Part. 3. *in animo quid?* Orat. I. 25. ingenii celeres *motus.* Brut. 66. *motus* plenus, *de actione.* Sext. 7. fuerat ille annus in magno reip. *motu.* cf. Cat. II. 2.

MOVERI, *de ingenio.* Acad. I. 9. cf. ad Diverf. XV. 21. acute *movebatur.* * *de visis.* Acad. IV. 11. 15. vere inaniterne *moveatur. nempe vere movemur interdiu, inaniter noctu in somniis, ex vulgari quidem opinione. sed Academici etiam interdiu inaniter moveri nos putant.* * Fin. II. 10. voluptas *movens, opponitur stanti.* * *cum præpos.* in. Att. VII. 5. *in* valetudine alicujus *moveri.* * *cum præpos.* a. *pro accipere. ibid. I.* 12. a Cæcilio numum *movere* non possent. cf. Flacc. 19.

MVCRO. Cæcin. 29. hic est *mucro* defensionis tuæ.

MVGINARI, *tarde conari, cessare.* Att. XVI. 12. dum tu *muginaris*, nec mihi rescribis, cepi consilium domesticum.

MVGITVS terræ. Div. I. 18.

MVLCATVS. Brut. 22. scriptores male *mulcati, qui assequi dictantem nimis celeriter non poterant.*

MVLIERARIVS. Cœl. 28. *mulieraria* manus: *h. e. a muliere missa.*

MVLIONICVS. Sext. 38. *mulionica* penula.

MVLTA, *pœna pecuniaria.* Cæcin. 33. legis *multa.* Verr. I. 60. *multam* petere, *dicitur accusator, qui aliquem accusat ex lege, in qua multa est constituta.* Philip. XI. 8. Crassus Consul Flacco collegæ, flamini Martiali *multam dixit*, si a sacris discessisset: quam multam populus remisit. Mil. 14. *multam* irrogare. Multa dicitur *a magistratibus*, irrogatur *lege, a magistratu lata. v. Sigon. ad Liv. XXV.* 3. *Consules habuisse jus multa dicta cogendi in ordinem Senatorem, qui iis parere nollet, testis est locus* Phil. I. 5. *Non autem ut* multa, *ita etiam* multare *de pecuniariis pœnis tantum dicitur, sed etiam de capitalibus, in significatione privandi. vid. v. c.* Tusc. I. 22. Verr. I. 5. &c. * *damnum pecuniarium.* ad Div. V. 20. ut *multa* tam gravis T. Mario depelleretur.

MVLTIFARIAM, *pluribus locis.* Orat. II. 41. si aurum cui, quod esset *multifariam* defossum, commonstrare vellem.

MVLTIPLEX. Nat. D. II. 54.

multiplex stomachus & tortuosus. *ita dicitur propter figuram obliquam. vid. Simplex.* * Leg. I. 7. homo animal providum, sagax, *multiplex: h. e. variis dotibus instructum, aut ad multa aptum.* * *inconstans.* Læl. 25. animus *multiplex* assentatoris. * Or. III. 30. Brut. 31. *multiplex* oratio, *est copiosa, varia, in qua omnia genera dicendi insunt, opponiturque tenui Dialecticorum.* * *Sed* Tusc. V. 4. Socratis *multiplex* ratio disputandi, *est ratio de unaquaque re in utramque partem disserendi.*

MVLTIPLICABILIS, *multiplex.* Tusc. II. 9. *multiplicabilis* tortus.

MVLTITVDO. Verr. II. 71. sociorum *multitudine* remota. *opponitur principibus publicanorum.*

MVLTARE. Verr. II. 8. heredem Veneri esse *multatum:* h. e. *hereditatem Veneri esse commissam.* Rabir. Post. 1. consilia ejus esse *multata* a fortuna: *h. e. non successisse. cf. multa. Sic* bona multare. *Liv. X.* 23.

MVNDANVS. Tusc. V. 37. *mundi incola.*

MVNERARE, *donare.* Dejot. 6. quibus te rex *munerare* constituerat. Munerari *deponent. est* Att. VII. 2.

MVNICEPS, *civis municipii.* Cluent. 16. *qui & municipalis dicitur* Att. VIII. 21. &c.

MVNICIPIVM. Cæcin. 4. *genus oppidorum Italiæ, quod jure civitatis Rom. donatum erat, sed ita, ut legibus suis uteretur & suis magistratibus. v. Turneb. ad Agr. I. 5. & Sigon. Ant. Jur. Ital. II. 6. f.*

MVNIO. Or. I. 59. ante condemnentur ii, quorum causas receperimus, quam toties, quoties præscribitur, pænem aut *munionem* citarimus. Munio *quid sit, ignorare se fatentur omnes. Turnebus restituit:* minuritionem, *idque probatur in Lexico Fabri: quod mihi secus videtur. Nam quomodocunque Cicero scripserit, pedis certe alicujus nomen posuerit necesse est, ut pæanis verbum ostendit. Mihi non displicebat conjectura Ill. Bunavii, Domini in Kreypau, doctæ nobilitatis præcipui ornamenti, qui legendum censet:* monogenem. *is pes est ex tribus longis & una brevi syllaba, notiori nomine epitritus quartus, contrarius pæoni, qui est ex tribus brevibus & una longa, atque adeo aptus huic loco. Hujus pedis mentio est ap. Hephæstionem de metris p. 11. quem librum a Viro ill. latine conversum & docto commentario illustratum scio. Gesnerus autem ad Quintil. XI. 3. 22.: quid si pro hoc monstro legamus:* etiam ionem, *vel* ionium. *sed illud* etiam *languet & inculcatum esset a Cicerone.*

MVNVS. *hoc verbum proprie ludos & spectacula gladiatoria significat, quæ magistratus aliique populo præbent. Hinc* ad Div. II. 3. declarare *munera:* h. e. *polliceri populo.* Sull. 19. præbere *munus.* cf. Act. I. Verr. 12. Dom. 43. ad Div. XI. 16. &c. *In quibus locis omnibus, ut & aliis Ciceronis, est de gladiatoriis ludis. Et sic fere ceteri scriptores, ut Suetonius, qui nunquam aliter: v. c. Cæs. 10. add. Servium ad Virgil. Æn. III. 66. Ovidius tamen Fast. V. 190. habet* Circimunus: *sed ut poëta*

poëta. Hinc etiam ductum illud Act. I. Verr. 12. ædilitatis munus: *de beneficio, quo in ædilitate populum affecit. Inde eleganter* mundus *vocatur* munus Dei. Tusc. I. 29. *quo tamen loco vir doctus ad* Ovid. *A. A. I. 69. non male capit de ædificio publico, spectaculis aut oblectationi destinato.* Nat. Deor. II. 35.

MVRIA. Fin. V. 14. *est salsus ille liquor, in quo salsamenta servantur.*

MVSTACEVM, *genus placentæ, quod quale fuerit, Cato de re rustica exposuit. v. Lex. Fabr. ab hoc proverbium* Att. V. 20. laureolam in *mustaceo* quærere.

MVSCOSVS. Q. Fr. III. 1. ἀποδυτηρίῳ nihil alsius, nihil *muscosius: non quia muscum habebat, sed quia æque, ac muscus in humidis locis, delectabat, Manutius.*

MVTARI, *de cibo confecto in alvo.* Nat. D. II. 55. *sic Græci dicunt cibum* μεταβάλλεσθαι.

MVTATIO. *pro permutatione est* Off. I. 7.

MVTATVS. Partit. 7. *mutata* oratio: *eadem est, quæ conversa. v. conversus. commutatio.*

MVTVATIO, *versura.* Tusc. I. 42. sine *mutuatione* dissolvere.

MVTVS. Att. VIII. 14. tempus *mutum* a literis. Or. III. 7. artes quasi *mutæ, sunt pictoria, statuaria, & similes, in quibus nullus vocis usus, quæ adspectum potius quam auditum delectant. Explicabat hinc non nemo* artes mutas *apud Virgilium, qui sic* artem medicam *appellat. Sed contextum consideranti facile apparebit,* mutas artes *esse ibi ignobiles, quæ non tantam famam afferunt, quantam artes militares, quibus manifeste medicina ibi opponitur.* Mutæ artes *dicuntur, ut* surdæ herbæ *apud Plinium, h. e. quarum nomina ignota sunt. Adjectivæ activam vim habentia sæpe & passive dicuntur, ut gravis, notus* &c. *Talem artem esse medicam, vel locus Luciani Dial. Deor. 13. docet, ubi Hercules Æsculapii artem, ut obscuram, contemnit.*

MYOPARO, *navis piraticæ faciendæ idonea.* Verr. I. 34. IV. 52. *v. Scheffer. Re Nav. II. 2. Savaro ad Sidon. Epist. VIII. 6.*

MYSTAGOGVS. Verr. IV. 59. *qui dicatur?*

MYSTERIA. Nat. D. II. 54. *de sacris Cereris & Bacchi arcanis, quæ lat. initia dicuntur.* Initia *dicta sunt a Romanis, quia & Græci, & ipsi, mysteriis homines ad veram virtutem, & ad illum statum perduci credebant, in quo animi fuerint, antequam in corpus venissent. v. inprimis Casaubonum de hac re disputantem * exercit. adv. Baron. XVI. 43. * Romæ* mysteria *dicebantur sacra bonæ Deæ.* Att. V. 21. *v. Gronov. Obs. IV. 9.*

N.

NAENIA. Leg. II. 24. *extr. quid sit?*

NAEVVS. Brut. 91. totum aliquem, non *nævo* atque crepundiis, sed corpore omni velle agnoscere. *Petitum est e fabulis, in quibus finguntur homines, liberi olim expositi, e nævis agniti esse aut crepundiis. cf. crepundia.*

NAM. *in transitionibus.* Verr. I. 57. *Nam* quid argumentamur, quo ista pecunia pervenerit? Att. III. 20. *nam* quod purgas eos &c. *v. Manut. ad Div. III. 11. V. 20.*

* *enim vero, atqui.* Verr. III. 85. *Nam* speraveram, inquit arator, me ad denarios perventurum; sed si ita necesse est, quanti frumentum sit, considera. *ubi vid. Hotom. ib.* II. 29. *extr.* Dic, inquit: illi adesse non possunt. *Nam* hercle, inquit, Q. Minucius, me quoque Petillius, ut sibi in consilio adessem, rogavit. *ibid.* I. 56. Lapis aliquis cædendus & apportandus fuit machina sua. (*est objectio*). *nam* illo non saxum, non materies advecta est. *Clarkius autem ad Homerum in hujusmodi locis ellipsin esse non absurde statuit ejus, cujus ratio reddatur: ut v. c. in hoc ultimo, in responsione ad objectionem omissum sit id, quod facile intelligatur:* minime vero. *De simili ellipsi v. Gesnerus V. Cel. ad Quintil. II.* 11. 7.

NAMQVE, *pro* nam, enim. ad Div. X. 15. *namque* assiduis internunciis cum Lepido egi. * *enim vero, atqui.* Or. I. 22. Tum ille: *namque* quod tu non poteris, nemo poterit. * *sed.* Or. I. 16. *Namque* illud quare Scævola negasti.

NARRO. Tusc. I. 16. an tu hæc non credis. A. minime vero. M. *male* hercule *narras.* A. cur? quæso. Att. XVI. 14. *male narras* de Nepotis filio. valde me hercule moveor, & molestè fero. *ibid.* XIII. 33. Othonem, quod speras posse vinci, sane *bene narras. Sunt formulæ alterius sermone, narratione, dicto vel dolentis vel gaudentis.* * narro tibi, *est formula, qua utuntur in re nova, inexspectata, mira &c.* ad Div. XI. 24. *narro tibi*: antea subirascebar brevitati tuarum literarum, nunc mihi loquax, esse videor. Att. IX. 12. *narro tibi:* hæc loca venusta sunt. ibid. II. 7. *narro tibi:* plane relegatus mihi videor, cum in Formiano sum. *ibid.* XV. 21. *narro tibi:* Quintius exultat lætitia. *ibid. narra mihi:* reges Armenii patricios salutare non solent. * ad Div. II. 10. quo in loco sæpe, ut ex te audivi, Clitarchus tibi *narravit*, Darium ab Alexandro esse superatum: *pro, in Clitarcho legisti. Sic est etiam* in Bruto. 43. ita tacitus tribunatus, ut, nisi in eo magistratu cenavisset, apud præconem Granium, idque nobis *narravisset* Lucilius &c.

NARTHECIVM, *myrothecium, capsula, in qua unguenta, medicamenta, servantur.* Fin. II. 7. medicamenta illa tamquam de *narthecio* promant.

NARVS, *gnarus.* Or. 47. noti erant, *&* navi & *nari:* quibus cum *in* præponi oporteret, dulcius visum est ignoti, ignavi, ignari dicere.

NASSA. Att. XV. 20. ex hac *nassa* exire constitui, non ad fugam, sed ad spem mortis melioris.

NASTVRTIVM. Fin. II. 28. Tusc. V. 34. Persas Xenophon negat, quidquam ad panem adhibere, præter *nasturtium.*

NATALIS. Att. III. 20. dies *natalis* reditus mei.

NATALITIVS. Div. II. 42. *natalitia* prædicta, *sunt, quæ fiunt ex hora natali. ibid.* 43. sidera *natalitia.*

NATARE. Nat. D. III. 24. in quo tu mihi magis *natare* visus es, quam ipse Neptunus.

NATIO, *genus hominum.* Mur. 33. tota *natio* candidatorum. Sext. 44. quæsisti, quæ esset nostra *natio*

tio optimatium. *ib.* 45. esto igitur, ut hi sint, (quam tu *nationem* appellasti) qui integri sunt & sani &c. *ibid.* 63. habes igitur, quod ex me quæsisti, qui essent optimates. non est *natio*, ut dixisti, quod ego verbum agnovi. est enim illius &c. *Ex duobus postremis locis patet*, nationis *verbum in contemtum dici.* * *de populo, ad quem quis originem refert.* ad Div. XV. 20. Oratorem Sabino tuo commendavi. *Natio* me hominis impulit, ut ei recte putarem: *sc. quia est ex Sabinis, quod genus Italorum simplex, honestum est, minimeque fraudulentum.*

NATIVVS, *ortus, natus.* Nat. D. I. 10. Anaximandri opinio est, *nativos* esse Deos, longis intervallis orientes occidentesque. *nativum *opponitur aliunde allato: insitum, innatum.* Dom. 5. medicina, quæ & hoc *nativum* malum, & hoc delatum sanare posset. Har. Resp. 9. denique ipso hujus gentis ac terræ domestico *nativoque* sensu. Nat. D. II. 39. belluarum, partim ad saxa *nativis* testis adhærentium. *Sic Salmasius ad Tertullianum de Pallio p.* 214. *demonstrat*, nativum colorem *esse eum, quem quæque res natura & sua sponte habeat.* * Partit. 5. simplicia verba partim *nativa*, partim reperta. *Nativa*, quæ significata sunt sensu &c.

NATVRA, *indoles hominis.* Cœl. 6. *natura* varia multiplexque. * *res ipsa, cujus vi certa natura. Sic* Verr. I. 15. non potest *ea natura*, quæ tantum facinus commiserit, hoc uno scelere esse contenta: i. e. *homo ea natura.* Nat. D. II. 57. his *naturis* relatus sonus amplificatur: *pro, rebus hac natura.* * *Est etiam in periphrasi.* Nat. D. II. 54. *natura* alvi, *pro* alvus. * *pudenda muliebria.* Div. II. 70. matrona visa est obsignatam habere *naturam.* cf. N. D. III. 22. * *ordo rerum naturalis.* Sext. 21. vita reservata *naturæ.* * ad Div. VI. 10. Cæsar mihi quotidie delabi ad æquitatem & ad rerum *naturam* videtur: *h. e. videtur sensim obliviscì injuriæ, & mitior fieri, ut fert natura humana.* Leg. I. 12. jus in *natura* positum esse. cf. Or. I.

NATVRABILE. Tusc. III. 6. *hanc vocem, quam alii in* naturale *mutant, Bentlejus & Davisius* natura fere, *defendit auctoritate Codd. Mss. Buherius ad h. l.*

NAVARCHI. Verr. V. 24. III. 80. &c. *qui singulis navibus præsunt.*

NAVARE. ad Div. IX. 2. si minus in curia atque in foro, at in literis & libris *navare rempublicam.* ad Div. II. 10. ut istic quoque nostram in te benevolentiam *navare* possimus. Or. II. 7. mihi videor *navasse operam*, qui huc venerim: h. e. *bene collocasse.*

NAVFRAGVS, *bonis eversus.* Catil. I. 12. Sull. 14.

NAVFRAGIVM, *reliquiæ e naufragio.* Sext. 6. *naufragium* reip. colligere.

NAVICVLARIA. Verr. V. 18. *navicularian* facere, *est rem nauticam exercere, navicularium esse.* Naviculari *autem quæstum quærunt, navibus suis homines & merces alienas pro certa mercede trajiciendo, non, ut Græcio ad h. l. videbatur, navibus ædificandis & vendendis.* v. *Navicularius.*

NAVICVLARIVS, *dominus navis, qui hominibus mercibusque trajiciendis lucrum quærit.* ad Div. XVI. 9. solent nauræ quæstus sui causa festinare. Cautus sis, mi Tiro. -- si poteris cum Mescinio si minus, cum honesto aliquo homine, cujus auctoritate *navicularius* moveatur. cf. Verr. II. 55. Att. IX. 3.

NAVICVLATOR, *idem, qui navicularius.* Manil. 5. *sed Græviana habet* navicularius.

NAVIS. ad Div. II. 5. in eadem es *navi:* h. e. *in eodem periculo.*

NE. Mil. 24. Planc. 22. *ne* aliquid. * ad Div. X. 14. XI. 12. Att. XVI. 9. *ne quæ, pro* ne qua. * *fac, finge non esse.* Tusc. II. 5. *ne* sit sane summum malum dolor, malum certe est. * *ne quidem, est* Fin. I. 6. *in ed. Victoriana, & aliis antiquioribus: ubi tamen habent pleræque plene* ne quidem. *v. ibi Davisius, & Burman. ad Sueton. Aug. 35. & qui ibi laudantur.* * *interrogativum pro* nonne. Off. III. 17. *suntne* igitur insidiæ, tendere plagas. &c. *Sed totus ille locus vix incorruptus, sed &* pro Domo, *ni fallor, animadverti, & apud Livium.*

NECESSARIE. Inv. I. 29. aut probabiliter ostendens, aut *necessarie* demonstrans.

NECESSARIVS, *naturalis.* Mil. 7. mors *necessaria. v. necessitas.* * *conjunctus cum aliquo sanguine, affinitate, collegio aut quacunque alia ratione. v. necessitudo. Sic* in Cæcil. 2. *Siculi dicuntur Ciceronis* necessarii, *quia apud eos quæstor fuerat, & cum iis amice vixerat.* ad Div. II. 2. *necessarii* nostri e municipiis, *sunt clientes.* ad Brut. ep. 6. noli pati a tuis *necessariis* injuriam fieri *necessario* meo. Necessarii *sunt Dyrrhachini, qui erant in fide Bruti.* * ad Div. VI. 12. *necessariæ* rogationes *sunt, quæ, propter necessitudinem aliquam, pro necessario fiunt.* * Phil. VII. 2. tempus *necessarium: h. e. quo necessario subveniendum reip.*

NECESSE, *de eo, quod naturæ fit.* ad Quir. p. R. 2. id quod *necesse* erat, parvus sum procreatus.

NECESSITAS, *de natura, ordine naturæ, quod, quæ naturæ fiunt, necessario fiunt.* Catil. IV. 4. mors aut *necessitas naturæ,* aut laborum miseriarumque finis est. Sext. 21. ut vita, quæ *necessitati* deberetur, patriæ potius donata, quam *naturæ* servata videretur. Inv. I. 34. quadam *necessitate* semper eodem modo fiunt. Or. 50. *necessitate* ipsa, *pro sua sponte, natura sua. Gron. Obs. II. 2.* * *vis divina, fatum.* Ligar. 6. humana consilia *necessitate* divina esse superata. * *conjunctio sanguinis, amoris, officii.* Rosc. Am. 24. magnam *necessitatem* possidet paternus maternusque sanguis. Sull. 1. si nostram *necessitatem* familiaritatemque violasset. * *de rebus ad vitam conservandam necessariis.* Verr. V. 14. ipsi naturæ ac *necessitati* negare. Off. I. 35. *necessitati* quam occultissime parent, *de excretione urinæ, fecium &c.* * Acad. IV. 36. persuadendi *necessitas: de demonstratione.*

NECESSITVDO, *natura, opponitur casui.* Har. R. 9. ordo rerum ac *necessitudo.* * *omnis conjunctio, sanguinis, affinitatis, conjugii, collegii, amicitiæ &c. quæ a cau-*

causa aliqua oritur, quæ nobis necessitatem amoris benevolentiæque affert. Q. Fr. I. 1. summa *necessitudine* nos attingunt publicani. cf. Manil. 2. *sc. quia Cicerones erant equestri genere, equites autem publicani.* in Cæcil. 2. *necessitudo* cum Siculis, *apud quos quæstor fuerat, inter quos hospites multos & amicos habebat.* ibid. 18. *necessitudo* inter prætorem & quæstorem. Planc. 11. *necessitudo* contubernii. Rabir. Perd. 1. cum omnibus civibus mihi *necessitudinis* causam esse duxi. ad Div. I. 3. propter nostram *necessitudinem* (*sc. inter Ciceronem & Lentulum, qui eum restituerat in patriam*) vehementer confidit his literis &c. *ib.* IX. 13. municipio Caleno, quocum mihi magna *necessitudo* est: *quia ejus erat patronus.* * *causa conjunctionis, amoris.* ad Diverf. XIII. 12. cum eo mihi omnes *necessitudines* sunt.

NECTERE. Fin. III. 22. quid non sic aliud ex alio *nectitur*, ut non, si ullam literam moveris, labent omnia? Leg. I. 20. videtisne, quanta series rerum sit, atque ut ex alio alia *nectantur?* Topic. 15. ex hoc genere causarum fatum a Stoicis *nectitur.*

NECTVS. Leg. III. 10. per Ti. Gracchum non solum *nectus*, sed etiam sublatus intercessor erat. *Sed in voce hac corruptum esse Ciceronem cum doctis viris ad h. l. credo.*

NEDVM *pro* non modo. Att. IX. 8. ep. Balb: *Nedum* hominum humilium, ut nos sumus, *sed etiam* amplissimorum virorum consilia ex eventu, non ex voluntate, a plerisque probari solent. *ibid.* X. 16. tu quoniam quartana cares, & *nedum* morbum removisti, *sed etiam* gravedinem &c.

NEGANS. Top. 11. sunt enim valde contraria illa, quæ appellantur *negantia.* Ea ἀποφατικὰ Græci, contraria ajentibus, sic: si hoc est, illud non est.

NEGANTIA. Top. 14. deinde addunt conjunctionum *negantiam*, sic: non & hoc & illud est: hoc autem, non igitur illud.

NEGLIGENTIA. Or. 23. *negligentia* diligens.

NEGLIGERE, *eleganter de iis, qui nocentem absolvunt, non puniunt.* Verr. III. 94. *negligere* pecuniam captam. * negligens *de effuso, largo.* ad Div. III. 8. non potui in illo sumtu non necessario *negligens* esse. *Sic intelligit Grævius, quem vid. ad h. l. nec absurde. nam* diligens *pro parco dicitur. Sed tamen non necessario sic accipi puto.*

NEGOTIALIS. Inv. I. 11. constitutio *negotialis, quid sit:*

NEGOTIARI. Q. Fr. I. 1. Verr. I. 27. II. 3. *quid sit, vide in* negotiator.

NEGOTIATOR. *De negotiatoribus egimus peculiari quadam dissertatiuncula, quam hic in compendium mittemus.* Negotiatores *primo non sunt aratores, publicani, aut pecuarii, quod Hotomanno videbatur ad Verr. I. 77. Fontej. 1. & Torrentio ad Sueton. Aug. 42. nec omnes ii, qui in provinciis sedem fortunarum suarum constituerant, cum cives Romani tum socii, qui agros habebant, quorum fructus per procuratores suos vendebant, h. e. aratores, quæ est Grævii sententia ad*

Verr. II. 77. aliisque locis, cujusmodi negotiatorem putat fuisse Trebonium, ad Div. I. 3. quem deinde secutus est Vir doctus in Lexico Fabri. Nam Verr. II. 3. Flacc. 16. Manil. 7. distinguuntur publicani *a* negotiatoribus, *item* Att. II. 16. malo *negotiatoribus* satisfacere, quam *publicanis. item ab aratoribus, & pecuariis,* Verr. II. 3. ut *arare,* ut *pascere,* ut *negotiari* libeat. *ibid. 62.* quantum ab *aratoribus,* quantum a *negotiatoribus,* qui Syracusis negotiantur. Fontej. 1. unum e toto genere *negotiatorum, colonorum, publicanorum, aratorum, pecuariorum* numero testem producant. *Aratores etiam non sunt semper cives Rom. sed etiam provinciales,* Verr. III. 8. *cum negotiatores sint soli cives Romani. Neque vero sunt* mercatores, *ut nonnullis placet. Nam ab his quoque distinguuntur.* Vat. 8. Verr. II. 3. *duo genera civium facit in provincia, alterum eorum,* quos mercibus suppeditandis cum quæstu compendioque dimittat, *qui adeo* commmeent, *quod est proprium de mercatoribus verbum; alterum horum,* quos retineat, ut pascere, ut negotiari libeat, ut denique sedes ac domicilium collocare. Planc. 26. *negotiatoribus* comis, *mercatoribus* justus. *Mercatura temporibus liberæ reipublicæ non satis digna honesto cive Rom. putabatur, ne dum equite, sed a fece plebis, libertinis exercebatur. v. Cic. Off. I. 42. & ibi Græv. Non ergo Casaubonus tempora satis distinxit, cum ad Sueton. Aug. 42. scriberet:* Negotiantes esse, quicunque aliquam negotiationem exercerent, cujusmodi erant centonaria, fagaria, lignaria, carbonaria & similes. *Nam qui hoc genus mercaturæ exercebant, Ciceronis temporibus nondum negotiatores dicebantur. Sermo ibi est de frumentationibus publicis, de quibus Lipsius Elect. I. 8. quas Augustus tollere volebat, sed deinde ita rem temperabat, ut non minorem rationem aratorum & negotiatorum, quam populi duceret. In qua re locum ista mercaturæ genera non habent. Sermo autem est de negotiatoribus frumentariis, de quibus mox. Qui ergo fuerunt negotiatores? Id nunc, quam brevissime poterimus, docebimus. Duæ Romæ erant honestæ rei quærendæ rationes, quarum altera fœnerando, altera fructibus prædiorum percipiendis & vendendis continebatur. Ab illa* fœneratores, *ab hac* rustici Rom. *dicebantur. Equitibus propria erat vectigalium publ. redemtio, unde* publicani *dicti. de quibus generibus suis locis dictum est. Sed cum tanta esset hominum in omni ordine copia, ut non possent omnes Romæ fœnerari pecunias, aut in Italia prædia habere, aut publica redimere, magna equitum plebejorumque pars pecunias suas in provinciis occupabat. Itaque regione aliqua victa & in provinciæ formam redacta, conferebant equites & plebeji, qui volebant, patrimonium suum in eam provinciam, & aut arabant, aut pascebant, aut negotiabantur. Negotiationis autem hæc præcipua ratio erat,* ut pecunias mutuas darent provincialibus ac fœnus exercerent; *quæ ratio eo fructuosior erat, quod nulla lege in provinciis*

ciis fœnoris magnitudo definiebatur. Itaque ibi sæpe binis, ternis, quaternis centesimis pecunia collocata reperitur, ut Verr. III. 70. Att. VI. 1. 2. nisi forte Prætor impudentiam negotiatorum coërcebat, ut Cicero fecit l. c. & ejus frater, ad Q. Fr. I. 1. & Cato Censorius ap. Liv. XXXII. 27. Hinc & forum negotiatorium commemoratur, quo cedere negotiatores dicuntur cum bonis everterunt. Jam hæc testimoniis Ciceronianis confirmabimus. Flacc. 29. negotiaris in libera civitate. quousque negotiabere? annos jam triginta versaris in foro, sed tamen in Pergameno. Verr. III. 60. negotiatores sibi turpe putant, id forum ejurare, ubi negotientur. ad Q. Fr. I. 1. negotiatores dicuntur ita negotiari, ut locupletes sint. & addit: consulatus beneficio se incolumes habere fortunas arbitrantur. quod quale sit intelligitur ex ep. ad Div. V. 6. nec putant, ei numos deesse, qui fœneratores ex obsidione exemerit: h. e. qui in Consulatu tabularum novarum periculum averterit, cum fides Romæ & in provinciis laboraret. cf. inprimis Off. II. 24. & Manil. 7. Sext. 43. Pisoni, qui Macedoniam lege Clodia obtinuerat, objicit: eum bona creditorum, civium Rom. cum debitoribus Græcis divisisse. Hi creditores sunt negotiatores. Pontejo objectum erat, quod eo prætore oppressa esset ære alieno Gallia. Id ut falsum convinceret Cicero, quærit, a quibus versuræ tantarum pecuniarum factæ sint: A Gallis? nihil minus. a quibus igitur? a civibus Rom. qui in Gallia negotiantur, &c. Verr. I. 27. qui negotiari dicuntur, paullo post creditores togati vocantur. Sed nihil est ad hanc rem insignius epistolis quatuor ad Attic. V. 21. VI. 1. 2. 3. in quibus multa de M. Scaptio & Matinio; qui primum, ubi ab iis Romæ Salaminii publice voluisse versuram facere dicuntur, appellantur fœneratores: post, cum in provincia esse, & ibi fœnus exercere dicuntur, & a Salaminiis pecuniam repetere, negotiatores. (Fœneratores tamen etiam in provincia dixit Livius XXXII. 27.) Nam cum Scaptius præfecturam a Cicerone peteret, negabat, se negotiatori, qui in provincia sua negotiaretur, præfecturam daturum. Consulatur etiam locus egregius Livii XXXIII. 29. de militibus in provincia negotiantibus. Alterum genus negotiationis veteris erat, ab aratoribus, cum civibus R. tum provincialibus, item integris civitatibus frumentum emere, & Romam vehendo lucrum quærere. Flacc. 36. de Flacidio quodam agitur, quem mater in provinciam Asiam miserat cum pecunia. quorsum? ut negotiaretur. quid igitur fecit? Fructus Trallianorum Prætore Globulo emerat. Hujusmodi negotiatores sunt bis ap. Cæsar. Bell. Gall. L. VII. 3. 42. quamquam ex his locis non satis intelligi potest quales fuerint, tamen Dionys. Vossius frumentarios putat. Sed, qui c. 38. memorantur cives Rom. quos interfecit Litavicus, frumento eorum direpto, tales profecto fuere. Tales & illi, de quibus Hirt. Bell. Afr. 36. Ceterum negotiatores veteres libera republ. & initio Augustei imperii fuisse, qui pecu-

pecuniis in provincia fœnori locandis, & frumentis coëmendis, iisque Romam, aut quorsum quæstus juberet, vehendis, quæstum facerent, *vidit etiam, & is quidem unus, quem scio, Cel. Burmannus ad Petron. c.* 101. *sed tamen non satis neque a mercatoribus sejunxit, neque vocabuli hujus tamquam tempora distinxit. Nam sub Cæsaribus, cum* negotii *verbum esset & negotiationi & mercaturæ commune, & utraque magnam similitudinem haberet, negotiatores etiam mercatores dicti sunt, hinc* negotiatores olearii, carbonarii, lignarii, sagarii &c. *quorum cum alibi, tum in Inscriptionibus veteribus ap. Gruterum, Gudium, Donium crebra mentio.*

NEGOTIATIO. ad Diverf. XIII. 66. ut Cæcinam in reliquiis veteris *negotiationis* colligendis juves. *Hanc vocem Ciceroni restituendam putat J. Gronovius in ep.* ad Att. XII. 5. *ubi scriptum est:* nicasionum *quæ nihili vox est. Recte, ut mihi videtur.* archetypa negotiationum *sunt tabulæ negotiatorum, quibus ipsi sua manu accepta & expensa notant. Est hoc verbum etiam ap.* Valer. M. IV. 8. *de Considio: Jam qui nunc præcipue* negotiatione *delectantur, cum pecuniam cruentam domum retulerunt, quam improbando gaudio exsultent, recognoscant. Salmas. ad Capitolini Pertinac.* 9. *legi volebat:* necatione. *sed vindicarunt docti homines vulgatam lectionem, inprimis Gronov. Obs. IV.* 24. *qui etiam ex libris Juris Civil. demonstrat,* negotiationem *esse in iis interdum* argentariam, *& e Julio Firmico IV.* 7. *commemorat* fœnorum negotiationes.

NEGOTIVM, *res familiaris.* Catil. II. 10. *negotium* male gerere. *Et in universum de omni genere quæstus dicitur, sed inprimis de eo, quod ex fœnore redit.* ad Div. I. 3. Trebonius *ampla & expedita negotia* in tua provincia habet *Grævius de prædiis interpretatur ad h. l. atque adeo de tota re familiari ad Catil. II.* 10. *ubi pro:* male gerundo negotio, *legendum censet:* negotia: *i. e. rem familiarem: quod vereor, ut cuiquam probet. Nam non uno loco patres familias dicuntur* negotium bene aut male gerere. *In illo autem loco ipsum verbum* expedita *poterat docere, de re pecuniaria esse sermonem. Phædr. I.* 16. qui nomen locat, sponsore improbo, non rem *expedire*, sed mala videre expetit. *Sic* Att. XV. 15. 20. *explicata* solutio. *ibid.* XIII. 29. *explicare* nomen. Cluent. 69. *junguntur:* prædia, *negotia*, res pecuniariæ. *ubi manifestum est, negotia ad tractationem pecuniarum pertinere. Hujusmodi negotia sunt etiam* ad Div. XIII. 30. 33. 53. Sext. 45. sunt maximorum ordinum homines, quibus curia patet: sunt municipales rusticique Rom. sunt *negotia gerentes*, sunt etiam libertini optimates. * *de hominibus.* Sen. p. R. 6. inhumanum *negotium* ad Att. I. 12. Teucris illa lentum sane *negotium.*

NEPA, *scorpius.* Fin. V. 15. Nat. D. II. 44. fr. Arat.

NE QVIDEM, *conjuncte nulla voce interposita, esse bis ap. Ciceronem tradit Guil. Insulanus Obs. L. L. p.* 34. *sed illa loca hodie aliter leguntur. vid. Tursellin. de Partic. in h. v. & ibi notata.*

NE-

NEQVITIA. Tuscul. III. 8. *unde dicta?*

NERVOSE, *fortiter, severe.* ad Div. X. 23. tu, quod adhuc feciſti, idem præſta; ut vigilanter, *nervoſeque* nos, qui ſtamus in acie, ſubornes. Off. III. 29. *nervoſius* qui iſta diſſerunt, ſolum audent malum dicere id, quod turpe ſit: qui autem remiſſius &c. * *quid ſit* nervoſe dicere, *intelligi poteſt ex* Or. 36. extr. dicantur autem, non Peripateticorum more, (eſt enim illorum exercitatio elegans jam inde ab Ariſtotele conſtituta) ſed aliquanto *nervoſius. v. nervus.*

NERVOSVS. Brut. 31. quis eſt Ariſtotele *nervoſior? v. nervus.*

NERVVS, *fortitudo animi.* ad Div. VI. 1. quantum in cujusque animo roboris, eſt atque *nervorum.* * *vehementia & vis, contentio, quæ in cauſis forenſibus ab oratore adhibetur, in arguendo, refellendo, quæ & aſperitas judicialis dicitur, cum philoſophis contra mollities tribuatur.* Orat. III. 21. *nervi* forenſes. Orat. 19. oratio philoſophica neque aculeos neque *nervos* forenſes habet. * Or. III. 27. inhærentes loci in *nervis* cauſarum, *ſunt, qui ex ipſa cauſa petuntur, quos ipſa cauſæ ratio ſuppeditat.*

NESCIO. *formula* neſcio quid, *fere in contemtum dicitur de re parva, contemtibili: quod iis non ſatis attendimus, aut conſulto obliviſcimur.* Nat. D. I. 33. quia *neſcio quid* in philoſophia diſſentiret. Roſc. A. 39. non paullum *neſcio quid*, ſed &c. Att. XV. 4. *neſcio quid* literarum. *ib.* XVI. 5. rumoris *neſcio quid* afflavit. *ibid.* XIII. 28. *neſcio quid* e quercu exſculpſeram, quod videretur ſimile ſimulacri. *ſed eſt tamen etiam de re excellenti & ejusmodi, ut ejus magnitudinem & præſtantiam mens noſtra vix videatur aſſequi poſſe.* Arch. 7. tum illud *neſcio quid* præclarum ac ſingulare ſolere exiſtere. *Sic & Ovidius dixit A. III.* 4. 28. neſcio quid, quod te ceperit, eſſe putant. *Etiam* neſcio quis *de hominibus obscuris & indignis memoria.* Q. Fr. I. 1. 16. Paconii *neſcio cujus* &c. * Neſcio an, *dicitur ut* haud ſcio an. *de quo v. haud.*

NEVTER. Acad. I. 10. neutra *Stoicis quæ dicantur?*

NEXVS, *eſt ritus vendendi per æs & libram, præſentibus quinque teſtibus, quo venditor obligatur ad evictionem præſtandam.* Muren. 2. in iis rebus repetendis quæ mancipi ſunt, is judicii periculum (*evictionem*) præſtare debet, qui ſe *nexu* obligavit. Top. 5. traditio *nexu.* Parad. 5. mancipia, quæ ſunt dominorum facta *nexu.* ad Div. VII. 30. cujus proprium te eſſe ſcribis mancipio & *nexu. Diſtinguitur tamen* a mancipio *Har. R.* 7. *de quo vid. in mancipium.*

NEXVS, *adj. pendens ex alio, junctus.* Tuſc. III. 8. omnes virtutes inter ſe *nexæ* ſunt. Div. I. 55. cum cauſa cauſæ *nexa* rem ex ſe gignit. Fat. 16. ea non eſſe *nexa* cauſis æternis, & a fati neceſſitate eſſe libera. * *de collocatione verborum.* Orat. 41. res collocatæ, & quaſi ſtructæ, & *nexæ* verbis. *v. vincire.*

NEXVM. Or. III. 40. *nexum,* quod per libram agitur. Har. R. 7. multæ ſunt domus jure mancipi, jure

jure *nexi*. *v. mancipium*. Cæcin. 26. Sulla ita tulit de civitate, ut non sustulerit horum *nexa*: i. e. *ut emtiones & venditiones per æs & libram, quæ sunt juris Quiritium, vim suam retinerent, quam ex jure Quiritium habent.*

NIHIL. in Cæcil. 14. *nihil* est in prolusione: *h. e. nihil valet.*

NILVS, *genus aquæductus, qui & euripus vocatur, de quo supra.* Leg. II. 1. ductus aquarum, quos isti *nilos* & euripos vocant. cf. Q. Fr. III. 1. *vid. Salmas. ad Solin. p.* 638. *s.*

NIMBVS, *calamitas, malum.* Att. XV. 10. hunc *nimbum* cito transiisse lætor.

NIMIRVM, *sine dubio.* Muren. 15. quæ non modo summa bona, sed *nimirum* vel sola audebo dicere. * *tum vero utique.* Off. II. 20. sed si res in contentionem venit, *nimirum* Themistocles est auctor adhibendus.

NISI. Rosc. Am. 35. nescio: *nisi* hoc video: *i. e. præterquam quod. nempe omittitur* quod. *Hotomannus interpretatur* sed: *quo sensu sæpe est apud veteres* nisi; *ut ipse ostendit, & alii ostenderunt.* ad Div. XIII. 1. *v. quos laudat Drakenb. ad Liv. XXIV.* 20. * nisi si. ad Divers. V. 9. *nisi si* in Dalmatiam aufugerit. *Hanc rationem illustrat Heins. ad Ovid. Her. IV.* 111.

NITEDVLA. Sext. 33. ut illa ex vepreculis extracta *nitedula* remp. conaretur arrodere. Est autem mus agrestis, *quæ &* nitela *dicitur: quam vocem etiam Ciceroni reddendam quidam censent, ut Salmasius, qui sic legit ad Solin. p.* 223. *ubi ostendit* nitelam *esse sciurum* (*das Eichhorn*) *& habere nomen a nitendo, quod nitatur in arboribus scandendis. Sic laudat etiam Servius ad Georg. I.* 181. *e Ciceronis Sextiana: sed sine dubio e memoria.* nitedula *autem habent omnes scripti editique, & sic laudat Priscianus. v. Bentlej. ad Horat. Epist. I.* 7. 19.

NITERE, *proprie dicitur de unctis. Et sic est* Catil. II. 3. *nitent* unguentis. Agr. I. 7. vectigal quod -- in pace *niteat*, in bello non obsolescat. *h. e. reip. sit ornamento, ut in Agr. II. dicit, unde vectigalia etiam infulas imperii vocat.*

NITIDVS, *cultus, segetibus, vitibus &c. consitus.* Verr. III. 18. campi collesque *nitidissimi* viridissimique. * Or. I. 18. *nitidum* & lætum genus verborum Or. II. in picturis alios *horrida* -- alios *nitida* delectant.

NITRVM. ad Div. VIII. 14. censuram *nitrum* & lomentum putat. *nempe, quo possit superioris vitæ maculas eluere.*

NITI, *de pondere, gravitate.* Nat. D. II. 45. partes terræ undique medium locum capessentes, *nituntur* æqualiter. *cf. nixus.* * *de incedentibus.* Nat. D. II. 48. quædam serpentes, extra aquam ortæ, simulac *niti* possunt, aquam persequuntur, *hinc eleganter transfertur.* Planc. 27. quod ego huc, a me ortus & per me *nixus*, ascendi. * *contendere disputando.* Acad. IV. 21. *nitamur* igitur, nihil posse percipi.

NIXVS, *gravitas.* Nat. D. II. 46. terra *nixu* suo conglobata.

NOBILIS, *est proprie qui facile noscitur* (*noscibilis*) *h. e. agnoscitur, qui sit,* (*unde sæpe de valde*

de notis dicitur) *qualis est Romæ, qui ortus est ex familia, sive patricia, sive plebeja, in qua magistratus fuere. nam ejus nomine audito, notum esse nomen appareat, &, unde ipse sit, constat. Et quia magistratus habent jus imaginis suæ ad posteritatem prodendæ, Verr. V. 14. propterea nobilis etiam sic definitur, ut sit is, qui imagines majorum habet.* Or. II. 48. populo Romano dari sine *nobilium* dissensione potuisse. *Sed innumeris locis sic occurrit. Unum addam tantum.* Or. 9. Nec vero, Thucydides si historiam non scripsisset, nomen ejus extaret, cum præsertim fuisset honoratus & *nobilis. Manifestum est desiderari in verbis:* nomen ejus extaret, *adverbium* non. *& hoc vidit jam Lambinus, & alii.*

NOBILITAS, *de eo, qui inter majores magistratus populi Rom. habet.* Muren. 7. tua *nobilitas* etsi summa est. Brut. 14. princeps *nobilitatis* vestræ: *sc. qui primus e vestra familia Consul fuit.* * *nobiles ipsi.* Agrar. II. 2. claustra *nobilitatis* refregissem. * *gloria.* Arch. 11. philosophi in quo *nobilitatem* prædicationemque despiciunt.

NODVS, *impedimentum, difficultas.* ad Div. VIII. 11. incidimus in difficilem *nodum.* * *vinculum.* Læl. 14. *nodus* amicitiæ. Or. 66. his singulis versibus quasi *nodi* apparent *continuationis*, quos in ambitu conjungimus.

NOLLE. Att. IV. 15. debemus patrem familias domi suæ occidere *nolle:* h. e. *fugere, cavere &c.*

NOMEN, *verbum.* Tusc. III. 34. omnis casus in quo calamitatis *nomen* poni solet. Off. I. 12. recessit *nomen* a peregrino, & proprie in eo, qui arma contraferret, remansit. * *claritas, nobilitas, sc. quia nobilium nomen notum est.* Planc. 7. *nominibus* ducuntur. ad Div. III. 7. ista vestra *nomina* nunquam sum admiratus. * Cluent. 32. res *suo nomine* in judicium nunquam est vocata: *h. e. nullius quæstionis proprium crimen fuit, ut ait ibid.* 35. * *species, prætextus, titulus.* ad Div. I. 4. *nomen* fictæ religionis. Cæcin. 25. honesto ac probabili *nomine.* * *cum* nomen *sæpe opponatur* rei, *ut* Att. V. 15. cum exercitum noster amicus habeat tantum, me *nomen* habere duarum legionum exilium: *h. e. non veras, sine viribus. ubi vid. Græv. est tamen etiam de re.* Planc. 12. jacis adulteria, quæ nemo non modo *nomine*, sed ne suspicione quidem possit agnoscere. * nomen *de reo etiam dicitur, ut satis notum est.* Inv. II. 19. cum venefici *nomen* esset *delatum*, & extra ordinem esset *acceptum.* * *quia in tabulis acceptorum, nomina hominum, quibus aut debemus, aut qui nobis debent, item rerum, pro quibus, & pecuniæ, quam: propterea nomen de re pecuniaria & quidem variis modis dicitur. Nomen ergo primo est* debitum, *& quidem active & passive.* Top. 3. quæ in *nominibus* sunt, *opponuntur pecuniæ paratæ.* Planc. 28. *nomen*, quod urget, dissolvere. Quint. 4. quibus *nominibus* pecuniam curari oportere. Att. XIII. 29. *nomen* explicat. XVI. 6. *nomen* expedi. 2) *debitor.* Att. V. 21. nam aut *bono nomine* centesimis contentus erat, aut non bono, qua-

quaternas centesimas sperabat. 3.) *capita in tabulis scripta: Postea.* Verr. I. 36. in codicis extrema cera *nomen* infimum in flagitiosa litura fecit. Quint. 11. *nominibus* certis grandem pecuniam debet. cf. ad Div. V. 20. *nomen* erat sestertiis XXX. Rosc. C. 1. non refert parva *nomina* in codices. *Atque hinc translatum est ad alia similia.* Verr. II. 42. *ubi sermo est de Codice Verris, in quem relata erant acta in jurisdictione Siciliensi*, nomen *dicitur*, *pro summa causæ, ibi perscripta, s. elogio, &, mox* c. 43. *ipse vocat, periculo.* v. *elogium n.* 2. *& periculum n.* 3. Videtisne totum hoc *nomen*, ubi fecit coram delatum Sthenium, esse in litura. *mox:* qui defendere non potest, se non (in) ipsius Sthenii *nomine* literas publicas corrupisse, *pro quo mox:* in Sthenii periculo. *Teneant etiam tirones hanc formulam:* ad Div. VII. 23. accepi Aviani literas, in quibus hoc erat liberalissimum, *nomina* se *facturum*, qua ego vellem die. *In quo apparet* nomina facere *esse creditoris, cum non accipit pecuniam, sed summam in tabulis scribit, certa die exigendam. v. Salmas. Usur. 6. Sed de debitore, qui non præsente pecunia emit, videtur esse Offic. III.* 14. emit homo cupidus & locuples tanti, quanti Pythius voluit, & emit instructos: *nomina facit*, negotium conficit. *& sic interpretatus est Fr. Fabricius: neque, si ita scripsit Cicero, aliter fieri potest. Quod cum videret J. Fr. Gronovius, legendum censebat:* Pythius nomina facit: *probante Grævio. Neque aliter expedire nos possumus, si ratam habeamus illam opinionem, quæ nomina facere tantum creditorem censet. Fateor tamen, mihi non ita absurdam videri Fabricii interpretationem, & ex analogia, & vi verborum*, nomina facere *etiam de debitore dici posse. Quid enim est* nomina facere, *cum de creditore dicitur, nisi in suis, forte etiam in aliorum, tabulis scribere nomen debitoris, & nomen pecuniæ in expensis? Quid? nonne etiam debitor scribit nomen creditoris, & nomen summæ, in suis, &, si opus est, etiam aliorum tabulis, & quidem in acceptis. Cur ergo non ipse quoque possit dicere:* nomina facere? *Nam* nomina facere *nihil est proprie, quam nomina scribere, ponere. Sic* Att. XIII. 14. placeatne tibi, mitti ad Varronem, quod scripsimus. etsi etiam ad te aliquid pertinet. nam scito, te ei dialogo adjunctum esse tertium. opinor igitur consideremus: etsi *nomina* jam *facta* sunt; sed vel induci vel mutari possunt. *Ceterum usum, ut in multis aliis, ad unam partem flexisse hanc formam, & sæpius usitatiusque de creditore dictam, haud negaverim. vid. Vas.*

NOMENCLATOR, *servus, qui domino, inprimis candidato, nomina obviorum suggerit, ut nomine suo quemque appellare possit, quod erat blandius; unde aliquando lege ambitus prohibitum, ut est apud Livium.* Att. IV. 1. Mur. 36. *hinc*

NOMENCLATIO, *cum aliquem nomine suo appellamus honoris, blandiendi causa.* Petition. Cons. 11. altera pars petitionis, quæ in populari ratione versatur. Ea

desi-

desiderat *nomenclationem*, blanditiam &c.

NOMINATIO, *genus suffragationis, Vorschlag.* Att. XIII. 12. paternus auguratus locus, in quem ego eum mea *nominatione* cooptabo. ad Brut. 7. eam *nominationem* a te petimus.

NOMINARE, *suffragari, commendare, vorschlagen.* ad Brut. 7. dignioremn *nominare* non potes quam Bibulum. Phil. II. 2. *nominare* augurem. * *nomen tribuere.* Fin. III. 1. ex ominibus philosophis Stoici plurima *nominaverunt.*

NON, *omittitur in* non modo non, *cum sequitur*, ne quidem. Agr. II. 20. ad Quir. 4. *& cum sequitur* sed etiam. Catil. I. 3. *sed de hoc satis dictum est in Lex. Fabri vid. tamen Cortium ad Plin. Ep. VIII. 7. Male autem huc trahitur locus* Milon. 4. *ut vidit Olivetus. add. in modo.*

NORMA, *in Geometricis dicitur regula angulorum, proprie quidem rectorum, qui inde* normales *dicuntur, Quintil. XI. 3. sed deinde etiam reliquorum, quatenus applicata norma, acuti an obtusi sint, intelligitur: & hinc tolerari potest definitio Philandri ad Vitruv. IX. 2. item in Lexic. Fabri. ubi omnium angulorum mensura dicitur.* fr. Acad. II. p. 65. si id crederemus, non egeremus perpendiculis, non *normis. (sic legendum)* non regulis. *conf. Budæus ad Pandect. p. m.* 174.

NOSCERE, *agnoscere, probare.* Att. XI. 7. quod te excusas: ego vero causas tuas *nosco.* * *discere, percipere.* fr. ep. p. 20. philosophiæ quidem præcepta *noscenda*, vivendum autem civiliter. Nat. D. I. 2. omnes philosophiæ partes tum *noscuntur*, cum totæ quæstiones scribendo explicantur.

NOTA. Or. III. 44. librariorum *notæ, sunt signa interpunctionum.* * nota *est σίγμα inustum servo fugitivo.* Off. II. 7. barbarus compunctus *notis* Threiciis. *vid. Hug. Orig. scrib. c. 19. hinc nota pro ignominia. Sic, quæ ignominia censoria dicitur, ea & nota appellatur.* Cluent. 46. *nota* censoriæ severitatis. *in qua oratione c. 42. est locus insignis, de vi notarum censoriarum, quæ fuere: movere e senatu, equum adimere, tribu movere, & ærarium facere. deinde ad omne genus ignominiæ transfertur, dicitur tamen* nota *etiam cum verbo* inurere *in bonam partem.* Planc. 12. signa probitatis, domesticis inusta *notis* veritatis. * *dicitur etiam de vino.* Brut. 83. si quis Falerno vino delectetur, sed eo--nec ita vetere, ut Opimium aut Anicium consulem quærat. atqui eæ *notæ* sunt optimæ. *sed de his notis abunde interpretes Horatii.* * Muren. 11. *extr.* irati jureconsulti, quod sunt veriti, ne--sine sua opera lege posset agi, *notas* quasdam composuerunt, ut omnibus in rebus ipsi interessent. Notas *alii interpretantur* siglas, *cum pro singulis verbis literæ singulæ ponuntur, alii formulas actionum, ut Camerarius, alii obscura verba, ut Manutius, alii signa quibus verbum unum aut plura exprimebantur, cujusmodi sunt adjecta Corpori Inscript. Gruteriano, ut Grævius. quam sententiam probarem & ipse, si res & locus Ciceronis pateretur. Primo nulla est necessitas*

dicendi, notas fuisse signa ejusmodi, qualia sunt illa, quæ dixi. Nam per notas scribere, ut ex Sueton. Aug. 88. Cæs. 55. constat, etiam dicitur cum integra quidem verba literis scribuntur, sed ita, ut literæ non suam ordinariam vim habeant, sed v. c. litera d pro a, e pro b ponatur &c. Ergo omnis ratio scribendi occultior est per notas. Cujac. Obs. XII. 40. distinguit quidem notas a siglis; & est certum, non omnes notas esse siglas; neque tamen propterea siglæ non sunt notæ: itaque & ipse locum Ciceronis de siglis interpretatur ad Pompon. Orig. Iur. §. 7. Illas autem notas, de quibus Cujacius in Observ. vix putem tam vetustas, ut de his aut similibus Cicero intelligi possit. Seneca quidem ep. 90. vilissimorum mancipiorum inventa vocat. cf. Troz. ad Hugon. p. 175. qui p. 181. locum Ciceronis de formulis explicat, & hanc interpretationem Grævio tribuit, quod est a vero alienum. Deinde Cicero hic manifeste de formulis actionum loquitur. Nam exempla notarum compositarum, quæ subjiciuntur, sunt formulæ actionum. Porro componere *de formulis dici potest, non de signis obscuris, & siglis: & paullo post dicit,* prætori quoque *carmen compositum* est. *Neque in toto reliquo loco quicquam de occultis signis dicitur. Illud tantum dicitur, quam diu occultæ hæ formulæ fuerint, petitas esse ab iis qui tenerent, donec vulgatæ sint (nempe ab Ælio). Pompon. Origg. Jur. l. c. Neque quisquam veterum quod sciam, de talibus signis formularum meminit prodidit. Quorsum autem opus scribere formulas illas per notas? Ne a servo iterum aut scriba publicarentur? sufficiebat cavere, ne in talis hominis manus venirent, qui iis vulgandis gratiam popularem captare vellet, & posset. Ne ii autem publicarent, qui eas tenerent, ut Ælius fecit, ne per notas quidem cavere poterant. Itaque mihi totum hoc de notis formularum commentitium videtur.* Notasque componere *nihil aliud significare, quam formulas obscuras & contortas actionum componere. Referri huc possit locus Ovidii Her. XX. 210. de malo Acontii jacto ad Cydippen, in quo scriptum erat jusjurandum:* malum verba ferens *doctis* insidiosa *notis. Jam scio* notas *apud Ovidium esse literas scriptas, unde* notare *dixit pro scribere. Her. I. init. Sed* doctæ notæ *h. l. sunt formulæ jurisjurandi vafre excogitata, qua sui juris faceret Cydippen. Unde in eadem epistola Acontius se appellat* vafrum juris consulto Amore: *& jusjurandum vocat* nodum: *quod verbum Horatius de formulis J. Ctorum in cavendo usurpat. Interpretationem nostram notarum probavere Menkenius in Obs. L. L. & Gesnerus in Thes. L. L. alique.*

NOTARE, *de nominibus rerum.* Fin. III. 2. nominibus res *notavit* novis. Tusc. III. 5. melius hæc verbis *notata* latinis, quam Græcis. * *ita insignire, ut agnosci, & ab aliis discerni possit.* ad Div. VII. 32. ita *notata* me reliquisse genera dictorum meorum, ut cognosci sua sponte possent. Or.

Or. II. 67. neque tam acri memoria fere quisquam est, ut, non dispositis *notatisque* rebus, ordinem verborum aut sententiarum complectatur. cf. II. 26. *hinc pro agnoscere, observare, animadvertere.* ad Div. IX. 16. tritas aures habere *notandis* generibus poëtarum. Div. I. 49. *notata* observatione diuturna. cf. Or. III. 50. * dies notari *dicitur, cum in eo solemnia quædam agenda constituuntur, unde fit in signis.* Fin. II. 31. *de Epicuro, qui diem suum natalem celebrari jusserat:* quod si dies *notandus* fuit &c. * *ornare.* Or. III. 43. tamquam stellis *notare* orationem. * *reprehendere, contumelia afficere.* Phil. XIV. 8. rem verbis *notavi.* Milon. 6. *notavi* rem. Verr. V. 68. sic *notatos* ambulare. Cluent. 42. *de censoria ignominia. v. nota.* * Sext. 61. vir is, qui tripartitas terrarum regiones atque oras tribus triumphis adjunctis huic imperio *notavit. Abramius respici ad tropæa putat. Sed Romani tropæa non ponebant. Forte est:* peragravit, *ut in Or. pro R. Marcell.* 2. nec disjunctissimas terras citius cujusquam passibus potuisse peragrari, quam tuis, non dicam cursibus, sed victoriis *lustratæ* sunt. *Horat. Art. Poët.* 158. puer, qui jam pede certo *signat* humum.

NOTATIO, *etymologia.* Topic. 8. ** *animadversio. observatio.* Orat. 35. *notatio* naturæ. * *distinctio per notas temporum, colorum &c.* Brut. 19. delector ista quasi *notatione* temporum. Cluent. 47. *notatio* tabularum (*np. cera diversicolore.*) Phil. V. 5. *notatio* judicum haberi solet: *i. e. certa sunt signa, ex quibus, bonus judex qui esse possit, agnosci & a malis distingui potest.* * *pro subscriptione notarum censoriarum laudant* Offic. III. 3. & Cluentianam. *sed meliores edd. habent* notio. *cf. Gron. ad Liv. XXVII.* 25. * *descriptio.* Herenn. IV. 50. *notatio* est, cum alicujus natura certis describitur signis. *Est character, quales Theophrastus* scripsit.

NOTIO, *significatio verbi.* Tusc. V. 10. nulla alia huic verbo subjecta *notio* est. * *πρόληψις, notitia insita.* Top. 8. *notio* est impressa & insignita rei conformatio. Nat. D. I. 12. hæc omnia cum deorum *notione* comprehendimus. *ibid.* 14. deum in animi *notione* tamquam in vestigio reponere. *ib.* 18. *notiones* primæ. Tusc. IV. 24. definitio aperit *notionem* nostram, quam habemus omnes de fortitudine, tectam atque involutam. *ib.* definitiones declarant *notiones* communes, alia magis alia. conf. Acad. I. 11. * *sed* notio *est etiam de iis rerum in animo formis, quæ non insitæ sunt, sed opera mentis acquisitæ, de quibus est locus insignis* Fin. III. 10. * *hinc dicitur etiam de cognitione rerum, & judicio de rebus.* Nat. D. I. 11. fugere intelligentiæ nostræ vim & *notionem.* Tusc. V. 39. sine varietate colorum licebat vivere beate: sine *notione* rerum non licebat. Acad. IV. 41. veniamus nunc ad bonorum & malorum *notionem.* * *cognitio de rebus, quæ est magistratuum, Pontificum &c.* Dom. 13. quæ omnis *notio* Pontificum esse debuit. Agr. II. 21. *notio* populi Rom. Sext. 25. ut censoria *notio* de republ. tolleretur. cf. Pis. 5. judicium *notionemque* censoriam quadrin-

gentos annos tenuimus. Att. XI. 20. *notionem* ejus differri. *Sed* Cæcin. 12. est *etiam* notio actoris: *quod quomodo dicatur, vid. in animadversio.* * *de nota censoria.* Off. III. 31. *notio* censorum. Sext. 25. *notiones* censoriæ. *v. ibi Græv. & Gron. ad Liv.*

NOTITIA, *notio insita,* πρόληψις. Or. 33. *notitiam* rei aperire definiendo. * *notio acquisita.* Fin. III. 10. hoc quarto (modo) *notitia* facta est *&c.*

NOTVS. *active.* Verr. I. 7. v. *Viros doct. ad Phædr. I.* 11.

NOVENDIALIS. Q. Fr. III. 5. *novendiales* feriæ: *dicuntur a numero dierum.*

NOVITAS. Phil. IX. 2. *novitati* invidere. v. *novus homo.*

NOVVS. res novæ *significant aliquam insignem perturbationem & commutationem status reipubl. ratione magistratuum, judiciorum, legum, veteribus vel sublatis, vel novis, & iis quidem perniciosis, latis.* Verr. I. 7. Catil. I. 1. ad Div. XI. 21. &c. * novi homines. Agr. II. 2. &c. *qui primi e familia sua ad magistratus pervenere.* * Orat. II. 66. sub *Novis: intell. tabernis argentariis. fuit pars fori Romani, cujus passim mentio apud veteres. v. P. Fabr. ad Acad. IV.* 22. *& Drakenb. ad Liv. XXVI.* 27. *XLIV.* 17. * Noviissimus *apud Ciceronem reperiri, male negat Gellius X.* 21. *a multis jam notatus. v. J. Gronov. ad l. c.*

NOX. *de nocte. vid. de.* * nox reip. Brut. 96. Har. R. 6. *de perturbato reip. statu. cf. tenebræ.*

NVBECVLA. Pis. 9. *nubecula* frontis. *est severitas.*

NVBERE *cum præpos. cum.* ad Divers. XV. 3. *qui cum nupta* esset.

NVDVS, *simplex, sine ornamentis.* Brut. 75. *de Cæsaris commentariis: nudi* sunt, recti & venusti. * *sine exercitu.* ad Div. X. 11. si *nudus* huc se Antonius conferet. * *inops.* Att. I. 5. *nudi* equites. *v. Interp. ad Suet. Cæs.* 41.

NVGAE, *contemtus causa etiam de hominibus dicuntur.* Att. VI. 3. videaturne aut pietatis esse meæ, fratrem: aut diligentiæ, *nugarum* aliquid relinquere. ibid. amicos habet meras *nugas.* Orat. II. 51. tragœdias agere in *nugis.* * *de ancillis & delicatis pueris.* Milon. 21. *nugarum* nihil in comitatu.

NVLLVS, *pro* non. Att. XI. 24. Philotimus non modo *nullus* venit, sed ne per literas quidem &c. *ib.* XIV. 2. Corumbus Balbi adhuc *nullus: sc. venit.* Tuscul. I. 38. mortui *nulli* sunt. Div. 37. objiciuntur sæpe formæ, quæ reapse *nullæ* sunt. * Rosc. Com. 17. *nulli* consilii. Muren. 12. *nullo* usui.

NVMERARE. Verr. III. 73. *ex* quibus *numeranda* est civitas. Phil. VII. 1. quos *a se* primum *numerare* possunt: *h. e. in quibus numerandis a se incipere possunt.*

NVMERVS. Q. Fr. II. 13. *ad numerum* judices habere: *i. e. justum eorum numerum.* * *rhythmus,* Or. 64. pæon, quod plures habeat syllabas quam tres, *numerus* a quibusdam *non pes* habetur. *Numerus & pes* (ῥυθμὸς & μέτρον) *quomodo differant, v. Quintil. IX.* 4. *Nempe rhythmi spatio temporum constant, pedes etiam ordine. v. c. pes dactylus, semper habet primam longam, nume-*

numerus autem etiam tertiam. Itaque omnis pes est numerus, non autem omnis numerus etiam pes: quod tenendum est propterea, quia interdum numeri manifeste pro pedibus dicuntur. Or. 57. *dactylicus numerus* hexametrorum magniloquentiæ est accommodatus. *Atqui in hexametris non licet anapæstum pro dactylo ponere, qui tamen est rhythmus dactylicus.* Or. III. 44. *numerus* adstrictus; *est qui proxime ad poëticum accedit:* solutus, *qui longius recedit.* * *certus & concinnus corporis gestus & motus in histrionibus, saltatoribus, palæstritis &c. quia sc. ut illi numeri poëtici, certis numeris exprimuntur, cum intervallis temporum continentur. dividitur autem in ἄρσιν & θέσιν.* Parad. 5. histrio si paullo se moveat extra *numerum*, exsibilatur. Leg. I. 4. *numeri* in cantu. * *hinc duci putant illas formulas,* omnibus numeris absolutum esse, omnes numeros habere: *quod mihi secus videtur. Nam manifestum est, numeros dici interdum pro partibus, & earum numero, qui requiritur, ut perfecta res sit.* Fin. IV. 20. pauciores quasi *numeros* officii præterirent. Div. I. 13. omnes habet in se *numeros* veritatis. Verr. II. 69. quod genus hominum, *quem numerum*, quem ordinem proferre possis. *hoc interpretatur ipse ibid.* ab universa provincia, generatimque a singulis ejus partibus &c. *Ovid. Met. I.* 427. animalia imperfecta suisque trunca vident *numeris. ibid. VII.* 126. utque hominis speciem materna sumit in alvo, perque *suos* intus *numeros* componitur infans. *Cohortes eandem ob causam numeri dicuntur, quia sunt legionis partes.* ad Div. XI. 10. septenum *numerum* nunc legionum alo. *ubi Grævius legit,* septem nunc *numeros* legionum, *& cohortes interpretatur. recte. ibid. XII.* 13. Græcorum militum *numeros: sic legendum pro* numero. *vid. Græv. ad l. c. atque in universum de ordinibus militaribus dicitur, ut de turma, de mille militibus, qui sub uno tribuno sunt. v. Intt. ad Sueton. Vespas. 6. adde Burm. ad Ovid. Her. VIII.* 24. *Pertinet huc etiam illud:* Verr. V. 51. si naves suum *numerum* haberent: *h. e. vectores, remiges, quorum numerus certus requiritur. Sic Ovid. Her. X.* 36. *flecte ratem,* numerum *non habet illa suum: ubi Burman. locum Ciceronis afferre non neglexit.* * *locus.* in Cæcil. 19. parentis *numero* prætor esse quæstori debet.

NVMARIVS, *pecunia corruptus.* Verr. III. 57. *numarium* judicium. Cluent. 27. *numarii* judices. *add.* Att. I. 16. Clu. 36.

NVMATIO, *nundinatio.* Phil. II. 45.

NVMERARE. Verr. II. 10. cujus *manu* numerabantur. ib. *manu* tua numeratum esse: i. e. *tibi.*

NVMVS, *cum simpliciter ponitur, fere sestertius intelligendus.* Rosc. Amer. 2. &c. * Rosc. Com. 8. versari *in suis numis,* opponitur, *in ære alieno.* Verr. III. 86. habet in *numis,* habet in urbanis prædiis: *baares geld.*

NVNCIATIO. Phil. II. 32. nos (*augures*) *nunciationem* solum habemus, consules etiam spectionem. *v. Spectio. Ceterum τὸ* nunciare

ciare *diserte tribuitur auguri.* Phil. II. 33. Leg. II. 12.

NVNDINARI, *frequenter convenire.* Div. II. 31. ubi ad focum angues *nundinari* solent. * *emere.* Verr. I. 46. *nundinari* ab aliquo jus.

NVPER, *de longo tempore.* Nat. D. II. 50. quid ea, quæ *nuper,* id est, paucis ante seculis reperta sunt. Sull. 32. *est* nuper, *de triennii tempore. item* Div. I. 39. *de tempore satis longo: & sic aliis etiam locis. cf. Duker. ad Florum I,* 11. *& qui ibi laudantur, & dicta in* modo.

NVTARE, *incertum esse, fluctuari.* Nat. D. I. 43. *nutat* in natura deorum.

NVTRIX, *de quacunque re, quæ nutrit & alit homines.* Verr. II. 2. Sicilia *nutrix* populi R. cf. *Wesseling. V. C. Obs. II.* 17.

NVTVS, *gravitas corporum, pondus.* Or. III. 45. tenetur *nutu* suo terra. cf. Fin. I. 6. N. D. II. 39.

O.

OB, *ad.* de Univ. 14. *ob os* offusus ignis. ad Div. IX. 26. cujus *ob os* Graji ora obvertebant. *de qua forma vid. Davis. ad Tusc. III.* 13. *Burm. ad Ov. M. VIII.* 115. *& Heins. ad Virgil. Æn. XII.* 865.

OBDVCERE, *insuper addere.* Attic. XVI. 6. igitur ad Sicam. ibi tanquam domi meæ scilicet. itaque *obduxi* posterum diem. * *opponere, adversarium adducere.* Att. I. 1. mihi videatur non esse ἀδύνατον, Curium *obducere. vid. Græv.* * *bibere avide.* Tusc. I. 40. venenum ut sitiens, *obduxit. Sic etiam accipit in aliis locis,* (*certe metaphora hinc ducta*) *Victorius Var. Lect. XV.* 7. *cf. Interpr. ad Petron. c.* 42.

OBDVCTIO. Rabir. Perd. 5. *obductio* capitis. *Plerique ex emendatione Mureti malunt* obnuptio. *Sed lectionem omnium Codd. defendit Gruterus. Neque video, quare* obductio *improbetur, cum* obducere *sit operire,* obductus, *opertus, ut omnes sciunt.*

OBDVRARE, *durare, perferre.* Att. XII. 3. quare *obduretur* hoc triduum. * *obdurescere.* Fin. III. 11. quis contra studia naturæ tam vehementer *obduravit.*

OBFVNDERE. *v. offundere.*

OBJICERE. Leg. II. 19. erroris *objiciendi* causa. Cæcin. 25. errorem *objicere* judici. *In quibus fere idem est quod* injicere: *quod similiter dicitur. Simile & hoc* Tusc. II. 4. *objicitur* metus animo. *Itemque* visa, species objici *hominibus dicuntur in Academicis sæpe.* * Arch. 6. *objecissem* me *in* tantas dimicationes. Cluent. 41. nego rem esse ullam *in* quemquam *objectam,* quæ Fidiculano objecta non sit. * *cum præpos.* de. ad Div. XI. 3. *de* morte Cæsaris *objiceres.*

OBIRATIO, *ira.* Att. VI. 3. abiit iratus. hujus nebulonis *obiratione* si Brutus moveri potest. &c.

OBLIDERE, *comprimere arcte, elidere.* fr. Scaur. gulam digitis *oblidere. vid. de hoc verbo Heins. ad Ovid. Met. XIV.* 208.

OBLIGARE, *proprie esse constat vincire, devincire, ut* Tusc. II. 6. *de vulnere:* a medico *obligari. Sed metaphorice* obligari *dicuntur in universum omnes, quibus quacunque causa & quocunque modo necessitas est imposita alicujus rei faciendæ, præstandæ, ferendæ, patiendæ. Causa & ratio,*

quæ

quæ necessitatem imponit, qua tamquam obligamur & alligamur (*v. alligare*) *dicitur hinc vinculum.* (*v. vinculum*). *Hinc* 1. obligari scelere *dicuntur*, Dom. 8. *&* legum pœnis obligari, Fin. I. 14. *qui in necessitatem incidunt pœnæ ferendæ, qui in pœnas incidunt sceleribus aut suis aut alienis.* 2. obligantur, *qui jurejurando sibi necessitatem alicujus rei faciendæ imponunt.* Off. I. 11. Verr. II. 72. Balb. 15. 3. *item promissis, fœdere.* Balb. l. c. populus se *obligavit* fœdere. Phil. V. 18. audeo *obligare* fidem meam. 4. *item spondendo pro aliquo, cavendo prædiis quæ & ipsa* obligari *dicuntur.* Agr. III. 2. ad Div. V. 20. ad Brut. 18. Cæcin. 3. 5. *porro qui mancipio & nexu sibi imposuerunt necessitatem periculi judiciorum* (*evictionis*) *præstandi.* Muren. 1. Topic. 10. 6. *qui, beneficiis acceptis, necesse habent, aliis gratiam referre, occasione data, unde & in ære alterius esse, ei debere dicuntur.* ad Div. VIII. 12. VI. 11. X. 8. XI. 16. &c. 7. *res, quæ Deo alicui consecrata sunt.* Dom. 40. *unde contra, quæ profana e sacris fiunt,* liberari *dicuntur.* (*v. liberare.*) 8. *est etiam pro* impediri. Act. 1. Verr. 9. quod eos intelligere videbam, me hoc judicio districtum & *obligatum* futurum.

OBLIGATIO, *Ciceroni & bonis auctoribus semper active dicitur, nunquam, ut hodie JCtis & philosophis, passive.* ad Brut. 18. gravior est ac difficilior animi ac sententiæ pro altero, quam pecuniæ *obligatio:* i. e. *promissio.*

OBLINERE, *inquinare.* Brut. 13. ut se eloquentia externis *oblineret* moribus.

OBLITVS, *corruptus, fœdatus.* Verr. III. 4. *oblita* sunt omnia stultitia atque inhumanitate. Phil. XIV. 3. *oblita* vita libidine. *ibid.* XI. 12. parricidio *oblitus.* ad Heren. IV. 11. si exornationes crebræ collocabuntur, *oblitam* reddent orationem. * *in bono sensu est tamen etiam* ad Div. IX. 15. mirifice capior facetiis, præsertim cum eas videam *oblitas* Latio.

OBMVTESCERE. Tusc. II. 21. videsne ut *obmutuerit* non sedatus corporis, sed castigatus animi dolor.

OBNOXIVS, *eleganter & proprie de eo, cui facile quacunque de causa noceri potest, ut infirmus, vel sceleris conscius; & hinc timidus, anxius, suspiciosus, &c. Sic est* ad Brut. 17. vivat supplex & *obnoxius. Hanc vim verbi illustrat Gronov. ad Senec. de Ira III. 8. unde Cortius ad Sallustium & alii hausere.*

OBNVNCIARE, *auspicium malum, diras, comitia habenti nunciare, ut comitia dirimantur; in quo utebantur hac formula: Alio die.* Sen. p. R. 5. legem tribunus pl. tulit, ne auspiciis obtemperaretur, ne *obnunciare* comitiis aut concilio liceret. cf. Att. IV. 3. Phil. II. 33. consul consuli *obnunciasti: ubi etiam illa formula* alio die *occurrit. Sed non solum comitiis obnunciatur, sed etiam singulis hominibus.* Div. I. 16. Atejus Crasso *obnunciavit* (*nempe in provinciam ituro.*) *v. diræ.*

OBNVNCIATIO. Q. Fr. III. 3. Att. IV. 15. *v. obnunciare.*

OBREPERE. Div. II. 67. nullæ *obrepunt* imagines in animos dormientium extrinsecus. Planc. 7. *obrepere* ad honorem: *opponitur* cursu venire ad honorem. *illud*

lud fit precibus, gratia aliisque hujusmodi artibus; hoc meritis.

OBROGARE, *legem ferre, quæ adversetur alteri legi, ut ea perlata, altera tollatur.* Phil. I. 9. quid quod *obrogatur* legibus Cæsaris. cf. Att. III. 23. *v. inprimis de hoc verbo Duker. ad Florum III.* 15. 5.

OBRVERE, *irritum reddere, vim adimere &c.* Har. Resp. 20. Dii *obruant* omen. Tusc. V. 19. Marius Catuli interitu sex suos *obruit* magistratus: h. e. *obscuravit eorum gloriam.* Orat. I. 25. quicquid est, in quo offenditur, id etiam illa, quæ laudanda sunt, *obruit.* Mur. 40. recentem gratulationem lamentatione *obruere.* * Verr. II. 62. *obruitur* testimoniis aratorum. i. e. *prorsus convincitur, nec iis resistere potest.* * Fin. IV. 4. qui sciet, ubi quidque positum sit, quaque eo veniat, is, etiamsi quid *obrutum erit,* poterit eruere, semperque esse in disputando suus.

OBRVSSA, *est auri experimentum, quod igne sumitur: ex Græco ὄβρυζα, unde post & aurum* obryzum *dictum.* Brut. 74. adhibenda, tamquam *obrussa,* ratio est, quæ mutari non potest, nec utendum pravissima consuetudinis regula. *de obrussa, & auro ad obrussam v. Interpr. ad Sueton. Neron.* 44. *Salmas. ad Solin. p.* 760. *Gothofred. ad Cod. Theodos. l.* 1. *de oblat. Vot. & quos ibi laudat Ill. Ritterus.*

OBSCOENVS, *infaustus.* Domit. 55. omina *obscœna. Sic* aves obscœnæ *dicuntur.*

OBSCOENE, *parum suavi, ingrato sono: quæ est propria verbi significatio.* Orat. 45. si ita diceretur, *obscœnius* concurrerent literæ.

OBSCVRE. Attic. IX. 7. nihil minus *obscure* tulit: i. e. *sine questu.* Inv. I. 15. *obscure* subire animum auditoris: i. e. *clam, sensim.*

OBSCVRVS, *tristis.* Mur. 24. vultus *obscuriores.* * *sublimis, subtilis.* Or. I. 14. scientia *obscurior.* * *tectus, callidus.* Act. I. Verr. 2. *obscurus* in agendo.

OBSECRATIO, *supplicatio Deorum, in malis s. periculis publicis.* Har. R. 28. constituendæ nobis sunt procurationes & *obsecrationes. add. Liv. XXXI.* 9. *Sueton. Claud.* 22. *vid. Guther. Jur. Pontif. IV.* 14.

OBSEQVIVM, *indulgentia, studium, alicui gratificando & in omnibus se ad ejus sensum, studia, accommodando, placendi.* Att. VI. 6. *obsequio* & comitate adolescentis valde audio mulieres delectari. Cœl. 6. tueri *obsequio* amicitiam. Læl. 24. *obsequium* - quod peccatis indulgens præcipitem amicum ferri sinit. *& sic semper est apud Ciceronem & bonos auctores, non pro obedientia.*

OBSERVANTIA, *quid sit? v.* Invent. II. 22. Att. XIII. 11. ne magnum onus *observantiæ* Bruto nostro imponerem: *h. e. ne cum me visere & salutare vellet, longius iter haberet.* Planc. 18. ut *observantia,* ut suffragatio tolleretur. *v. observare.*

OBSERVARE, *curiose spectare, aucupari, captare, etiam in deteriorem partem & insidiarum causa.* ad Div. XI. 16. ut tempus *observaret* epistolæ reddendæ. cf. Rosc. A. 8. Verr. III. 1. vitavi *observari* pluribus oculis. *cf. observatio.*

vatio. * *custodire.* Tusc. II. 8. draco *observans* arborem. *v. Davies. ad h. l.* * observare *dicitur de officiis salutandi, deducendi* (*Gloss.* παρατηεῖ, *observat, sectatur.*) *&c. & hinc in genere pro colere.* Muren. 34. si interdum ad forum deducimur -- diligenter *observari* videmur. Att. XIII. 49. si *observare* est servire. *Inprimis autem eleganter dicitur de iis qui candidatos sectantur, petitionem eorum sua suffragatione juvant.* Phil. II. 20. *observatus* a me in petitione quæsturæ. *hinc recte explicat Manutius illud* ad Diverf. VII. 27. ego te in consulatu *observaram.* * ad Div. XIII. 27. *observare* commendationes alicujus: *h. e. complecti eum, qui commendatus est.* * Tusc. V. 41. tantam præstantiam in bonis animi esse dicunt, ut ab his corporis externa *observent. Bentlejus emendabat:* corporis & externa obscurentur. *probat Buherius ad h. l.*

OBSERVATIO. Muren. 24. *observationes,* testificationes, seductiones testium -- animadvertebant. *Nempe Sulpicius & ejus amici diligenter observabant Murenam, & amicos, si quam largitionem facerent.* * Or. I. 20. eloquentiam esse *observationem,* non artem. Div. II. 71. diuturna *observatio* notandis rebus fecit artem. cf. I. 49. Off. II. 25.

OBSERVITARE, *diligenter observare.* Div. I. 45.

OBSES, *pignus, quodcunque signum certum voluntatis &c.* Cluent. 30. damnationem dederat *obsidem* &c. in Cæcil. 22. *obsides* a nobis habet populus. cf. Catil. II. 2. Cœl. 32.

OBSESSVS. Rosc. A. 11. *obsessa* domus: *h. e. ab aliis occupata, ut ingredi non possis.* * Vatin. 7. *obsessus* tribunatus: *h. e. quo non licet facere, quæ velis.*

OBSIDERE, *replere, occupare.* Nat. D. I. 23. corporibus omnis *obsidetur* locus. * *speculari curiose,* Flacc. 24. *obsidet* rostra curia. Catil. I. 10. *obsidere* stuprum. Act. 1. Verr. 2. qui meum tempus *obsident: sc. ut mihi insidiis eripiant.* * *eleganter orator dicitur auditorem* obsidere & tenere, Orat. 62. *cum eum jam in suam sententiam impulit & adduxit.*

OBSIDIO, *periculum, quod ab altero nobis struitur & rebus nostris.* ad Div. V. 6. qui fœneratores ex *obsidione* exemerit: *h. e. liberavit a periculo pecuniæ perdendæ, quod a Catilinariis, & qui tabulas novas fieri volebant, struebatur.* (cf. Rabir. Perd. 10.) *Ductum videtur e Plauti Asinar. II. 2. 14.*

OBSIGNARE, *signare, subsignare.* Quint. 21. *obsignare* tabellas. Pison. 28. &c. *v. inpr. Salmas. mod. Usur. c. 11.* * Div. II. 70. *obsignata* natura: *sunt muliebria ita obstructa, ut concipere femina & parere non possit. Plinius H. N. VII. 16.* genitale concretum *appellat. Græci tales feminas* ἀτρήτους *vocant. v. inpr. Rutgers. Var. Lect. III. 18.*

OBSIGNATOR, *signator, qui subsignat.* Flacc. 36. decisionis *obsignator.* Att. XII. 10. *obsignatores* testamentorum.

OBSISTERE, *defendere.* Cluent. 17. *obsistere* crimini. * Fin. III. 9. *& aliis locis: obsistere* vis:

sis: *h.e. non statim assentiri, ne decipiare.*

OBSITVS, *consitus.* Verr. III. 18. *obsitus* campus.

OBSOLETVS, *inusitatus: opponitur, novus, inauditus.* Verr. V. 44. *obsoleta* crimina. * Or. III. 9. *obsoletior* oratio, *dicitur ea, quæ nullum delectum verborum nec ornatum habet.* * *de eo, qui in luctu & sordibus est.* Pison. 36. jacuisti mœrens aliquot dies, atque inde *obsoletus* Thessalonicam - venisti.

OBSONARE. Tusc. V. 34. *obsonare* famem.

OBSTARE, *officere quasi luminibus alicujus. v. officere.* Sext. 20. *obstare* sibi me. * *nocere.* Rosc. A. 52. numquid hic aliud videtis *obstare* Roscio, nisi quod patris bona venierunt.

OBSTINATIO. Prov. Cons. 17. *obstinatione* quadam *sententiæ* repudiavi.

OBSTIPVS, *de cervice rigida, quam Suetonius appellat, capite in tergum nimis reclinato.* Nat. D. II. 42. cf. fragm. Arat. *init. & ibi Gruter. p.* 4264. *ed. Gronov. qui ostendit, hoc verbum duobus modis dici, & quidem contrariis. Sic ap. Sueton. Tib. cervix* obstipa *& rigida: ubi male Casaubonus interpretatur de capite ad terram defixo. Sequitur enim:* hæc omnia ingrata & arrogantiæ plena: *quod non potest intelligi nisi de cervice nimis reclinata. At contra* cervix rigida *ap. Liv. XXXV.* 11. *est de equis Numidarum, qui capita nimis protendunt ac demittunt.*

OBSTITVS, *fulmine tactus.* Leg. II. 9. fulgura atque *obstita* expianto. *v. Festus in hac v. & ibi Interpretes. Savaro ad Sidon. Carm. IX.* 189. (*non* 180) *quem laudat Davies, nihil de hac voce habet, sed tantum de locis fulmine tactis agit.*

OBSTREPERE. Orat. III. 13. *oratores obscuri dicuntur,* sibi ipsi in dicendo *obstrepere.* Marcell. 3. *res* clamore militum *obstrepi* videntur: *h. e. obscurari, ut minus illustres sint; in quo etiam insolentia constructionis notanda.*

OBSTRINGERE, *ita dicitur ut obligare. v. obligare.* Verr. I. 3. sceleribus se *obstringere.* ad Div. XI. 10. ære alieno *obstringere* &c. * Or. II. 66. Verr. IV. 51. *religione obstringere* aliquem, *est, facere, ut aliquis religionem Deorum lædat.*

OBSTRICTVS, *obnoxius, qui est in alterius potestate.* Cœl. 19. *obstrictus* voluptatibus tenetur. *ibid.* 32. addictum, deditum, *obstrictum* vobis tenebitis.

OBSTRVCTIO, *de simulatione.* Sext. 9. hæc *obstructio* non diuturna est &c. *Sicut quæ obstruuntur, ea teguntur, non cernuntur, sic simulatio adimit conspectum veri sensus & animi.*

OBSTVPEFACTVS, *de mente ebrii.* Div. I. 29. cum sit immoderato *obstupefacta* potu atque pastu.

OBTENTARE, *tentare.* Att. IX. 10. spes quædam me *obtentabat,* fore.

OBTERERE, *contemnere.* Div. I. 16. artem *obterere* extispicum. Cœl. 19. *obterere* voluptates.

OBTESTATIO. Balb. 14. sanctiones sacrandæ sunt, aut genere ipso, aut *obtestatione* & consecratione *legis,* aut pœna &c. *h. e. populo per legislatorem ad jusjurandum*

randum adigendo, quo juret, obtestans, h. e. testes faciens Deos, se velle legem servare: unde leges sacratæ. vid. Schwarz. Disf. de Detestatione Sacrorum §. 15. * Domit. 48. quid ergo tua illa tum *obtestatio tibicinis? Fuit pars cerimoniæ in dedicationibus. Cum interpretes nihil ad h. l. dicant, Cl. Schwarzius l. c.* §. 16. *putat obtestationem esse eandem, quæ & detestatio dicatur, h. e. denunciationem testibus præsentibus factam. Qualis autem illa* tibicinis obtestatio *f. denunciatio fuerit, non addit. Mihi videtur facta iisdem propemodum verbis, quibus obtestationem & denunciationem Pontifici, pullario, factam esse constat:* ades mihi. f. postulo, ut adsis mihi &c. Dom. 52. Div. II. 34. &c.

OBTINERE, *philosophi obtinent, quod approbant aliis, cum vincunt, esse verum aliquid: etiam defendunt* Verr. III. 71. *obtinere,* quod dicimus. Tusc. I. 12. si minus id *obtinebis.* Fin. II. 33. illud ipsum qui *obtineri* potest. Acad. IV. 6. definitionem *obtinemus. de defendendi significatione adde dicta Gronovio ad Tacit. H. II.* 84. * *tueri, retinere.* Verrin. III. 35. *obtinemus* res gestas Sullæ. Or. III. 60. vocem *obtinere. ubi præter rem Pearcius legi vult:* retinere. *Sic* obtinere provinciam *dicitur, qui consequitur, habet, retinet, ut ex epistolis ad Cornificium patet.* ad Div. XIII. 29. *obtinere* hereditatem. cf. IV. 14. * Sull. 6. suavitatem filii *obtinet.* Offic. II. 12. *obtinet* numerum jure cæsorum. * Fin. II. 22. opibus magnis, quicquid feceris, *obtinere: h. e. efficere, ut impune feceris, rectèque adeo factum videatur.*

OBTVNDERE, *levare, minuere, comprimere.* Tusc. III. 16. nihil est, quod tam *obtundat* elevetque ægritudinem.

OBTVSE, *stulte: opponitur acute.* Nat. D. I. 25. quo quid dici potest *obtusius.*

OBVOLVTVS. Div. I. 31. fax *obvoluta* sanguine atque incendio. *e Poëta.*

OCCASIO. ad Div. X. 4. ne nostra mala suam *occasionem* putent.

OCCASVS, *mors.* Acad. I. 2. post L. Ælii nostri *occasum* ne a Latinis quidem.

OCCATIO. Cato. 15. *unde dicatur?*

OCCIDERE. Tusc. I. 45. occidit *vita.* Nat. D. I. 5. sententiæ *occidunt.*

OCCENTARE. fr. de Republ. 4. p. 35. si quis *occentasset,* sive carmen condidisset, quod injuriam faceret. *est fragmentum Legg. XII. tabb. v. Festus in h. v. quamquam in nostra editione l. c. est* actitavisset.

OCCVLTVS, *astutus.* ad Div. III. 10. si me autem *occultum* libet fingere.

OCCVPARE, *eleganter dicitur de pecunia, quæ aut sub usuris collocatur, aut pro qua metallifodinæ, agri &c. emuntur, ut aliquid lucri & reditus habeamus.* Flacc. 21. pecuniam adolescentulo grandi fœnore *occupasti.* Verr. I. 36. *occupare* pecuniam *apud* &c. Manil. 2. equites Rom. -- quorum magnæ res aguntur, in vestris vectigalibus exercendis *occupatæ. vid. Manut. ad hæc loca.* * Att. X. 6. sum *occupatus de* Q. Fra-

Fratre: *h. e. eo mihi negotium faceſſente.*

OCCVRRERE, *in mentem venire.* Tuſc. I. 21. nihil mihi *occurrit*, cur non ſit verum. Brut. 7. maxime mihi *occurrerent* Athenæ. Nat. D. I. 14. Deus nil ſentiens nunquam nobis *occurrit*, neque in precibus neque in votis. Acad. IV. 40. noſtro, ne quid maxime quidem probabile ſit, *occurrit.* * *reſpondere.* Nat. D. III. 28. huic loco ſic ſoletis *occurrere.* * *avertere aliquid, mederi rei.* Verr. V. 9. ante iſtius ſceleri *occurrere.* * *antevertere, prævenire.* ad Div. IV. 5. ſapientia rei *occurrere.* * *celeriter ſatisfacere.* Or. II. 7. exſpectationi *occurrere.* * *juvare.* Topic. 10. loci aliis disputationibus *occurrunt* abundantius, aliis anguſtius. ad Div. XI. 20. quibus rebus veteranis poteſt *occurri, occurras. Sed in hoc loco poſſis etiam interpretari: gratificari, vel mitigare.* * *eleganter etiam* ad Q. Fr. I. 1. ultro negotiis occurrere *dicitur, qui libenter & alacriter ſuſcipit.* * *eſt genus honoris & officii.* ad Att. II. 22. domus noſtra celebratur: *occurritur. vid. occurſatio.* * Verr. III. 27. quam primum aliam civitatem *occurrere:* h. e. *in aliam currere. vid. Interpr. ad Sueton. Calig.* 26.

OCCVRSATIO, *genus officii, quod candidatis præſtatur.* Planc. 12. facilis eſt illa *occurſatio* & blanditia popularis. cf. Mil. 35.

OCTOPHORVM & OCTOPHORVS, *lectica quæ a ſex hominibus portatur.* Q. Fr. II. 10. ſed Verr. V. 11. ut mos fuit Bithyniæ regibus, *lectica octophoro* ferebatur. *v. Lipſ. Elect. I. 19. & Voſſ. ad Catull. p. 24.*

ODIOSVS, *de accuſatore, qui reum nimis urget, nulla ratione placari, &, ut nos dimittat, moveri poteſt.* Act. 1. Verr. 12. Verr. IV. 20.

ODIVI *pro* odi, *eſt* Phil. XIII. 19.

ODIVM, *faſtus & importunitas, quæ odium facit.* Cluent. 39. quod erat *odium*, Dii immortales, quæ ſuperbia. *Sic ap. Terent. Adelph. V.* 4. 17. tundendo atque *odio* denique effecit ſenex. *Hecyr. III.* 2. 8. nunquam hodie *odio* tuo me vinces, *& aliis locis* odium *dicitur de re, quæ odium facit, aliisque moleſta eſt.*

ODOR, *levis ſuſpicio.* Attic. IV. 16. *odor* dictaturæ. Cluent. 27. *odor* ſuſpicionis. * Verr. V. 61. *odore* aliquo legum recreatus reviviſſet. * Or. III. 40. *odor* urbanitatis, mollitudo humanitatis -- ſunt ducta a ceteris ſenſibus.

OENVS *antique pro* unus. Leg. III. 3. *œnus* ne amplius ſex menſes *&c.*

OFFA. Div. II. 35. *offa* pultis: *ſc. quæ objicitur pullis auguralibus. Eſt autem* offa *proprie globus farinæ conſperſæ.* μάζα, ὄπτη, *pro quo Æolice dicitur* ὄπτη, *unde latinum* offa. *v. Salmaſ. ad Solin. p.* 90. 537.

OFFENDERE. Attic. X. 4. *offendere* apud aliquem *de* aliqua re. * Cluent. 23. *offendere* apud judices: i. e. *condemnari a judicibus.* * *infeliciter rem gerere.* ad Diverſ. I. 7. ſi quid *offenderis*, tibi offenderis. *v. offenſio. Ceterum de hoc verbo v. Manut. ad Ep. ad Div. V.* 14.

OFFENSIO, *calamitas.* Manil. 9. *offenſio* belli. cf. ad Quir. 1. * *morbus.* Tuſc. IV. 14. *offenſiones* cor-

corporum. cf. ad Div. XVI. 10. * *repulsa*. Cluent. 25. quod ædilitatem petere cum hominibus nobilissimis, & *offensionem* timere dicebat. * Cluent. 50. judiciorum *offensiones, dicuntur corruptiones judicum, quibus judicia in odium populi veniunt.* * Tuscul. IV. 11. *offensio* ægrotationi contraria *quid sit?*

OFFENSIVNCVLA, *repulsa*. Planc. 21.

OFFENSVS, *odiosus*. Catil. I. 7. si me meis civibus *offensum* viderem. cf. Cluent. 18. * Verr. II. 47. existimatio *offensa: i.e. mala.* * Verr. II. 76. statim suspicione *offensi*, ad ea ipsa nomina oculos animumque transtulimus. *Eodem modo dicitur ut ap. Ter. in Andr.* percuti: *percussit* illico animum.

OFFERRE, *apparere, cerni, ostendere*. Div. I. 36. Dii ipsi se nobis non *offerunt*. Rosc. A. 31. os *offerre*. * *obviam ire*. ad Div. VI. 20. adventibus se *offerre*. * *objicere*. Sext. 1. *offerre* salutem in discrimen. Offic. I. 24. *offerre* se periculis. * Sext. 6. si qui fecerunt aliquid aliquando, atque iidem nunc tacent, & quiescunt: nos quoque simus obliti: si qui se *offerunt* insolenter & insectantur &c. *Grævius malebat e Codd. MSS.* efferunt. *Sed paullo post idem est verbum:* neque quemquam offendet oratio mea, nisi qui se ita *obtulerit*, ut in eum non invasisse, sed irruisse videamur. * *resistere*. ad Brut. 15. statim me Antonii sceleri *obtuli*. * Rosc. A. 13. qui mortem *obtulerit* parenti.

OFFICERE, *est proprie, liberum prospectum impedire, obstare*. Off. III. 16. quorum altitudo *officeret* auspiciis. cf. Or. I. 39. Tusc. V. 32. *hinc eleganter est, commoda alicujus impedire, laudem alicujus majori laude imminuere: item nocere in genere*. Rabir. Post. 16. nec mentis luminibus *officit* altitudo fortunæ. Brut. 17. horum concisis sententiis *officit* Theopompus elatione atque altitudine orationis suæ. Rosc. A. 38. ac meis commodis obstas & *officis*.

OFFICINA, *quomodo differat a taberna, vid. Manut. ad Ep. ad Div. VIII. 6. Illud autem elegans est:* Leg. I. 13. philosophi, qui quasi *officinas* instruxerunt sapientiæ.

OFFICIVM, *honos, qui ex more alicui, salutando, occurrendo, deducendo, sectando &c. habetur*. Muren. 33. frequentiam in isto *officio* (*np. obviam eundi*) gratuitam -- non defuisse. *ibid.* 34. noli igitur eripere hunc inferiori generi hominum *officii* fructum: *h. e. voluptatem, quam ex hoc officio præstando capiunt. Ab hoc genere officii interdum dicitur*

OFFICIOSVS. *ibid.* illa *officiosissima*, quæ neminem patitur non honeste in urbem introire, candidatorum natio.

OFFVNDERE, *obruere, obscurare*. Fin. III. 14. *offunditur* luce solis lumen lucernæ. * Marcell. 4. omnium Marcellorum memoria pectus meum *offudit. Videtur esse conversè dictum pro: omnium M. memoria pectori offusa est. v. Græv. aut*, offudit *dictum est pro* confudit, *quod est tristitia affecit, implevit, ut ap. Liv. XLV. 42. vel perturbavit, ut ap. Sueton. Cæs. 7. De verbo ipso adde Heins. ad Valer. Flacc. IV. 482.*

OLE-

OLERE. Rosc. C. 7. supercilia *olere* malitiam & clamitare calliditatem videntur. Nat. D. I. 26. Epicurus nihil *olet* ex Academia, nihil ex Lyceo.

OLEVM. Att. II. 17. opera & *oleum* nostræ philologiæ periret. * *exercitatio umbratilis.* Or. I. 18. nitidum quoddam genus est verborum & lætum: sed palæstræ magis & *olei*, quam hujus civilis turbæ ac fori.

OLIM, *de futuro.* Att. V. 21. quid *olim* mali C. Julius fecerit. *v. Grævius ad h. l.*

OMEN, *proprie quid sit, de eo est locus classicus* Div. I. 45. 46. *dicitur tamen etiam de aliis auspiciis. ibid.* 48. sic *aquilæ* clarum firmavit Jupiter *omen. De somnis est apud Tibull. III.* 4. 9. *ubi v. Broukh.* * Cluent. 5. omina *in naptiis commemorantur. Unde ap. Virgil. Æn. I.* 346. omina prima *de nuptiis primis.*

OMNINO, *prorsus, plane.* Fin. V. 8. tres *omnino* fuerunt. *præcise drey, nicht mehr und nicht weniger.* Div. I. 39. fieri *omnino* neges. Tusc. II. 1. *omnino* philosophari haud placet. * *disertis verbis.* Tusc. V. 9. non usquam id dicit *omnino*, sed, quæ dicit, idem valent. * *in genere, in universum.* Læl. 21. *omnino* omnium eadem cautio est. Off. I. 25. *omnino*, qui reip. præfuturi sunt, duo præcepta Platonis teneant. cf. *ib.* 33. in Cæcil. 4. quod *omnino* Marcellorum nomini tota illa provincia adjuncta est. conf. Acad. IV. 2. Tusc. I. 25. Læl. 23.

ONCHESMITES, *ventus a portu Epiri Onchesmo spirans versus Italiam.* v. Att. VII. 2. *& ibi Interpretes. Quidam libri habent* Anchesmites: *de quo v. Casaub. ad Dionys. Halic. L. I. p.* 332. *ed. Hudf.*

ONVS. Agr. II. 26. Sullanis *oneribus* gravis, *dicitur, qui e proscriptionibus Sullanis possessiones habet, & inde in invidia est.*

OPERA. *primo notanda constructionis varietas in formula* operam dare. Tusc. I. 4. in quam exercitationem *operam dedimus.* Or. II. 28. *operam dare ad* audiendum. *deinde vis ejus multiplex est.* Verr. II. 29. *operam dare* jubet Petillium, quod rei privatæ judex esset: *pro judicio interesse & cognoscere.* Att. XII. 50. *operam dare* auctioni, *pro* interesse &c. * *videtur pro tempore, quam opera requirit, sumi* ad Div. XVI. 21. multum *operæ* mihi eripitur in exscribendis hypomnematis. *v. Græv. ad h. l.*

OPERAE *dicuntur & de ipso labore.* Muren. 9. assiduitatis & harum *operarum* quotidianarum (*np. in causis agendis & respondendo de jure*) putat esse consulatum: *& de iis, quorum operam conduximus.* ad Div. XIII. 9. esse in *operis* societatis. Att. I. 13. *operæ* comparantur. conf. Verr. I. 56. Flacc. 38. Sext. 27. &c.

OPERARIVS, *qui manibus opus facit, abjectumque adeo hominum genus. Sic* Rosc. A. 41. homines *operarii* ex disciplina patrisfamiliæ rusticani. *deinde de iis dicitur, qui quamcunque artem, non erudite, non via & ratione didicerunt, sed ut opificium quoddam tractant. sic* rabulæ *dicuntur* operarii Or. I. 18. Brut. 86.

OPERTVM, *adytum, locus, quem*

quem adire nefas. Parad. IV. Clodius in *opertum* Bonæ Deæ acceſſit. *ibid.* & quidem in *operto* fuiſti. * *oracula ex adyto edita.* Div. I. 50. quo e genere Apollinis *operta* prolata ſunt cf. II. 55.

OPES, *proprie ſunt auxilia: unde, poſito genere pro ſpecie, opes dicuntur omnes eæ res, quarum auxilio aliquid efficimus, conſequimur: ut* 1. *labore, opera.* Div. II. 2. omnium *opibus* refrenanda eſt. 2. *pro conſilio.* Att. IX. 16. ut tuis conſiliis & *opibus* uti poſſim. 3. *divitiis. ibid.* XI. 2. iſta hereditas meam fidem & famam tueri poteſt, quam quidem intelligo, etiam ſine hereditate, tuis *opibus* te defenſurum fuiſſe. 4. *gratia.* Quint. 2. *opes* ſuas experiri. cf. c. 1. Verr. I. 1. 5. *advocatis in judicio.* Quint. 2. ſummæ *opes.* 6. *potentia ſingulorum hominum, quæ ponitur in multitudine amicorum, clientum, gratia &c. (groſſer Anhang) qua poſſis efficere, quæ velis, etiam invitis civibus.* Off. I. 19. ut *opes* quam maximas conſequantur. ad Div. IV. 9. *opes* & dignitatem tenerem. cf. c. 21. Cluent. 24. Læl. 6. Off. II. 11. Brut. 81. 7. *reipublicæ potentia, in divitiis, exercitibus, ſociis poſita.* Sext. 1. pro tantis *opibus* reipubl.

OPIME. ad Herenn. IV. 4. *pro* optime veſtitus citharœdus, *Clar. Chriſtius legendum cenſebat* opime: *h. e. magnifice. Et ita* opime *eſt, v. c. ap. Plaut. Bacchid. III.* 1. 6. *Sic dicuntur etiam* ſpolia opima: *permutanturque in libris* opime *&* optime. *v. Drakenb. ad Liv. XXI.* 43. *Itaque valde hæc emendatio arridet. Neque tamen recepta lectio abſurda.*

OPIMVS, *minus ſuavis aut elegans.* Or. 43. *eisdem* erat verius: nec tamen eisdem *opimius*, iisdem male ſonabat. ibid. 8. *opimum* genus orationis. * *eſt tamen etiam in laude.* Brut. 78. ornamenta non ſatis *opima.*

OPINABILIS, *incertus.* Acad. I. 8. Tuſc. III. 31.

OPINARI, *rei incertæ aſſentiri,* Acad. IV. 20. nihil *opinari.*

OPINATIO. Tuſc. IV. 7. *opinatio* eſt imbecilla aſſenſio. conf. Acad. I. 11. IV. 34.

OPINATOR, *qui rebus quamvis incertis, tamen aſſentitur, ut certis: ut faciunt Academici.* Acad. IV. 20. ego ſum magnus *opinator.*

OPINATVS. Tuſc. III. 11. *opinatum* bonum, *opponitur* vero *&* certo.

OPINIOSVS, *opinator.* Acad. IV. 47. Antipater & Archidemus *opinioſiſſimi* homines.

OPPIDANVS. Brut. 69. multa opera ignoti homines & repentini quæſtores facti ſunt *oppidano* quodam & incondito genere dicendi.

OPPIGNERARE, *pignori dare.* Sext. 51. libelli etiam pro vino ſæpe *oppignerabantur.*

OPPONERE, *excuſationis cauſa afferre.* Att. I. 1. illud ſuum regnum judiciale *oppoſuit.* * *laudare.* Sext. 19. eos *opponi* auctores. * ad Div. VIII. 1. manus ad os *opponere, eſt ſignum ſilentii ſervandi. Cum eadem præpoſitione eſt in hoc* Mur. 40. *ad* omne periculum atque *ad* omnem invidiam ſolus *opponitur.*

OPPORTVNITAS. Inv. I. 2.

oppor-

opportunitates in animis rerum maximarum: *de dotibus animi.*

OPPRESSIO, *servitus.* Attic. II. 18. hac tamen in *oppressione* sermo - - liberior est, quam fuit. cf. Offic. III. 21.

OPPRESSVS, *in sermone est obscurus, non satis clare pronunciatus, ut intelligi possit.* Offic. I. 37. literæ neque *oppressæ*, neque expressæ, ne aut putidum sit, aut obscurum. * *non liber.* Pison. 13. mens *oppressa* præmio. *ibid.* 17. conscientia scelerum *oppressus*, nihil ausus est ad senatum scribere. * *coërcitus, frenatus.* Flacc. 16. audacia comprehensa & *oppressa* tenetur. * *furto ablatus & retentus.* Verr. II. 19. quicquid cælati argenti, Corinthiorum vasorum - - hoc nemo dubitabat, quin ex illa domo capta & *oppressa* &c. * *de moribundo est* Cœl. 24. mens *oppressa.* * *subito ruptus.* Læl. 21. ut amicitia potius exstincta quam *oppressa* videretur (*np. sicut incendium ruina*) Cæcin. 16. jus civile *oppressum, est, cum potentia, gratia, pecunia efficitur, ut contra jus agatur.*

OPPRIMERE, *coërcere, reprimere.* Fin. II. 10. quæ jam oratio non a philosopho, sed a Censore *opprimenda* est. * Verr. I. 9. *opprimi* reus *dicitur, qui indicta causa, injusteve condemnatur.* * *cogere.* Verr. III. 58. institit, *oppressit*, non remisit. * *opprimi dicitur, cuicunque aliquid subito & præter opinionem accidit.* Verr. IV. 67. ne subito a me *opprimantur*, *sc. interrogando. ib.* III. 91. Antonium mors *oppressit.*

OPTARE, *requirere.* Cæcin. 10. quid causa *optaret.* * *deligere unum e pluribus.* Rosc. A. 11. *optet* utrum malit. *v. Græv. ad Quint.* 9. optare *eleganter dicuntur philosophi, qui aliquid contendunt verum esse, & cupiunt propugnare & confirmare, sed non possunt idonea argumenta afferre.* Tusc. II. 13. *optare* hoc est, non docere. cf. Acad. IV. 38. Nat. I. 1. 8. *optata* magis, quam inventa videntur.

OPTIMATES, *qui proprie sint, nempe ii, qui optimas partes in republ. sequuntur, opponunturque popularibus, de quibus mox, docetur* Sext. 45. 66. *qui sunt loci classici, & quoniam hi fere sunt homines superiorum ordinum, pauci de plebe, nisi forte locupletiores, propterea optimates etiam interdum opponuntur plebi.* vid. Tuscul. I. 45.

OPTIO. in Cæcil. 14. optionem *facere: i.e. dare.*

OPVS, *res ædificanda, aut instauranda, ein Bau.* Verr. I. 55. lex *opere* faciundo. *v. Lex. ibid.* 54. *opus* pupillo redimitur. * *munimenta arte facta.* Phil. VIII. 7. *opus* munitionemque ostendebat. * *omne arte factum.* Verr. IV. 57. antiquum *opus.* * *in ipsis arte factis* opus *opponitur* materiæ. *die Arbeit daran.* Verr. IV. 56. non *opere* delectabatur, sed pondere. * Brut. 54. si nihil audierit, tamen oratorem in illo judicio versari, & *opus oratorium* fieri, aut perfectum esse intelliget.

OPVS. non opus est, *pro, noxium est.* Cluent. 50. ut si quid aliquando, quod *non opus esset*, ab se esset dictum. *sic* opus est *pro* utile est, ad Div. I. 9. legem Curiatam *opus* esse, necesse non esse. *cf. Sigon. Ant. Jur. Prov. III.* 11.

11. * *cum genit.* ad Div. X. 8. magni laboris & multæ impensæ opus fuit. *v. Manut. & Gronov. ad Liv. XXII.* 51.

ORARE, *agere dicendo. nam apud veteres* orare *dicebatur pro* agere. Brut. 12. neminem melius *oravisse* causam capitis. Quint. 13. causam priore loco dicat, & eam cum *orarit &c.* * *Proprie esse, rogare, non modo precando, sed etiam rationibus commemorandis, docet Manutius ad Ep. ad Div. V.* 18.

ORATIO. Muren. 29. *oratio habenda* est *non cum* imperita multitudine. Verr. III. 44. brevis *oratio* Ætnensium. *h. e. de Ætnensibus.* * *facultas scribendi & dicendi.* Offic. I. 1. *orationem* latinam efficies pleniorem nostris legendis.

ORATOR, *demagogus: nam hi Gr. ῥήτορες dicebantur, ut e Demosthene apparet.* Cato. 6. proveniebant *oratores* novi, stulti, adolescentuli. * *legatus.* Har. R. 16. *oratores* contra jus fasque interfectos. Brut. 14. Fabricius ad Pyrrhum de captivis reddendis missus *orator.*

ORBICVLATVS. ad Div. VIII. 15. ut milites *malis orbiculatis* pasti esse videantur: *h. e. optimis & delicatissimis. Rotunda enim mala, ova &c. optima putantur, unde* mala orbiculata *h. l. per jocum pro lautissimis cibis dicuntur. v. Gesneri Lex. Rustic. in h. v. Ap. Celsum II.* 24. orbiculata poma *in cibis bonis ponuntur.*

ORBIS. Div. II. 44. *orbes* finientes: *der Horizont.* Or. III. 51. *orbis* verborum, *est periodus, ut ex ejus definitione Ciceroniana patet, qua dicitur* orbi inclusa procurrere oratio; *quod quid sit, intelliges ex iis, quæ de vinciendis sententiis dixi, in Vincire.* * Att. II. 9. minore sonitu, quam putaram. hic *orbis reip.* est conversus. cf. *ib.* 21. * Pis. 10. ne tum quidem, cum *saltatorium* versaret *orbem,* fortunæ rotam pertimescebat.

ORDINARE. Or. II. 10. *ordinare* litem, *est instituere causam, &, quomodo agenda sit, constituere.*

ORDIRI. Marcell. 11. unde *orsa est,* in eo terminetur oratio. *Grævius passive accipit, & provocat ad Voss. Anal. III. 6. sed nihil opus. Commode* orsa est *interpretari possumus* incepit.

ORDO, *omne hominum in civitate genus. Sic de libertinis dicitur* Verr. I. 47. *de scribis ibid.* III. 79. *de publicanis* ad Div. XIII. 9. &c. *In militia* ordines *sunt tricesimæ* partes *legionum, in quarum quaque duæ centuriæ a decimo hastato usque ad primum pilum. unde* Pis. 36. *ordines* assignare, & Phil. I. 8. *ordines* duxerunt: *de centurionibus. v. Lipsi. Mil. R. II.* 8. * *subsellia theatri.* Phil. II. 18. sedisti in XIV. *ordinibus: quod est insigne equitum.* * Rosc. A. 48. recte atque *ordine* facere; *est formula antiqua pro: ex legibus, laudabiliter, sapienter.* * extra ordinem, *est aliter ac legibus est constitutum, contra leges. v. extraordinarius.* Cluent. 31. qui se ab reo pecuniam, cum judex esset, clam atque *extra ordinem* accepisse confessus esset. ad Div. VI. 5. spes quam *extra*

ordinem habemus, *est major, quam de ceteris.*

ORIRI. Planc. 27. Phil. VI. 6. homo a se *ortus: i. e. novus.*

ORNAMENTVM. Sext. 51. *ornamenta* equestris ordinis, *appellat* censum, *divitias.*

ORNARE, *honores, supplicationes &c. decernere.* Dejot. 1. quem ante *ornare* cuncto cum senatu solebam: *h. e. decernere nomen regis, amici, item laudare.* ad Div. I. 1. quod Pompejum *ornasti:* h. e. *ei præfecturam annonæ decrevisti.* * *magistratus autem provinciales & ipsæ provinciæ ornantur.* Q. Fr. II. 3. Att. IV. 18. *cum iis decernuntur necessariæ militum copiæ, stipendia, legati. &c. vid. Sigon. Ant. Jur. Prov. II.* 11. * ad Div. XII. 10. exercitus *ornatur, præmiis decernendis.* * Lege Curiata *ornari.* Agr. II. 10. *quid sit. v. Ind. LL.*

ORNATVS, *a, um.* Att. III. 24. provinciæ *ornatæ. v. ornare.* * *instructus rebus omnibus necessariis.* Quint. 31. *ornatissimus* fundus. cf. ad Verr. I. 34. in Cæcil. 15. Cæcin. 21.

OS, *oris. impudentia.* ad Div. V. 10. non si Appii *os* haberem. Acad. I. 1. *os* Academiæ. * Arch. I. *os* belli ac fauces: *h. e. bellicum periculum & quidem ultimum. Videtur dictum imitatione Homeri, qui dixit* στόμα πολέμοιο, *Il.* κ'. 8. *ubi tamen durius dicitur, quam apud Ciceronem. Non enim additur* eripere, *ut h. l. sed* τεύχειν. *add.* ύ, 359.

OS, *ossis.* Fin. IV. 3. *ossa* nudare, *dicuntur Stoici, qui de rebus magnis jejune & sine ornatu scribunt.*

OSCINES. Nat. D. II. 64. *aves augurales, quæ cantu auspicium faciunt.*

OSCITARE. Or. II. 35. *oscitans* sapientia: i. e. *otiosa, quæ nihil laboris affert.*

OSCITANTER. Brut. 80. *oscitanter* agere, *de actione frigida.*

OSCVLARI, *nimis magni facere, amare.* Muren. 10. quoniam jurisprudentiam tanquam filiolam *oscularis.*

OSTENDERE. Or. I. 33. *ostendere* se, *dicuntur res, quæ primum inveniuntur.* * Q. Fr. I. 2. se optime *ostendere, est magnam spem sui facere.* * ad Div. I. 22. *ostentum* est tibi; *pro* ostensum.

OSTENTARE, *minari.* ad Div. IV. 14. belli exitus cædem *ostentat.* * *polliceri.* Agr. II. 28. agrum Campanum, quem vobis *ostentant,* ipsi concupivere. * *jactare.* ad Div. I. 4. quid enim me *ostentem?* cf. Dejot. 10. *huc refer etiam illud* Marcell. 9. æternitati se *jactare:* h. e. *facere ea, quibus memoriam tui æternam facias.*

OSTENTATIO, *pollicitatio, spes, quam alicui facimus.* Att. V. 13. *ostentationes* meas nunc in discrimen esse adductas.

OSTENTVM, *quid sit?* N. D. II. 3. * *res mira, non exspectata, incredibilis.* ad Div. VIII. 14. Appium *ostenta* facere.

OTIOSVS, *neutri parti addictus, sed pacem servans cum utraque.* ad Div. IX. 5. 25. Marcell. 6. * *doctus, qui nullam reipubl. partem capessit.* Sext. 51. græculum se atque *otiosum* putari voluit; studio literarum se subito dedidit. *Atque in universum* otio-

otiosi *sunt, qui ad remp. non accedunt.* Offic. I. 21. * Sext. 46. dignitas *otiosa:* h. e. *cum otio conjuncta.* * *liber a commotione animi.* Brut. 24. cum *otiosus* stilum prehenderat *&c.*

OVARE, *minus est, quam triumphare; ingredi urbem, ob victoriam non adeo magnam, equo.* ad Brut. 15. ut *ovanti* introire Cæsari liceret decrevi. *v. Sigon. Ant. Jur. C. R. I.* 22. *& Ant. J. Prov. II.* 10.

P.

PACATVS. Phil. V. 9. cujus *nequitiam* ne *pacatam* quidem ferre possumus: h. e. *in pace, sine armis.*

PACTA, *sponsa.* Attic. V. 9. ejus filia *pacta* est Artavasdis filio. *v. Duker. ad Liv. XLIV.* 30. *ubi plura exempla congesta sunt: Livius tamen etiam dixit de viris.*

PACTIO. *inter publicanos & provinciales, qui agros decumanos habebant, pactiones fiebant.* ad Div. XIII. 65. ejus summa existimatio agitur in eo, ut *pactiones* cum reliquis civitatibus conficiat. cf. Att. V. 13. Q. Fr. I. 1. *Ejus rei ratio intelligi potest e Verrina tertia. vid. v. c.* 14. *cf. Burm. de Vectigal. p.* 139. *Balduin. Jurispr. Muc. p. m.* 119. * *Sæpe pactionis mentio in corruptionibus pecuniariis, ut* Verr. I. 7. sciebam in rejiciendis judicibus nonnullos *pactionis* suspicionem non vitasse. Pison. 36. *pactiones* reorum.

PACTOR, *per quem pactio fit.* Verr. V. 21.

PAEAN & PAEON. Orat. 64. Or. I. 59. &c. *pes tribus brevibus & una longa, & quidem, aut sic: -vvv, aut sic: vvv -, aut, v -vv, vv -v.*

PAEDOR, *squalor, sordes, signum luctus.* Tusc. III. 12. barba *pædore* horrida. *cf. ib.* 26.

PAETVLVS, ὑποκοριστικῶς *pro* pætus: *quod minus esse, quam strabonem, apparet ex Horatio Sat. I.* 3. 44. Nat. D. I. 29. redeo ad Deos: ecquos si non tam strabones, at *pætulos* esse arbitramur.

PAGANVS. Dom. 28. in hac urbe nulli *pagani,* aut *montani,* qui non &c. *hujus loci interpretatio repetenda est e Dion. Hal. L. IV. p.* 220. *ed. Sylb. qui tradit Serv. Tullium in locis montanis & natura adeo munitis fecisse rusticis perfugia, & pagos Græco vocabulo dixisse. Hinc illi homines, qui in plebe R. erant, quoniam in tribubus urbanis censebantur,* pagani *dicti; qui non differunt a* montanis, *quos hic Cicero commemorat; quod facile ex loco Dionysii intelligitur.* Pagos *commemorat Q. Cicero Petit. Cons.* 22. Pagorum *mentio ap. Livium XXV.* 5. *De iis v. Bimardum Disc. I. c.* 4. *apud Murator. Inscript. T. I. pag.* 19. *Sed originem paganorum repetit a Numa, auctoritate ejusdem Dionysii I. p.* 135. *II. p.* 135.

PALA. Off. III. 9. *pala* annuli. *Plato, unde ille locus ductus est,* σφενδόνη. *unde Plinius XXXVII.* 8. fundam *vocat: ubi de pala vid.*

PALAESTRA, *exercitatio umbratilis, schola.* Or. I. 18. nitidum quoddam genus est verborum, - sed *palæstræ* magis & olei, quam hujus civilis turbæ ac fori. * *artificium.* Att. V. 3. utemur ea *palæstra,* quam a te didicimus. *v. palæstricus.*

PALAESTRICE. Opt. g. o. 3. sani & sicci habeantur, sed ita, ut *palæstrice* spatiari in xysto iis liceat, non ab Olympiis coronam petant: *h. e. ut scholæ apti sint, non foro, curiæ.*

PALAESTRICVS. Off. I. 36. *palæstrici* motus sæpe sunt odiosiores: *sc. quia nimis sunt artificiales, h. e. adstricti certis temporum intervallis. v. numerus.*

PALAM, *abundat* Verr. V. 26. *palam* ante oculos omnium. *Similiter Livius XXV.* 18. palam, duobus exercitibus audientibus.

PALATVM. Nat. D. II. 18. *palatum* cœli, ut dixit Ennius. *nempe propter similitudinem, quam habet cum palato, ut ait Isidorus Origg. XI.* 1. *vid. inpr. Davies ad h. l. male hunc locum interpretatus est nescio quis in Lexico Fabri.* Palatus *laudatur e Fin. II.* 8. *sed e Codd. Paris. duobus* palatum *restituit Davisius. Quidam MSS. etiam habent* palatium cœli. *quod Ennius dixisse non potest: quia res nova erat sic dicere tempore Augusti. vid. Ovid. Met. I.* 176.

PALILIA, *feriæ in honorem Deæ rusticæ, quæ Pales vocatur, celebratæ XIII. Kal. Maj. in quas incidit natalis Romæ. dicuntur etiam* Parilia: *& sic expressit editio Gruteriana, quam nostra secuta est,* Div. II. 47. *cf. Ord. Fast. IV.* 721. *sqq. & ibi Heins.*

PALIMPSESTVS. ad Divers. IV. 47. *charta pergamena, in qua deleta sunt & erasa, quæ antea scripta erant.*

PALLA. Phil. III. 6. Herenn. VII. 18. *est pallii genus, (non tunica, ut visum est Rubenio Re Vest. I.* 20. *contra disputante Ferrar. Anal. de R. V. c.* 25. *cf. Rei Vest. III.* 18.) *quo utebantur citharœdi, tragœdi, matronæ. In quo tamen illud animadvertendum est, quod recte monuit Cl. Christius in Prolus. Acad. de Imaginibus Musarum, p.* 5. *ut palla citharœdorum, tragœdorum, Dearum etiam quarundam distinguatur a palla Romanarum & pallio Græcarum. Nam ex imaginibus apparet, eas induendi ratione differre; cum illa induerentur ut peplo, hac amicirentur tantum. add. Broukh. ad Tibull. IV.* 6. 13.

PALLIATVS, *opponitur togato: h. e. Græcus Romano.* Rabir. Post. 9. *Nam Pallium est habitus Græcorum.* *Q. Fr. III. 1. illi *palliati* topiariam facere videntur. *Manutius interpretatur de statuis inter columnas, habitu Græco.*

PALMA, *palmarum radices pro victu.* Verr. V. 33. 38. *cædes.* Rosc. A. 6. multarum *palmarum* vetus gladiator. *cf.* c. 30.

PALMARI, *pro adulari laudatur ex Ep. ad Div. X.* 33. *defenditurque a Manutio, quod hæc lectio omnium est MSS. Codd. & palma eodem modo blandimur ac palpo: sed alii, atque in his Grævius, legendum censent:* palpari.

PALPARE, *blandiendo aliquid consequi studere.* Att. IX. 9. *palpaboque*, quonam modo possim, voluntate ejus &c.

PALVDATVS, *paludamento, veste imperatoria, indutus.* Sext. 33. *paludati* Vulturii.

PANGERE, *constituere, ponere.* Leg. I. 21. requiri terminos, quos Socrates *pegerit.* in Pis. 16. *autem con-*

conſtanter & ſcripti & edd. habent: fines *pepigerat.*

PARARE, *comparatione paciſci.* ad Div. I. 9. ſi curiata lex non eſſet, ſe *paraturum* cum collega: *np. in quam quisque provinciam æret. v. Gron. Obſ. I.* 10. *& quos laudat Lexic. Fabri in hac voce.*

PARATVS, *promtus conſilio, manu.* Catil. III. 7. hominem tam acrem, tam *paratum*, tam audacem. *vid. Græv.* **inſtructus.* ad Div. VIII. 10. *paratus ab* exercitu. Brut. 39. Scævola *in* jure *paratiſſimus.* **parabilis, facilis, obvius, qui ad manum eſt.* Or. II. 36. philoſophi habent *paratum*, quid de quaque re dicant. *cf. Græv. ad Catil. l. c. qui hanc vocem reſtitutam cupit Plin. Ep. III.* 5. *ubi vulgo eſt:* erat ſomni *parciſſimi. receperuntque Cortius & Gesnerus: male, me judice. rationes vid. in Ep. Gesneri ſubjecta Plinio ipſius; in qua etſi defendit eam emendationem contra rationes meas, tamen mihi nondum perſuadet, ut veram putem.* **cum genit.* Leg. II. 26. civis tuendæ civitatis *paratiſſimus.*

PARENTALIA, *inferiæ, & quidem publicæ: h. e. publica auctoritate, & publice celebrandæ.* Phil. I. 6. *vid. Guther. Jur. Man. II.* 12. *cf. parentare. Sed ſunt etiam parentalia privata, quæ a privatis agebantur in cognatorum memoriam.*

PARENTARE, *eſt inferias fagere in memoriam, honorem mortui.* Phil. I. 6. cujus ſepulcrum nusquam extet, ubi *parentetur.* Leg. II. 21. hoſtia maxima *parentare.* **ulciſci mortem alicujus.* Flacc. 38. *parentemus* Cethego.

PARENS. Off. I. 22. *parentiores* exercitus.

PARERE. Leg. I. 21. requiri placere terminos, quos Socrates pegerit, iisque *parere.* **pro apparere, demonſtrari, verbum forenſe antiquum.* Roſc. Com. 4. ſi *paret.*

PARERE, *invenire, excogitare.* Fin. III. 1. verba *parienda.* Or. II. 27. quæ tota ab oratore *pariuntur*, excogitationem non habent difficilem. *cf. Wopken. Lect. Tull. I.* 16. **Paullo durius* videtur illud, Off. II. 9. hæc, quibus rebus *pariuntur a* ſingulis, eisdem fere a multitudine: h. e. *per quæ conſequimur, ut ſinguli ea nobis tribuant &c. ubi v. F. Fabricius: cujus tamen exempla non ſunt ſimilia.*

PAROCHVS, *qui redemit neceſſaria legatis, peregrinis, & hoſpitibus &c. præbenda.* Att. XIII. 2. Seſtius noſter, *parochus* publicus. *v. Intt. ad Horat. Sat. I.* 56. *cf. infra in Vectigal. Burmann. de Vectigal. c. 6. p. 93. add. in præbitor.*

PARS, *in ſcena eſt perſona, quam quis ſuscepit agendam.* in Cæcil. 15. actores ſecundarum & tertiarum *partium: unde ad alia transfertur.* Flacc. 27. ſervus primarum *partium.* **pars* virilis Verr. III. 4. *vid. virilis.* **genus, ſpecies.* Orat. I. 6. *pars* dicendi. Topic. 7. formas qui idem putat eſſe, quod *partes*, confundit artem &c. *& tamen ſæpe ſic uſus ipſe eſt.* v. c. Invent. I. 28. &c.

PARTICEPS, *cum duobus genitivis.* Verr. I. 15. Conſulis *particeps* omnium rerum fueris.

PARTIM, *cum præpoſit.* ex. Leg. II. 17. *partim ex illis* jacent.

v. Gronov. Obſ. III. 2. * *cum genitiv.* Offic. II. 21. *partim* eorum. *quo modo & alii dixere. v. Gronov. Obſ. III.* 2. * *interdum ſemel tantum poni, ex illo ipſo loco* (Leg. II. 17) *patet, ubi jungitur* quidam. *Sic eſt etiam* Offic. I. 45. quædam ita fœda, *partim* ita flagitioſa. *Etiam* alius *jungi, jam in Lexico Fabri demonſtratum eſt.*

PARTITIO. Leg. II. 20. 21. *Eſt genus legati, quo legatarius tantum capit, quantum heres, ſi unus eſt, aut omnes ſimul, ſi plures ſunt; ita nempe, ut heres quisque dimidium ejus partis ei det, quam ex hereditate cepit. v. Gronov. Seſt. IV.* 7.

PARTVS, *de viro.* Tuſc. II. 8. Deianira Oenei *partu* edita. *Sic Græci τίκτειν etiam de patre. v. Davies ad h. l. & Virum Doct. in Miſcellan. Obſ. quæ cura Cel. Dorvilli prodierunt. Vol. I. p.* 409. * *fœtus.* Or. II. 40. feræ *partus* ſuos diligunt.

PARTVRIO, *metaphorice de re matura, mox eruptura in lucem.* Muren. 39. periculum conceptum resp. *parturit.* Phil. II. extr. utinam reipublicæ dolor pariat, quod jam diu *parturit.* * *laborare.* Læl. 13. ſecuritate frui animus non poteſt, ſi tamquam *parturit* unus pro pluribus.

PASCERE. *in re augurali* aves paſcuntur, Div. II. 34. *cum avide offam pultis devorant, ut tripudium fiat.* * paſcere *dicitur de iis, qui rem pecuariam exercent.* Verr. II. 3. qui arent, qui *paſcant* &c. Offic. II. 25. bene *paſcere.* * paſci *pro vivere ex re aliqua.* Off. II. 11. qui ſcelere & maleficio *paſcuntur.*

PASCVA. Agr. I. 1. utrum hanc ſilvam in relictis poſſeſſionibus, an in *cenſorum paſcuis* inveniſti? *h. e. quæ a cenſoribus locantur. v. ſcriptura.*

PASSER. Fin. II. 23. quæ *paſſeribus* nota eſt omnibus.

PATEFACERE, *exquiſite dicitur* ad Div. VI. 10. iis totum *me patefeci:* i. e. *iis omnia mea obtuli, omnia mea patere Trebiano dixi.*

PATEFACTVS, *inventus.* Div. I. 39. nec, ante philoſophiam *patefactam* - - hac de re communis vita dubitavit.

PATELLA, *diis propria, in qua iis cibi ponuntur.* Fin. II. 7. ita non religioſi, ut edant de *patella. v. Torrent. ad Sueton. Vitell.* 13.

PATER. Piſ. 33. &c. *Patres* Conſcripti. *unde Senatus ſic dicatur, v. Liv. II.* 1. * in Cæcil. 22. *patres* majoresque noſtros non pœnitebat. *Ex quo loco diſcant tirones, in proſa* patres *proprie dici, non de majoribus, ut vulgo putant. Exempla Menkenii in Obſ. L. L. omnia ſunt aliena. Poëtæ modo ita dicunt.*

PATERE. ad Div. VI. 10. omnia Ciceronis *patere* Trebiano: *h. e. iis Trebianus uti poteſt, ut ſuis.* Roſc. C. 2. nomen in adverſariis *patet.* Div. II. 1. ut nullum philoſophiæ locum eſſe pateremur, qui non latinis literis illuſtratus *pateret.* Off. I. 73. minus multa *patent* in eorum vita, quæ fortuna feriat.

PATERFAMILIAS, *pro homine indocto, & rei familiaris tantum ſtudioſo.* Or. I. 29. qui, ſicut unus *paterfamilias*, his de rebus loquor.

PATERPATRATVS. Or. I. 4. Cæcin. 34. *qui sit, docet Liv. I.* 24.

PATIBILIS, *tolerabilis.* Tusc. IV. 23. *patibilis* dolor putandus. * *in quem perpessio cadere potest.* Nat. D. III. 12. omne animal *patibilem* naturam habere.

PATRICIVS, *qui e familia aliqua eorum senatorum ortus est, quos Romulus & Tarquinius Priscus legerunt; & qui ab illis quidem orti sunt,* majorum gentium, *qui ab his,* minorum gentium *dicuntur. Patriciis opponuntur plebeji.* ad Div. IX. 21. *de patriciis satis dictum in Lexic. Fabri, & scriptores laudati.* * ad Brut. 5. dum unus erit *patricius* magistratus, auspicia ad patres redire non possunt. Patricii magistratus *sunt Consulatus, Prætura, Ædilitas &c. quia olim patriciis proprii fuere, & a patriciis capi potuere.* Leg. II. 2. Fibrenus præcipitat in Livium, & tamquam in *patriciam* familiam venerit, amittit nomen obscurius.

PATRIVS, *a majoribus relictus & traditus, antiquus.* Or. I. 18. mos *patrius* Academiæ. Mur. 41. sacra *patria. Sic etiam* Verr. I. 3. Dii *patrii, sunt, quorum cultus a majoribus venit.* * *paternus.* Rosc. A. 46. animus *patrius* in liberos. *hoc propterea adjeci, quia vidi, qui dubitarent, sic dici latine, & inde hærerent in loco Livii II.* 5. *eminente* animo patrio *inter publicæ pœnæ ministerium: ubi dicendum erat* animo paterno; *ut ap. Horat. Carm. II.* 2.

PATRIMVS, *cui pater superstes est.* Har. R. II. *v. Heinecc. Antiq. J. R. ad Inst. Just. I.* 10. 5.

PATRITVS, *patrius.* Tusc. I. 19. *patritam* illam & avitam philosophiam.

PATRONVS. Off. III. 18. *patronum* agri Sabini, *explicant vulgo* dominum; *male.*

PATRVVS, *reprehensor, magister.* Cœl. 11. fuit pertristis *patruus, censor, magister. scil. quia plus vident homines & reprehendunt severius in fratrum liberis, quam in suis. v. Intt. ad Horat. C. II.* 13. *& alibi. Drakenb. ad Silium XV.* 10. *Casaub. ad Persium p.* 52.

PAVIRE, *ferire.* Div. II. 34. terram *pavire* &c.

PAX. *in formulis precum.* Rabir. Perduell. 2. *pacem* ac veniam peto.

PAVIMENTATVS. Qu. Fr. III. 1. 1. porticus *pavimentata sc. opere tessellato. v. Spon. Miscell. Erud. Ant. p.* 40.

PECCATVS. Verr. II. 78. in *peccatu* manifesto tenebatur.

PECVARIVS, *qui gregibus pecorum alendis quæstum quærit, sed e publicis, pro certo vectigali conductis, pascuis, quæ sunt in saltibus publicis. Nam aliæ sunt villaticæ pastiones, quæ ad agriculturam referuntur, nec faciunt pecuarios, ut tradit Varr. R. R. III.* 1. Verr. II. 6. Fontej. 1. Dejot. 9. *rex Dejotarus* pecuarius *dicitur. Sunt etiam, qui publicanos pecuarios dictos arbitrantur, qui vectigal redemerant, quod de pascuis publicis daretur; sed loci Ciceroniani & Liviani XXXIII.* 42. (*ubi etiam Drakenb. cum Burman. de Vectigal. P. R. p.* 140. *de publicanis intelligit.*) *XXXV.* 10. *non sunt de publicanis: quid ii*

enim ad Ædilium curam pertinent?

PECVLATOR, *qui peculatus reus est.* Offic. III. 18. *Est autem* peculatus Rosc. A. 29. *crimen, quo tenetur, qui ærarium defraudavit.*

PECVLIARIS, *proprius.* Q. Fr. II. 10. hoc mihi fuit *peculiare.*

PECVLIATVS, *dives, nummatus.* ad Div. X. 32. plane *peculiatus* discessit.

PECVLIVM, *pecunia, quam servus domini permissu colligit.* Verr. I. 36. *peculia* servorum. Parad. 5. qui cupiditate *peculii* nullam conditionem recusant durissimæ servitutis.

PEDARIVS, *de senatoribus, qui non dicendæ sententiæ jus habent, sed tantum assentiuntur discessione, quia nondum magistratu aliquo functi sunt.* Att. I. 16. 17. *v. Gell. III.* 18. *nam is est locus classicus.*

PEDESTER, *pro terrester est* Cato. 5. *pedestres* navalesque pugnæ. *Sic sæpe Nepos & alii. v. Gronov. & Drakenb. ad Liv. XXXVII.* 53.

PEGMATA, *loculi lignei, quibus libri reponuntur.* Att. IV. 8.

PEJERARE. *quid sit?* v. Off. III. 29.

PEJVS, *substantive, aut intellectu* negotii; *per græcismum.* Tusc. II. 13. turpitudo *pejus* est, quam dolor.

PELLECTIO, *lectio.* Att. I. 13.

PELLERE, *dicuntur res externæ, cum agunt in sensuum instrumenta, & quidem in utramque partem, suaviter & cum molestia.* Or. 53. quod cum animos hominum *auresque pepulisset*, ut intelligi posset, quod casus effudisset, cecidisse jucunde. * *deinde* pellere *nos, aut mentem, dicuntur species rerum externarum, cum animo concipiuntur.* Acad. IV. 10. visa nos *pellerent. ibid.* IV. 20. visa mentem sensumve *pepulerunt.* * *denique quæ animum suaviter aut molestе afficiunt.* Fin. II. 10. nec illum habet ictum, quo *pellat* animum hic status nihil dolendi. Div. I. 36. ut *pellantur* animi vehementius, sæpe etiam cura & timore. Cæl. 15. candor hujus te & proceritas, vultus oculique *pepulerunt. Sic habet Grævius pro vulgato* perpulerunt. *nam cum* pepulerunt, *ignorantia librariorum sæpe permutatum est* perpulerunt *&* perculerunt. *v. Græv. ad h. l. & Gronov. ad Liv. III.* 30. *Sic* ad Div. IV. 13. nulla insignis me privatim *pepulit* injuria: *h. e. attigit, aliæ edd. habent* perculit. * Brut. 87. longi sermonis initium *pepulisti: quod eleganter dictum arbitror pro* movisti, commovisti: *quibus verbis in hac re utuntur veteres. Sed cum hanc elegantiam non caperent quidam,* depulisti, *aut* detulisti *ex eo fecerunt.*

PELLICERE, *dicitur de artibus magicis, quibus v. c. seges ex agro vicini in nostrum deducitur, nam de hoc est apud Plin. Hist. nat. Hinc eleganter ad alia transfertur.* Orat. I. 57. judicum sententias lepore, & sale, *pellicere.* &c.

PELLIS. *quia pellibus sternuntur tentoria in castris, propterea pro ipsis tentoriis ponuntur.* Acad. IV. 11. ut non multum imperatori *sub* ipsis *pellibus* otii relinquatur.

PEL-

PELLITVS. fr. Or. pr. Scaur. M. Æmilius sordidissimæ genti, ac prope dicam *pellitis* testibus condonetur. Pelliti *sunt proprie, pellibus pro veste tecti, ut rustici, qui inde pelliti dicuntur. Sed quia hic cultus est etiam iis gentibus communis, quæ barbaræ sunt, & ab hoc humaniori cultu absunt: propterea barbari etiam, ut h. l. sunt pelliti. Sic eos appellavit etiam Claudian. de IV. Consul. Honorii v.* 466. *Est autem ap. Ciceronem sermo de Sardis, qui pelliti diserte vocantur apud Liv. XXIII.* 40. *v. ibi Gronov. a Cicerone alibi* mastrucati. *v. mastruca. sed inprimis Patricius ad fr. Or. pr. Scauro T. III. P. II. p.* 1015. *ed. Græv. add. Varr. R. R. II. ult.*

PELLVCENS. *nitidus, politus.* Brut. 79. mollis & *pellucens* oratio.

PENATES, *unde dicti?* vid. Nat. D. II. 27. Verr. IV. 8. Sull. 31. *penates* ac Dii patrii. cf. Dom. 57. Har. R. 17. *Nempe penates & Dii patrii, item familiares, sunt iidem;* h. e. *ii, quos & quæque urbs communiter a majoribus traditos, & quæque familia sibi proprios adsciverat & colebat. Colebantur autem privatim in impluvio. Illi sunt penates publici, hi privati. In illorum tutela est tota urbs, inprimisque templa, in horum ædes privatæ & familia. Virgil. Æn. II.* 702. *ubi v. Intt. cf. III.* 148. *Itaque hos aufert Æneas, non Lares. ibid. II.* 716. *Penates privati sunt Dom.* 41. *Phil. II.* 30. *v. inprimis, quem Grævius ad Or. pr. Sulla l. c. laudat, Gronov. Diatrib. in Statium. c.* 44. *p.* 290. *sqq. adde & in impluvium.* * Phil. VIII. 3. templa -- *penates,* aras, focos. *Lectio* penates *dubia est. v. Ferrar. ad h. l. abest ab ed. Manutii hoc verbum. Sed potest servari, ut Phil. II.* 30. *qui locus est huic simillimus.*

PENDERE. ad Div. V. 13. non aliunde *pendere, dicuntur quorum felicitas & miseria non est in rebus externis, sed in bonis & virtutibus animi.* Tusc. V. 12. *pendere* ex aliorum eventis. * pendere *dicuntur ruinæ proximi.* Rabir. Post. 16. nec *pendentem* amicum corruere patitur.

PENETRALIS. N. D. II. 27. Dii *penetrales, sunt Penates, ut ipse dicit. conf. Heinsi. ad Silium XV.* 18.

PENSIO, *est pars pecuniæ, per certas dies* (*Termine*) *solvendæ. hinc* pensio prima ad Div. VI. 15. altera pensio Rosc. C. 17. Att. XI. 4. tertia pensio. *ibid.* 23.

PENVLA, *vestis crassior, qua in itinere utebantur.* Att. XIII. 33. horum ego vix attigi *penulam. ibid.* ita egi, ut non scinderem *penulam. h. e. non admodum rogavi abire parantes, ut manerent. Hinc Milo iter faciens Lanuvium, dicitur fuisse* penulatus. Mil. 10. *de penula egerunt copiose Ferrar. de R. V. P. II. L. II. qui est totus de penula: sed ad Ciceronem illustrandum inprimis pertinent dicta c.* 2. *cf. Ruben. de R. V. I.* 6. *& qui laudantur in Lex. Fabri.*

PENVS. Nat. Deor. II. 27. est omne, quo vescuntur homines, *penus.*

PERCELLERE. Mil. 21. Mars communis sæpe spoliantem jam

& exsultantem evertit & *perculit ab* abjecto.

PERCEPTIO. Acad. V. 25. *perceptione* sublata. *v. percipere.*

PERCEPTVS, *diligenter cogitatus.* Tusc. III. 14. diligenter *perceptas* & pertractatas habere res humanas. * Fat. 6. *percepta* artis, *sunt, quæ Græcis dicuntur* θεωρήματα. *cf. c.* 8. *& Victorius ad c.* 1.

PERCIPERE. N. D. II. 59. per arteriam vox a mente principium ducens *percipitur* & funditur. *Sed Davisius legendum censet* projicitur: *Buherius* præcipitatur. *Mihi autem nihil mutandum videtur. Nempe vox per arteriam venit in os, ore percipitur, h. e. colligitur, excipitur: quo sensu* percipere *dici constat. Inde ore funditur & emittitur.* * *philosophis* percipere, *v. c.* Acad. IV. 25. *dicitur de iis rebus, quas certo scimus, quæ comprehenduntur, quibusque sine errandi periculo assentimur. v. argumentum Acad. IV.*

PERCITVS, *commotus gravius.* Mil. 23. animus iratus & *percitus.*

PERCVRSVS, *de rebus sæpe cogitatis, quas adeo in promtu semper habemus.* Or. II. 32. quæstiones omnes animo *percursas* ac prope decantatas habere.

PERCVSSIO, *est in musicis, & deinde in poëticis, & numeris oratoriis, qui &* ictus *dicitur; quia tibicen pede ferit terram. Sic in Senario tibicen, qui rhythmum & tempus moderatur, ter pede ferit terram; unde tres in eo ictus s. percussiones dicuntur esse. In iis autem syllabis, in quibus tibicen solum ferit pede, vox ab actore acuitur & tollitur: hinc Græce* ἄρσις *dicitur percussio, & syllaba dicitur esse in ἄρσει, cum ceteræ sint in θέσει. v. Bentlej. de Metris Terentian. init.* Orat. III. 47. sed sunt insignes eorum numerorum *percussiones. ibid.* 48. *percussio* intervallorum. Or. 58. non sunt in oratione tamquam tibicini *percussionum* modi.

PERCVSSVS. Dejot. 6. suspicione sum *percussus. cf. percutere.* * *territus.* ad Div. IX. 25. repente *percussus* est atrocissimis literis.

PERCVTERE, *de mente dicitur, ut movere.* Tusc. V. 11. quod animum probabilitate *percussit*, id verum puto. Mil. 29. quonam modo vos vivus afficeret, qui mortuus inani cogitatione *percussit: i. e. terruit.* * *decipere.* Flacc. 20. hic cornici oculum, ut dicitur: nam Hermippum -- *percussit. v. Gruter. ad h. l.* Att. V. 2. strategemate hominem *percussit.*

PERDVCERE. Verr. II. 28. *perducere* aliquem ad suas conditiones. Att. V. 21. Scaptius rogat, ut eos ad talenta CC. *perducam.* * *meretrices dicuntur* perduci. Verr. V. 12. huc Tertia illa *perducta* est. *unde, qui feminas stupri causa perducunt,*

PERDVCTORES *dicuntur.* Verr. I. 12. *ubi v. Græv.*

PERDVELLIO, *est proprie parricidium, h. e. ut est ap. Plutarchum in Numa, cædes hominis liberi, quam quis sciens fecit. Parricidii reus fuit Horatius ap. Liv. I. 26. sed* perduellionis reus *dicitur. In quo male reprehendit Livium Sigonius Ant. Jur. C. R. II. 18. quasi* parricidii *dicere debuisset, cum vel ex eo intelligatur, istud perduellionis crimen fuisse, quod ex eo judicio Horatii* Duumvirâ

viri perduellionis *sint*, *qui non solum in parricidiis, sed etiam in cæde Tribuni pl. & similibus criminibus judicabant, ut ex Or. pro Rabir. Perd. patet. Vere itaque Turnebus*, perduellionem *olim omnem cædem dictam, existimavit. Postea* perduellionis crimen *illud dictum est, quo quis libertatem pop. Roman. violavit, tamquam affectato regno, tribuno plebis pulsato aut interfecto, cive Rom. indicta causa virgis cæso, aut percusso, aut alio supplicio servili affecto.* Rabir. Perd. 3. perduellionis judicium; *quod exercebatur, cum T. Labienus accusaret Rabirium, quod Saturninum trib. pl. interfecisset: ubi v. Intt.* cf. Verr. I. 5. *Formam hujus judicii pete e Livio l. c. cf. Turnebi argum. ad Or. pr. Rabir. Perd. Sigon. l. c.*

PERDVELLIS, *qui proprie sit?* v. Offic. I. 12.

PEREGRINARI, *peregrinum esse.* Mil. 12. tuæ *peregrinantur* aures, neque in hoc pervagato civitatis sermone versantur.

PEREGRINVS. *v. Ind. Legg. in Lege Papia.*

PERENNIS. Nat. D. II. 3. *perenne* auspicium. *ibid.* nulla *perennia* servantur. Perenne auspicium *est, cum magistratus amnes auspicato transeunt. v. Festus in* perenne, *& ibi Scaliger, quem hic jam laudavit Davisius.*

PERFACETVS. Verrin. I. 46. neque enim erant *perfaceta:* h. e. *non magnopere faceta.*

PERFRICARE. Tusc. III. 18. quæ, cum os *perfricuisti*, soles dicere: *h. e. cum impudens factus es, pudorem deposuisti. Sed* Pis. 25. caput sinistra manu *perfricare, Victorio Var. L. VIII. 6. & aliis videtur esse signum hæsitantis, qui, quid dicendum faciendumve sit, nescit. Mihi vero etiam h. l. de impudentia accipiendum videtur, de homine, qui nihil vereatur, nihil timeat. Nam Piso ita inducitur, ut dicat, rationes se ad ærarium retulisse, perscriptas scite & literate, h. e. callide, & ad tegendas fraudes & furta accommodatissime, ita ut ipse scriba hanc calliditatem perspexerit, & tacite dixerit: ratio apparet, etsi argentum* οὐχ ἑστηκε. *Non hic profecto hæsitatio & sollicitudo locum habet.*

PERFRINGERE. Sext. 64. *perfringere* leges & judicia opibus & potentia. Catil. I. 7. *perfringere* quæstiones. cf. Cæcin. 26. Act. I. Verr. 1. Mil. 32. *dicitur de reis, qui pecunia, gratia, vi, pœnam evadunt & absolvuntur.* * *de oratione sublimi:* Or. 28. hæc modo *perfringit*, modo irrepit in sensus. Brut. 9. Theophrastus fuit suavitate ea, qua perfunderet animos, non qua *perfringeret.*

PERFVGIVM. Cluent. 19. *perfugia* causarum, *sunt artificia, quibus malæ causæ defendi possunt.*

PERFVNDERE, *vexare.* Rosc. A. 29. nos *perfundere* judicio, accusare autem eos, a quibus mercedem accepisti.

PERFVNGI, *e regula Grammaticorum de bonis rebus dicitur, ut* ad Div. IV. 5. omnibus prope bonis *perfunctum* esse. *Sed est etiam de malis, ut* defungi. Marcell. 10. *perfuncta* resp. est bello misero. cf. Har. R. 8. ad Div. V. 12. * *particip. perf. etiam passive est*

Sext.

Sext. 4. memoria *perfuncti periculi.*

PERICVLVM, *judicium, quod periculum capitis affert. Sic* Rosc. A. 30. *periculum* creare, *pro accusare.* Arch. 6. *pericula* amicorum. Manil. 1. *pericula* privatorum. * ad Div. XIII. 68. quid sentiam, non sæpe scribam, propter *periculum* ejusmodi *literarum.* * *Specimen, quod experiundarum virium causa fit.* Leg. I. 1. faciunt imperite, qui in isto *periculo,* non ut a poëta, sed ut a teste veritatem exigant. * Verr. III. 79. scribis tabulæ publicæ *periculaque magistratuum* committuntur. Pericula *scil. sunt tabellæ, libelli, in quibus aliquid scribitur, quales sunt* codices Pisonis, Verr. I. 46. *item* tabulæ Verris ipsius II. 42: *quamquam Grotius, Sirmondus aliique malint* paricula *legi. Sed vide inprimis, quem hic Grævius laudavit, Salmas. mod. Usur. c.* 15. *& Bosium ad Nepot. Epamin.* 8. *Gothofred. ad Cod. Theod. tit. de sententiis e periculo recitandis; ut alios taceamus, qui passim copiose laudantur.* * Verr. II. 43. *videtur dici pro elogio, n.* 2. te in *Sthenii periculo* inimici ejus nomine abusum esse. *Nempe adscribendo cognitorem Claudium. Nam supra de eodem dixerat,* in Sthenii nomine, c. 42. *quod est, in capite de Stheniana causa (sumto verbo e tabulis acceptorum & expensorum) sive in elogio Sthenii.* Nomine *dicere h. l. noluit, quod mox idem verbum occurrit.*

PERILLVSTRIS. Att. V. 20. ibi morati biduum *perillustres* fuimus: *h. e. magnam laudem re bene gerenda consecuti sumus, rem optime gessimus.*

PERIMERE, *tollere: item impedire aliquid, ne fiat.* Planc. 42. si vis aliqua major reditum *peremisset.* Tusc. I. 38. sensu *peremto.* Har. R. 11. *peremti* sunt ludi. Sext. 22. mors mea causam publicam *peremisset.* Off. III. 7. nisi aliqui casus consilium *peremisset.*

PERIPETASMA, *vestis stragula.* Verr. IV. 12. Attalica *peripetasmata. v. Ind. Hist.*

PERISTROMA, *idem.* Phil. II. 27.

PERISTYLIVM. Domit. 44. porticus cum conclavibus pavimentata trecentum pedum, amplissimum *peristylium. Est autem* peristylium *locus, qui a columnis undique ambientibus nomen habet. v. Intt. ad Sueton. Aug.* 82.

PERIVRARE, *it.* PERIVRIVM *quid sit?* vid. Offic. III. 29. Perjurare *autem est vera lectio illius loci, quam asserunt Lambinus, Fabricius &c. Vulgo autem olim legebatur:* pejerare, *sub qua voce etiam locum habet Nizolius. Et quoniam idem est* pejerare, *quod* perjurare, *ut tirones etiam illam vocem recte intelligerent, etiam ibi hunc locum laudavimus. Ceterum* perjurare *&* pejerare *dici arbitror de falso jurejurando, ut Græcum ἐπιορκεῖν: quod est proprie, sæpe & multum jurare. qui autem hoc faciunt, iidem facile falso jurant.*

PERIVRISSIMVS leno. Rosc. Com. 7.

PERLITVS, *inquinatus.* Rosc. A. 52. *perlitus* sanguinis crudelitate, *de eo, qui cædem fecit.*

PERMANARE. Or. II. 77. ut ad

ad eorum mentes movendas *permanare* possint. Tusc. II. 18. conclusiunculæ ad sensum non *permanantes: h. e. quæ non persuadent, etiamsi nil contra dici possit.*

PERMISCERE. Or. 9. ab Aristophane poëta -- Græciam *permiscere* dictus est Pericles. *Gr.* κυκᾶν.

PERMITTERE. Verrin. I. 32. *permittere* dolori suo incommoda: *h. e. ipsum ulcisci injurias sibi illatas. Contra* Sext. 33. *permittere* inimicitias patribus & reipubl. *est non ulcisci, senatus & reip. causa. v. concedere, condonare.* * *tradere in potestatem.* Agr. II. 15. regna decemvirorum ditioni - *permissa* esse dico. Catil. I. 2. *permissa* est *resp.* Consulibus. *id fiebat SCto: videant Coss. ne quid &c. quo liberam potestatem accipiebant, reip. etiam non consulto senatu, quibus videretur rationibus, defendendæ.*

PERMVTARE pecuniam. ad Div. II. 17. Att. XI. 22. XV. 15. XII. 24. &c. *permutatio* publica pecuniæ ad Div. III. 5. *est collybus, de quo supra.*

PERNICIES. Rosc. A. 45. quorum nihil *pernicii* causa consilio divino factum putamus. *de hoc genitivo, quem ex hoc loco Gellius IX. 4. laudat, vid. Voss. Anal. II. 19.*

PERORARE. Quint. 10. nunquam *perorari* potuisse: *h. e. finiri controversiam. Sic* Verr. III. 66. *perorabo* hoc crimen decumanum; *simpliciter est, desinam de hoc crimine dicere.* ad Heren. I. 10. *perorare* narrationem.

PERPESSIO, *facultas perpetiendi & tolerandi.* Tusc. III. 24. ceterorum *perpessio* facit, ut multo minora videantur.

PERPETVARE. Orat. III. 46. *perpetuare* verba, *est eodem spiritu pronunciare, nihil incidere.*

PERPETVITAS. Or. II. 54. *perpetuitas* sermonis, *de oratione continua, quæ opponitur ei, quæ est in interrogando aut respondendo. ibid.* III. 49. *perpetuitas* verborum; *de periodo.* Or. 2. *perpetuitas* dicendi, *de tota serie & contextu orationis.* *Tusc. V. 10. extr. non ex singulis vocibus philosophi spectandi sunt, sed ex *perpetuitate* & constantia. *Philosophorum perpetuitas est, cum omnia inter se apta sunt, unum ab altero ducitur, nihil ante dictis repugnat.* Off. I. 33. ut constare in vitæ *perpetuitate* nobis possimus. Fin. II. 27. in *perpetuitate* temporis vita beata duci solet.

PERPETVVS. Act. I. Verr. 11. *perpetua* oratio. *v. perpetuitas n. 1.* ad Div. V. 12. historiæ *perpetuæ, sunt, aut, quas nos universales appellamus, aut certe regni aut reip. totius, opponunturque historiis singulorum hominum.* Or. 36. *perpetua* quæstio, *est universalis, cum de genere universo quæritur.* Att. V. 21. ut centesimæ *perpetuo* fœnore ducerentur: *h. e. ut centesimæ usuræ in singulos annos ducerentur in supputatione, non autem etiam centesimarum usuræ. v. Gron. Mantiss. Vet. P. p. 414.*

PERRVMPERE. Verrin. I. 5. *perrumpere* quæstiones. Leg. I. 15. *perrumpere* leges *&c. v. perfringere.*

PERSCRIBERE, *solvere, non ex arca, sed de mensa argentarii, per attributionem, per assignationem.* Att. IX. 12. viri boni usuras

ras *perscribunt?* Flacc. 19. pecuniam se *perscripsisse* dicunt. *Salmas. mod. Usur. p. 473. Gronov. Observ. IV. 9. Græv. ad Attic. XVI. 11.* * *in Codicem aliquid referre.* Rosc. Com. 1. æque tabulæ condemnantur ejus, qui verum non retulit, & ejus qui falsum *perscribit. ibid.* falsum *perscriberet* nomen. * SCtum *perscribitur* Catil. III. 6. *quod nondum æri inciſum est.*

PERSCRIPTIO, *solutio de mensa, eine Assignation.* Att. XII. 51. Phil. V. 4. * perscriptio *est etiam omnium earum rerum, quæ literis consignantur, in Codices referuntur, æri inciduntur.* Agr. II. 9. *perscriptio* legis. Or. I. 58. si de tabulis & *perscriptionibus* controversia est &c. *sic enim legendum.*

PERSCRIPTOR. Verr. III. 7. scribam tuum *perscriptorem* hujus fœnerationis fuisse.

PERSECARE, *decidere cum aliquo.* Att. XIII. 23. da te in sermonem, & *persèca*, & confice.

PERSECVTIO, *actio in aliquem civilis.* Or. 41. in juris scientia *persecutionum* cautionumque præceptio. *v. actio, scribere, cavere.*

PERSEQVI, *sequi.* Phil. III. 3. quarta legio Cæsaris auctoritatem & exercitum *persecuta* est. ad Div. IX. 3. ego, neglecta barbarorum insicitia, te *persequar.* * *per singulas partes enarrare, accurate & plene narrare, explicare.* ad Div. V. 13. nullum membrum reip. reperies, quod non fractum debilitatumve sit. quæ *persequerer.* * *simile est illud* Tusc. II. *extr.* fibras stirpium *persequi.* i.e. *accurate omnia evellere, nihil prætermittere, nihil relinquere. vid. Burm. ad Virg. G. II.* 407. * *exsequi.* Att. VI. 1. mandatorum mihi libellum dedit -- omnia sum diligentissime *persecutus.* VIII. 11. *in ep. Cic. ad Pomp.* ut quodcumque tu consilium præcepisses, id nobis *persequendum*, putaremus. *Sed hoc etiam ad primam referri significationem potest.* cf. Q. Fr. II. 13. * *ulcisci.* Acad. IV. 1. inimicitias paternas *persequi.* * *est etiam verbum juris, quod significat actionem in aliquem, estque petitoris, inprimis in re pecuniaria: exigere pecuniam.* Rabir. Post. 4. *persequi* ab aliquo pecuniam. Leg. III. 8. syngraphas suas *persequi.* Verr. III. 13. bona sua repetere ac *persequi* lite ac judicio. * *Hinc ductum illud genus arbitror, cum* persequi pœnas *dicitur, qui sumit pœnas ab aliquo, ulciscendi causa.* ad Div. I. 9. pœnas *a* seditioso *persequi.* Cæcin. 11. pœnas *alicujus persequi.*

PERSOLVERE, *solvere.* Att. VII. 3. si hoc mihi ζήτημα *persolveris*, magna me molestia liberaris. * *satisfacere, non modo solvenda pecunia, sed etiam respondendo, officio præstando &c.* Att. XIV. 20. *persolvi* primæ epistolæ: venio ad secundam. Quir. p. R. 9. *persolvere* officium. conf. Verr. V. 69.

PERSONA, πρόσωπον, *facies ficta histrionis.* Or. II. 46. cum ex *persona* mihi ardere oculi histrionis viderentur. *Sed de hac & ceteris hujus verbi significationibus distincte & accurate, etiam ex Cicerone, agitur in Lexic. Fabri, ad quod tirones remittimus.*

timus. *Nos monebimus* 1. *personam dici non solum de hominibus, sed etiam aliis rebus, & in his formulis abstractum pro concreto poni.* Muren. 3. *personam* gravitatis severitatisque non appetivi. Attic. XV. 1. fœda est *persona* ipsius senectutis. Verr. II. 17. *persona* calumniæ imponatur. 2. *personam per periphrasin quandam dici de hominibus, sed cum respectu ad eorum conditionem, officium, mores &c.* Cluent. 29. hujus *Staleni persona* ab nulla turpi suspicione abhorrebat. 3. Arch. 2. in *ejusmodi persona*, quæ-minime in judiciis periculisque tractata est. *Manutius refert ad Archiam, qui in foro versatus non fuerit. Sed rectius Passeratius refert ad Ciceronem Patronum, propter verbum* tractare. *Nam histriones dicuntur proprie* personas tractare. *v. tractare.*

PERSONATVS, *facie ficta indutus.* Orat. III. 59. *personatus* Roscius. * *simulator & dissimulator.* Att. XV. 1. quid est autem, cur ego *personatus* ambulem.

PERSONARE, *valde clamare, clara voce dicere.* Cœl. 20. non loquuntur solum, sed etiam *personant.* Planc. 35. furialis illa vox secum & illos & consules facere, *personabat.*

PERSPICERE, *diligenter considerare & examinare probandi aut improbandi causa.* beſichtigen, beſehen. Mil. 20. *perspicere* villam. Q. Fr. III. 1. *perspicere* viam. ad Div. IX. 15. domum cum fabris *perspicere.* Phil. II. 38. quærere & *perspicere* conditionem. *quamquam h. l. Grævius malebat:* prospecta.

PERSTRINGERE, *leviter percurrendo contingere.* Phil. II. 19. celeriter cursum *perstringere.* Agr. II. 25. terram aratro *perstringere.* * *hinc metaphorice* Sull. 16. nemo me tenuissima suspicione *perstrinxit.* * *Ceterum quoniam, si virgula perstringit oculorum aciem, ea obtunditur, propterea* perstringere aciem splendore, *dicitur* Rabir. Post. 16. Fin. IV. 14. *&c. ut non opus sit, cum nonnullis existimare, librarios* perstringere *in his posuisse ubique pro* præstringere; *etsi ceterum negari non possit, interdum id factum esse.*

PERTINERE. *constructio quadruplex est ap. Ciceronem, cum præpos.* ad, in, per, *& cum ablativo.* Orat. II. 2. *pertinet in* prudentiam; *pro quo Pearcius reposuit* ad, *ex edit. Venet. & Mediolan. & ita judicarat jam Lambinus. Est tamen cum* in, *quamquam alio sensu.* Nat. D. II. 55. *ut mox videbimus. Ceteras formas suis locis afferemus.* * *utile esse, valere.* Att. III. 1. ad multa *pertinuit.* Off. II. 10. quæ ad gloriam *pertinent.* Quint. 29. ad rem *pertinent* testimonia. * *mearе, attingere.* Nat. D. I. 14. ratio *pertinens* per omnium rerum naturam. *ibid.* II. 55. implicatio nervorum toto corpore *pertinens. ib.* venæ *in* omnes corporis partes *pertinentes. ib.* 54. eaque ad pulmones usque *pertinet.* * *sentiri, vim habere in aliquem.* Div. II. 44. aliquid vim cœlestem ad eos, qui in terra gignuntur, *pertinere.* Tusc. I. 38. nihil *pertinuit* ad nos ante ortum. *ibid.* 45. nihil ad mortuos *pertinet.* Arch. 11. *pertinebit* ad aliquam animi mei partem. cf. Læl. 4. * *dicitur etiam* ad aliquem pertinere

tinere *id*, *cujus quis auctor est*. Rosc. A. 36. ad quem maleficium *pertineret*. Verr. I. 17. *pertinet* res ad ipsum.

PERTISVM. *quidam volebant dici pro* pertæsum. Or. 48.

PERTVRBARE, *exturbare*, *ejicere*. Her. IV. 8. ut eum -- præcipitem *perturbetis* ex ea civitate.

PERTVRBATIO cœli. Div. II. 45. *opp. serenitati.* * *affectus vehementiores dicuntur* perturbationes, *de quibus ex instituto agitur Tusculana quarta.*

PERVELLERE, *vellicare*, *minus quam convellere*, *molestia afficere*, Tusc. II. 20. si te dolor *pervellerit* aliquis. *ibid.* III. 17. fortuna *pervellere* te potuit & pungere; non potuit certe vires frangere. * *reprehendere.* Or. I. 62. non mihi fuit molestus, quod jus nostrum civile *pervellit.*

PERVERTERE. Cluent. 39. Quintius Junium *pervertit: h. e. eo redegit, ut condemnaretur, adeoque omnibus ornamentis fortunæ privaretur.*

PERVVLGARE. Att. XII. 45. tu vero *pervulga* Hirtium: *i. e. librum ejus.*

PERVSTVS. ad Div. XIII. 15. hominem *perustum* gloria, volunt incendere.

PES, *quomodo a numero differat.* v. Or. 64. *& supra in v. numerus.* * *pars terræ exigua.* Att. VII. 22. *pedem* in Italia video nullum esse, qui non in istius potestate sit. * *in navibus* pedes *sunt funes*, *quibus interiores veli anguli versus puppim trahuntur.* Or. III. 40. *pes* in navi. Att. XVI. 6. *pedibus* æquis. *ubi v. Græv. cf. Vossium ad Catull. ep. 4. p. 12.* * Cluent. 13. constituitur *ante pedes* &c. *dicitur de eo, qui coram tribunali, aut subselliis judicum constituitur.* * *Sæpe etiam servi dicuntur esse* ad pedes, circum pedes. *&c.* Verr. I. 36. homines circum *pedes* habebat. Dejot. 1. servum *a* legatorum *pedibus* abduxit. * Sen. p. R. 4. ne *pedibus* iret. *de senatoribus pedariis*, *de quibus supra. cf. discessio.* * pedibus trahi, *est pessime atque iniquissime tractari.* ad Div. VII. 31. de judiciis non laboro: *trahantur* per me *pedibus* omnes *rei.* Att. IV. 16. per me ista *pedibus trahantur. v. Victor. Var. Lect. XXI. 24. qui ex Homero hoc proverbium repetit.* * Vatin. 5. *pedibus* iter facere, *est terra proficisci & opponitur τῷ navigare.* * Att. II. 1. noli de uno *pede* sororis queri: licet etiam *alterum tollas. In quo est allusio ad formulam* pedem utrumque, pedes tollere. *quod obscœne dicitur. v. Manut. ad h. l. Lambin. ad Plaut. Cas. II. 8. 24.* * ad Div. VII. 31. res ita contractæ, ut neque caput neque *pedes. int.* appareant: *e Plauto, qui aliquoties plene dixit.*

PESTILENTIA. Agr. II. 27. in Salapinorum *pestilentiæ* finibus. *pro*, *pestilentibus f.*

PETASATVS. ad Div. XV. 17. *itineri paratus: quod in itineribus petaso utebantur, ad solem arcendum, ut e Sueton. Aug. 82. intelligi potest.*

PETERE, *de ictibus gladiatorum & athletarum.* Quint. 7. caput *petere.* Or. 68. ut athletas, nec multo secus gladiatores videmus nihil nec vitando facere caute, nec *petendo* vehementer *&c.* * *ad se*

se suasque partes allicere. ad Div. XIV. 1. qui ab his me amari putabam, qui invidebant, eos non sequebar, qui *petebant.* * *est etiam actoris in causa privata.* Flacc. 34. possessionem *petere: int. a prætore, qui* dat possessionem. Rosc. C. 12. amplius se a nemine *petiturum.* cf. Verr. III. 11. &c. *itaque is, in quem actio suscipitur,* unde petitur, *dici solet* Or. I. 37. ad Div. VII. 11. *ubi vid. Græv.* * Att. III. 8. ille fortasse alium *cursum petivit: i. e. alia via, alio profectus est. hanc formam dicendi illustrant Gronov. & Drakenb. ad Liv. XLIV.* 2.

PETESSERE, *petere.* Tusc. II. 26. qui laudem hanc *peteſſunt.* Div. I. 11. terrasque *peteſſit.*

PETITIO, *actus.* Catil. I. 6. *petitiones* corpore effugere. *unde ad oratores traducitur & eorum artificia, quibus adversariis nocere student.* Or. III. 54. orationis ipsius, tamquam armorum, est vel ad usum comminatio & quasi *petitio.* in Cæcil. 14. novi omnes hominis *petitiones* rationesque dicendi. * *actio in aliquem, item postulatio a prætore, ut jus nostrum nobis concedat, tamquam hereditatis possessionem &c.* Brut. 5. cujus *petitio* sit. Rosc. C. 18. *petitionem* integram reliquit. Inv. I. 8. petitioni *opponitur* recusatio, *quæ est ejus, unde petitur.*

PETITOR, *actor, qui litem intendit, in causa privata: cui opponitur is, unde petitur. v. petere.* Or. I. 37. Quint. 13. Rosc. C. 14. Verr. III. 11.

PHALERAE, *ornamenta equorum,* (*vel equitum. v. Drak. ad Silium XV.*) Verr. IV. 12. *phaleræ* pulcherrime factæ. *Quo in loco fuerint phaleræ, non consentire video doctos viros. Scheff. de Re Vehic. I. 16. p. 212. in fronte ponit, auctore Etymologo, Græco in* φάλαρα, *ubi vocat* προμετωπιδίας ἀσπιδίσκας, τὴν κόσμησιν τὴν κατὰ τὸ μέτωπον τῶν ἵππων. *Ita videntur dici a* φάλοις, *qui sunt* ἀσπιδίσκοι κατὰ τὸ μέτωπον τῆς περιπεφαλαίας. *v. Schol. ad Homeri Iliad. ε. 743. Heinsius ad Ovid. Met. VIII. 33. ponit in tergo: quod recte repudiat Burmannus, ad eum locum, putatque fuisse in pectore. Quomodo ibi fuerint, utrum fixi tanquam clypeoli, an pensiles, non addit. Locus Plinii XXXVII. 12. suadet credere pensiles fuisse. Vulgo argenteas fuisse, dubitari non potest. v. Livius XXII. 52. aureas subinde per luxuriam factas, patet e Sueton. Aug. 35.*

PHASELVS. Att. I. 10. XV. 17. *est navicula longior & simul angustior, cum prora longe & oblique supra aquam porrecta: unde mira ejus velocitas.*

PHILOLOGIA. ad Div. XVI. 2.

PHILOLOGVS. ad Att. XIII. 12. 29. ad Qu. Fr. II. 10. *v. Ind. Græc.*

PHILOSOPHIA. Q. Fr. III. 1. ea villa tamquam *philosophia* videtur esse, quæ objurget ceterarum villarum insaniam. *Sed Faërnus & Ursinus legunt:* philosopha. * *secta philosophica.* Or. III. 27. quæ exercitatio nunc propria duarum *philosophiarum* videtur.

PICARIAE, *loca in silvis, ubi, propter copiam picearum, pix coquitur.* Brut. 22. liberi societatis ejus, quæ *picarias* redemisset. *Hæ*

picariæ fuere, ut ex illo loco apparet, in silva Sila in Bruttiis. Bruttia autem pix celeberrima; ut copiose docet magnus Bochartus in Canaane I. 33. p. 596. Itaque *non erat, quare Corradus ad h. l. p. 162. corrigeret* pecuarias. *adde Burm. de Vectigal. c. 1. p. 14.*

PICTVRA. Verr. IV. 1. *pictura* in textili, *est vestis stragula, opere Phrygio, acu picta, v. Junius de Pictur. p. 86.*

PICTVS, *de oratione, significat genus dicendi, ornatum ornamentis iis, quæ ingenium ostendunt, & suavitatem tantum habent.* Or. 27. *pictum* orationis genus. Brut. 85. Lysia nihil potest esse *pictius.* * Fin. V. 27. qui nunquam philosophum *pictum,* ut dicitur, viderunt.

PIGMENTARIVS, *pharmacopola, quia inter pharmaca, etiam* χρώματα, *pigmenta. v. inpr. Salmas. ad Solin. p. 740. 741.* ad Div. XV. 17.

PIGNERARI. Phil. XIV. 12. Mars ipse ex acie fortissimum quemque *pignerari* solet: *h. e. fortissimus quisque solet in acie cadere. nam se maxime periculo offert.* Pignerari *est pignus capere, vel accipere, pignoris loco capere aliquid, & sibi asserere. v. Budæus ad Pandectas, p. 249. add. Heins. ad Ovid. Met. VII. 621.*

PIGNERATOR, *qui pignus capit a possessore, securitatis causa, possessorem nihil deterius in re, quam possidet, dum lis est, facturum.* Verr. III. 1.

PIGNVS. Phil. I. 5. cogi *pignoribus.* Or. III. 1. *pignoribus* ablatis coërcere. *Fuit genus coërcitionis, quo utebantur magistratus, inprimis Consules, in senatores, qui parere, v. c. vocati in senatum, nollent.* * *eleganter* pignora *dicuntur omnia ea, quæ fiduciam faciunt, qualem quis se præstiturus sit.* Att. VIII. 9. minus multa illi dederant reipublicæ *pignora.* Phil. XIII. 4. magnis & multis *pignoribus* M. Lepidum resp. illigatum tenet. *Ea pignora deinde enarrantur, & sunt partim commoda multa, quæ habet in republ. & a republ. propter quæ ei adversari non potest, partim documenta amoris in remp. ab eo jam edita.*

PILA. Pis. 28. claudus *pilam. v. claudus.*

PILVS. Q. Fr. II. 16. ego ne *pilo* quidem minus me amabo. Rosc. C. 7. ne ullum *pilum* boni viri habere videatur.

PINGERE. Brut. 37. verba *pingere: quod fit tropis & χήμασι λέξεως.* Att. IV. 5. bibliothecam mihi *pinxerunt* constructione & sittybis.

PINGVIS, *de rebus philosophicis, est minus subtilis & acutus, sed popularis.* Læl. 5. agamus *pingui Minerva,* ut ajunt: h. e. *non utamur illa subtilitate Stoicorum.* Acad. IV. 34. quod ipsi Antiocho *pingue* videbatur & sibi contrarium. * *durus, minus suavis.* Arch. 10. *pingue* sonantes poëtæ.

PINNA, *genus conchæ.* v. Nat. D. II. 48. * *in piscibus pinnæ sunt, instrumenta natandi, loco pedum datæ, ut ait Plinius; ut in avibus sunt instrumenta volatus. unde proverbialiter* Att. IV. 2. *pinnas* alicui incidere: *ubi tamen Græviana habet* pennas.

PIN-

PINNOTERES, *squilla.* v. Fin. III. 19. Nat. D. II. 48.

PISCINARIVS, *qui piscinis murenarum, aliorumque pretiosorum piscium, delectatur; qualis L. Lucullus fuit.* Att. I. 16. 17.

PISTRINVM, *carcer privatus, & ergastulum.* Q. Fr. I. 2. §. 4. in publicam custodiam, vel in *pistrinum.*

PIVS. ad Div. X. 24. *piæ* propinquitates.

PLACARE. Tusc. II. 8. hæc dextra *Lernam*, mactata excetra, *placavit: i. e. tutam reddidit. Sed videtur legendum*, pacavit. Placari *quidem mare dicitur, sed aliam ob causam, nempe quia tempestates iræ maris dicuntur: cum autem a prædonibus liberatur*, pacari *dicitur mare, non* placari. *Similis locus est Virgilii Æn. VI.* 803. *de Hercule:* Erymanthi *placarit* nemora. *ubi recte e MSS.* pacarit *reposuit Heinsius: quem vid. has voces permutari notum est. vid. Drakenb. ad Silium II.* 483.

PLACATVS. Tusc. IV. 17. sibi ipse *placatus: de homine tranquilli animi.* Quir. p. R. 1. si mihi *placata* omnia fuissent: h. e. *si nil adversi mihi accidisset.*

PLANGVNCVLA, *pupa, simulacrum cereum, ex Græco* πλαγγών. Att. VI. 1. inventæ sunt quinque *plangunculæ* matronarum. *v. Bosius ad h. l. qui hanc vocem Ciceroni restituit, probante Lambino, Junio, &c. cum ante esset sine sensu* langunculæ, *quod servavit Grævius. Reperit etiam in Cod. Bessarionis Manutius. cf. Spanhem. ad Callim. p.* 711.

PLANVS, *impostor.* Cluent. 26. *hanc vocem Viri docti restituerunt etiam Capitolin. in Anton. Phil. c.* 13. *Est etiam bis ap. Plin. XXXV.* 10.

PLATALEA, *avis.* v. N. D. II. 49.

PLAVSVS. Div. II. 26. Galli cantu *plausuque* alas premunt. * *gratia, laus.* Cluent. 47. ex tota ista subscriptione rumorem quendam & *plausum* popularem esse quæsitum.

PLENVS, *dives.* ad Div. VII. 9. serius potius ad nos, dum *plenior.* * *abundans etiam in malam partem.* Prov. Cons. 8. quis *plenior inimicorum* fuit Mario. * *magnus, copiosus.* Rosc. A. 2. in alienam pecuniam, tam *plenam* atque præclaram, invaseris. *Ceterum male huc traxit Grævius* plenum convivium *e Suetonio. vid. Burman. ad Suet. Cæs.* 49. * plenum *dicitur corpus carnosum & succulentum; opponiturque macilento. v. Salm. ad Solin. p.* 203. *unde transfertur ad orationem, & opponitur jejuno, exsangui, tenui.* Off. I. 1. orationem latinam efficies *pleniorem.* Or. III. 14. de horridis rebus nitida, de jejunis *plena*, de pervulgatis nova quædam est oratio tua. *ibid.* 52. si habitum orationis & quasi colorem aliquem requiritis, est & *plena* quædam, sed tamen teres. &c. * *in voce* plenum *est laus, si adjecta est suavitas.* Orat. I. 29. neminem voce *pleniorem* aut suaviorem mihi videor audisse. *Sed etiam in vitio, cum abest suavitas, & significat* vastum. Or. III. 12. cujus tu illa lata nonnunquam imitaris, ut E *pleniissimum* dicas. * *de verbis, opponitur contractioni aut alii di-*

minutioni. Or. 47. sic loqui, *nosse*, *judicasse* vetant, *novisse* jubent & *judicavisse*. quasi nesciamus - - & *plenum* verbum recte dici, & *imminutum* usitate.

PLERA. Leg. III. 3. *antique pro* pleraque. *quamquam Lambinus & Davis. malunt* pluria. *v. Lex. Fabri in h. v.*

PLVMBEVS. Tuscul. I. 29. *plumbeus* in physicis. Fin. IV. 18. o! *plumbeum* pugionem. ad Att. I. 13. illum *plumbeo* gladio jugulatum iri.

POEMA. Tusc. II. 11. *poëmata* lecta: *de ἑήσει ex aliquo poëmate excerpta.*

POENA. Cluent. 43. *pœna* vitæ. * Rosc. A. 24. *pœnæ* parentum. Verrin. I. 3. *pœnæ* civium. Phil. XIII. 20. patriæ *pœna*. Att. IX. 14. *pœnas* alicujus persequi. *In his omnibus significat ultionem injuriæ alicui factæ.* * *Furia ultrix.* Pis. 37. o! *Pœna!* o! Furia sociorum. Dom. 2. *& forte sic est in quibusdam, quæ ante adduximus. cf. Drakenb. ad Sil. II.* 551.

POENIRE, *antique pro punire*. Tusc. I. 44. *Sic habent etiam Codd. quidam Milon.* 31. *Sic antiqui dicebant:* Pœnicus, mœnera, mœri, *pro* Punicus, munera, muri. *v. Drakenb. l. c. I.* 602. *& Heins. ad Virgil. Æn. XI.* 382.

POENITET, pœnitere nos ejus rei *dicimus eleganter, quæ parva est, quacum contenti non sumus, quæ nobis non placet, cui parum tribuimus.* Orat. 37. non *pœnitet* me, quanta sint. Or. III. 9. *pœnitet* memet mei. ad Div. I. 7. fortunæ meæ ne me nimis *pœniteret*. Tusc. V. 18. sapientiam nunquam sui *pœnitet*. ad Div. VI. 1. fortunæ suæ maxime quemque *pœnitet*. Div. I. 15. negat se eorum auspiciorum *pœnitere*. * *cum nominativo*. Inv. II. 13. utrum id facinus sit, *quod pœnitere* fuerit necesse. Tusc. V. 28. nihil, *quod pœnitere* possit, facere. *cf. Cort. ad Sallust. Jug. c. 85. p. 798.*

POETICE, *poëtarum more*. Fin. V. 4. ut *poëtice* loquar.

POLITE, *de genere scribendi tenui, est acute, subtiliter: de quibus suis locis.* Brut. 19. quædam limantur *politius. ibid.* 30. Mucius enucleate ille quidem & *polite*, nequaquam autem ea vi & copia &c.

POLITICVS. Or. III. 28. qui ex particula parva urbis ac loci nomen habent & Peripatetici philosophi, aut Academici nominantur: olim autem, propter eximiam rerum maximarum scientiam, a Græcis *politici philosophi* nominati, universarum rerump. nomine appellabantur.

POLLICERI. Phil. VIII. 2. pecunias *in* remp. *polliceri.*

POMERIDIANVS. *vid. postmeridianus.*

POMOERIVM. Nat. D. II. 4. *pomœrium* intrare. *quid sit pomœrium videant tirones ap. Liv. I. 44. ubi v. Perizon. Locus alter classicus de pomœrio est ap. Tacit. A. XII.* 24.

POMPA, *proprie est, quam nos hodie vocamus, eine Procession, ein Aufzug.* Offic. I. 36. ut *pomparum* ferculis similes esse videamur. * *deinde, quia illæ pompæ magnifice erant apparatæ, propterea transfertur ad orationem generis demonstrativi, in qua omnibus ornamentis locus est & quæ*

quæ inprimis ad ostentationem ingenii & eloquentiæ pertinet, & orationi forensi opponitur. Tusc. IV. 21. e rhetorum *pompa.* Or. 13. verum hæc eloquentia ludorum atque *pompæ;* nos autem jam in aciem dimicationemque veniamus. Or. II. 22. sed eorum oratorum partim in *pompa*, partim in acie illustres esse voluerunt.

PONERE, *abjicere, deponere.* Or. 59. *ponere* ambitum. Or. III. 12. *ponere* vitia. ad Div. VIII. 6. candide *ponere* inimicitias. * *afferre, commemorare in disputatione & oratione.* Cœl. 7. *posuistis* enim - - conjurationis hunc participem fuisse. cf. Fin. II. 26. Leg. II. 3. Quir. p. R. 7. *huc refer illud:* ad Div. IX. 15. *ponor* ad scribendum. * pecunia *etiam dicitur* poni, *cum fœnori datur.* Verr. III. 70. cum *posita* esset pecunia *apud* eas societates, unde erat attributa, binis centesimis fœneratus est; *unde deinde metaphorice sumtus, beneficium, tempus, poni dicitur.* * ponere quæstionem *dicitur qui jubet de re aliqua dicere, cujusmodi quæstiones hinc διάκρισις appellantur.* ad Div. IX. 26. Tusc. I. 47. Or. I. 22. 33. II. 1. *&c.* * *apponere, subornare.* ad Div. VIII. 12. *ponere* alicui accusatorem. * *tamquam concessum & verum sumere.* Div. I. 52. hoc autem *posito* atque concesso. Cæcin. 11. est hæc res *posita*, quæ ab adversario non negatur. * Att. V. 3. *ponere* aliquem in gratiam apud aliquem. vid. *gratia.* * *ibid.* XI. 22. ut multos dies *in* oppidum *ponat. Manutius interpretatur: dies consumat in itinere ad oppidum.* * *ibid.* XII. 51. hoc metuere, alterum *in metu* non *ponere. h. e. non timendum putare.*

PONTIFICES *sunt communes sacerdotes omnium Deorum.* vid. Leg. II. 8. divisque aliis sacerdotes, omnibus *Pontifices*, singulis flamines sunto. *Inter Pontifices autem princeps fuit*, Pontifex Maximus. *reliqui distinguuntur in* majores *&* minores. Majores *Patricios*, minores, *quorum mentio* Har. R. 6. *plebejos statuit Gutherius. Jur. Pontif. I.* 17. 22. *Livius contra XXII.* 57. *scribas Pontificum suis temporibus Pontifices minores dictos ait, quem sequi debemus. Sed Gutherii, Panvinii & Ruperti errores de pontificibus minoribus refellit Norisius. ad Cenotaph. Pis. Diss. I. c.* 5. *ub totum Ciceronis* (Haruspic. R. 6.) *de Collegio Pontiff. locum difficilem planissime explicat. Dukerus autem ad Livium l. c. consentiens Norisio in eo, quod Pontifices minores putat non pertinuisse ad Collegium Pontificum, quod proprie dicitur, credit, olim unum tantum talem scribam fuisse, nixus loco eodem Livii, post auctum numerum. Vandalen autem plane repudiandus est, qui Dissert. ad Marm. ant. p.* 198. *Pontificem minorem putat Regem sacrorum fuisse: cum & ap. Ciceronem l. c. & Macrob. Saturn. I.* 15. *clare distinguantur.*

POPA. *caupo.* Mil. 24. *ubi v. Abram.*

POPVLARIS, *qui est ex eodem populo*, δημότης. Leg. I. 23. non *popularis* alicujus definiti loci, sed civis totius mundi. Att. X. 1. Solon, *popularis* tuus. * *a populo*

tributus, ortus. Dom. 18. honor *popularis.* Phil. XI. 7. imperium *populare* semper ventosum est. Leg. II. 4. lex *popularis.* * *populo usitatus, ad ejus captum accommodatus.* Off. II. 10. *popularibus* verbis utendum & usitatis. Orat. II. 38. *popularis* trutina. * *popularis porro est idem, qui civilis, bono sensu, dicitur.* Fin. V. 23. homo habet innatum quiddam civile & *populare*, quod Græci πολιτικὸν vocant. * *studiosus populi, ejusque gratiam captans, etiam cum detrimento reip. & contra honestatem, de quo est locus classicus* Sext. 45. *quem tirones legant.* Off. I. 25. alii *populares*, alii studiosi optimi cujusque *&c. Sed paullo honestius* Agr. II. 1. *popularem* Consulem *se futurum pollicetur. nempe vere, non* ficte & fallaciter popularem, *ut est* Dom. 29. **hinc* ratio *popularis*, ad Div. I. 2. Sext. 53. Domit. 33. Petit. Cons. 11. *de partibus popularium, quas aliquis amplexus est, s. studio gratiæ populi captandæ.* * *populo gratus, probabilis.* in Cæcil. 3. nomen censorium jam *populare* & plausibile factum est. Att. X. 4. quod putaret *popularem* esse clementiam. Agr. II. 4. quid est tam *populare*, quam pax? * *illustris, pervagatus, speciosus.* Agr. II. 1. *popularis* laus & lux. Acad. IV. 2. quorum ad illustres & *populares* laudes has etiam minus notas adjungimus. *ibid.* gloria *popularis.* Petit. Cons. 13. tota petitio, cura, ut pompæ plena sit, ut illustris, ut splendida, ut *popularis.* * *ad populum movendum, incitandum, aptus.* Verr. I. 58. quid tandem erat in illo puero *populare?* quid invidiosum? *ibid.* non illius ætas, sed causa: non vestitus, sed fortuna *popularis* videbatur. *ibid.* neque erant hæ lacrymæ *populares* magis, quam nostræ &c. * Orat. II. 38. *popularis* lapsus, & Tusc. V. 36. *popularis* offensio, *de iis, qui in re aliqua, oratione, actione populum offenderunt.* Or. 44. oratio *popularis: h. e. ad populum.* Q. Fr. I. 1. *popularis* accessus ac tribunal. * *Exquisitius ac durius illud est* Sext. 30. *popularis* sacerdos, *de Clodio, per ironiam, qui in sacrarium Bonæ Deæ irruperat, ubi pro populo Rom. sacra fiebant.*

POPVLARITER, *more populi, ut populus intelligere possit.* Leg. I. 6. *popolariter* loqui. Fin. V. 4. *popolariter* scribere. * *seditiose, invidiose.* Verrin. I. 58. me *popolariter* agere &c. Off. II. 21. in agendo multa *popolariter*, tum illud male. *v. popularis.*

POPVLVS. Verr. I. 42. ut quæstio ejus ad *populum* pertineat. Leg. III. 16. judicium *populi. hæc quomodo capienda sint, v. in Ind. Legg. Leg. Tabellaria Cassia.*

PORCVS. Leg. II. 22. *porco femina* piaculum pati. *v. Davis. ad h. l. & quos ibi laudat.*

PORRECTVS. Attic. V. 18. nequid *inter cæsa & porrecta* ut ajunt, oneris mihi addatur aut temporis. *Proprie est tempus interjectum inter victimæ mactationem, & extorum in aram impositionem, quo tempore fari licet.* Exta porrecta, *sunt* exta data Deo, *ut ait Ovid. Fast. I. 51.* Inter cæsa & porrecta *autem, per proverbium, nobis aliquid dicitur* accidere, *cum accidit dum aliis rebus intenti sumus, aut absumus, neque*

que nobis ab eo posſumus cavere.

PORRO. Fin. V. 26. ea nos mala dicimus, ſed exigua, *& porro* minima. *quidam interpretantur:* ſane, profecto. *Ego*, atque adeo.

PORTENTVM, *unde dicatur?* Nat. D. II. 3.

PORTICVS, *ambulatio columnis ſuſpenſa circa templa, & in ædibus privatis in atrio, impluvio item ante ædes, qua a pluviis, & ſolis ardore defenderentur.* Verr. III. 40. Sopatrum a *porticu* in qua ſedebat &c. cf. Q. Fr. III. 1. Dom. 44.

PORTITORES, *ſunt operæ publicanorum, qui portoria redemerant, quæ in portu ſedebant, merces excutiebant, & portorium exigebant. In quo cum iniquius & acerbius verſarentur, omnibus hominibus inviſi erant, ut etiam e libris ſacris conſtat. Nam qui ibi memorantur τελῶναι, ſunt portitores, operæ publicanorum, non publicani. v.* Agr. II. 23. *ubi Turnebus male* publicanos *interpretatur, qui ei error cum multis communis eſt, & ab Aſconio hauſtus.* Vatin. 5. ad Q. Fr. I. 1. 11. Off. I. 42. *vid. Caſaub. ad Theophraſt. c. 6. Burmann. de Vectigal. p.* 140.

PORTORIVM, *vectigal, quod in portu pro mercibus ſolvitur.* Font. 5. *portorium* vini. Verrin. II. 75. *portorii* viceſima: h. e. *viceſima mercium, quam portorii loco ſolvebant.* Inv. I. 30. *portorium* locare. cf. Att. II. 16. Piſ. 36. &c. *de portorio omnium optime egit Burmann. l. c. c. 5.*

PORTVOSVS. ad Div. VI. 20. navigatio *portuoſa: h. e. in qua multi portus patent.* Or. III. 19. mare *portuoſum, eſt portubus frequens.*

PORTVS. Cæcin. 34. *portus* ſupplicii, *vocatur exſilium, quod in exilium damnati eunt, ut ſupplicium fugiant.*

POSCERE. Verr. I. 26. *poſcere* majoribus poculis. Roſc. Amer. 5. quos populus *poſcit: int. ad ſupplicium: ductum e ludis gladiatoriis, in quibus populus interdum flagitare gladiatores notos ab editore ludorum ſolebat. v. Sueton. Aug. 44. hæc gladiatorum paria* poſtulaticia *dicuntur a Seneca ep. 7. & opponuntur* ordinariis. *Verbum* poſtulare *ſæpe ſic dicitur. vid. v. c. Suet. Calig. 30.*

POSSESSOR. Agr. I. 5. invidiæ aut peſtilentiæ *poſſeſſores:* h. e. *agrorum peſtilentium, & invidiam poſſeſſoribus afferentium.*

POST. Verrin. I. 7. *poſt* hunc ſtatum reipubl. *h. e. a quo tempore hic eſt ſtatus reip.*

POSTMERIDIANVS. Or. 47. *pomeridianas* quadrigas, quam *poſtmeridianas* libentius dixerim. *Apud veteres ſæpe fit mentio* matutinorum *&* meridianorum; *qui ſunt gladiatores dicti a tempore, quo edebantur. Illi dicuntur etiam* beſtiarii *ap. Sueton. Claud. 34. ad quem locum v. Torrent. & Lipſ. Saturn. II. 15. qui de utroque genere erudite agunt. Dabantur autem* meridiani, *ut, quemadmodum Seneca l. c. ait, oculi a crudeli ſpectaculo matutinorum reficerentur. Atque eandem ob cauſam poſt gladiatores, tempore pomeridiano, dabantur interdum Circenſes ludi, quorum ſunt quadrigæ. Itaque Auguſtin. Confeſſ. L. VIII. Circenſes diſerte appellat* ſpectaculum pomeridianum; *quem locum debeo Torren-*

tio, qui eum l. c. attulit. hinc Ciceronis quadrigas pomeridianas *intellige.*

POSTERIOR, *improbior.* Prov. Conſ. 4. ſic fortuna cum improbitate certavit, ut nemo poſſet, utrum *poſterior*, an infelicior eſſet, judicare. *Viri docti laudant ad h. l. Turneb. Adverſ. XX.* 9. Piſ. 27. nihil ſcitote eſſe luxurioſius, nihil libidinoſius, nihil *poſterius*, nihil nequius. *Sic* Roſc. A. 47. *poſtremi* homines.

POSTLIMINIVM, ἐπάνοδος, *reverſio, reditus.* Topic. 8. quæ a nobis alienata ſunt, cum ad hoſtem pervenerint, & ex ſuo tamquam limine exierint, cum redierint ad idem limen, *poſtliminio* dicuntur redire. *Sed totus ille locus, & ibi Boëthius legendus. cf.* Or. I. 40. Balb. 11. *poſtliminio* fieri poteſt civitatis mutatio. *ibid.* 12. civi Romano licet eſſe Gaditanum, ſive exſilio, ſive *poſtliminio* &c. *h. e. ſi redierit Gades, ubi ante civis fuerat, quam civis Romanus factus erat, & ejus civitatis jus recipit, civitate Rom. accepta amiſſum. ubi v. Græv. & Salm. ad 7. Att. c. 26. quem Græv. laudat. Intt. ad Caji J. I. 6. 2. Menag. Am. J. C.* 39.

POSTVLARE, *ſæpe dicitur ſenſu forenſi, in quo proprie eſt, in cauſis privatis, Prætorem rogare, ut liceat actionem alicui intendere: in cauſis publicis autem, ut liceat nomen deferre; unde per metonymiam antecedentis pro conſequente, pro accuſare dicitur. Exempla hæc ſunto, & quidem poſterioris generis: nam prioris nullum animadverti.* Q. Fr. III. 1. Gabinium tres factiones *poſtulant.* ad Div. VIII. 12. Appium eadem lege *poſtulavi. locus clariſſimus eſt in* Cæcil. 20. nuper cum in Gabinium - - Piſo *delationem nominis poſtularet. Sed in univerſum* poſtulare *de omni deſiderio apud prætorem expoſito dicitur.* Mil. 20. ſervos *poſtulare* in quæſtionem. *Sic eſt ſæpe in Verrinis. v. inpr. Sigon. de Judic. I.* 20. *II.* 9. * *Eſt etiam verbum mathematicorum.* Off. III. 7. ut Geometræ non omnia ſolent docere, ſed *poſtulare*, ut quædam ſibi concedantur - - ſic ego a te *poſtulo*, ut mihi concedas *&c.* * poſtulare *etiam dicuntur provinciales & ſocii, cum aliquid decerni, conſtitui ſua cauſa a ſenatu R. petunt.* Balb. 15. Gaditani a ſenatu de fœdere *poſtulaverunt. &c. v. poſtulatum.*

POSTVLATIO, *in ſacris eſt prodigium, quo dii poſtulant aliquid, iræ ſuæ avertendæ cauſa fieri, unde deinde pro ipſo ſacro piaculari dicitur.* Har. R. 10. *poſtulationes* eſſe Jovi, Saturno &c. *ibid.* 14. eodem oſtento Telluri *poſtulatio* deberi dicitur. *v. Græv. ad c.* 10. * *verbum forenſe eſt, cum ſignificat petitionem apud Prætorem, ut liceat nomen deferre alicujus.* ad Div. VIII. 6. inter *poſtulationem* & nominis delationem uxor a Dolabella diſceſſit. Ligar. 6. primus aditus & *poſtulatio* Tuberonis hæc fuit, velle ſe de Q. Ligarii ſcelere dicere. *v. poſtulare.*

POSTVLATVM, *eſt petitio beneficii, quam ſocii & provinciales ad Senatum deferunt.* Verr. II. 4. Siculi *poſtulata* Conſulibus, quæ non *poſtulata*, ſed crimina in

in istum viderentur esse, *ediderunt. cf. postulare.* * *conditiones pacis.* ad Div. XII. 4. legati ab Antonio ad nos intolerabilia *postulata* retulerunt. cf. Att. VII. 15.

POTATVS. Tusc. V. 5. ista me non movent (*argumenta*) non solum, quia pervulgata sunt, sed multo magis, quia, tamquam levia quædam vina nihil valent in aqua, sic Stoicorum ista magis gustata, quam *potata* delectant.

POTENS, *gratiosus.* Quint. 22. potentissimus Nævius. *sed vid. potentia.*

POTENTIA, *dicitur ut* opes, *de gratia, autoritate, multitudine amicorum & clientium, eloquentia, & omnibus rebus, quibus multum in republ. efficitur, in quam rem est locus* Quint. 1. quæ res duæ in civitate plurimum *possunt*, eloquentia & gratia &c. Mur. 11. erant in magna *potentia*, qui consulebantur. Cæcin. 25. *potentia* quiescit. Sull. 7. nullam a me *potentiam* Sullam exspectare. Quint. 2. & ad Div. XIII. 29. *junguntur* potentia & gratia. Mil. 5. potentiam *suam ipse ita interpretatur:* Senatum, non quod sentiret, sed quod ego vellem, decernere. Cœl. 9. contra *potentias* hominum. cf. Off. I. 21. Or. I. 41. Quint. 9. *Sed hæc potentia est civilis & honesta. hinc contra* ad Brut. 10. quandoquidem *potentia jam* in vi posita est & armis. ad Div. VI. 1. subire *potentiam* victoris.

POTESTAS, *in republica est magistratuum, judicum, & omnium, quibus aliqua pars reip. bello & pace, domi & foris administranda, commissa est, minus quam imperium.* Quint. 2. *est de judice.* Leg. III. 10. versari cum imperio & *potestate* in republ. Q. Fr. I. 1. 10. quoniam in istis urbibus cum summo imperio & *potestate* versaris. *Sed vid.* Imperium. * *jus in aliquem.* Agr. II. 31. in *potestate* sua esse, *de civitatibus liberis & sui juris.* * *facultas, copia alicujus rei.* Dom. 29. *potestas* certorum hominum est. &c. * Tusc. III. 5. ex potestate exire *quid sit? ubi v. Davies.* Tusc. IV. 36. exire de *potestate*, hoc est, de consilio, de mente, de ratione.

POTIRI. Tusc. I. 37. si gentem aliquam *urbem* nostram *potituram* putem. Rosc. Am. 25. Athenienšium respubl. dum ea *rerum potita est: h. e. & sui juris fuit, & in sua potestate alias Græcas civitates habuit.*

POTIVS, *cum comparativo.* Pis. 14. quævis fuga *potius optatior.*

POTVLENS. Nat. D. II. 56. qua esculentis & *potulentibus* iter pateret. *Ita dedere ex optimis Codd. MSS. Viri docti. Sed Davisius tamen* poculentis *legit, quem vide.*

PRAEBITOR. Off. II. 15. *est idem qui* Parochus; *ubi vid. ein Lieferante. Nisi quod* præbitor *etiam esse potest, qui sine redemtione, quacunque de causa alteri præbet necessaria, sive de jure, sive sua sponte: quamquam etiam* parochus *sic dici potest. Verbum* præbere *sæpe sic apud Latinos occurrit.*

PRAECENTIO, *est tibicinum, qui in ludis canebant tibiis, item, cum sacrificaretur.* Har. R. 10.

PRAECIDERE, *recusare, negare.* Att. X. 16. quod quia plane

præciderat. ibid. VIII. 4. plane, sine ulla exceptione *præcidit.* *Cato. 16. brevi *præcidam: h. e. paucis dicam, paucis rem expediam.*

PRAECIPERE. Att. VIII. 11. quodcunque tu consilium *præcepisses.* * *ante capere, prævertere cogitatione, factis &c.* Off. I. 23. *præcipere* cogitatione futura. cf. ad Div. IV. 16.

PRAECIPITANS, *præceps.* Rabir. Post. 1. *præcipitantes* impellere. Sull. I. 31. *præcipitans* respubl.

PRAECIPITATVS. ad Div. XI. 25. ætate *præcipitata: h. e. summa.*

PRAECIPVVM, προηγμένον. Fin. III. 16.

PRAECISE, *nulla exceptione addita, absolute.* Att. VIII. 4. *præcise* negare. * *omisso verbo aliquo, brevitatis causa.* Nat. D. II. 29. existimas ab his *providentiam* fingi, quasi quandam Deam--sed id *præcise* dicitur. *vid. locum.*

PRAECISIO. Or. III. 53. *est figura* ἀποσιώπησις.

PRAECONIVM, *vitæ genus, quod est præconum.* ad Div. VI. 18. qui *præconium* facerent. * *præconis proclamatio.* Rabir. Post. 17. o! meum miserum acerbumque *præconium.* ad Div. VII. 24. addictus Hipponacteo *præconio. Sed h. l. est metaphorice. v. addictus.* Att. XIII. 12. Ligariana præclare vendidisti (*laudando vendibilia fecisti.*) Posthac, quicquid scripsero, tibi *præconium* deferam: *h. e. te venditorem, laudatorem constituam.*

PRAECVLTVS, *præparatus.* Partit. 13. quidam perfecti habitus, ad virtutem quasi *præculti.*

PRAECVRSIO, *prægressio, præparatio.* Top. 15. *præcursionem* adhibent ad efficiendum.

PRAECVRSOR. Verr. V. 41. hunc *præcursorem* habebat & emissarium.

PRAEDIATOR, *interprete Salmas. mod. Usur. c. 16. est, qui prædia publico obligata & vendenda emit, adeoque, ut Gronovius de Centes. & unciis p. 516. interpretatur, pecuniam suam in prædiis habet,* Att. XII. 14. 17. *Atque hanc esse ejus verbi vim Gloss. Philoxeni & analogia docent. Gloss. prædiator,* ὠνητὴς ὑπαρχόντων. *Sed* Balb. 20. *hanc vim habere non potest:* Scævola cum de jure prædiatorio consuleretur, consultores suos nonnunquam ad Furium & Cascellium, *prædiatores* rejiciebat. *Itaque Manutius interpretabatur cum Budæo aliisque: peritus juris prædiatorii. Et profecto, si locus sanus est, aliam vim h. l. verbum habere non potest; inprimis cum Furius & Cascellius JCti fuerint. Sed Salmas. l. c. vocem* prædiatores *delendam censet. Quoniam autem omnes libri MSS. & editi eam servant, durum mihi hoc videtur. Ac potest fortasse ratio inveniri, qua possimus rem expedire. Mihi sic in mentem venit: Propria quidem verbi vis ea est, quam Salmasius tradit. Sed quoniam prædiatores, qui prædiis publico obligatis emendis quæstum faciebant, operam dabant, ut hanc partem juris, de prædiis publico obligatis, commodi sui causa, accurate cognoscerent, ut sunt apud nos mercatores majores juris cambialis, quod vocant, plerumque non ni-*

minus, quam JCti, periti: propterea fieri potuit, ut prædiator etiam diceretur, qui juris prædiatorii peritus esset. Itaque Furius & Cascellius JCti, non pares Scævolæ, sed, quia iidem prædiatores, propterea juris prædiatorii peritiores ipso Scævola. Judicent, qui me sunt doctiores & acutiores. Et vidi, Gesnerum, Vir. Ill. hanc rationem probare.

PRAEDIATORIVS. Balb. 20. cum Q. Mucius *de jure prædiatorio* consuleretur: *h. e. de eo, quod ad prædia publico obligata, & e lege prædiatoria vendenda pertinebat. Gloss.* prædiatorius, περὶ χωρίς. *Hujus juris quædam sunt ad Div. V.* 20. *vid. Salmas. mod. Usur. c.* 16. *Interpretes ad Sueton. Claud.* 9. *ubi Burmannus memorat, dissertationem de hoc jure scripsisse Grævium filium, quæ etiam hic, Lipsiæ, recusa est a.* 1741. *Sed præter Salmasiana nihil novi habet. Plura & meliora dat Bachius V. C. in Disp. ejusdem argumenti. Loca ad jus prædiatorium pertinentia sunt apud Ciceronem Verrin. I.* 54. *ad Div. V.* 20.

PRAEDICABILIS, *laudabilis.* Tusc. V. 17. *prædicabile* nihil est in vita misera.

PRAEDICATIO, *præconium.* Agr. II. 18. ipsi præconi *prædicationem* acerbam futuram. * *jactatio.* Act. I. Verr. 1. sua spe ac *prædicatione.*

PRAEDITVS, *in partem deteriorem.* in Cæcil. 2. *præditus* scelere. Tusc. V. 14. non ut parvo metu *præditus* sit, sed ut nullo.

PRAEDIVM. Verr. III. 86. habet in numis, in *urbanis prædiis.* Prædia urbana *sunt apud JCtos omnia ædificia, sive in urbe, sive in villa, ad urbanorum modum facta. Justinian. Instit. II.* 3. *& l.* 198. *de Verb. signif.* add. Burm. ad Suet. Claud. 38. *& Christium nostrum in Villatic. p.* 89.

PRAEESSE. Or. I. 55. clarissimi cives ei studio etiam hodie *præsunt: h. e. ei operam dant, & in eo excellunt.* ad Div. I. 7. temporibus atque laudi meæ *præfuisti:* h. e. *plurimum me juvisti, mihique favisti.* Or. I. 10. *Frequens est in epistolis,* rebus non modo interesse, sed etiam præesse: *quod nihil aliud est, quam consulendo, curando, providendo rem juvare. JCtus dicitur* præesse *controversiam intendenti, quem consilio juvat, cui formulas dat. &c.*

PRAEFECTVRA. *civitas, quæ neque suas leges, neque suos magistratus habet, sed aut a prætore R. aut a præfecto, quem prætor dedit, administratur.* Rabir. Perd. 8. omnis *præfectura,* regio vicinitas vestra. cf. N. D. II. 2. *v. de præfecturis Sigon. Ant. Jur. Ital. II.* 10. *s.* * *munus præfecti, in exercitu.* (*v. præfectus.*) Att. VI. 1. *præfecturas* sumere. *ibid.* dare & deferre *præfecturam. ib.* V. 21. petere *præfecturam.*

PRAEFECTVS. in Cæcil. 17. *præfectus* Antonii. Balb. 28. *præfectus* fabrum. Præfectorum *genera quatuor fuere. Nam fuere* præfecti alarum, *qui equestribus turmis præerant,* præfecti evocatorum, præfecti fabrum, *&* civitatum *denique, h. e.* qui a *magistratu provinciali in eas civitates mitterentur, in quibus ipse assidue esse non posset, ut jus dicerent.*

rent. de singulis vid. accurate disputantem Manut. ad Cic. Ep. ad Div. II. 17. *Sed hi præfecti omnes militares, aut in provinciis fuere: quibus adde eum, qui a Prætore Rom. in Italia in præfecturam mittitur. v. præfectura.* * præfectus morum, ad Div. IX. 15. *est censor: qui & moribus civium præesse dicitur.* Cluent. 45.

PRAEFRACTVS, *de oratore, est durus, asper, minus suavis & lævis.* Or. 13.

PRAEFVLCIRE. Att. V. 13. *præfulci* atque præmuni.

PRAEGNAS, *antique pro prægnans.* Att. I. 10. *v. Intt.*

PRAEJVDICARE. Leg. III. 20. de iis censores *præjudicent. v. præjudicium. unde* Cluent. 2. ne quid huc *præjudicati* afferatis.

PRAEJVDICIVM. in Cæcil. 4. non *præjudicium*, sed plane *judicium* jam factum putatur.

PRAEMOLESTIA. Tusc. IV. 30. metum *præmolestiam* appellabant.

PRAEMVNITIO. Or. II. 75. in homines caros, judicibusque jucundos, sine ulla *præmunitione* orationis invehi. *Nempe* præmunitio *est, cum antea quædam dicimus, quibus efficitur, ut reliquam orationem minus ægre ferant judices. Exempla hujusmodi præmunitionum sunt in Or. pr. Murena, Flacco, Ligario, Marcello.*

PRAEMVNIRE. Leg. I. 12. quæ *præmuniuntur* omnia reliquo sermoni disputationique nostræ, quo facilius jus in natura positum esse, intelligi possit: *h. e. quibus via & aditus munitur atque paratur &c.*

PRAENOTIO, *notio insita.* N. D. I. 17. *v. notio.*

PRAEPES avis. Div. I. 47. *quæ volatu auspicium facit.*

PRAEPOSITVM, προηγμένον. Fin. III. 16. Acad. I. 10.

PRAEPOSITIO. *de eadem re. ibid.*

PRAEPOSTERVS. Or. III. 13. *præposteræ* tempora, *sc. verborum, cum imperfectum, & plusquamperfectum, aut alia, permutantur.*

PRAEPOTENS. Or. I. 43. sive quem ista *præpotens* & glorioſa philoſophia delectat.

PRAERIPERE, *ante capere, antevertere.* Att. X. 1. non *præripiam*, sed expectabo consilium.

PRAEROGATIVVS. Planc. 20. *prærogativa* centuria. Sen. p. R. 7. *prærogativæ* custos. Div. II. 35. referre *prærogativam, dicitur rogator centuriæ, cum suffragia consuli renunciat.* Q. Fr. II. 25. in *prærogativa* prænunciare. &c. *Sic dicitur centuria, vel tribus, quæ per sortem accepit jus primum ferendi suffragii. Et quia a ceteris centuriis, vel tribubus, semper fere creabatur, quem prærogativa crearat, (vid. Muren. 18. Planc. 20.) & quia hoc quoque spectabatur, ut prærogativa nomen haberet boni ominis, (unde* Div. II. 40. *prærogativa*, omen comitiorum *dicitur*;) *propterea accidit, ut prærogativa pro bono omine, & significatione aliqua diceretur.* ad Div. XV. 5. supplicatio est *prærogativa* triumphi. Act. I. Verrin. 9. dedit *prærogativam* suæ voluntatis ejusmodi, ut eam pro *prærogativis* reddidisse videatur. *ubi v. Ascon. Sed inprimis de hac re omni legendus Gronov. Obs.*

Obſ. IV. 1. * Muren. 18. *prærogativum* omen.

PRAEROGATVS. Planc. 20. cujus in honore non unius tribus pars, ſed comitia tota comitiis fuerint *prærogata. Cod. Pithœi & Erf. habent* prærogativa, *quod recepit Grævius, qui &*, comitiis, *delendum cenſet.* Prærogata *non eſt abſurdum, idemque ſignificat, quod* prærogativa. Prærogare ſententias *ex Sueton. Aug.* 35. *laudatur in Lexic. Fabri. Sed ibi legendum eſt e melioribus libris, & ſententia poſtulante*, perrogare. *v. Græv. & Burmann. ad l.c. Eſt tamen* prærogare *verbum bonæ notæ, a quo etiam* prærogativus *ductum eſt.*

PRAESAGITIO, *facultas præſagiendi.* Div. I. 31.

PRAESCRIPTIO. Agr. II. 9. *præſcriptio* legis, *ſunt nomina auctorum, latorum, quæ legi præſcribuntur.* ad Div. V. 2. SCtum ea *præſcriptione* eſt *&c. quod capiendum vel de nominibus eorum, qui ſcribendo aſſuiſſent, quorumque nomina præpoſita eſſent v. Manut. ad h. l. vel potius de verbis iis, quibus retulerat Cicero ad Senatum de Metello, in quibus ſcilicet eſt cauſa decreti Senatus, quæque honorifica erant.* Præſcriptio *pro cauſa prætextu eſt ap. Cæſ. B. C. III.* 32. * *in Lexic. Fabri laudatur ex Or.* pr. Roſc. C. 2. præſcriptio *pro pactione. Sed ibi bonæ editiones recte habent* perſcriptio. *quæ lectio vera eſt. jungitur enim tabulis ſ. libris. v.* perſcriptio. *Sæpe autem hæc duo verba confunduntur, ut Or. I.* 58. *ubi v. Pearcius.*

PRAESENS, *certus, magnus.* ad Div. I. 9. fructus *præſentiores* tuliſſes. ad Div. XV. 4. *præſentes* inſidiæ. * in rem præſentem venire. Or. I. 58. Cæcin. 7. *eſt proprie, in eum locum, de quo controverſia eſt: deinde, coram adeſſe ipſum. v. Græv. ad Offic. I.* 10. *cf. Gellium XX.* 10. * *conſpicuus, manifeſtus.* Catil. III. 9. illud porro nonne ita *præſens eſt, ut nutu Jovis factum eſſe videatur.*

PRAES, *qui aut ſuo aut alterius nomine prædiis populo cavet.* ad Div. II. 17. *prædes* pecuniæ publicæ. cf. *ibid.* V. 20. Rabir. Poſt. 4. Phil. II. 29. * *dicti tamen etiam in litibus privatis ſidejuſſores, qui prædiis cavebant.* Verr. I. 45. *pro præde* litis vindiciarum cum ſatis accepiſſet. Pro præde *eſt præde, vel prædibus. Sic* Verr. II. 51. pro ſuffragio, *eſt ſuffragio, vel ſuffragiis. v. Gron. Obſ. IV.* 1. Verr. I. 54. conſuetudo in bonis *prædibus* prædiisque vendendis: *ubi vid. Græv. Formula*, prædibus ac prædiis cavere populo, *eſt etiam ap. Liv. XXII.* 60. *De prædibus v. inpr. Salmaſ. mod. Uſur. c.* 16.

PRAESENSIO, *notio inſita.* πρόληψις. Nat. D. II. * *divinatio.* Div. I. 1.

PRAESENTIA, *Forma* in præſentia, *eſt ſæpe apud Ciceronem, v. c.* Dom. 11. *Male reprehendit Stephanus in Pſeudo-Ciceronе p.* 95.

PRAESENTIRE, *de notionibus inſitis.* N. D. II. 17. cum, talem eſſe Deum, certa notione animi *præſentiamus.*

PRAESIDERE *dicuntur magiſtratus, cum in ſolemni & publico loco ſella curuli ſedent.* Vatin.

tin. 7. *præsidentibus* in templo duobus, non consulibus sed *&c. Gruteriana habet*, sedentibus, *quam secuta est Græviana: sed aliæ habent:* præsidentibus, *quod est etiam in Cod. Erfurt. quam lectionem probo. Est enim hoc verbum solenne in hac re, quo sæpe usus est Suetonius. v. c. Aug.* 26. 35. *De judicibus, in subselliis suis sedentibus, idem verbum est* Mil. 37.

PRAESIDIA: *milites aliquo loco defendendi causa positi, ut in castris, oppidis, pontibus, portis, saltubus. Formula*, in præsidiis alicujus esse, *ut* Ligar. 9. 10. ad Div. XIII. 19. *est, esse apud exercitum alicujus, in castris &c.* Gr. συμπολεμεῖν. *add. Duker. ad Livium, cui frequens est hæc forma dicendi, XXXVIII.* 11.

PRAESTANTIA. *cum genitivo.* Off. I. 28. cum magna excellentia & *præstantia* animantium reliquarum: h. e. *ut longe præstet cetera animalia.*

PRAESTARE. Planc. 1. sin omnia *præstitero:* h. e. *inesse demonstravero.* * aliquem præstare *dicuntur, qui spondent pro eo, qualis sit, aut futurus sit, aut, ut talis sit, qualis debet, aut qualem alii volunt, efficit.* Q. Fr. I. 1. 3. esse circumspiciendum diligenter, ut in hac custodia provinciæ non *te unum*, sed omnes *ministros* imperii tui *sociis præstare* videare. Att. VI. 2. nec satis est, *se* quemque *præstare. ibid. quem* ego *præstare* non poteram. Q. Fr. III. 8. Messalam Cæsari *præstabo: h. e. certo scio, eum, ut Cæsar optat, Consulem fore.* Leg. I. 4. jus civile eatenus exercuerunt, quoad *populum præstare* voluerunt. *int. tutum, a periculo in causis forensibus, consilium, formulas actionum dando, cavendo &c. sed mihi locus suspectus est. Interpretationem Davisii non admittunt verba, & loca allata sunt ab hoc aliena, nec contextus patitur. Idem de Turnebiana censendum. An scripsit:* quoad populo probare potuerunt: *vid. init. capitis s. q.* populo probari voluerunt? * *Similiter* res *dicuntur* præstari, *cum aliquis cavet, eas non eventuras, aut ita, ut volumus, vel earum periculum & culpam suscipit.* ad Div. I. 4. a vi *præstare* nihil possum. *ib.* VII. 17. ultima tibi jucunda & honesta *præstabo.* Or. I. 24. culpam *præstare.* Mur. 1. periculum judicii *præstare.*

PRAESTITVERE, *præscribere.* Cæcin. 3. prætor non *præstituit* petitori, qua actione uti velit. * Att. XIII. 47. diem *præstituere: einen Termin setzen.*

PRAESTRINGERE, *hebetare.* Vatin. 10. *præstringit* oculos splendor ejus. in Cæcil. 14. *præstringere* aciem ingenii. *Interdum permutatur cum* perstringere. *v. in h. v. item cum* præstinguere, *quod Lambinus semper illi verbo substituendum censet. v. Drakenb. ad Silium I.* 358.

PRAESVL, *præsultor.* Divin. I. 26. II. 66. *v. Vorst. ad Val. I.* 7.

PRAESVMTIO, πρόληψις, *notio insita.* Div. II. 53.

PRAETENDERE, *prætexere.* Vatin. 6. hominis doctissimi nomen tuis immanibus moribus *prætendere.*

PRAETER, *nisi.* Manil. 23. non locupletari *prætor* paucos. *v. Græv.*

PRAE-

PRAETERIRI, *repulsam in petitione honorum ferre.* Vatin. 16. quos omnes scimus ædilitate *præteritos* consules factos esse. Planc. 3. populus solet nonnunquam dignos *præterire.*

PRAETEXTA, *toga alba, cum limbo purpureo, a quo nomen duxit; qua utebantur magistratus, sacerdotes, magistri ludorum, magistri vicorum, & pueri puellæque ingenuæ.* Sen. p. R. 5. consul cum toga *prætexta. cf.* Q. Fr. II. 11. Verr. I. 58. *&c. præter scriptores de re Vestiaria, v. Manut. ad Cic. Ep. ad Div. II.* 16. * *fabula Romani argumenti, in qua prætextati, h. e. magistratus, inducebantur.* ad Div. X. 32. *prætextam* posuit: *h. e. agendam curavit. ibid. prætextam* si voles legere. *vid. Manut. ad h. l.*

PRAETEXTATVS *dicitur, quicunque prætexta utitur: unde* Verr. III. 9. Muren. 5. *prætextati* filii. Phil. II. 18. te *prætextatum* decoxisse. Domit. 37. *prætextati* inimici, *de Coss.* cf. Phil. II. 43. *& ibi Græv.* Attic. VI. 1. magnus *prætextatus* illo die fui. *Sermo est de eo die, quo Consulatum deposuit.* Prætextatus *ergo, ut Dom.* 37. *est Consul, magistratus.*

PRAETOR, *olim nomen Consulis, quia exercitus idem ducebat.* Leg. III. 3: *e XII. tabb.* regio imperio duo sunto, iique præeundo, judicando, consulendo, *Prætores*, judices, Consules appellantur. *Est enim prætor proprie* dux. *vid. Perizon. Diss. de Prætorio p.* 8. * *postea a Consulatu separata est jurisdictio, & nomen prætoris datum ei, qui eam acceperat; isque dictus* prætor urbanus, *qui jus dicebat inter cives, cujus sæpe mentio ap. Ciceronem. v. Lips. Excurs. D. ad Tacit. Ann. I. Additus post alter, qui jus diceret inter cives & peregrinos, &* prætor peregrinus *dictus est: de quo est erudita Diss. Cl. Conradi in Parergis. Post alii rei militaris caussa creati. Bello quidem Punico secundo quatuor prætores creati fuere, ut e Livio patet. Bello Macedonico primo, Coss. C. Cornelio Cethego & Q. Minucio Rufo, primum sex creati, crescentibus jam provinciis, & latius patescente imperio. v. Liv. XXXII.* 27. *Multis annis post e lege Bæbia iterum quatuor alternis annis creati, ib. XL.* 44. *ubi v. Duker. Sed ea lex statim obsolevit, & pristinum institutum mansit. Cum a. V. DCIV. quæstiones perpetuæ constitui cœpissent, iidem prætores quæstionibus præfecti sunt; & hinc quæsitores dicti. v. Quæsitor. Itaque eorum numerus cum numero quæstionum auctus est. Sulla sex fecit, Julius Cæsar octo, alios addidit Augustus. &c. vid. Manut. ad Q. Fr. II.* 1. *horum quoque crebra mentio ap. Cic. v. inpr. Pigh. Annal. ad a. V.* 387. *quo primus prætor creatus. sed prætores etiam dicti, non solum, qui post præturam in urbe missi sunt in provinciam, &* * *Proprætores quoque appellati, qualis Verres prætor Siciliæ; sed etiam, qui post Consulatum, & qui proprie Pro Consules dicti. Sic* ad Div. II. 17. *Bibulus Proconsul Syriæ appellatur* prætor, *ad quem locum v. Manut. Itaque non erat, quare* Pighius ad a. 544. Verr. III. 54. *pro* Prætoribus *legi vellet:* Procoss. & prætori-

toribus, *quod Levinius e Consulatu in Siciliam venerat. cf. Perizon. l. c. p. 23. f.* * Prætor primus Pis. 1. *est, qui primus creatus est: quod est honorificum, ut signum benevolentiæ populi: nec tamen statim urbanus, ut quibusdam placuit. Nam & urbanam prætoram sorte datam, auctor est Livius XXX.* 1. *& Cicero Verr. I.* 40. *add. Duker. ad Liv. XXIX.* 22. * de Div. I. 54. Laches *prætor. Lambino videtur* Archon *fuisse. Potuit etiam στρατηγὸς intelligi: quod mavult idem ad Liv. XXXI.* 24.

PRAETORIVM. *tabernaculum prætoris in castris.* Div. I. 33. cum Sulla in agro Nolano ante *prætorium* immolaret. * *ædes in provinciis, in quibus magistratus provincialis habitabat.* Verr. IV. 28. ut id in *prætorium* inferrent. *alio loco autem docet Cicero* prætorium *fuisse regiam Syracusis: sed de hoc verbo eruditissime scripsit Perizon. Diss. de prætorio & ejus apologiis contra Ulr. Huberum edita Franeck.* 1690. Verr. V. 72. *mentio fit* prætorii, *in cujus celeberrimo loco Castoris templum sit, unde Hotomannus colligebat, locum in foro fuisse, quod prætorium diceretur. sed illud templum in fori parte celeberrima fuit. v.* Verr. I. 49. 50. *Itaque vocabulum plane est ab hoc loco alienum. Lambin. legebat:* urbis, *Perizon.* prætoribus, *Græv. optime* populi R. *aut* fori.

PRAETORIVS. Quir. p. R. 7. Prætorii, *qui Prætores fuere.* * Verr. I. 52. *prætoria* turba, *qualis sc. consuere ad prætorem urbanum solet.* Cohors *prætoria. v. cohors.* Jus *prætorium. v. Jus. n.* 7.

PRAEVARICATIO & PRAEVARICATOR. *quid sit?* Partit. 36. Divin. II. 43. quod Diogenes Chaldæis, quasi quadam *prævaricatione*, concedit.

PRAEVERTERE, *vincere.* Sull. 16. nemo me unquam levissima suspicione perstrinxit, quem non *præverterim.*

PRAGMATICVS, *juris peritus, oratorum minister.* Or. I. 59. *v. Ind. Gr.* * *politicus, prudens.* Att. II. 20. homines *pragmatici*, cavere jubent, & vetant credere. *ibid.* XIV. 3. si quid *pragmaticum* habes, scribe.

PRECE. Inv. I. 16. *prece* humili. Att. XI. 15. cum magna *prece* ad aliquem scribere.

PREMERE *contemnere.* Tusc. IV. 28. humana omnia *premens.* * *urgere aliquem interrogando, objiciendo.* Verr. I. 53. ut cum a me *premeretur*, omnia potius responderet *&c.* Div. II. 20. quod intelligeres fore, ut a me *premerere*, cum ex te causas exquirerem &c. * *immorari alicui rei, urgere aliquid.* Tusc. I. 36. *premere* argumentum. * *nocere.* Or. II. 75. *premere* causam. * *assiduum alicubi esse.* Planc. 27. *premere* forum. * *vexare.* Tusc. I. 7. quoniam me verbo *premis.*

PRENDERE, *rogare.* ad Div. VIII. 11. renunciatum nobis erat, eum diutius dicturum. *prendimus* eum: non fecit.

PRENSARE, *de petentibus magistratum.* Or. I. 24. Att. I. 1.

PRESSE, *de voce significat leniter, suaviter, non vaste.* Off. I. 37. *presse* loqui & leniter. cf. Or. III. 12.

12. Orat. 55. * *de sermone autem, significat subtiliter, accurate.* Tuscul. IV. 7. eas definiunt *pressius.* Fin. IV. 10. agamus *pressius.* Or. 8. *pressius* disputat. cf. Brut. 9. 55. Acad. IV. 34. Or. 33.

PRESSVS, *de voce est* 1. *obscurus.* Sen. p. R. 6. *pressa* vox & temulenta. *Menkenius in Obs. L. L. malebat*, difficilis, titubans. 2. *bene expressus.* Nat. D. II. 59. lingua sonos vocis distinctos & *pressos* efficit. * *de oratione autem,* 1. *brevis, & opponitur luxurianti.* Or. II. 23. oratio *pressior.* 2. *tenuis, subtilis, acutus.* Or. II. 13. *pressus* verbis. Brut. 55. cavenda est *presso* oratori inopia & jejunitas: amplo *&c.*

PRESSVS, *us.* Or. III. 11. lenitas vocis atque ipse oris *pressus* ac sonus. *est oris conformatio in pronunciando, quæ vel est vasta, vel rotunda, unde os rotundum Horatii.*

PRIMARIVS vir, *est honestus, in suo quisque ordine ac genere excellens, unde etiam Roscius Comœdus sic dicitur* pr. Rosc. C. 6. cf. Verr. II. 33. Fin. II. 35.

PRIMVS. Verr. I. 26. vir *primus. ibid.* III. 71. *primi* homines & honestissimi. *v. primarius.* * *prima* naturæ. Fin. II. 11. III. 6. *v. principium.*

PRIMIPILVS, *pilanorum ordo primus.* Balb. 15. *primipili* centurio. cf. Att. V. 20.

PRINCEPS, *auctor.* Tusc. I. 22. ejus inventor & *princeps.* Arch. 1. hunc mihi *principem* & ad suscipiendam, & ad ingrediendam horum studiorum rationem extitisse. * principes civitatis *sunt* principes optimatium. v. Sext. 45. 48. 49. 66. Sen. p. Red. 3. *Sed* optimates κατ' ἐξοχὴν principes *dicuntur.* Or. I. 7. *principum* causa. *Dicuntur tamen sic etiam primores potentissimi, cum popularium, tum optimatium.* ad Div. I. 9. *principes* in republ. * Princeps Senatus, Fr. Or. pr. Scauro, *proprie est is, quem Censor Senatum recensens primum legit. Sed sic etiam dicuntur Consulares, præsertim potentiores, nec statim, ubi Princeps Senatus occurrit, intelligendus is, qui proprie dicitur. v. Wesselingius Obs. I. 8. ubi in eo graviter erratum a Panvinio docet.* Princeps juventutis. Vatin. 10. ad Div. III. 11. *cujus nomen primum recitavit censor, ordinem equestrem recensens. Sed* pro Planc. 17. *& alibi* Principes ordinis equestris *sunt equites locupletissimi, gratiosissimi &c.* * Flacc. 22. ut *princeps principum* esset Mæandrius. * *genus militum, qui olim gladiis pugnabant, medii inter hastatos & pilanos, & ordo ejus generis.* ad Brut. 8. Cretensi bello octavum *principem* duxit: *h. e. octavum principum ordinem.*

PRINCIPALIS causa. Fat. 18. *est efficiens.*

PRINCIPATVS. Cato. 18. sententiæ *principatus:* h. e. *primo loco dicta, aut ejus dicendæ primo loco jus.* * τὸ ἡγεμονικὸν *quod Græci vocant.* Nat. D. II. 11. omnem naturam necesse est habere in se aliquem *principatum &c.*

PRINCIPIVM. Fin. II. 11. III. 5. *principia* naturalia, *sunt primi naturæ impetus, appetitus, aversationes &c.* Off. III. 12. ea *principia naturæ* habes, quibus parere -- debes, ut utilitas tua communis

utilitas sit. *Acad. IV. 36. *principia* rerum, *sunt elementa* &c.

PRISCE. Cœl. 14. utrum me secum severe & graviter & *prisce* agere malit, an remisse ac leniter & urbane.

PRIVATIM, *per se, suo nomine.* Quint. 4. nec societas tibi debet, nec *privatim* Quintius debuit. *Inv. I. 4. eloquentia publice & *privatim* abutuntur: *h. e. in causis publicis, in rep. & in causis privatis.* Verr. II. 4. multi a me publice *privatimque* defenduntur.

PRIVATVS, *uni proprius.* Quint. 4. *privatæ* res, *opponuntur communibus.* Fin. III. 1. verbis in docendo quasi *privatis* utuntur & suis. * *de singulis.* Dom. 17. leges *privatis* hominibus irrogare. *ubi tamen Scaliger vult:* privis. * privati *opponuntur regibus, & sic magistratus quoque complectuntur.* Div. I. 40. *item magistratibus.* Catil. III. 6. in *privato* P. Lentulo. Catil. I. 2. P. Scipio Pontifex max. privatus *vocatur. ubi v. Muretus. Apud Livium tamen V.* 52. sacerdotes flaminesque *opponuntur* privatis. *Muretus autem male etiam magistratus provinciales privatis annumerat, deceptus loco* Phil. XI. 8. *v. Arnzenius ad Plin. Pan. 7. Nec qui cum imperio est, privatus est, ut etiam Sigonio visum. Liv. XXXVIII. 5. triumphantem opponit privato, quia in triumpho cum imperio est.* * judicia privata Rosc. C. 6. *quæ sunt causarum privatarum. v. causa.*

PRIVILEGIVM. Dom. 17. vetant leges sacratæ, vetant XII. tabulæ leges privis hominibus irrogari: id est enim *privilegium.* cf. Brut. 21. Sen. p. R. 11. Sext. 30. Leg. III. 4. 19. *&c.*

PRO, *exquisite & antique dicitur in hac forma.* Verr. I. 45. *pro præde* litis vindiciarum. *vid. præs.*

PROAGORVS, *nomen summi magistratus in quibusdam Siciliæ civitatibus.* Verr. IV. 23. *ubi v. Intt.*

PROAVVS, *pro abavo est* ad Div. III. 11. *ubi v. Manutius. add. Sigon. ad Liv. IV.* 48.

PROBABILIS, *qui placet, probatur.* Or. I. 28. discipulus *probabilis.* cf. II. 36.

PROBARE, *cum dativo personæ, efficere quocunque modo, ut aliquid alicui rectum, verum, justum &c. videatur.* Tusc. II. 10. mihi non *probant* mediocritates suas. Balb. 20. possumusne tibi *probare* auctorem exempli Marium. Sull. 1. Quint. 30. *probare* causam alicui. Mil. 24. quod acu punctum videtur, *probari* pro ictu gladiatoris. Verr. V. 30. quem pro illo *probare* velles. *cf.* in Cæcil. 6. Cæcin. 21. Verr. III. 91. *&c.* * *examinare, perspicere.* Agr. II. 34. *probare* hostias. *v. probatio.*

PROBATIO, *examen, inspectio, exploratio. die Besichtigung.* Font. 4. falsum est -- & ob *probationem* (operum,) quod multa improbata sunt. Verr. I. 54. *probatio* futura est tua. *qui locus est classicus.* Off. I. 40. athletarum *probatio. v. Drakenb. ad Liv. IV.* 22.

PROBITAS, de modestia, Or. I. 26. *probitatis* commendatio. *de qua vi verbi v. Pearcius ad Offic. II.* 20.

PROCEDERE, *oriri.* Div. I. 39. post.

posteaquam philosophia *processit*, nemo philosophus aliter sensit.

PROCERIVS. *adverb. longius.* Or. III. 59. *procerius* projectum brachium, quasi quoddam telum orationis. *Sic* proceræ palmæ *ap. Catullum.*

PROCESSVS, *profectus.* Brut. 78. tantos *processus* faciebat, ut evolare, non excurrere videretur. * *gradus.* Brut. 65. *processus* dicendi. *v. gradus.*

PROCINCTVS. Orat. I. 58. Nat. D. II. 3. testamenta in *procinctu. Sunt militaria, quæ fiunt ante, quam ad prœlium itur, tum enim miles est in procinctu.*

PROCLAMATOR, *rabula.* Orat. I. 46.

PROCLINATVS, *inclinatus.* Att. X. 8. *proclinata* jam re.

PROCLIVITAS, *quid sit?* Tuscul. IV. 12.

PROCONSVL, *hac forma, uno verbo, est aliquot locis apud Ciceronem: ut* Vatin. 5. *& alibi, quam scripturam late defendit Manut. ad Epist. ad Div. I. 1. adde nostra ad Tacitum. Atque etiam apud Livium sæpe in omnibus libris est, ut XXXVII. 46. XXXIX. 29. adde dicta Gesnero V. Cel. in Thesauro. Sæpius tamen Cicero habet alteram formam* Pro Consule, *in Verrinis & alibi.* * *Proprie autem* Pro Consul *est, qui non Consul, tamen cum imperio Consulari exercitum, aut provinciam cum exercitu obtinet. Sed tamen interdum etiam de eo dicitur, qui tantum prætoris imperium habet, ac* Proprætor *dici debebat: ut* Verr. III. 91. *ubi v. Manut. cf. in Prætor. add. Dukerum ad Livium ll. cc.*

PROCVRATOR, *qui res alterius absentis curat, causam agit, defendit.* ad Div. I. 3. Quint. 7. Cæcin. 20.

PRODERE, *relinquere, tradere.* Verr. V. 14. imaginis *prodendæ* jus. Leg. II. 19. ut deinceps familiis *prodantur.* Offic. III. 21. regnum a Tantalo & Pelope *proditum* jure obtinebant. * *creare, proprie de flamine & interrege.* Mil. 10. flaminem *prodere.* conf. Dom. 14. * *deserere.* Flacc. 41. ego te *prodidero. v. Gron. Obs. III. 20. Græv. ad h. l.*

PRODICTVS. Dom. 17. *prodicta* die: i. e. *dicta, definita. v. Ryck. ad Tacit. A. II. 79. Drakenborch. ad Liv. II. 61.*

PRODROMI. Attic. XVI. 6. *aquilones spirantes paullo ante æstatem. Popma ad h. l.*

PRODVCERE, *ornare honoribus.* Dom. 9. quem tu non pro illius dignitate *produxeras? vid. Græv. ad h. l. & ad Div. XII.* 13. *& Læl.* 20. * *in concione alicui potestatem dare dicendi, sive quod velit, sive testimonium.* Dom. 15. Sext. 14. Brut. 60. *item, jubere aliquem in concione respondere ad crimina,* Agr. II. 36. nemo ad pop. R. vos adducere, nemo *producere* possit. *ubi v. Laured. & Turneb.* ad Div. XII. 3. *productus* in concionem a Canutio, turpissime discessit. * producuntur *etiam, qui in spectaculis exhibentur.* Att. IV. 15. is erat ante manumissus, quam *productus* - palmam tulit. * *differre.* Q. Fr. II. 3. *producta* dies est in IV. Id. Febr. * *extrahere aliquem: einen aufhalten.* Quint. 8. conditionibus hunc *producit.* * Q. Fr. II. 14. Cicerone

nostro minore *producendo. hoc non intelligo.*

PRODVCTVM, προηγμένον. Fin. III. 16. *v. argumentum L. III. de Finibus.*

PROFECTIO. Cluent. 30. *profectio* pecuniæ: *h. e. a quo data sit.*

PROFERRE, *differre.* Attic. XIII. 14. laxius *proferre* diem. *ibid.* 12. *proferre* auctionem. cf. Cæcin. 4. Planc. 20. * *invenire, excogitatum publicare.* Acad. IV. 1. ars, quæ tum primum *proferebatur.* Nat. D. III. 10. judicium *protulit. add. Bronkh. ad Tib. I.* 11. 1. * *perferre.* Fin. III. 22. usque ad rogum *protulisset.*

PROFESSIO. Att. XIII. 33. relata *professio:* i. e. *bonorum in censum delatio.* cf. Arch. 4.

PROFICISCI, *initium facere.* Leg. I. 5. placuit *proficisci* a lege. Fin. II. 14. *profectus* a caritate. cf. III. 22. * *oriri.* Div. I. 3. qui a Zenone *profecti* sunt: *h. e. sectatores.*

PROFITERI, *edere, dicere.* Verr. III. 56. tantum decumanum *professum esse* sibi deberi. Arch. 4. *professus* est apud Prætorem: *int. nomen.*

PROFLIGARE, *magnam rei partem conficere.* Tusc. V. 6. *profligata* jam quæstio est, & pæne ad exitum adducta. Prov. Cons. 14. oporteret ab eodem illa omnia, a quo *profligata* sunt, confici velle. cf. ad Div. XII. 30. conf. *ibid.* 14. VIII. 9. *Duker. ad Flor. p.* 414. * *perdere.* Rosc. A. 13. omnia in homine ad perniciem *profligata* & perdita. * *vexare, perdere.* Or. III. 1. cum suis consiliis remp. *profligasset.*

PROFLVENS, *copiosus.* Orat. II. 38. *profluens* genus orationis cf. III. 7. *Sic* profluenter *est* Tusc. V. 18. *pro copiose.*

PROFVNDERE. Orat. II. 21. *in vitibus de sarmentis luxuriantibus. hinc de oratore, qui vires suas omnes simul ostendit.* ib. 78. *profundere* se universum. *Simile illud* Att. VII. 3. si totum se ille in me *profudisset:* h. e. *largissime me liberalitate sua & amore complexus esset.*

PROGRESSVS. Nat. D. I. 6. tantos *progressus habebat* in Stoicis.

PROJECTVS. Verr. IV. 10. urbs *projecta* in altum: *in longi isthmi, s. linguæ in mare porrectæ, extremo sita. Hinc* * Clu. 65. *projecta* atque eminens audacia. * *desertus.* Att. III. 19. a consiliariis meis proditus ac *projectus.* conf. IV. 5.

PROJICERE. Att. IX. 6. ne me *projiciam:* h. e. *periculum subeam.* * Cœl. 9. si qui testes se in judicium *projecerint:* h. e. *ultro se obtulerint.*

PROLAESIO. Cœl. 17. *sed Græv. malebat:* prolapsio.

PROLATVS, *ampliatus, dilatus.* Brut. 22. res *prolata.* Mur. 13. *prolatis* rebus: h. e. *in justitio, vel propter ferias, vel aliis de causis. v. Manut.* cf. Att. XIV. 5. Q. Fr. III. 8. * *divulgatus.* Attic. X. 8. rumor de aliquo *prolatus.*

PROLATIO, *commemoratio.* Or. 34. *prolatio* exemplorum. * *dilatio.* Rab. Perd. 3. *prolatio* judicii. * *continuatio.* ad Div. V. 16. *prolatio* temporum perditorum. * Att. VII. 12. *prolatio* rerum, *est justitium.*

PRO-

PROLECTARE, *allicere.* Flacc. 8.

PROMOTVM, προηγμένον. Fin. III. 16. *v. argum. hujus libri.*

PROMVLGATIO, *est legis, cum publice proponitur ante comitia.* ad Div. I. 5. nefaria *promulgatio.* cf. Leg. III. 19.

PROMTVS, *conspicuus, non occultatus.* Planc. 14. vultu *promtum* habuit & lingua dolorem. Rosc. Am. 43. *promtum* & propositum est: h. e. *apertum, ut intelligi possit facile.*

PRONVNCIARE, *promittere.* Cluent. 29. quam pro reo *pronunciasset* pecuniam. *v. Græv.* cf. Planc. 18. * pronunciare *dicuntur magistratus edictis.* Verr. III. 20. * *Consules* pronunciant sententias, ad Div. I. 2. *cum a senatoribus quæ sententiæ dictæ sint, breviter dicunt, & deinde in eas discessionem fieri jubent.*

PRONVNCIATIO, *enunciatio.* Fat. 11. * *dicitur etiam de judicibus.* Cluent. 20.

PROPAGARE, *continuare.* Prov. Cons. 8. *propagatur* impunitas. cf. Cat. II. 5. Dom. 33. *Sic* propagatio *pro continuatione.* ad Div. V. 15. Tusc. I. 35. Dom. 33. *&* propagator provinciæ, Att. VIII. 3. *qui facit, ut aliquis diutius provinciam obtineat. Quomodo differat a* prorogare, *v. in h. v.*

PROPE. Verr. V. 36. nec quicquam *propius* factum est. *Servius ad Virg. Æn. VIII. 78. interpretatur* citius: *non satis accurate. Sensus est: perparum abfuit, quin fieret.*

PROPEMODVM. Off. II. 8. *extr.* utrisque est *propemodum* comparanda: i. e. *prope ad eundem modum, ut vidit Pearcius. Sed exemplum aliud desidero.*

PROPONERE, *de præmiis & pœnis.* Verr. V. 58. III. 79. ordo senatorius industriæ *propositus est.* * *publice legendum affigere.* Att. II. 21. locus, ubi edicta *proponuntur.* Quint. 15. *proponere* libellos. * *præficere.* Sext. 65. ut consilium senatus reipubl. *proponerent.* * *de scopo, summa rei.* Fin. V. 6. quod *propositum* sit arti. cf. Cœl. 3. * de *philosophis, cum ponunt de quo dicant.* Tusc. V. 4. sic *est propositum,* de quo disputaremus. *Sic est etiam* Fat. 2. *ubi male reprehenditur a Davisio.* * *item de majori syllogismi.* Inv. I. 39. quatuor partibus constat argumentatio: cum aut *proponimus,* aut assumimus *&c.* cf. Fat. 11. *extr. ubi male Davisius* positum *legi vult. Hinc in universum* Or. II. 53. *sumtiones,* propositæ. * Att. V. 10. nihil erat *propositum* ad scribendum: *h. e. nulla a te data occasio.*

PROPOSITVS. *v. proponere.* * *paratus.* Verr. V. 13. mulier *proposita* omnibus. * propositum *est* θέσις. Top. 21. *Sed* Fin. II. 22. *est* προηγμένον.

PROPOSITIO, *consilium.* Tusc. III. 18. *propositio* hujus vitæ. * *major syllogismi.* Inv. I. 34. 35. 36.

PROPRIE. Or. II. 14. *proprie* dicere de unoquoque: *h. e. uti cuique convenit.* Sext. 16. *proprie* suscipere causam: *h. e. tamquam nostra esset. Sic explica* Sext. 41. quis umquam tam *proprie* (*sic leg. non* promte *cum Græv.*) reip. causa. * Att. V. 2. cetera universe mandavi, illud *proprie.*

PROROGARE, *differre.* Verr.

I. 38. diem *prorogare. sic* prorogatio diei, Att. XIII. 43. *Sed est continuatio in longius tempus*, Mur. 23. *prorogatio* legis: *de qua proprie dicitur. Nam* prorogare *est proprie populi, per legem alicui magistratum, imperium, provinciam continuantis: semperque dicitur, ubi continuatio fit saltem decreto aliquo. Sed* propagare *continuationem quamcunque, & quacunque de causa notat. Sed inconstantia librariorum hoc discrimen non accurate servavit. Vid. Perizon. An. Hist. c. 6. Drakenb. ad Liv. XLII. 30. Græv. ad Cic. ad Att. V. 17. Oudendorp. V. C. ad Sueton. Aug. 23.*

PROSCRIBERE, *publice scriptum proponere, inprimis de rebus venalibus.* Quint. 4. auctionem *proscribere.* Verr. I. 54. *proscribere* diem. cf. Quint. 6. Att. XVI. 4. IV. 3. 2. XII. 49. *Sic*

PROSCRIPTIO. Catil. II. 10. vadimoniis, judiciis, *proscriptionibus* bonorum defatigati.

PROSPECTVS, *conspectus.* Verr. I. 47. in *prospectum* populi R. produxit.

PROVIDERE, *cavere.* Phil. II. 8. multa vita excedens *providit.* cf. Rabir. Post. I.

PROVOCATOR, *gladiator, qui componitur cum Samnite, ut videtur Lipsio Saturn. II. 11. quamquam non satis sibi liquere fatetur.* Sext. 64.

PROXIME. *cum acc.* Mil. 22. *proxime Deos* accessit. Att. I. 14. *proxime* Pompejum. *Sic etiam Livius dixit, XXX. 10. & alibi. v. Drakenb. ad II. 41. XXI. 1. Muret. Var. Lect. XIX. 17.*

PROXIMVS, *cum acc. ex* Att. I. 9. (*immo* 14.) *profert Heins. ad Ovid. A. A. I. 139. Sed ibi est adverbium.* * *advocatus, adjutor ac minister actoris in judicio.* Verr. II. 44. V. 63. *ubi v. Græv.* * Verr. IV. 8. religioni suæ - - *proximus* fuit: i. e. *servans religionis.*

PSEVDOTHYRON. Sen. p. R. 6. *pseudothyro* intromissæ voluptates: *de scortis masculis.*

PSYCHOMANTIVM, *locus, ubi manes evocantur.* Tusc. I. 48. venisse in *psychomantium.* conf. Div. I. 58.

PVBLICARE, *publicum facere.* Agr. II. 21. privata *publicare.* cf. Dom. 8.

PVBLICE, *reipubl. nomine, in causis publicis, ad senatum.* ad Div. XV. 1. *publice* scribere. in Cæcil. 1. *publice* venire. cf. Rosc. A. 39. Verr. II. 47. III. 73.

PVBLICVS. Balb. 15. publica, *dicuntur vectigalia.* Prov. Cons. 5. *publicani dicuntur* frui publico. cf. Rabir. Post. 2.

PVGIVNCVLVS. Orat. 67. *de membris orationis parvis, quæ dictionem membratim fusam efficiunt.*

PVLCHER. Mur. 12. ne *pulchrum* se ac beatum putet.

PVLLVS. Verr. IV. 25. tunica *pulla, est hominum tenuiorum. v. Lipsi. Elect. I. 13.*

PVLEGIVM. ad Div. XVI. 23. *pulegium* sermonis. *h. e. suavitas.*

PVLLARIVS. *qui pullos in cavea auspiciorum causa habet & curat. &c.* Div. I. 25.

PVLSARE. N. D. I. 41. *pulsatur* atomorum incursione. v. *pellere.* ib. II. 23. ea vitia naturam vehementius *pulsant.*

PVLSVS. *de visis.* Div. II. 61. *pulsus* adventitius. *cf. c. 69.*

PVLVINAR. *lectus deo in templo positus, & ipsum templum.* Haruſp. R. 5. pulvinaribus ſtuprum intulit. Dom. 53. aram *&* ædiculam *&* *pulvinar* dedicaſſet. cf. Catil. III. 10.

PVLVIS. *exercitationi opponitur.* Or. I. 34. Brut. 9. Tuſc. II. 15. * Tuſc. V. 23. homo *a pulvere* & radio, *eſt mathematicus, qui figuras in pulvere deſcribit.*

PVNCTVM. *ſuffragium, quia ſc. in comitiis ſuffragia ſingulorum punctis in tabulis notabantur.* Planc. 22. nonnullas tribus *punctis* pæne totidem tulerunt. cf. Mur. 34. Tuſc. II. 26. *hinc* Or. II. 41. *puncta* argumentorum.

PVNIRE. Haruſp. R. 8. domum a judicibus *puniendam* putaret. *Græv. poſt Fabrum:* muniendam. *ſed recta eſt vulgata.* Punire domum *eſt pœnam repetere ob violatam domum. v. Pœna. Or. I.* 51. *punire* dolorem ſuum.

PVPPIS. ad Div. IX. 15. Sedebamus in *puppi, h. e. regebamus* rempubl.

PVPVLA, *pro pupilla.* Nat. D. II. 57.

PVRPVRA. Sext. 8. purpura plebeja: *quæ &* fuſca *dicitur: opponiturque* ardenti, *& quam Plinius XXXVII.* 19. felicem *appellat, cujus color ſimilis eſt amethyſto Indicæ.*

PVRVS. Verr. IV. 22. *purum* argentum: h. e. *vas argenteum, quod eſt ſine ſigillis.* * *ib.* III. 86. quid his rebus detractis poſſit ad dominos *puri* ac reliqui pervenire; *noſtri: reines geld, klares vermögen.*

PVTARE. Att. IV. 11. ut *rationes cum* publicanis *putarent*: i. e. *conferrent, ſubducerent.*

PVTEAL, *proprie operculum putei.* Div. I. 17. ſupra cotem impoſitum *puteal.* Att. I. 10. *putealia* ſigillata. * Sext. 8. puteal *eſt ara, ad quam fœneratores conſiſtere, & tractare fœnora ſolebant. v. Salmaſ. ad Solin. p.* 802. *ſ. Spanhem. de Uſ. & Pr. N. Diſſ. X. p.* 189. *Burm. ad Ovid. Rem. Am.* 50.

PVTIDE. *nimis accurate.* Or. III. 1. *putide* literas exprimere. Brut. 82. putide dicere. *ſic etiam*

PVTIDVS in ſermone. Off. I. 37. & Div. VII. 5. ſimus *putidiuſculi.*

Q.

QVADRANTARIA. Cœl. 26. niſi forte mulier potens *quadrantaria* illa permutatione familiaris facta erat balneatori. *Luſus eſt in voce* quadrantaria. *Nam lavaturi dabant quadrantem balneatori, & Clodia aliquando, ab adoleſcente decepta, æreos quadrantes acceperat pro ſtupro, unde* Quadrantaria *appellabatur. v. Manut. ad h. l.*

QVADRARE, *in rationibus eſt, cum acceptorum & expenſorum ſummæ ſpolidæ ſunt, ut neque plus neque minus efficiatur.* Verr. I. 36. quomodo DC. eodem modo *quadrarint.* * *commodum, idoneum eſſe.* Brut. 11. quoniam tibi ita *quadrat.* Att. IV. 18. ad multa *quadrat.* ib. XIII. 33. ſi neutrum *quadret.* * *orationem numeroſam efficere, eſt* quadrare orationem. Or. 58. Or. III. 44. *v. etiam* quadrum.

QVADRIGAE. Brut. 97. quaſi *quadrigis* vehens per medias laudes. quadrigæ *celeritatem ſignificant.*

cant. vid. Div. II. 70. *conf. Lipſ. Lect. Ant. II.* 7. * Muren. 27. mihi videtur prætorius Candidatus in conſularem, quaſi deſultorius in *quadrigarum* curriculum, incurrere. Or. 47. *quadrigæ* pomeridianæ. v. *poſtmeridianus.*

QVADRIGARIVS. Fragm. in Tog. Cand. ut iſtum omittam, in exercitu Sullano prædonem, in introitu gladiatorem, in victoria *quadrigarium.* Quadrigarius *eſt auriga, qui in Circenſibus quadrigis agitandis certat. Aſconius proprie accipit de Antonio, qui in Circenſibus, a Sulla poſt victoriam editis, ita, ut honeſti homines quadrigas agerent, ipſe quoque quadrigas egerit. Mihi aliquid amplius hic latere videtur. Eſſet enim hoc mediocre convicium; cum appareat, propter gradationem, quadrigarium majus quid eſſe oportere, quam prædonem & gladiatorem. Videbatur mihi aliquando non modo proprie, ſed ſimul etiam de rapinis proſcriptionum capiendum eſſe. In quam ſententiam me impellebat locus in Sueton. Neron.* 16. *Vetiti* quadrigariorum *luſus, quibus inveterata licentia paſſim vagantibus, fallere ac furari per jocum jus erat. quem locum, in quo explicando aut emendando fruſtra deſudarunt viri docti, ſic explicari putabam poſſe: quadrigariis, poſt certamen & victoriam invaluiſſe, ut liceret, per urbem vagari, præmiola petere, atque per jocum, ſi quid poſſent, auferre, eaque licentia eos deinde eſſe abuſos.*

QVADRINGENARIVS. Att. VI. 1. *quadringenariæ* cohortes, *dicuntur, quæ quadringentos milites habent.*

QVADRVM. Or. 61. ſententias redigere in *quadrum: h. e. numeroſis periodis complecti. cf.* ib. 70.

QVADRVPLATOR, *delator, calumniator. nomen inde ductum, quidam exiſtimant, quod quartam partem ejus pecuniæ accipiebat, de qua delatio erat, aut multæ, quæ damnato irrogabatur: alii aliunde.* in Cæcil. 7. *ubi v. Aſcon.* Verr. II. 7. 8. *quadruplatorum* deterrimus. *iidem dicuntur* c. 9. calumniatores. *add. Gronov. de Sest. p.* 271.

QVAERERE, *vocabulum Philoſophorum, pro* quæſtionem ponere. *Nam ſolebant ita poſtulare materiam diſſerendi:* num quis quid quærit? Or. I. 22. * *de quæſtione per tormenta.* Roſc. A. 21. *quærere* ex aliquo. *ib.* 41. *quærere* in aliquem. * *de quæſtione rei capitalis.* Act. I. Verr. 8. *quærere* de repetundis. * *deliberare, excogitare.* Phil. IX. 1. honores *quærere* alicui. * *deſiderare: vermiſſen.* Verr. III. 18. *quærere* multitudinem jugerum.

QVAESITOR, *eſt prætor, qui quæſtioni capitali præeſt.* Act. I. Verr. 10. Catil. IV. 5. *de iis v. Sigon. de Judic. II.* 4. *adde ſupra dicta in Prætor.*

QVAESTIO, *in rhetoricis quid ſit?* Inv. I. 6. Or. II. 19. * *materia quæcunque, de qua quæritur.* Or. 10. ſuſtinere *quæſtionem* tantam non poſſim. Att. XIII. 19. omnis Academica *quæſtio.* * *tormenta ad veritatem exquirendam adhibita.* Roſc. A. 41. in *quæſtio-*

stionem dari. *hinc etiam de iis dicitur, quæ tormentis expressa sunt.* Cluent. 65. tabellæ *quæstionis. ib.* 66. *quæstio* ficta. *it. de advocatis, quibus præsentibus quæstio habita est.* Cluent. 63. *quæstio* dimissa est: *quod eodem modo dicitur, ut* consilium dimissum est. * *judicium in causa capitali.* Act. I. Verr. 10. *quæstioni* præesse. Mil. 5. *quæstio* nova: h. e. *nova lege constituta.* Rab. Post. 6. *quæstione* alligari. *id fit, cum lex facta est, ex qua accusari in causa publica possumus.* Brut. 27. *quæstiones* perpetuæ. *Is locus est classicus.* De quæstionibus perpetuis *tirones hæc teneant: Ante L. Pisonis tempora causæ publicæ agebantur apud populum in comitiis, unde* judicia populi *dicebantur, cum nullæ leges essent, ex quibus apud magistratum reus agi aliquis de crimine publico posset: de quibus judiciis v. Sigon. de Judic. L. III. 1. s. A. V. autem DCIV. Censorino & Manilio Coss. tribunus plebis L. Piso primus legem de repetundis tulit, quam deinde aliæ leges de criminibus publicis secutæ sunt, quibus cautum erat, uti ad quæsitorem aliquem, cui ea quæstio obtigisset, hæ causæ per judices selectos agerentur. Et quoniam quotannis creabantur, quibus hæ quæstiones mandarentur, adeoque semper essent, qui eas exercerent, propterea* perpetuæ *sunt appellatæ. Ejus rei causa creati sunt, præter urbanum & peregrinum prætorem, quatuor alii, quibus hæ quæstiones mandarentur sorte, quorum numerus, aucto quæstionum numero, & ipse auctus est. Nam Sulla additis novis quæstionibus duos addidit, duos alios Cæsar, & alios alii. Sæpe tamen SCto decreta quæstio Consulibus, item rogatione tribunitia, ut bene docet Dukerus ad Liv. XXXIX. 14. tumque* extra ordinem quærere *dicebantur, &* quæstio extraordinaria. * Judex quæstionis. *De eo egit Sigonius de Judic. II. 5. & qui hunc secuti sunt, nulla nova re addita, Heineccius Antiqu. Jur. L. IV. ult. Noodtius de Jurisdict. & imper. II. 5. cf. etiam Casaub. ad Suet. Cæs.* 11. *Adjiciamus Ciceroniana, ex quibus satis tirones de judice quæstionis cognoscere possunt.* Brut. 76. is cum post curulem ædilitatem *judex quæstionis* esset. Cluent. 27. Patronus L. Quintius convicium C. Junio, *judici quæstionis,* maximum fecit, ut ne sine Staleno in consilium iretur. *ib.* 29. Atque in hanc flammam recentem, C. Junium qui illi *quæstioni præfuerat,* injectum esse memini, & illum hominem ædilicium, jam prætorem opinionibus hominum constitutum &c. *cf. ib.* 33. *in quo omnia judici quæstionis tribuuntur, quæ prætori quæsitori,* ut præesse quæstioni, quærere lege, subsortitio. Rosc. A. 4. *quæstioni judicem* præesse. *Ex quibus intelligitur fuisse prætoris vicarium.* * *judices & quicunque judicio interfunt.* Verr. II. 30. dimisit quæstionem.

QVAESTORIVM, *ædes, in quibus quæstor habitat.* Planc. 41.

QVAESTORIVS. Verr. I. 21. legatus *quæstorius, est, qui post quæsturam sit alicujus Imperatoris legatus.*

QVAESTVS, *de fœnore.* Pis.

EGYETEMI KÖNYVTÁR DEBRECEN

35. in *quæstu* relinquere pecuniam. cf. Manil. 13. * Cluent. 26. 36. *quæstus* forensis & judiciarius: *de pecunia ob judicandum contra leges accepta.*

QVAM, *valde.* Att. X. 10. tuum consilium *quam* verum est. Q. Fr. II. 6. sane *quam* refrixit.

QVAMVIS, *valde.* Rosc. Am. 32. *quamvis* diu dicere. cf. Tusc. I. 21.

QVANDOQVE, *aliquando,* ad Div. VI. 19. quoad ille *quandoque* veniat.

QVASI, *fere, circa.* Act. I. Verr. 8. *quasi* decem fisci. cf. Or. 13. * Cato. 19. *sibi respondent* quasi - sic. *Ita & alii, ut Sueton. Tib.* 50.

QVASSVS. *Subst.* Tusc. II. 21.

QVATVORVIRI. Cluent. 8. *magistratus municipales, qui a numero solebant appellari: de his v. Manut. ad Epist. ad Div. XIII. 76. ubi est colonici magistratus nomen. cf. ad X. 32. & Bimardum in Epist. ad Maffeum, T. I. p.* 115. *Inscript. Murat. ubi contra Suetonium disputat, qui quatuorviros in præfecturis fuisse statuit.*

QVI. Att. I. 16. narra patrono tuo, *quæ* Arpinates aquas concupivit. quæ *dixit, quia sermo est de Clodia. Contra* ad Div. I. 9. *post* furia muliebrium religionum, *sequitur* qui: *quoniam sermo est de Clodio. vid. etiam Gronov. ad Plaut. Mostell. I.* 3. 87. * *abl.* qui. Attic. XIII. 23. habere, *qui* utar. *Græv. laudat Gron. Sestert. II.* 7. * quod, *v. infra.*

QVIESCERE. Acad. IV. 29. *v.* ἡσυχάζειν *in Ind. Gr.*

QVINCVNX. Cato. 17. directi in *quincuncem* ordines. *hoc quid sit, satis expositum est in Lexic. Fabri.*

QVIPPE, *respondentis est, & affirmantis, pro* recte. Fin. IV. 3.

QVIRITARE. ad Div. X. 32. & illo misero *quiritanti,* Civis Rom. sum &c. *proprium est in hac re verbum: de quo egit late Schwarz. ad Plin. Pan.* 29. *p.* 99.

QVISQVE, *antique pro* qui. Leg. II. *sæpe. add. Gronov. ad Liv. I.* 24.

QVOD, *quoad, quantum.* Domit. 13. *quod* in te est. Rosc. A. 34. *quod* salva fide &c. Attic. XII. 48. *quod* licebit. *ubi v. Græv.* ad Div. I. 1. *quod* commodo rem facere possis. *de quo loco, & usu hujus particulæ v. Gron. ad Liv. XXVI.* 32. * *ab initio periodi sæpe ponitur pro:* in quo, in qua re, ad id quod attinet, *uti etiam in illo* quod si. *Sed semper refertur ad antecedens aliquid, & transitioni servit.* Verr. I. 46. *quod* vos oblitos esse non arbitror, quæ multitudo &c. *ib.* IV. 56. *quod* tamen nemo suspicari debet, tam esse me cupidum. &c. Cæcin. 25. *quod* vobis venire in mentem profecto necesse est; nihil esse *&c.* Cœl. 32. *quod* cum vobis hujus adolescentiam proposueritis. Nat. D. II. 9. *quod* quidem Cleanthes docet -- quanta vis insit *&c. Manutius ad Div. VIII.* 14. *in his* quod *putat dici pro* sed. *J. Fr. Gronov. ad Liv. XXXVIII.* 9. quod πλεονάζειν, *& sic alii. Nobiscum facit Perizon. ad Sanct. Minerv. IV.* 5. 9. *add. quos laudat Burm. ad Virg. Æn. II.* 141. *& Drakenb. ad Liv. XXXII.* 37. *XLI.* 10. * *pro* ut *dici putat Pearcius* Orat. II. 1. *sed locus ille est*

est sine dubio corruptus, & ceteris locis allatis nil conficitur.

QVOTENVS. Att. XII. 33. nescio *quotenorum* jugerum.

QVOTIDIANVS, *vulgaris.* Orat. I. 23. loquacitas *quotidiana.* * Cæcin. 32. loquacitas *quotidiana. v. Vis. ib.* 31. interdictum *quotidianum, quod est de vi quotidiana.*

R.

RABERE, *furere.* Div. I. 31.

RADIX. Cæl. 6. nisi vitiorum immanitas quibusdam facilitatis & patientiæ *radicibus* niteretur. Att. X. 11. hæc suas *radices* habet: *i. e. suapte natura talis est.*

RAMVS. Tusc. III. 6. *ramos* amputare miseriarum.

RAPAX, *in bonam partem est appetens, alliciens.* Læl. 14. nihil *rapacius* similium sui, quam natura.

RAPERE. Attic. V. 21. *rapit* hominem Postumius Romam: *int. in jus.* Fin. III. 5. ipsæ res verba *rapiunt:* h. e. *verba sponte occurrunt cum rebus.* Planc. 12. *raptam* esse mimulam: *int. de scena.*

RAPTARE. Sext. 69. *raptata* conjux, *sc. cum ignominiæ causa duceretur ad tabulam Valeriam, ut scribit ad Div. XIV.* 2.

RATVS, *certus.* Top. 14. *rata* conclusio. Fin. II. 7. δόξας maxime *ratas.* * Tusc. I. 39. pro *rata* parte, *pro quo & dicitur* pro portione.

RATIO. Inv. I. 12. controversia in *ratione, opponitur ei, quæ est in* scripto. * *ars, scientia.* Inv. I. 5. civilis *ratio.* Arch. 1. si in me est hujusce rei *ratio* aliqua. Brut. 74. non fuit *rationis* aut scientiæ. in Cæcil. 11. aliqua in foro, judiciis legibus aut *ratio,* aut exercitatio. * *methodus, regulæ.* Fin. V. 4. necessaria mathematicorum *ratione* concludere Off. I. 2. quæ a *ratione* suscipitur institutio. Fin. I. 9. *ratione* & via. Nat. D. II. 16. *ratione* & numero moveri. Brut. 37. ad *rationem* dirigere omnia. *ibid.* 74. *rationem* adhibere. * *artificium aliquod.* Agr. II. 8. quod per cerimonias pop. fieri non potuit, *ratione* assecutus est. * *sententiæ.* Manil. 17. ab hac *ratione* dissentiunt. Fin. V. 5. *ratio* delicatior ac mollior. * *disciplina philosophi alicujus,* Fin. I. 9. Epicuri *ratio.* * *consilium.* in Cæcil. 11. tua *ratio* est. ad Div. II. 5. tua *ratio* postea est commutata. * *commodum.* Quir. p. R. 1. si *rationes* meas vestræ saluti antepositiem. Act. I. Verr. 9. *ratio* non erat, *pro, non erat e re mea.* * *ponitur & pro re ipsa.* Inv. I. 1. *ratio* ipsa. Cæcin. 3. per *fiduciæ rationem* fraudare. Verr. I. 2. veritatis *ratio.* * *species.* Verr. III. 85. quam *rationem* habet, non dico æquitatis, sed improbitatis. * Nat. D. III. 27. *ratio* bona: *i. e. sana.* * Verr. II. 70. re ac *ratione* conjunctus, *de sociis in negotiatione aliqua, vel de creditore ac debitore, ut* Sull. 20. magna *ratione* cum Mauritaniæ rege *contracta.* * *addamus formulas quasdam.* Sull. 3. sin est in me *ratio* reipublicæ: i. e. *si habeo ejus rationem.* ad Div. XI. 14. pecuniæ *ratio* habebitur: h. e. *curabitur, ut detur.* Nat. D. III. 29. levitates comicæ parum ne in *ratione* versantur: *h. e. adhibent rationem.* Verr. I. 23. est aliqua rei *ratio.*

RATIOCINATIVVS. Invent. I. 13.

RAVDVSCVLVM. Att. IV. 8.

VI-

VI. 8. VII. 21. XIV. 14. *est paullulum pecuniæ. Proprie est particula æris, pondere libellæ s. assis, unde iis temporibus, quo ære rudi utebantur, assis locum obtinuit. Salmas. mod. Usur. p. 26. Val. M. V. 6. 3. olim æra* raudera *dicebantur. ubi v. Pigh. & reliquos Intt.*

RECEDERE. Quint. II. *recedit* res ab eo: *h. e. alium possessorem nanciscitur.* ad Div. VIII. 14. conjunctio non ad occultam *recedit* obtrectationem, sed ad bellum se erumpit.

RECENS. ad Div. XI. 21. res *recens* nova. *v. Manut.*

RECENSIO, *est censorum.* Mil. 27.

RECEPTVS. Or. II. 24. *quomodo differat a* susceptus, v. *in* recipere.

RECEPTATOR locus. Milon. 19.

RECESSVS. Tusc. IV. 7. *recessum* animi & fugam efficit metus. ad Div. IX. 14. tum accessus ad causam, tum *recessus.*

RECIDERE, *concidere.* Br. 91. *recidit* nimia vocis contentio.

RECIPERARE. ad Div. VI. 10. XII. 2. *antique pro* recuperare.

RECIPERE. in Cæcil. 8. *recipere* causam, *dicitur de eo, cui oblata est.* Suscipit, *qui sponte eam agere instituit.* * *accipere.* Rosc. C. 7. *si recipere* hos quæstus posses. Rabir. Post. 4. nec ex ejus bonis, quanta summa litium fuisset, *recipi* a populo. *add. Gron. ad Liv. I. 53.* * *Est & verbum forense. Nam prætor* recipere nomen *dicitur, cum delatum ab aliquo in numerum reorum refert.* ad Div. VIII. 8. * *excipere in venditione.* Top. ult. venditores -- rutis cæsis *receptis,* concedunt tamen aliquid emtori. &c. *quam significationem egregie illustravit Gron. ad Senec. Cons. ad Marc. c. 10. cf. Gellium XVII. 11.* * *gladiatores* recipere ferrum *dicuntur, cum se jugulari ab adversario patiuntur.* Sext. 37. Tusc. II. 17.

RECIPROCARE, *in dialecticis est, convertere enunciationem.* Div. I. 6. si quidem ista sic *reciprocantur.*

RECOGITARE. Q. Fr. II. 2. *recogitare* de re aliqua.

RECOGNITIO, *recordatio, quæ fit alio narrante, monstrante.* Verr. IV. 50. in *recognitione* scelerum suorum.

RECOGNOSCERE, *in memoriam revocare.* Verr. II. 6. cum istius furtum *recognosceret.*

RECONCINNARE. Q. Fr. II. 6.

RECONDITVS, *subtilis, non vulgaris.* Brut. 79. *reconditæ* exquisitæque sententiæ. *ibid. 76.* ad Div. XV. 21. *reconditæ* literæ. v. *interior.* * Quint. 19. fuit enim natura tristi & *recondita: h. e. solitudinis amante, s. etiam cogitata celante, quo sensu de Tiberio dicitur ap. Tacitum.*

RECREARE. Att. II. 23. ambulare *recreandæ* vocis causa. Nat. Deor. II. 4. *recreare* iterum consules.

RECTE. Verr. III. 98. *recte* vendere: *h. e. bono pretio.* Fin. I. 5. *recte* ferri, *de motu perpendiculari.*

RECTIO. Fin. IV. 22. *rectiones* rerumpubl.

RECTVS. Rabir. Post. 17. *rectis oculis* urbem intueri: i. e. *sine pudore ac dolore, quo exules solent*

lent & foro ejecti. de hac loquendi forma v. Bentlej. ad Horat. Carm. I. 3. Br. 75. Cæsaris commentarii nudi sunt & recti. rectum *dicitur de subtili & elegante genere orationis, in quo hoc tantum spectatur, ut nil vitii insit. v. Gron. ad Sen. ep. 100.*

RECVPERATOR, *est judex in causa privata, ad quem de re pecuniaria, aut possessione quacunque, certatur.* in Cæc. 17. Cæcin. 1. *& ibi Hotomannus. Quod autem contra hanc definitionem affert Hotomannus, recuperatores etiam de injuriis cognovisse; non tam de facto, quam de æstimatione injuriæ pecuniaria judicabant. Sic ap. Tacit. A. I. 74. absoluto judicio de repetundis ad recuperatores itum. ubi v. Gron. v. Salmas. mod. Us. pag. 794. & Budæus ad Pandect. p. 376. Fuisse autem e centumviris recuperatores, inde patet, quod quæ caussæ apud recuperatores actæ sunt, apud Ciceronem* Or. I. 38. centumvirales *dicuntur. Itaque judices provinciales, qui* recuperatores *dicuntur, ut* Verr. III. 13. 50. *judicant ea, quæ Romæ centumviri, ut bene monet Nordkerk. de lege Petron. §. 18.*

RECVPERATORIVM judicium. Verr. III. 11.

RECVSATIO Inv. I. 5. *opponitur petitioni judiciali.*

REDEMTIO. Act. 1. Verr. 6. *redemtio* judicii. Pis. 36. *redemtiones* reorum. *Sunt corruptiones judicum, quas quis pro pecunia suscepit: & redemtio judicii s. rei fit, si quis pollicetur pecunia accepta, se judices corrupturum, operam suam in corrumpendis judicibus vendit.*

REDEMTOR, *manceps.* vid. *redimere.* Verr. I. 56. qui a vetere *redemtore* acceperit.

REDHIBERE, *est recipere, quod erat venditum, propterea, quia improbatum est, deteriusque repertum, quam venditor dixerat.* Offic. III. 23.

REDIGERE, *cogere, accipere.* Rosc. C. 17. *redigere* pecuniam, *sc. a debitore.* in Cæcil. 17. *est de pecunia ex rebus venditis. v. Gronov. Obs. I. 19.*

REDIMERE *dicitur de mancipe, qui ædificium extruendum conducit: ei opponitur* locare. Verr. I. 54. si pupillo opus *redimitur.* -- ne liceat pupillo opus *redimere. ibid.* 56. qui *redemerit* satisdet &c. *hinc illud intellige* Verr. I. 11. qui istum eripiendum *redemerunt: adde dicta in* redemtio. * *pecunia data se aut alium aliqua molestia liberare.* Verr. III. 20. *redimere* pericula sua. *ibid.* 56. *redimere* conentur rem confessam. *unde & metaph.* ad Div. II. 16. acerbitatem a rep. privatis incommodis *redimere.* * *compensare. ib. X.* 8. non præteritam culpam videri volo *redemisse: das vorige Versehen wieder gut machen. v. Burm. ad Ovid. Her. XVII.* 49. *Sed* Rosc. Com. 12. societatis, non suas lites *redemit,* cum a Flavio fundum accepit: *invidiose dicitur de eo, qui non redemit, sed a quo alter redemit. Dicendum erat: de societatis, non suis litibus decidit.*

REDIVIVVS. Verr. I. 56. *redivivus* lapis, *qui e destructo veteri ædificio est reliquus & salvus, & ad novam ædificationem transferri potest. ibid. rediviva* sibi habe-

habeto. *vid. Gronov. ad Senec. Troad.* 472.

REDOLERE. Brut. 82. *ex* illius orationibus *redolere* ipsæ Athenæ videntur.

REDOMITVS, *domitus.* Sull. 1. *redomiti* ac victi.

REDVCTVS. Fin. V. 30. ut ista producta *reducta*, προηγμένα καὶ ἀποπροηγμένα. * Rabir. Post. 17. posſum excitare multos *reductos* testes liberalitatis tuæ; quod sæpe audivi patri tuo, qui id feciſſet, magno adjumento in periculo capitis fuiſſe. *Hunc locum, in quo Grævius negat se scire, qui sint* reducti, *sic interpretor: posſum adducere multos testes lib. t. quos tu, cum ære alieno concidiſſent & ſolum vertiſſent, reduxiſti, reſtituiſti, ære alieno ipſorum tua liberalitate diſſoluto, quod cum & pater tuus feciſſet, ei opem tulit in judicio capitis, adeoque tibi etiam prodeſſe debet. Sic* reductio regis Alexandrini ad Div. I. 7. *eſt reſtitutio in regnum. Exules* reducti *pluribus locis apud Ciceronem occurrunt. Patricii & Manutii interpretationem recte Grævius rejicit. Non enim quadrat.*

REDVNDANTIA. Orat. 30. ipſa illa pro Roſcio juvenilis *redundantia*: h. e. *nimia ſententiarum, acuminum, ornamentorumque omnium copia, quæ & luxuria dicitur.*

REDVNDARE. Orat. III. 4. ornatus *redundat. v. redundantia.* Balb. 25. ut aliqui ſermones hominum etiam ad aures veſtras permanarent, & in ipſo judicio *redundarent*: *h. e. commemorentur, proferrentur, vel in cauſa aliquam vim haberent.*

REDVVIA, *eſt particula cutis, quæ circa ungues digitorum ſe reſolvit: deinde proverbio de re parva & levi dicitur.* Roſc. Am. 44. *reduviam* curare.

REFERCIRE, *implere.* Tuſc. II. 2. libris omnia *referſerunt.* Rabir. Poſt. 14. aures *referſit* iſtis ſermonibus. * *comprimere, coarctare.* Orat. I. 35. ut Craſſus hæc, quæ coarctavit, & peranguſte *referſit* in oratione ſua, dilatet nobis.

REFERRE, *reſpondere. vulgo: replicare.* Cæcin. 29. ego tibi *refero.* Quint. 13. quid a nobis *refertur: ubi v. Grævius.* * *inſtaurare.* Flacc. 1. *referre* Valeriæ gentis laudem. in Cæcil. 21. *referre* inſtitutum. cf. in Cæcil. 21. * *reddere.* Verr. III. 96. *referre* judicia ad equeſtrem ordinem. * *in rationibus ſæpe dicitur elliptice, pro referre in tabulas rationum.* Flacc. 19. operi publico *referunt*: h. e. *pecuniam in rationes referunt, tamquam conſumtam in opere aliquo publico.* * *item de SCtis, pro referre in tabulas publicas, tabularium, quod erat ad ærarium.* ad Div. XII. 1. SCta *referuntur.* cf. Roſc. Com. 19. Phil. V. 4. *de rationibus cum ad ærarium deponuntur.* Verr. I. 30. III. 71. *item de aliis rebus, quarum memoria literis publicis mandatur. regiſtriren.* Sull. 14. me aliter, ac dictum eſt, in tabulas publicas *retuliſſe. ib.* qui his hominibus ad vere *referendum* fidem defuiſſe putet. * *recedere.* Nat. D. III. 14. cum ſe ſol *referat.* * referre *dicitur etiam* ad aliquem, *qui ei aliquid deliberandum, examinandum, judicandum, decernendum jubendumve pro-*

proponit. Tuſcul. I. 16. ad oculos omnia *referre.* Phil. II. 6. ecquid ad eum de rep. *retuliſti.* Quint. 16. ad ſe ipſum aliquid *referre.* Catil. I. 8. *referre* ad Senatum. Manil. 19. *Cicero prætor dicit,* ſe ad ſenatum relaturum de re aliqua, *quod erat conſulum. Eſt autem de egreſſione relationis intelligendum, ut vidit Grævius: cum Senatores jus haberent non ſolum ſententiam dicendi de eo, de quo interrogati eſſent, ſed etiam de alia re, de qua relatum a Coſſ. non eſſet.* * Cluent. 49. *referre* ad populum. *pro quo Grævius* perferre *mavult: male mea ſententia. Nam primo exempla allata huc non quadrant: deinde ex analogia linguæ* referre ad populum *æque dici poteſt, ac ferre: tertio ſic eſt etiam* Dom. 19. quot modis doceo, legem iſtam, quam vocas, non eſſe legem? quid ſi etiam pluribus de rebus uno ſortitu *retuliſti. quem locum Grævius intactum reliquit. Manutius tamen hic quoque malebat:* tuliſti. *Formulæ in SCtis, ut* ad Div. VIII. 8. ad ſenatum populumque referre, *nihil huc proſunt, quia per* σύλληψιν *de utroque* referre *dici poteſt. Sed aliunde firmari ea forma poteſt,* ut ſe tueri utcunque *poſſit. Dukerus ad Liv. VIII.* 37. *e Valerio M. affert* (*IX.* 10. 1.) M. Flavius ad populum de Tuſculanis *retulit. ubi tamen Perizonius malebat* tulit. *Sed* retulit *eſt tamen etiam apud Florum III.* 21. 9. *Livius XXXII.* 20. cum *referant* magiſtratus: *intell. ad concilium.* ibid. 22. *relaturos* ſe de ſocietate, *int. ad concionem. In quibusdam talibus* referre *poſitum videri poteſt pro* deferre: *cujus generis ipſius exempla ſunt apud Liv. XXXIX.* 44. *in omnibus libris. add. XXXVII.* 57. *XLIV.* 4. *& ibi Drakenb. Refer huc, quæ idem Grævius dixit pro defendenda formula* ferre ſententiam, *ubi de ſenatoribus ſermo eſt. Verr. II.* 3. * Quir. p. R. 10. in *ſententia* ſimpliciter *referenda. merito dubitant de hac ſcriptura viri docti, & aut* ferenda *ut Hotom. & Græv. aut* efferenda, *ut Manut. ſcribendum cenſent. Si tamen ita ſcripſit Cicero, quod non audeo plane negare:* referre ſententiam, *eſt exponere, explicare, dicere. Nam ſic dici* referre, *non eſt dubium, ut* ſimpliciter referre ſententiam *ſit, fideliter & candide exponere & narrare, quid ſentiamus, nihil tegere: quem ſenſum etiam haberet illud* efferre *Manutii* * Dom. 29. rem judicatam *referre, ſc. in judicium, ut de ea iterum judicetur.* * Nat. D. I. 12. *referre* in *numero Deorum.*

REFERTVS, *copioſus, abundans rebus bonis.* Mur. 9. *referta* Aſia & delicata.

REFERVERE, *fervere.* Roſc. Com. 6. *refervens* crimen.

REFERVESCERE, *defervescere.* Brut. 91. contentio nimia vocis conciderat, & quaſi *referverat* oratio.

REFICERE, *ſanare.* Att. VII. 3. Tironis *reficiendi* ſpes. * *reſtituere.* Sext. 6. *reficere* ſalutem communem. * Planc. 18. ne *reficere* neceſſariis ſuis ſuam tribum poſſint. *Si Cicero ita ſcripſit, ſenſus eſt is, quem Manutius tribuit: conficere tribum ſuam neceſſariis, qui antea ſuam nobis confecerant, niſi*

nisi vero ipsum reficere *est* conficere: *ut in illo*, Verr. III. 50. *infra, quamquam nec ibi est simpliciter conficere. Sed vix dubito, quin verum sit, quod ex Erfurt. Cod. reposuit Grævius:* conficere. * Verr. III. 50. Villico delectetur, quod tanto sibi plus mercedis ex fundo *refectum* sit. Paradox. ult. antequam sibi ex tuis possessionibus tantum *reficiatur. In quibus* reficere *esse videtur pro* conficere, *quod de eadem re dicitur, ut &* efficere. *Sed est, ut vere dicam,* reficere *nihil aliud in his quidem locis nisi conficere pecuniam ex aliqua re, in qua pecuniam tuam collocaris, ut non tam accipias, quam recipias pecuniam. Sic plane est ap. Varron. R. R. I.* 2. 8. *reficere* sumtum & impensam: *ubi forte in sequentibus* sumtus *pro* fructus *rescribendum. Sunt tamen alii loci, in quibus simpliciter est* conficere. *v. Gron. ad Liv XXXV.* 1.

REFLATVS. Att. XII. 2. naves L. delatas in Vticam *reflatu* hoc.

REFRENARE. Verr. III. 57. cum animum *ad persequendum* non negligentia tardaret, sed conscientia sceleris *refrenaret.*

REFRICARE, *renovare.* ad Div. V. 17. *refricare* desiderium. Pis. 33. præterita fata reipubl. *refricabis.* ad Att. X. 17. crebro *refricat* lippitudo. *int.* se.

REFRIGERATVS, *remissus.* Act. I. Verr. 10. defessa & *refrigerata* accusatio. ad Div. III. 8. *refrigerato* levissimo sermone hominum.

REFRIGESCERE, *non amplius agi, omitti.* Q. Fr. II. 6. quod de Pompejo Caninius agit, sane quam *refrixit.* ad Div. XV. 17. verentem ne hasta *refrixisset.* *Planc. 23. *refrixit* crimen: *h. e. non ita, ut ante jactatur, augetur, magnum putatur, opponitur:* calere. **contemni.* Div. II. 41. cæteris in locis sortes *refrixerunt.* * *de candidatis dicitur, cum spem potiundi honoris amittunt.* Attic. IV. 18. Memmius autem, diremta coitione, invito Calvino *refrixerat.* Q. Fr. III. 2. Scaurus *refrixit.*

REFVGERE. Or. I. 22. me semper *a* genere hoc sermonis *refugisse.* Tusc. III. 2. *refugêre* oculi.

REFVTARE, *reprimere, coërcere.* Prov. Cons. 13. *refutare* bello nationes. Har. R. 4. *refutare* conatum alicujus. ad Div. I. 9. *refutare* alicujus cupiditatem. Tusc. II. 23. inprimis *refutetur* ac rejiciatur clamor Philoctetæus. Rabir. Post. 16. quam bonitatem non modo non aspernari ac *refutare,* sed complecti etiam & augere debetis.

REGERE, *accommodare.* Cæl. 6. *versare* suam naturam & *regere* ad tempus, atque huc & illuc torquere ac flectere. *Reliqua verba ostendunt τὸ* regere *Grævii non quadrare. confer etiam Drakenb. ad Sil. II.* 382.

REGIO, *fines.* Agr. II. 35. *regionibus* officii se continere.

REGNARE. Brut. 10. Græcia jam *regnante:* h. e. *libera a regum, quos ante habuerant, dominatu.* ad Div. XI. 16. cum equitum centuriis tenes, in quibus *regnas:* h. e. *plurimum potes.* v. *regnum.*

REGNVM, *potentia alicujus nimia in aliquo genere.* Sull. 7. se

regnum

regnum meum ferre non posse. Act. I. Verrin. 12. *regnum* judiciorum. *dicitur tamen etiam honestius de eo, in quo quis excellit præ ceteris.* ad Div. IX. 18. *regnum* forense. Att. I. 1. *regnum* judiciale.

REGVSTARE. Att. XIII. 13. crebro *regustare* literas. cf. XIII. 48.

REJECTANEVS. Fin. IV. 26. non appello mala, sed *rejectanea.* v. *rejectus.*

REJECTIO judicum. Act. I. Verr. 3. *v. rejicere.*

REJECTVS. Acad. I. 10. Fin. III. 16. &c. rejecta, *sunt Stoicorum* ἀποπροηγμένα. * Rosc. A. 29. *rejectus* a ceteris suspicionibus: h. e. *ceteris suspic. quas attulerat, rejectis & improbatis.*

REJICERE, *absterrere.* Top. 1. a libris te *rejecit* obscuritas. * *differre.* Q. Fr. II. 3. legationes in Idus Febr. *rejiciebantur.* * *ad alterius arbitrium & judicium delatum velle.* Verr. III. 60. Romam *rejicias* causam. ad Div. X. 16. nihil huc *rejicias.* * *forense est:* rejicere judices. *Nempe cum prima judicum sortitio a prætore facta est, utraque pars habet potestatem rejiciundi judices ex eo numero, quos putet aut inimicos sibi, aut cupidos, aut non satis integros esse.* Verr. II. 13. cum alternæ civitates *rejectæ* sunt: h. e. *alternis, nempe ab utraque parte. Sic* Vat. 11. alterna consilia *rejicere.* Verr. III. 60. *rejiciendi* potestatem facere. *Hinc fit, ut consequens pro antecedente dicatur, sive pro tota actione judicum, sorte & rejectione deligendorum.* Verr. III. 59. præterea conventus honestus Syracusis, multi equites Rom. viri primarii, ex qua copia *recuperatores rejici* oporteret, qui aliter judicare non possent. *ibid.* 29. recuperatores *rejice,* quod adversus edictum feceris. *ubi frustra Grævius suspicatur:* recipe. *Non magis recte sollicitat locum* Verr. III. 11. quid prætor? jubet recuperatores *rejicere.* Decurias scribamus. quas decurias? de cohorte mea *rejicies,* inquit. *Sic* judicia sortiri, *pro* exercere, *quia exercendorum judiciorum pars, sortiri judices, ut docet Gronov. ad Senec. Herc. Fur.* 732.

RELATIO. Div. I. 1. *relatio* criminis. Pison. 13. Consulis *relatio: int. ad senatum.* cf. ad Div. VIII. 1.

RELATOR. *qui ad senatum refert.* Att. VIII. 15.

RELICTIO reip. Att. XVI. 7.

RELIGIO, *sacra, genus sacrorum.* Dom. 41. *religiones* suscipere, *est sacra nova instituere, sive sacrum aliquid efficere.* ib. 47. date huic *religioni* (*sc. huic modo sacrandarum ædium privatarum*) aditum. cf. Phil. I. 6. * *sanctitas loci.* Dom. 39. inferre *religionem* -- eripere *religionem.* * *res quæcunque, quæ ad religionem pertinet. sic* Verr. II. 51. lex de *religione, est de sacerdotio. item* religiones *dicuntur de auspiciis, prodigiis &c. quæ dubitationem agendi afferunt, aut impediunt aliquid.* Dom. 54. cum ejus dedicationem fictis *religionibus* impedirent. ad Div. X. 12. oblata Cornuto *religio* est, admonitu pullariorum. cf. Agrar. I. 2. * *culpa quæ contrahitur, si religiones violantur.* Nat. D. II. 4. *religio* hæret in republica. Cæcin. 4. *religione* solvi. * *superstitio.* Div. II. 54. *religiones*

giones suscipere. ibid. *religiones* deponere. Domitian. 49. homo *religionibus* deditus. * *obligatio quæcunque ad aliquid omittendum, cujus respectu rebus quædam sanctitas inest, propter quam eas violare nefas est: unde & pro dubitatione, scrupulo - - in rebus agendis.* Verr. I. 15. si nullam *religionem* sors habet. in Cæcil. 14. *religio* sortis. Verrin. III. 58. *religio* societatis. Rosc. A. 24. magnam *religionem* possidet paternus sanguis. Att. XII. 36. posteritas habet *religionem.* Catil. III. 6. ut, quæ *religio* C. Mario non fuerat, ea nos *religione* in privato P. Lentulo puniendo liberaremur. *cf. n.* 3. Nat. D. II. 4. rem *in religionem venisse* populo: *das Volk habe sich ein Gewissen darüber gemacht. v. Gron. ad Liv. X.* 37. *extr.* * *summa in quacunque re diligentia, ne quid minus recte fiat.* ad Div. XI. 29. *religio* in consilio dando. Cæcin. 2. judicandi mora & *religio.* Or. 8. eorum *religioni* (*qui sc. nihil nisi rectissima probabant*) cum serviret orator. Brut. 8. *religio* oratoris. *ibid. religio* nimia. * *difficultas, objectio.* Or. 11. hac ego *religione* non sum ab hoc conatu repulsus.

RELIGIOSVS. Dom. 48. dedicatio est *religiosa: h. e. religionem affert, sacrum aliquid efficit.* Att. IX. 5. *religiosus* dies. ad Div. I. 7. homines *religiosi:* h. e. *aut superstitiosi, aut nomine religionis abutentes.* Or. 9. aures teretes & *religiosæ:* h. e. *nihil nisi perfecta probantes.*

RELINQVERE. Verr. I. 33. *relinquere* injurias suas: *i. e. non persequi, non ulcisci.*

RELIQVIAE. Nat. D. II. 9. 55. *reliquiæ* cibi, *de fecibus, excrementis.* Leg. II. 22. *reliquiæ* Marii, *sunt ossa & cineres.* Cato. 6. ut *avi reliquias* persequare: *dicitur e persona Catonis, qui Scipionem juniorem hortatur, ut Carthaginem deleat, & quicquid Carthaginiensibus avus Africanus major reliquisset.* ad Div. VI. 8. *reliquiæ* Asiaticæ negotiationis: *debita nondum exacta, quæ &* reliqua *dicuntur.*

RELIQVVS. Att. XV. 15. ex *reliquis*, quæ nonis April. fecit. reliqua *hic sunt ea pecunia, quæ eo tempore, confectis omnibus rationibus, residua fuit. Sed* XVI. 3. maxime me angit ratio *reliquorum* meorum; quæ quamquam explicata sunt. *&* ad Div. II. 13. publicanis etiam superioris lustri *reliqua* conservaram: *sunt debita nondum exacta, Resten.*

REMEDIVM. Cluent. 19. *remedia* causarum *dicuntur, quibus mala causa defendi potest. ibid.* 35. sine judiciorum *remediis* salvi esse non possemus. *ib.* 44. mucronem multis *remediis* retundere.

REMIGARE. Tusc. IV. 4. utrum mavis statim nos vela facere, an quasi e portu egredientes paullulum *remigare. Sensus est: utrum malit statim copiose & late disputari, an vero ante adhuc aliquamdiu subtiliter rem se persequi: quemadmodum qui portum egrediuntur, non statim vela dant, sed lentius progrediuntur. Id audem fit remigando. ceterum probat Buherius lectionem Leid. codicis,* statim nos vela facere, tamquam egredientes e portu, an paullulum remigare. *Subituros* por-

portum sine velis navigare scio, egressos non item. add. in remus.

REMIGRARE. Tusc. V. 21. *remigrare* ad justitiam.

REMISSE. Off. III. 29. qui ista *remissius* disputant: h. e. *minus severe. in Epicureos dictum est, qui non sola honesta dicunt esse bona.*

REMISSIO, *lenitas.* Cat. IV. 6. *remissio* pœnæ.

REMISSVS, *finitus.* Tusc. I. 44. *remissa* vita humana. *e Poëta.* * *levis.* Verr. III. 92. *remissior* æstimatio. * *lenis, facilis.* Att. XVI. 15. utrum *remissior* essem, an summo jure contenderem. * *comis, hilaris.* Cœl. 6. *remissus* -- severus. * Sext. 53. *remissius* dicendi genus, *opponitur* forensi, contentioso. *Versatur enim in eo oratio plerumque in narrando aut docendo, philosophi more, quorum mollius est, sine asperitate & vehementia, oratio.*

REMITTERE, *dimittere.* Cluent. 2. *remittere* opinionem. * *concedere, condonare.* ad Div. XI. 20. de exercitu Pansæ *legionem* mihi Cæsar non *remittit.*

REMOTVS. Fin. III. 16. remota, *sunt* ἀποπροηγμένα *Stoicorum.*

REMOVERE. Or. 2. nec se ab artibus suis *removerunt.*

REMVNERARE. Sen. p. R. 12.

REMVS. Tusc. IV. 5. Dialecticorum *remis* orationem propellere, *est initium facere a subtili & Dialectica disputandi ratione. v. remigare.*

RENOVARE, *reficere, recreare.* Sext. 69. *renovare* rempubl. * *repetere.* Div. II. 2. studia hæc *renovare* cœpimus.

RENOVATIO. Att. VI. 1. *renovatio* singulorum annorum: *est genus anatocismi, de quo supra in* anatocismus *dictum.* * *repetitio.* Brut. 71. laudandus maxime est, qui hoc tempore consoletur se, cum conscientia optimæ mentis, tum etiam usurpatione & *renovatione* doctrinæ.

RENVNCIARE. Verr. I. 54. *renunciat* illam decisionem: h. e. *nunciat illam pactionem, quam fecissent, ratam non esse, improbari ab eo, cujus in ea re voluntas maxime spectanda sit. nostri: wieder aufsagen.* * *prodere dicendo.* Act. I. Verr. 6. *renunciata* est tota conductio judicii.

RENVNCIATIO, *rapport, registratur.* Verr. I. 34. rem gestam renunciarat, -- *renunciationemque* ejus, quæ erat in publicas literas relata, tolli jusserat.

REPANDVS, *incurvus, inflexus.* Nat. D. I. 30. calcei *repandi* Junonis: *quorum sc. speciem conspicere licet in numis, qui Junonem referunt, & in Gorianis monumentis in Musèo Etrusco.*

REPASTINATIO. Cato. 15. *genus operis rustici, cum vineæ veteres refodiuntur.*

REPENTINVS, *subito ortus, novus.* Verr. III. 75. *repentinæ* rationes. Brut. 69. *repentini* homines & ignoti.

REPETERE, *vindicare sibi ereptum aliquid.* in Cæcil. 5. *repetere* jus suum. Mur. 2. res *repetere.* Sext. 26. nullis *repetitis* rebus: *int. per feciales. de qua repetitione vid. Liv. I. 32.*

REPETVNDAE. in Cæcil. 4. de pecuniis *repetundis* nomen alicujus deferre. *v. in ind. Legg. de Repetundis.*

REPLICARE, *evolvendo cognos-*

gnoscere, repetere.. Sull. 4. *explicare* memoriam annalium. Leg. III. 14. *replicare* memoriam temporum.

REPLICATIO, *conversio*. Nat. D. I. 13. *replicatio* mundi.

REPONERE, *restituere*. Att. XIII. 12. Catulo & Lucullo alibi *reponemus: int. quod hic ablatum est.*

REPOSCERE, *poscere*. Verr. III. 1. qui ab altero vitæ rationem *reposcunt*.

REPREHENDERE, *revocare*. Verr. III. 20. quod erat prudentia prætermissum, id, quæstu ac tempore admonitus, *reprehendisti*. * *corrigere, emendare*. Dom. 33. si se collegisset, temeritatem atque injuriam suam restitutione mea *reprehendisset*. * Verr. III. 96. si senatores judicarent, hoc genus pecuniæ per injuriam cogendæ non posse *reprehendi*: h. e. *ita accusari, ut reus damnaretur*.

REPRAESENTARE, *est proprie, in re pecuniaria, pecuniam statim solvere, atque adeo prænumerare, ante diem solvere*. Att. XII. 25. dum a Fabia *repræsentabimus*. *ib.* 29. si qua etiam jactura facienda sit in *repræsentando*. *ib.* 31. *v. Gron. Sest. p.* 30. * *hinc dicitur pro facere aliquid ante tempus, citius quam debeas, aut constitutum sit*. Att. XVI. 2. mihi videntur etiam istorum animi incendi ad *repræsentandam* improbitatem suam: h. e. *citius demonstrandam, quam ante constituerant*. ad Div. V. 16. neque expectare temporis medicinam, quam *repræsentare* ratione possumus. *In hoc loco male negatur in Lexico Fabri vis anticipandi inesse, cum repræsentare idem sit, quod ante dixerat*: anteferre consilio. ad Div. XVI. 14. dies promissorum adest (*h. e. non longe abest*) quem etiam *repræsentabo*, si adveneris: *h. e. etiam ante libertas dabitur, quam promiseram*. Phil. II. *ult.* quin etiam corpus libenter obtulerim, si *repræsentari* morte mea libertas civitatis potest: *h. e. si mors mea efficere potest, ut eo citius libertas restituatur civitati*. * Sext. 11. quod ipsum templum *repræsentabat* memoriam consulatus mei: *h. e. præsentem animis faciebat, instaurabat*. * ad Div. VIII. 2. me *repræsentante* est absolutus. *Id quam vim habeat, nemo, quod sciam, explicavit, neque ego explicaverim. Et est forte lectio corrupta*.

REPRAESENTATIO, *de re pecuniaria*. ad Div. XVI. 24. Att. XII. 31. XIII. 29. *v. repræsentare*.

REPRIMERE. *angustius, brevius, tardius facere*. Att. X. 9. dubitabat nostrum nemo, quin Cæsar itinera *repressisset*. Brut. 91. dedit operam, ut nos nimis redundantes & superfluentes juvenili quadam dicendi impunitate & licentia, *reprimeret*. * *abstinere*. Sext. 55. vix odium suum a corpore *repressuerunt*. Verr. V. 29. a præsenti periculo tuo se *repressit* populus R.

REPROMISSIO. Rosc. Com. 13. *est restipulatio, de qua mox*.

REPROMITTERE. Brut. 5. non *repromittere* istud ausus sim. cf. Rosc. Com. 13. *de restipulatione dicitur. v. restipulari*.

REPVDIARE, *tollere*. Or. III. 1. *repudiare a* republ. consilium senatus. * Verr. III. 74. repudiari *di-*

dicuntur, quorum frumentum improbatur.

REQVIRERE, *reprehendere.* Mur. 29. quæ nonnunquam *requirimus*, ea sunt omnia non a natura, sed a magistro. * *desiderare rem amissam.* L. Manil. 2. quibus amissis & pacis ornamenta & subsidia belli *requiretis. hanc notionem illustrat Burman. ad Virgil. Æn. I.* 217.

RES, *de re familiari, pecuniaria.* Off. II. 11. iis etiam, qui emunt, vendunt - - - justitia *ad rem gerendam* necessaria est. Cato 7. *rem* male gerentes patresfam. Rabir. Post. 2. in pluribus provinciis ejus versata *res* est. Quint. 11. cum *res* ab eo, quicum contraxisses, recessisset. * *causa, commodum.* Phil. II. 2. contra *rem* alicujus venire: *de eo, qui in judicio aliquem quacunque ratione oppugnat.* * Sext. 62. ad *res* redire, *dicuntur cives Rom. ex agris, qui e comitiis domum redeunt.* * Sen. p. R. 11. *res* redire *dicuntur, cum causæ in foro, aliaque publica negotia intermissa, quod* res prolatas, *dicunt,* (*v. prolatus*) *repetuntur. v. Lambin. ad h. l.* * Or. II. 11. inesse in ratione *rerum.* Or. I. 21. positum esse in *re* atque natura: *de iis rebus, quæ sunt, non modo finguntur.* * Verr. I. 14. *res* rationum: *per periphrasin pro* rationes. * Verr. III. 35. *res* gestæ, *sunt leges Sullæ.* ad Div. I. 5. *res* gestæ Lentuli, *inprimis capiendæ de revocatione Ciceronis ab exilio & lege centuriata, ejus rei causa ab eo lata ad populum.* * res publica. *v. infra in hac voce.*

RESCINDERE locum, Agr. II. 1. *est aperire, cum obstructus esset antea.*

RESCRIPTVS. Tusc. IV. 2. cantus fuisse *rescriptos* vocum sonis. *Si sana lectio est, de quo dubitant viri docti, v. Buher. ad h. l. sensus hic est: cantuum illorum certos modos factos esse, signisque expressos, quod nos vocamus componiren.*

RESECARE. Tusc. IV. 21. *resecanda* esse, evelli penitus non posse.

RESERVARE, *servare, retinere.* Cluent. 70. nihil ad similitudinem hominis *reservarit.* ad Div. V. 4. ne, cum velis revocare tempus omnium *reservandorum,* cum, qui servetur, non erit, non possis. * Q. Fr. III. 1. Minucio me -- *reservabam: h. e. exspectabam Minucium - ut per eum scriberem, quæ scire te vellem.*

RESIDVVS. Verrin. III. 97. quid potest esse in calamitate *residui: h. e. quæ calamitas est reliqua.* Cluent. 34. de pecuniis *residuis* reus. Residuæ pecuniæ *sunt eæ, quæ magistratibus ex ærario datæ sunt, ut in re publica consumerentur, ab iis autem oppressæ, & in rem suam conversæ sunt.*

RESIGNARE. Arch. 5. fidem tabularum *resignasset: h. e. corrumpendo sustulisset. ita & Servius ad Virgil. Æn. IV.* 244. *Burmannus ibi non audiendus de loco Ciceronis, quem non inspexerat.*

RESILIRE. Rosc. Amer. 29. *resilit* crimen ab eo: *h. e. non hæret, falso in eum conferri intelligitur. v. hærere.*

RESISTERE, *consistere, subsistere.* Tusc. V. 28. *resistet* extra fores. *v. de hac notione Schwarz. ad Plin. Pan. c.* 10.

RESONARE. Tusc. III. 2. laus virtuti *resonat*, tamquam imago (*sc. vocis*). *Nam echo imago vocis Latinis vocatur. Lambinus adeo addebat* voci: *quod non opus esse videtur. Ceteræ emendationes nihili sunt.* Nat. D. II. 57. in fidibus testudine *resonatur*: h. e. *testudinis duritiei repellit & auget sonum fidium.* Div. II. 14. nervos in fidibus alios aliis *resonare*.

RESPECTARE, *desiderare, expectare.* Planc. 18. *respectare* munus par ab aliquo.

RESPECTVS, *perfugium.* Phil. X. 4. *respectus* pulcherrimus & præsidium firmissimum reip. Phil. XI. non ut *respectum* haberemus ex acie, *aliter interpretantur viri docti, ut Schottus Nod. Cic. I. 15. & alii: sed aberrant a Ciceronis mente.* * *actus respiciendi.* Div. I. 32. fugientibus miserabilem *respectum* incendiorum. * *reverentia.* Phil. V. 18. sed cum *respectum* ad senatum & ad bonos non haberet &c. *de hac significatione vid. Schott. l. c.*

RESPICERE, *succurrere*, ad Div. X. 11. si modo rempubl. *respicere* velit. cf. Att. VII. 1. * ad Div. X. 24. si Cæsar se *respexerit*: h. e. *ad salubriora consilia redierit, salutis publicæ atque adeo suæ rationem habuerit. Nam antea dixerat, Cæsarem ad mala consilia & reip. minus salutaria se contulisse.*

RESPIRARE. Quint. 11. quem nunc *respirare* libere non sinis: *h. e. omni ratione vexas.* * *intermitti.* Phil. VIII. 7. oppugnatio *respiravit.*

RESPIRATIO, *exhalatio.* Nat. D. II. 10. aër oritur ex *respiratione* aquarum.

RESPIRITVS. Nat. D. II. 55. quæ se in *respiritu* dilatant.

RESPONDERE, *est eorum qui consuluntur, ut JCtorum Pontificum, conjectorum, hariolorum.* Leg. II. 12. *respondendi* juris facultas. Or. I. 45. in jure *respondendo. In quo animadvertenda est forma:* jus respondere, *pro usitatiori*, de jure resp. Att. IV. 1. Pontifices *responderunt.* * *respondere, dicitur de litigantibus in foro, petitore, accusatore & reo, cum adsunt die dicta.* Verr. I. 1. Verrem non *responsurum.* cf. Verr. II. 40. Att. IV. 16. * *etiam in delectu militari* respondere *dicuntur, qui militiam non detrectant. hinc ductum videtur illud, cum pedes, quibus numeri causa utimur, dicit* Or. III. 49. *respondere* non vocatos. * *hoc verbo Cicero etiam utitur ad exprimendum Græcum* ἀντίστροφον εἶναι. Or. 32. rhetoricen *respondere* ex altera parte dialecticæ. *Nam sic expressit illud Aristotelis Rhetor. I. 1.* ῥητορικὴ ἔστιν ἀντίστροφος τῇ διαλεκτικῇ. * *paria præstare, gratiam referre.* Attic. IV. 3. re familiari comminuti sumus. Quinti fratris tamen liberalitati pro facultatibus nostris, ne plane exhaustus esset, *respondemus. Male hunc locum interpretatur Grævius ex ea hujus verbi vi, qua significat* * *solvere ad diem constitutam.* Att. XVI. 11. fit sæpe, ut ii, qui debent, non *respondeant* ad tempus. *v. Gronov. Obs. II. 4.*

RESPONSITARE, *de JCtis*, Leg. I. 4.

RESPVBLICA. *quia in hoc verbo tirones inprimis hærent, paullo explicatius de eo agemus.*

Res-

Respublica *tribus modis dicitur: primo, de universa civitate aut imperio: quod ubi est, reddi potest, der Staat, die Republic: deinde singulis ejus partibus. Reipubl. partes autem commemorantur commode ab ipso Cicerone Sext.* 46. religiones, auspicia, potestates magistratuum, senatus auctoritas, leges, mos majorum, judicia, jurisdictio, fides, provinciæ, socii, imperii laus, res militaris, ærarium. *Tertio dicitur de quacunque actione, negotio, quod publicæ utilitatis causa suscipitur, aut quocunque modo ad rempubl. pertinet. Itaque in legendo Cicerone judicare debent tirones, ad quod genus quique locus referendus sit, tumque demum se hoc verbum, cum ad alterum tertiumque genus pertinet, putent intelligere, cum possunt partem illam universæ reip. aut negotium publicum nominare, de quo capiendum esse contextus doceat. Primæ significationis exempla dare supervacuum foret. Alterius hæc junto.* * *leges.* Verrin. I. 2. *rempublicam* posse Senatorio consilio defendi. *Sermo enim est de lege de pecuniis repetundis & de judicio ex ea.* * *magistratus, potestas.* Verr. I. 12. ad *rempubl.* accedere. *nam hoc de iis dicunt latini, qui quæstores fiunt, aut potestatem aliquam consequuntur primum, quæ magistratuum esse solet. vid.* Phil. V. 18. Rosc. A. 1. Or. II. 25. * *bellum, res militaris.* Manil. 21. *rempubl.* bene gerere. ad Div. X. 11. *remp.* ex vestra sententia administrare: *h. e. vincere.* cf. *ib.* 17. XII. 11. * *victoria.* Nat. D. II. 2. temere de *republ.* locutus. * *ærarium, pecunia publica.* Phil. II. 3. reliquias *reip.* dissipare. Verr. I. 13. *rempubl.* administrare, *de quæstore. ib.* V. 22. de *republ.* detrahere. * *provincia.* ad Divers. XIII. 68. si ad me de *republ.* id est, de statu provinciæ, de institutis tuis familiariter scribes. * *libertas publica.* ad Divers. XI. 13. bonam spem de summa *republica* vos habere volumus. *ib. X.* 3. unus est, per tot annos republ. devexata, cursus *reipublicæ* bene gerendæ ad gloriam. * *securitas publica.* Rosc. A. 49. ideo ne nobilitas recuperavit *rempublicam.* &c. *Tertii generis exempla hæc sunt:* Cæcin. 20. absit *reipublicæ* causa: h. e. *legationis aut belli gerendi causa.* Verr. II. 55. *respublica* administrari non poterat: *h. e. exactio & solutio tributi.* Milon. 15. *reipubl.* partem suscipere, *de cæde Clodii.* Balb. 20. a *republ.* bene gerenda: h. e. *a fortibus viris civitate donandis.* Phil. V. 16. *respubl.* sæpe bene gesta: v. c. *restitutione Sext. Pompeji, bello civili extinguendo. cf. de altera & tertia significatione Gronov. ad Liv. VIII.* 31. * Pis. 32. Cæsarem non eadem *de republ. sensisse,* quæ me scio. Verr. I. 14. quod *de republ. sensit. Hæc formula capienda est de partibus, quas quis in republ. sequitur, utrum scil. popularis sit, an cum optimatibus faciat.* * Mur. 11. *republica* perfrui possumus: *h. e. omnibus commodis, quæ jure, lege &c. civis Romani sunt.* cf. Dom. 57.

RESPVERE. Sull. 24. cujus aures unquam hoc *respuerunt:* h. e. *non probarunt, non verum putarunt.*

RESTILLARE. Att. IX. 7. literæ mihi quiddam quasi animulæ *restillarunt.*

RESTINGVERE. Sext. 21. animos hominum sensusque morte *restingui.*

RESTIPVLARI. Rosc. Com. 13. *est vicissim ab eo aliquid stipulari, qui a nobis aliquid stipulatus est.* v. c. *in sponsione, quam Quintius cum Nævio facit, hic stipulatur a Quintio: spondesne te tantam summam pecuniæ daturum, tamquam pœnæ loco, si bona tua ex edicto possedi. Quintius respondet: spondeo: sed deinde sibi & Quintius similiter a Nævio stipulatur: spondesne te &c. si non possedisti. hoc est restipulari.*

RESTIPVLATIO *fit, cum restipulamur.* Rosc. C. 13.

RESTITVO, *est verbum juris,* 1) *cum aliquem reduco in eum locum, fundum, ædes, unde vi dejeci.* Cæcin. 13. 22. vim factam *restituere.* 2) *cum is, qui restituere jubetur a prætore, negat se dejecisse. nam id facit, cum dixit:* restitui. *quoniam enim eum non dejecit, & mansit in possessione is, qui restitui jubetur, idem est, ac si dejectus ante, post restitutus esset.* Cæcin. 19. 29. 32. * Verr. II. 26. judicia *restituta* sunt: *h. e. res judicatæ sublatæ, & ii qui judicio damnati erant, in integrum restituti sunt.* * Attic. XV. 4. nescio quid ab eo literarum, ut me sibi *restituerem:* h. e. *sibi iterum amicus fierem.*

RESTRICTE. Leg. II. 18. cetera non tam *restricte* præfinio.

RESTRICTVS, *parcus.* Planc. 22. *restrictos* & tenaces fuisse.

RETENTIO. Attic. XIII. 21. Carneades *retentionem* aurigæ similem facit ἐποχῇ. Acad. IV. 25. *retentio* assensionum. * *deductio de pecunia solvenda.* Attic. XIII. 23. ista *retentione* omnes ait uti Trebatius. *cf. ib.* 25.

RETEXERE, *retractare, mutare.* Phil. II. 13. itaque jam *retexam* orationem meam. &c. ad Div. XI. 28. id nunc commutem, meque ipse *retexam.* * *irritum reddere, abolere.* Verr. II. 26. omnia erant Metelli ejusmodi, ut totam præturam Verris *retexere* videretur: *sc. rebus judicatis infirmandis, censu aliter habendo, decumis aliter vendendis.* ad Div. XI. 14. novi timores *retexunt* superiora. *ubi vid. Græv.*

RETICENTER. Att. X. 6.

RETICERE, *non respondere, de reo.* Verr. I. 1. si *reticeat,* si absit.

RETICVLVM. Verr. V. 11. *reticulum* sibi ad nares admovere: *sc. floribus fartum folliculum. v. Athenæus IV. 12. & ibi Casaubonus, qui hunc locum commemorare non neglexit.*

RETINERE. ad Diverſ. V. 12. quæ hominum animos vehementer in legendo *retinere* possit. ad Div. I. 7. virum excellentem, nonnihil suspicantem illa epistola *retinuisti: int. in amicitia.* Dom. 34. tantum impios homines *retinebat* odium; *pro:* tantum o. impii h. *retinebant.*

RETRACTARE, *de cogitatione.* Att. VIII. 9. augere dolorem *retractando.* Nat. D. II. 28. qui omnia, quæ ad cultum Deorum pertinerent, diligenter *retractarent: ubi etiam pro* tractare *dictum*

dictum videtur. **recusare, tergiversari.* Tusc. I. 31. veniet tempus, & quidem celeriter, sive *retractabis*, sive properabis. *Quod ad h. l. Buherius putat aliud esse* retrectare, *aliud* retractare, *id nihili est, ut jam monuit Drakenb. ad Liv. XXXVII.* 18.

RETRACTATIO. *tergiversatio.* Tusc. V. 29. sine *retractatione* libere dicere. ad Att. XIII. 3. sine ulla dubitatione aut *retractatione.*

RETRACTATIOR. Att. XVI. 3. σύνταγμα *retractatius: iterum excussum, emendatum, eoque & accuratius factum.*

RETRAHERE, *trahere, ducere.* Part. 39. *retrahere* in odium judicis.

RETRVSVS, *abditus.* Or. I. 19. *retrusus* in media philosophia.

RETVNDERE, *comprimere.* ad Div. VIII. 6. *retudit* sermones.

RETVSVS, *obtusus, hebes.* Div. I. 36. *retusum* ingenium.

REVELLERE, *tollere.* Att. V. 20. omnes injurias *revellimus* superiores.

REVEREOR, *vereor, timeo.* Or. II. 28. dicam enim non *reverens* assentandi suspicionem.

REVINCERE, *convincere.* Arch. 5. nunquam neque suo neque amicorum judicio *revincetur. v. Gronov. ad Gell. VI.* 11.

REVIRESCERE. Prov. C. 14. *revirescunt* res. *de Gallis, qui, recuperatis viribus, bella instaurare cogitabant.*

REVIVISCERE. Phil. VII. 1. ad auctoritatis pristinæ spem *revivisçere. Græv.* revirescere.

REVOCARE, *invitare eum ad convivium, a quo ante excepti sumus.* Rosc. Am. 19. * Or. II. 52. ad suas res *revocare* aliquem *dicitur, qui ei in memoriam redigit, quæ ipsi acciderunt, aut ipse fecit.* * *referre.* Flacc. 12. *revocare* omnia ad gloriam splendoremque. * *expedire se ex re aliqua, in quam nos immisimus.* Pis. 29. *revocare* se non poterat, familiaritate implicatus. * Dom. 55. *revocare* se *dicitur, qui hæsitat in legendo, recitando, dicendo.* * *actores dicuntur* revocari, *cum jubentur a spectatore repetere versus aliquos.* Tusc. I. IV. 29. Socrates dicitur ter *revocasse* versus primos. cf. Sext. 56. 58. *& ibi Abram. sed in genere* revocari *dicuntur, qui eandem rem altera vice dicunt.* Arch. 8. * *item, qui jubentur altera vice accusari.* Q. Fr. II. 6. populus *revocat.* * *instaurare, reficere.* ad Div. VII. 26. vires & corpus amisi. Sed si morbum depulero, facile, ut spero, illa *revocabo. v. Gron. Obs. II.* 19. * *temperare sibi, dicitur,* revocare se, Att. XIII. 1. * *corrigere.* Div. II. 46. cum ita nati essent, ut quædam depravata haberent, restituerentur & corrigerentur ab natura, cum se ipsa *revocasset,* aut arte, aut medicina.

REVOLVI, *redire aliquo.* Att. XIII. 26. *revolvor* identidem in Tusculanum. cf. Or. II. 30. 31.

REVS, *is cujus res agitur, non solum accusatus, sed etiam is, unde petitur.* Or. II. 79.

REX sacrorum. Domit. 14. *in Collegio Pontificum locum habet. de eo, & cur hoc nomen habuerit, lege Liv. II.* 2. *init.*

RHETORICA. Fin. II. 6. *rhe-*

torica philosophorum - *rhetorica* forensi.

RICINIVM. Leg. II. 23. *Est pallium mulierum, quo in adversis rebus & luctibus utuntur. vid. Ferrar. Re Vest. I. 25. Ruben. I. 7. Salm. ad Vop. Aurelian. 45. p. 541.*

RIDICVLVS, *qui dicteria jacit, aut jacere potest.* Verr. I. 46. *ridiculi* e dolore reperiebantur: *h. e. dolor ad jocandum incitabat, dicteria subjiciebat.* * *facetus.* ibid. alii frigidiores erant, sed, quia stomachabantur, *ridiculi* videbantur esse.

RIGIDVS. Brut. 18. signa *rigida, opponuntur mollibus, elaborationibus.*

RIVALITAS. Tusc. IV. 26.

RITE, *jure.* Nat. D. I. 19.

ROBVR, *lectus durus, ex ligno duriori, tamquam ilice.* Mur. 35. qui quotidianis epulis in *robore* accumbunt. * Cluent. 56. *robora* populi Romani, *dicuntur equites justi &c.*

ROBVSTVS, *magnus.* Phil. V. 11. *robustius* fit malum. Planc. 8. *robusta* frequentia.

ROGARE, *in petitionibus est amicorum Candidati, qui populum pro eo prensant.* Planc. 13. neque enim ego sic *rogabam*, ut petere viderer, quia familiaris esset meus - sed ut quasi parenti. *deinde vero etiam Candidati: de quo cum dicitur, in deteriorem partem accipitur. Nam* petere *proprium est verbum, quo utuntur, cum prensatur populus:* rogare *autem cum unus hac potestate est, ut magistratus tribuat, cui velit, adeoque ab eo Candidatus magistratum petit.* Phil. II. 30. *extr.* in proximum annum consulatum *peteres*, vel potius *rogares;* is per municipia coloniasque Galliæ, a quo nos tum, cum consulatus *petebatur*, non *rogabatur*, consulatum *petere* solebamus. * rogare *est porro magistratuum, cum ferunt ad populum legem, aut comitiis creandorum magistratuum præsunt.* Muren. 1. quibus consulatus, me *rogante* (*quippe consule illius anni & comitia habente consulum*) datus esset. Att. IX. 15. ut Consules *roget* prætor, vel dictatorem dicat, quorum neutrum jus est. Sext. 26. Pisoni provincia *rogata* est. Leg. II. 12. lex jure *rogata. v. Lex.* Jure *autem* rogatur *lex, cum in ea ferenda nihil fit contra leges de auspiciis aliasque.* * Flacc. 13. nos hic in mare superum & inferum sestertium ter & quadragies *rogabamus:* i. e. erogabamus; *quo verbo paullo post in eadem re utitur, unde etiam Lambinus e Turnebi conjectura reposuit:* erogabamus. *neque mihi ea conjectura displicet. Similiterque ap. Liv. XXII. 23. pro* rogaretur *in tali sensu viri doctissimi corrigunt* erogaretur. *Gruterus intelligi vult* populum: *rogabamus populum de pecunia &c. idque probat Drakenborch. ad Liv. XXII. 23. Sed in sumtibus ex ærario faciendis ad populum non fertur, sed potius ad Senatum a Coss. refertur, & a Senatu decernitur. Si porro esset talis rogatio facta, a tribuno profecto populari facta esset: quod esset contra jus & auctoritatem Senatus. Itaque Cicero non dixisset:* nos rogabamus: *quod ad Senatum referendum est necessario.*

ROGA-

ROGATIO, *intercessio & prensatio in Comitiis.* Planc. 10. *rogatio* semper est gratiosissima.* *lex.* Sull. 22. *rogatio* Cæcilia.

ROGATIVNCVLA. Dom. 20. ea te ex una *rogatiuncula* fecisse.

ROGATOR, *in comitiis* est 1. *magistratus, qui comitiis præest.* v. *rogare.* Nat. D. II. 4. *rogatorem* comitiorum justum non fuisse. 2. *amici Candidati, aut ejus, ad quem lex pertinet, qui singulos cives suffragia ferentes rogant, quem suffragio suo creatum velint, quid de lege fieri velint, idque ex veteri instituto, quo suffragia voce dabantur. post tabellis inductis mansit nomen rogatorum.* Sen. p. R. 11. quando illa dignitate *rogatores,* diribitores, custodesque vidistis. Pis. 15. vos *rogatores,* vos distributores, vos custodes fuisse tabularum. Div. II. 35. *rogator* centuriæ.

ROSA. Fin. II. 20. potans *in rosa.* Thorius. v. *in.*

ROTA fortunæ. Pis. 10.

ROTVNDVS, *in oratione est de periodis & collocatione verborum.* Brut. 78. *rotunda* constructio verborum. Or. 13. Theodorus (*ita legendum, non* Thucydides) præfractior, nec satis *rotundus. Ducitur metaphora a globo aut cylindro tereti, in quo nihil asperi, nihil eminentiæ, nihil lacunarum, ut adeo facile vel leviter impulsus procurrat.* oratio rotunda *ergo est ita collocata & structa, ut nulla asperitas, nulli hiatus sint, sed ut pronunciari leviter suaviterque possit.*

RVBEO, *pudet.* Att. XV. 4.

RVBOR, *verecundia.* Or. II. 59. *ruborem* suum præstare.

RVDIS, *baculus, quem accipiebant gladiatores, qui mittebantur e ludo, tamquam signum libertatis. rudibus enim exercentes se gladiatores pugnabant.* Phil. II. 29. *rudem* accipere. v. *Schott. Nod. Civ. II. 6.*

RVERE, *de eo, qui impotentia animi permotus violentis consiliis utitur, fere ut, qui furere dicuntur.* Att. VII. 20. illum *ruere* nunciant. *ib.* 21. sed antiquiores literæ, quam *ruere* cœpit. Rosc. Am. 32. qui, tamquam si offusa reip. sempiterna nox esset, ita *ruebant* in tenebris, omniaque miscebant. * *peccare, labi.* Dom. 55. non potuit ullo modo non in agendo *ruere* ac sæpe peccare. * Fin. II. 6. sed dum dialecticam contemnit Epicurus - - *ruit* in dicendo, ut mihi quidem videtur, nec ea, quæ docere vult, ulla arte distinguit.

RVINAE, *mala, calamitates.* Sen. p. R. 8. horum consulum *ruinas* (*quarum sc. autores sunt*) vos Consules vestra virtute fulsistis. Att. X. 1. quod post has *ruinas* non contigerat.

RVMOR. Cluent. 47. ex tota ista subscriptione *rumorem* popularem & plausum esse quæsitum, *apparet,* rumorem popularem *esse famam, laudem populi. ib.* 28. *rumorum* venti. cf. 38. v. *aura. ventus. Gron. Sest. IV.* 9. *namque etiam de vento ipso dicitur.* Div. I. 16. *e vetere poëta.* solvere *rumore secundo* imperat. v. *Interpretes ad Virgil. Æn. VIII.* 90.

RVNA. *genus teli.* Leg. III. 9. *runæ* & sicæ. *e lectione Davisii.*

RVS. rure *pro* ruri. Att. XIII. 46. *rure* veni: *libri veteres & boni habent: idque defendit multis*

Mala-

Malaſpina. add. Broukh. ad Tibull. II. 1. 49.

RVSTICARI. Arch. 7. Or. II. 6. *dicuntur Romani homines, cum ex urbe in prædia ruſtica ſecedunt, delectationis & otii cauſa.*

RVSTICATVS, *us.* Att. XII. 1.

RVSTICE, *imperite, inſcite.* Off. III. 9. urgent *ruſtice.*

RVSTICVS. *indoctus.* Or. II. 6. * ruſtici Romani, *atque adeo* ruſtici *ſimpliciter dicuntur cives Rom. cum de plebe, tum etiam de equeſtri ordine.* (Roſc. Am. 7. 18.) *qui non Romæ, ſed in municipiis & coloniis habitant.* Arch. 10. Sext. 45. ad Div. XVI. 21. *cf. Gronov. Sest. IV.* 9.

RVTA, *de dicendi genere minus ſuavi, horrido.* ad Div. XVI. 23. ad cujus *rutam* mihi pulegio tui ſermonis utendum.

RVTA, *orum.* Top. 26. Or. II. 55. Partit. 31. *ruta* cæſa. *Ita dicitur ſuppellex omnis, quæ loco moveri poteſt, eique opponuntur* fixa.

S.

SACER, *cum genitivo.* Verr. I. 18. inſula eorum *Deorum ſacra* putatur. *imitatus eſt Tacit. A. XV.* 53. *ubi v. Gronov.* * Sacra Verr. II. 5. *ſimulacra Deorum ſunt.*

SACCVLVS. Fin. II. 8. vinum, cui nihil - - *ſacculus* abſtulerit: *intell. ſaccum vinarium, quo percolantes vinum, ejus vires frangunt, ut lenius fiat.*

SACRAMENTVM, *jusjurandum militare.* Off. I. 11. ut ſecundo eum obligaret militiæ *ſacramento;* quia priore amiſſo, jure cum hoſtibus pugnare non poterat. *Pearcius ad h. l. ſacramento diſtinguit jusjurandum militare e Liv. XXII.* 38. *Male. Nam ibi non diſtinguuntur ſacramentum & jusjurandum, ſed ſacramentum voluntarium, & legitima jurisjurandi adactio.* * *In foro* ſacramentum *erat pecunia, quæ a litigantibus deponebatur apud Pontificem, ut, qui cauſa cecidiſſet, amitteret eam pecuniam: quod ejus rei cauſa fiebat, ne impune alicui negotium petendo, aut juſta petenti inficiando, fruſtra crearetur. Inſtituta autem res eſt etiam propter inopiam ærarii, auctore Varrone, ut id inde aliquem reditum haberet. Differt a ſponſione ſacramentum in eo, quod in ſponſione non deponitur pecunia, ſed tantum promittitur. v. Hotomann. ad Or. pr. Quintio c. 8. pro eadem re habet Facciolatus V. Cel. ad hanc orationem. vid. Indicem in* ſponſio. ad Div. VII. 32. *ſacramento* contendere. *hinc ipſa petitio ſacramentum dicitur, quæ ſacramento interpoſito fit.* Cæcin. 33. non poſſe noſtrum *ſacramentum juſtum* judicari. Dom. 29. ſi decemviri *ſacramentum* in libertatem injuſtum judicaſſent. Or. I. 10. juſto *ſacramento* contendere. cf. Mil. 27.

SACRARE, *ſacrum & inviolabile efficere.* Balb. 14. ſanctiones *ſacrandæ* ſunt, aut genere ipſo, aut obteſtatione & conſecratione legis, aut pœna.

SACRATVS. leges *ſacratæ. v. Ind. Legg.*

SACROSANCTVS, *inviolabilis ita, ut, qui violare audeat, ſacer ſit.* Balb. 14. *ſacroſanctum* nihil eſſe poteſt, niſi quod populus plebsve ſanxiſſet.

SAGA. Div. I. 31. *ſagæ* anus, quia multa ſcire volunt.

SAGAX.

SAGAX. Div. I. 31. *sagaces* dicti sunt canes.

SAGINA, *largitiones in plebem, inprimis frumenti.* Flacc. 7. qui multitudinem non auctoritate sed *sagina* tenebat.

SAGIRE. Div. I. 31. *sagire* est sentire acute.

SAGVM, *est vestis militaris, qua etiam omnes cives Rom. in urbe utebantur ex SCto in tumultu. v. tumultus.* Phil. XIV. 1. ad *saga* ire.

SAL, & sales *dicuntur de utroque genere facetiarum, & eo, quod est in singulis verbis, quæ dicteria dicuntur, & quod est fusum æquabiliter per totam orationem.* vid. Or. 26. *init.* Or. II. 54. ars *salis.*

SALEBRAE, *asperitates viarum proprie: in oratione salebræ sunt in collocatione verborum, cum aspere verba concurrunt. vid.* Or. 12. *in Philosophia autem sunt difficultates, ex quibus non facile quis se expediat.* Fin. II. 10. hæc sunt contraria (*repugnantia*) hic si definire vel dividere didicisset, - - nunquam in tantas *salebras* incidisset. cf. V. 28.

SALINAE. *Sales, facetiæ.* ad Div. VII. 32. non satis diligenter a te possessionem *salinarum* mearum defendi. *Sed per jocum ista dicuntur.*

SALSVS, *venustus, lepidus.* Att. XVI. 12. *de libris:* negotia *salsa.* Nat. D. I. 28. hoc ipsum (*nævum in articulo habere*) *salsum* illi & venustum videbatur.

SALTARE. Mur. 6. nemo *saltat* sobrius. v. *saltator.* * Or. 67. numerosam comprehensionem perverse fugiens Hegesias, *saltat,* incidens particulas: *h. e. semper incise & membratim dicens, nunquam longiori & numerosa periodo utens, quo quasi mollius salientem orationem efficit.*

SALTATOR, *in convicii loco dicitur* Muren. 6. Sen. p. R. 6. Off. I. 42. *ad quem locum Grævius multis disputat in hanc sententiam, saltationem non omnem fuisse turpem, sed histrionicam modo & scenicam. Itaque* saltatorem *esse* histrionem, *qui carmina saltet, quod erat Romæ in primis pantomimorum, qui nonnisi saltando fabulas exhibebant, ut jam docuit erudite Salmas. ad Vopisc. Aurelian. 7. p. 433. & Carin. p. 830. f. Saltationem aliquam autem fuisse honestam, ex multis rebus intelligi posse, tamquam quod in pompis sacris fuerit usurpata &c. Neque tamen mihi videtur tota illa disputatione vulgarem sententiam satis confutare, quæ saltare turpe fuisse Romæ censet. Scilicet, qui huic sunt addicti, non negant, honestum fuisse, in sacris ludis & pompis ad præscriptos cerimoniis modos saltare: de his saltationibus non est sermo: sed an extra hoc genus sacrum, v. c. in conviviis, honestum fuerit saltare. quod mihi non videtur. Nam disserte Cicero pr. Muren. 6.* nemo *saltat* sobrius, nisi qui forte insanit: neque in solitudine, neque in convivio moderato atque honesto: tempestivi convivii, amœni loci, multarum deliciarum comes est extrema *saltatio. Utinam dixisset Grævius, ubi locus fuerit saltationi præterquam in sacris. Si non in solitudine, non in convivio hone-*

honestum est saltare: ubi tandem est? Off. III. 19. dares hanc vim M. Crasso - - in foro, mihi crede, *saltaret. Estne hoc: histrionem, pantomimum ageret? si non per se indignum honesto & gravi homine esset saltare, quomodo hoc dicere potuisset? sensus est, omnia indignissima hereditatis causa faceret Crassus, & quod etiam domi turpe est, id vel in foro faceret, ut saltaret. Denique pantomimorum saltatio sub Cæsaribus demum inventa est.*

SALTATORIVS. Pis. 10. *saltatorius* orbis. *v. orbis.*

SALTVS, *pascua.* Quint. 6. *extr.* Quintius interea de *saltu* agroque communi detruditur. *idem ante dixerat* c. 3. pecuaria res ampla & rustica. *hoc sensu verbum hoc crebro est ap. Ciceronem. v. Festus in h. v. Res optime cognosci potest e Varron. R. R. L. II. Etiam in legibus Cæsarum sic* saltus *occurrunt. vid. Glossarium Nomic. Cod. Theod.*

SALVS, *res a qua salus pendet.* in Cæcil. 21. Verr. I. 1. nulla *salus* major reipubl. reperiri potest. *v. summus.* * *insolentius dicitur* Verr. II. 6. juris, libertatis, rerum fortunarumque suarum *salutem* in istius damnatione consistere. * Verr. III. 57. quo ex judicio si ulla *salus* servare posset. * Div. I. 47. addubitato *Salutis* augurio. *Fuit autem* Salutis augurium *genus auspicii, quo tamquam consulebant Deos, an sibi liceret salutem populi ab ipsis petere; quod fieri non licebat, nisi ubi aves addixissent. Eo die autem id augurium agebatur, quo nullus motus esset militaris, neque contra hostem, neque ab hoste. Itaque in bellis civilibus & gravioribus aliis non agebatur. Hæc Dio tradit L. XXXVII. quem ad h. l. laudat Davisius. de hoc augurio v. Politian. Misc. 13. Torrent. & Casaubon. ad Sueton. August. 31. Lipsius ad Tacit. A. XII. 23.*

SALVTARITER, *tuto.* ad Div. X. 23. vel ut celeriter accedere, vel *salutariter* recipere me possem.

SAMNITES. Sext. 64. *genus gladiatorum, quod nomen traxit ab armatura Samnitica, quam describit Liv. IX. 40. Ante Romanos jam Campani contumeliæ causa gladiatores Samniticis armis habituque pugnare instituerant, quos imitati sunt Romani. Liv. ibid. cf. de hoc genere gladiatorum Lipsius Saturnal. II. 11.*

SANCTIO, *est caput legis, quod pœnam continet, qua tamquam sanctæ & inviolabiles leges fiunt.* Verr. IV. 66. Balb. 14.

SANCTITAS, *jus inviolabilitatis.* Sext. 37. fretus *sanctitate* tribunatus. ad Div. X. 4. *sanctitas* patriæ. *Sic Liv. XLIV. 29. sanctitatem* templi insulæque *de jure asyli dixit.*

SANCTE. Rabir. Post. 4. *sanctius* judicata *dicuntur, quæ legibus novis severius constituuntur.*

SANCTVS, *inviolabilis.* Leg. III. 3. tribuni pl. *sancti* sunto. Fin. III. 20. amores *sancti. v. amor.*

SANGVEN. Fin. V. 11.

SANGVIS, *cædes.* Rosc. A. 4. quotidianus *sanguis.* * *pecunia, cum de privatis, ærarium, cum de rep. dicitur.* Sext. 36. *sanguis* reip. cf. Dom. 47. *hinc eleganter plebecula, in quam propter frumen-*

mentarias largitiones pecunia ex ærario impenditur, hirudo ærarii *dicitur*. v. *hirudo*.

SANNIO, *scurra*. Or. II. 61. ad Div. IX. 16. *extr*.

SAPERE. Div. I. 58. qui sibi semitam non *sapiunt*: *e poëta*; i. e. *nesciunt*, *non vident*. Fin. II. 8. non sequitur, ut, cui cor *sapiat*, ei non *sapiat* palatus: i. e. *non sentiat recte in cibo*, *non judicet recte de saporibus*. ad Div. I. 10. ubi solus *sapere* videare. *est jocus ex ambiguo*. *scribitur enim de JCto*, *quorum scientia dicebatur sapientia*. v. *sapientia*.

SAPIENS, *de JCto*. Læl. 2. Balb. 15.

SAPIENTIA. Or. III. 15. *quid Græcis sit? ib.* II. 1. *sapientia* omnis, *est eruditio*. * *Juris scientia*. *hinc* ad Div. I. 10. *jocus ad Valerium JCtum*: ubi audacia licet pro *sapientia* uti. * Tusc. III. 18. *in plurali*, sapientiæ.

SAPOR. *intelligentia*. Sen. p. R. 6. homo sine sensu, sine *sapore*. Brut. 46. *sapor* vernaculus: *est venustas*, *elegantia vernacula*.

SARISSA. Herenn. IV. 32. ut si quis Macedonas appellarit hoc modo: non tam cito *sariſſæ* Græcia potiti sunt. *ex quo patet fuisse telum aut hastam Macedonum*.

SARTVS. Verrin. I. 40. 49. *sarta* tecta exigere. Sarta tecta *sunt opera publica*, *in primis templa*, *quæ a censoribus locantur*, *ut aut nova ædificentur*, *aut sarciantur*, *si quid in iis aut vitii est*, *aut melius aliquid novumve extruendum esse videtur*. *Ubi autem opus a redemtore ex lege censoria traditur Censoribus*, *Censores* exigere *dicuntur* sarta tecta: h. e. *inspicere*, *si opus e lege locationis factum sit*. Græci ἐφάπτειν οἰκοδομὴν & ὑποφάπτειν *dicunt*. v. *Salmas. ad Vopisc. Aurelian.* 35. *T. II. p.* 509. cf. ad Div. XIII. 11. *hinc metaphorice est ib.* 50. *sartum* & tectum ab omni incommodo præstare.

SATIETAS. Orat. III. 25. ea, quæ leviter voluptate sensum movent, facillime *fugiunt satietatem*. *Cogitabam legendum* effugiunt. *Syllaba prima potuit intercidere*, *quod ex veteri scribendi ratione in MSS. hæ duæ literæ semel scriptæ essent*, *bis legendæ*, *cujus rei negligentia sæpe in errorem induxit librarios & vitiosam scripturam effecit*. *Sed nihil definio*. Mur. 9. *satietatem* sui superare, *est efficere*, *ne homines nostri satietas capiat*.

SATIS. *cum nomin. vel acc.* Att. XII. 50. *satis* consilium. *vid. Davis. ad Leg. I.* 10. *Burman. ad Virg. Æn. III.* 348. *& quos ipse laudat ad Ovid. Her. XI.* 36. Quint. 13. judicatum solvi *satis accipere*. *respondet* τῷ satis dare, *de quo mox*. Vert. I. 45. *satis accipere* pro præde.

SATISDARE, *est datis prædibus cavere alicui*, *aut sponsoribus*, *in re pecuniaria*. ad Div. XIII. 28. si quid *satisdandum* erit. cf. Rosc. C. 12. Quint. 7. &c. judicatum solvi *satisdare*, *est datis prædibus cavere alicui & polliceri*, *quod judices judicaverint solvendum esse petitori*, *solutum iri*. *Ex ea autem oratione intelligitur*, *honestum fuisse interdum satisdare*, *nempe cum pecunia*, *hereditas &c. peteretur*, vid. c. 28. extr. *minus autem honestum interdum fuisse*, *juberi*

juberi a prætore satisdare, ex c. 8. 9. intelligi potest. Nam jubebantur ex jure prætorio satisdare petitori ii, qui vadimonium deseruissent, quorumque bona XXX. dies ex edicto possessa essent. Itaque recusabat procurator Quintii ejusque amici reliqui hoc nomine satisdare pro Quintio absente, quod si id facerent, eo ipso fatererentur & concederent, bona Quintii esse possessa.

SATISDATIO. Att. V. 1. & sunt aliquot *satisdationes* secundum mancipium (*s. ut Salmasio placet* mancipia) *h. e. ex sententia Salmasii, si mancipia i. e. servi ad satisdandum non sufficiunt, sunt alia quibus satisdari potest, nempe prædia Attiliana & Memmiana. v. Salmas. mod. Usur. c. 16. p. 732. Cujacius autem Obs. X. 4. sic interpretatur, ut satisdationes prædiorum secundum mancipium sint, cum venditor prædiorum satisdat emtoribus, ut iis de evictione caveatur. Eas autem satisdationes esse nudas repromissiones, nullis datis fidejussoribus. Hanc autem vim satisdationibus interdum esse, ex libris Juris Civilis demonstravit Ryckius ad h. l. in editione Græviana, qui & ipse Cujacianam interpretationem probat & confirmat.*

SATISDATO. Att. XVI. 6. *satisdato* debere: h. e. *facta pro alio idonea cautione debere, quia pro alio nos soluturos spopondimus. ib.* 15. illi turpe arbitror, eo nomine, quod *satisdato debeat*, procuratores ejus non dissolvere.

SATISFACERE, *solvere debitori, quod debemus.* ad Div. XIII. 56. aut pecuniam solvant, aut fructibus *satisfaciant.* * *hinc, pro solvere simpliciter.* Attic. IV. 16. populo tributim domi suæ *satisfecerat. cf.* ad Div. XVI. 6. * *excusare se alicui.* Rosc. Com. 9. *satisfecisti*, quod temere commissiles &c. cf. Phil. II. 20. Muren. 3. * *defendere suam causam in judicio, probare aliquid.* Verrin. III. 62. *satisfacere* judicibus. Verr. II. 7. de quo multis testibus *satisfactum est.* * *iratum & male de nobis sentientem reconciliare.* Act. I. Verr. 1. adduxi hominem, in quo reconciliare existimationem judiciorum amissam, redire in gratiam cum pop. R. *satisfacere* exteris nationibus possetis. Verr. III. 58. nec illum ante tibi *satisfacere*, quam tu omnium existimationi *satisfeciisses.* * ad Div. XIII. 16. *satisfacere* cupit immortalitati laudum tuarum: h. e. *scribere de tuis rebus gestis constituit.* * ad Div. X. 1. vita, cui *satisfeci: h. e. quæ mihi satis longa contigit.* Att. X. 8. me illi nullo modo *satisfeciisse*, quod in senatum non venerim: *h. e. mihi indignatum esse.* Phil. II. 23. oratio mea non poterit *satisfacere* vestræ scientiæ: *h. e. non possum dicere tantum, quantum vos scitis.*

SATISFACTIO, *excusatio.* ad Div. VII. 13. accipere *satisfactionem.* Att. IV. 6. aliquid *satisfactio* levitatis habere videtur.

SATVR. Or. 36. nec *satura* jejune dicet. Satura *dicit res magnis & parvis interjectas: h. e. mediocres.*

SAVCIVS, *de reo ita dicitur, ut* ambustus. ad Div. VIII. 8.

SCABIES, *qui nos irritat suavitate sua.* Leg. I. 17. quæ natura bona

bona sunt, quia dulcedine hac (*voluptatis*) & *scabie* carent, non cernimus.

SCABILLVM. Cœl. 27. mimi exitus non fabulæ; in quo cum clausula non invenitur, fugit aliquis e manibus: deinde *scabilla* concrepant, aulæum tollitur. *Erant autem* scabilla *crepitacula ex ferro*, (Lucian. Saltat. §. 83. σιδηρᾶν ὑπόδημα) *aut ex ligno*, (Pollux VII. 22. 87. ξύλινον ὑπόδημα) *quæ pedibus, quibus adstringebantur*, (*unde & nomen duxerunt. nam* ὑποπόδιον *est scabillum proprie, nec tamen est perpetuum*) *concuti solebant, & strepitum faciebant, uti docet antiqua statua, in qua occurrit scabillum, confirmatque Rubenius de Re Vest. II. 17. Auctores in Fabri Lexico commemorati scabillorum rationem perspectam non habuere. Rectiora tradidit ante Rubenium etiam Salmasius ad Vopisc. Carum c. 19. p. 838. s. T. II. Adde inprimis Explication de divers Monumens singuliers p. 47. s. ubi monumentum vetus illustratur, in quo scabilla spectantur. Ab his scabilis* operæ scabillares *ap. Fabrettum in Inscription. p. 603. 660.*

SCALMVS, *est proprie lignum, cui remus adligatur, unde deinde pro remo ponitur. tot enim sunt remi, quot scalmi.* Att. XVI. 3. tribus actuariolis, decem *scalmis*. Or. I. 38. navis duorum *scalmorum*. Brut. 53. ut Crassus ab adolescente delicato, qui in littore ambulans *scalmum* reperisset, ob eamque rem navem ædificare concupivisset, exorsus est: similiter Scævola ex uno *scalmo captionis*, centumvirale judicium hæreditatis effecit.

SCAMMONEA. Div. I. 10. quid *Scammoneæ* radix ad purgandum possit.

SCAPHIVM. Verr. IV. 17. *poculum in hemisphærii similitudinem rotundum: ut ap. Plautum in Sticho V. 4. 11. & Bacchid. I. 1. 37. quo loco tamen quidam de matula capiunt, etsi de convivio sermo est. Nam* scaphium *est hemisphærium. Sic etiam scaphia dicebantur vasa ex ære rotunda, quæ horologiis inserviebant, ut auctor est Martianus Capella, de quo v. Salmas. ad Solin. p. 448. b. quidam tamen a similitudine cymbæ dictum volunt.*

SCATVRIO, *meditor, molior.* ad Div. VIII. 4. totus, ut nunc est, hoc *scaturit.*

SCENA. Planc. 11. quæ si minus in *scena* sunt, at certe cum sunt prolata, laudantur: *h. e. si minus per se sunt illustria, & in oculos incurrunt.* * ad Brut. ep. 5. *scenæ* servire: *h. e. tempori.*

SCENICI. Planc. 11. Verr. III. 79. *Sunt histriones, mimi, & actores omnes.*

SCHEDA. Att. I. 17. enitere, ne qua *scheda* depereat. Scheda *est plagula chartæ ex scapo revulsa, quibus committebant veteres, quicquid subito commentabantur, ut emendatum postea in mundiorem chartam scriberetur, ut docet Salmas. ad Vopisc. Firmum. c. 3. T. II. p. 701.*

SCHOLA. *disputatio.* Pis. 25. vertes te ad alteram *scholam. ib.* 27. ubi sunt vestræ *scholæ*. Tusc. III. 34. separatim sunt certæ *scholæ*, de exsilio. *ib.* I. 4. *scholas* Græcorum more habere. Fin. II. 1. *scholam* explicare.

SCILICET, *scito, scias licet.* Q. Fr. II. 8. illud *scilicet:* cœnabis, cum veneris. ad Div. IX. 6. est igitur adventus *scilicet* Cæsaris in expectatione. ib. 21. privatas causas & eas tenues, agimus subtilius; capitis aut famæ scilicet ornatius. *v. Gronov. Obs. III.* 9.

SCINDERE. Attic. III. 15. ne *scindam* ipse dolorem meum: *h. e. renovem. sed Grævius putat Ciceronem scripsisse:* rescindam. XIII. 33. ego ita egi, ut non *scinderem* penulam: *h. e. non vehementius invitavi & rogavi, ut manerent.*

SCIO. *de formula:* haud scio an. *v. haud. exempla superioribus addenda sunt* Or. I. 62. 60. II. 17. Verr. I. 15. Acad IV. 25. Leg. I. 6.

SCISCERE, *est proprie in legibus jubendis, & quidem plebejis.* Planc. 14. *scivit* legem primus. cf. Dom. 30. &c. *unde* plebiscitum. *hinc pro* probare *dicitur, quod, qui sciscunt, probant.* Prov. C. 15. simul ostendit, se eam legem *sciscere,* quam legem esse negat. *Sed est tamen etiam de omni suffragio.* Leg. III. 3. cum *sciscentur* suffragia &c.

SCISSVS. Or. III. 57. *scissum* vocis genus. *de hoc vid. Quintil. Inst. Or. XI.* 3. *n.* 20. 21. *scinditur* vox &c. -- *finditur* etiam spiritus objectu aliquo, sicut lapillo tenues aquæ &c. *Est quod nos vocamus das Lispeln.*

SCOPAE. Att. VII. 13. L. Cæsarem vidi cum absurdissimis mandatis, non hominem, sed *scopas* solutas. Or. 71. isti autem cum dissolvunt orationem - - non clypeum, sed, ut in proverbio est, *scopas* mihi videntur dissolvere.

SCOPVLOSVS, *difficilis.* in Cæcil. 11. intelligo, quam *scopulosa* difficilique in loco versetur. *defendit hoc verbum Drakenb. ad Sil. VII.* 274.

SCOPVLVS. *in oratione ac disputatione scopuli, dicuntur loci difficiliores, de quibus difficile est dicere.* Cœl. 21. *scopulos* prætervecta oratio. * *pro* monte, *ex Ennio est.* Brut. 18. cum neque Musarum *scopulos* quisquam superarat.

SCRIBA. *genera scribarum duo fuere, alterum privatorum, alterum publicorum. Privati sunt hominum privatorum servi, ut* ad Div. V. 20. *publici autem sunt homines liberi, sed plebeji ordinis, inprimisque libertini, qui in certas decurias descripti, mercedem ex ærario accipiebant. Sorte distribuebantur inter magistratus.* Dom. 28. *scribæ* nobiscum in rationibus publicis monumentisque versantur. Cluent. 45. *scriba* ædilitius. *ex quo loco etiam intelligitur, prætores ædilesque legisse scribas. Ante a quæstoribus urbanis lectos fuisse, colligas e Livio XL.* 29. Verr. III. 78. *scriba* - - apparitor. *cf. Sigon. A. I. C. R. II.* 15. Brut. 84. gratiosi sint *scribæ* in dando cedendoque loco, *scil. cum judicium publicum habetur.* Verr. III. 79. ordo *scribarum* honestus est. quis negat? est vero honestus, quod eorum hominum fidei tabulæ publicæ & pericula magistratuum committuntur. *ib. scribæ,* qui digni sunt illo ordine, patresfamilias, viri boni atque honesti - ad eos me revoca: noli hos colligere, qui numulis corrogatis de nepotum donis, ac de sceni-

scenicorum corollariis, *cum decuriam emerent*, ex primo ordine explosorum, *in secundum ordinem civitatis* se venisse dicunt. -- mirabimur turpes aliquos ibi esse, *quo cuivis licet pretio pervenire. Ex hoc loco de honestate scribarum publicorum judicari potest, quam impugnavit Sigon. A. J. C. R. II. 9. defendunt Guther. Jur. Pontif. II. 13. Fabrett. Inscr. c. 6. p. 458. s. & Græv. ad Dom. 28. De vilitate eorum & contemtu agunt etiam Ferrar. de Orig. Rom. p. 14. s. in T. 1. Thes. Græv. in quo ei assentitur Spanhem. de Usu & Præst. Num. T. 1. p. 705. De scribis Rom. est etiam docta & inprimis legenda Diss. Eschenbachii inter Diss. Acad. p. 257.*

SCRIBERE *dicuntur JCti, cum formulas cavendi &c. componunt petentibus.* Mur. 9. Servius hanc urbanam militiam respondendi, *scribendi*, cavendi - secutus est: jus civile didicit. &c. cf. ad Div. VII. 14. *ubi v. Victor. & Manut. cf. Gronov. Sest. p. 644.* * S. p. R. 4. Att. IV. 18. *scribendo* adesse, *int. Senatus Consulto. dicitur de his, qui SCto nomina sua præponi curant, ut in suam inprimis sententiam factum esse intelligatur, quod honoris causa fiebat, cum de honoribus & commodis alicujus esset SCtum. Pro eo* ad Div. XII. 29. *est*, esse ad scribendum: Consulibus illis nunquam *fuit ad scribendum.*

SCRIPTITARE, *multum commentari.* Or. I. 33.

SCRIPTOR, *de scriba.* Orat. I. 50.

SCRIPTVM. Or. I. 31. *scripti* interpretatio. Cæcin. 23. sequi *scriptum* (*literas & verba*) calumniatoris esse. *Opponitur* sententiæ.

SCRIPTORVM *ludus.* Or. I. 50. duodecim *scriptis* ludere. Fr. Hortensii *ap. Nonium in* scribta. *Nominativum faciunt* scriptum, *ut sit areola lineis circumscripta, ut Salmasius, Gesnerus, alii: recte. nam & diminutivum* scriptulum *est: vid. Heins. ad Ovid. A. A. II. 204. III. 363. &* trames scriptorum *dicitur, quem calculi decurrunt. Aliter sentire video Pearcium ad hunc locum, qui nominativum facit* scriptus: *ut intelligatur lapis, calculus. In quo tamen Festi auctoritate abusus est, nam* scriptus lapis *Festi huc non pertinet. Neque id adeo ignorare Pearcius potuisset, si Festum ipse inspexisset. Tolerabilius foret, si intelligeretur* locus. *Cetera de hoc ludo, qui est idem aut simillimus ei, qui hodie* Schachicus *dicitur, ut patet ex insigni Ovidii loco Art. Am. II. 207. Græcis recentioribus* ζατρίκιον, *diversus est a ludo aleæ, in quo præter calculos etiam tesseris opus, qui a ludo scriptorum exulant, in quo uno ingenio & arte opus est. vid. præter ceteros eruditissime disputantem Salmas. ad Vopisc. Proculum c. 13. T. II. Hist. Aug. p. 736. sqq. & Hydeum de Nerdiludio p. 8. J. Fr. Gronovius Sest. III. 15. ludum duodecim scriptorum distinguit a ludo latrunculorum; idemque facit Heinsius ad Ovid. l. c. 204. putans de ludo duodecim scriptorum agi his:* seu ludet, numerosque manu jactabit eburnos, (h. e. *tesseras*) tu male jactato, tu male jactato, tu male jacta dato. *Sed ibi sermo de ludo* aus und ein

ſ. triƈtrac, *ubi teſſeris opus. Id minus recte fieri, contra Caſaubonum demonſtrat l. c. Salmaſius, contra cujus argumenta nihil Gronovius aſſert. Putat nempe ludum duodecim ſcriptorum eſſe eum, quem nos vocamus* aus und ein, *in quo etiam teſſeris opus. Sed quomodo is duodecim ſcriptorum ludus eſſe poteſt, cum ipſe fateatur, in illo ludo* aus und ein *utrumque ludentium quindecim calculos adhibuiſſe, qui in duodecim areolis locum non habent. Burm. ad Ovid. l. c. III.* 363. *putat, nobis rationem iſtius ludi non ſatis perſpectam eſſe, quem vide. Ceterum* ſcriptorum *dicendum eſſe, non* ſcruporum, *defendunt præter hos Burmann. ad Quintil. XI.* 2. *Victor. V. L. V.* 13. *Gronov. l. c.*

SCRIPTVRA, *commentatio oratoris.* Or. I. 33. * *ita ut* ſcriptum, *de literis ac verbis legis, teſtamenti, edicti.* ad Her. I. 4. &c. * *vectigal ærarii e paſcuis.* Verr. II. 70. *ſcriptura* Siciliæ. ad Div. XIII. 65. in *ſcriptura* pro magiſtro dat operas. *vid. in Ind. Hiſt.* Alabarches. *Sed aperienda eſt clarius hujus verbi vis. Nempe vectigal hoc* ſcriptura *propterea dicitur, mea ſententia, quia, qui in paſcuis publicis paſcere vellent, nomina ſua deferebant & ſubſcribebant apud eum, cui ejus rei cura, data erat, h. e. ut e Varr. R. R. II.* 1. 16. *diſcimus, apud publicanum: & pro ſingulis pecoribus certam pecuniam ſolvebant. Nam ita etiam in agris publicis decumanis obtinuit.* Verr. III. 52. numerus aratorum quotannis apud magiſtratus publice *ſubſcribitur* &c. *acceſſit deinde decumarum vectigal, cum ante, auƈtore Plinio, unum e paſcuis fuiſſet. retinuit antiquum illud vectigal nomen ſuum, & novo aliud datum eſt, etſi proprie in hoc novum æque atque in illud vetus conveniebat.*

SCRVPVLOSVS. Tuſc. IV. 14. *ſcrupuloſis* cantibus. *Bentlejus & Daviſius, probante Buherio, reponunt,* ſcruposis. *Putabam aliquanto* ſcopulosus, *ut in Cæcil.* 11. *ſed* ſcrupulosus *&* ſcruposus *confunduntur, & eſt hoc melius. v. Heinſ. ad Valer. II.* 518.

SCRIPVLVM. Att. IV. 16. neque argenti *ſcripulum* eſſe ullum in illa inſula. Scripulum, *quod* ſcriptulum *accuratius dicitur, eſt ducenteſima & octogeſima octava pars libræ, ſ. quarta & viceſima unciæ, quæ eſt duodecima libræ pars. de ſcriptulo v. Gronov. Sest. IV.* 13. *ejusque ſignis & notis, quibus ſc. exprimitur, III.* 15.

SCRVPVLVS, *quicquid animo moleſtum eſt, & nos tamquam urit.* Fin. IV. 28. *ſcrupulum* abeunti. Att. V. 13. *ſcrupulum* non ignoro. *ib.* X. 14. odioſus *ſcrupulus.* &c. Roſc. A. 2. *ſcrupulum* ex animo evellere: *i. e. timorem.*

SCVRRA, *eſt paraſitus, aut homo paraſiticis moribus: quod genus hominum, ſtudio placendi & delectandi, petulantibus & obſcœnis dicteriis utitur, iisque etiam in eas res graſſatur, quas revereri debebant, ut in religionem & Deos, magiſtratus innocentes &c.* Muren. 6. *ſcurrarum* convicium.

SCVRRILIS. Or. II. 60. *ſcurrilis* dicacitas.

SCVTVM. Tuſc. II. 23. abjecto

cto *scuto* fugit. Att. XI. 29. *scutum* abjicere, *pro, ab armis discedere.* Orat. II. 72. ut non modo non *abjecto*, sed ne *rejecto* quidem *scuto* fugere videar. *Sc. fugientes turpiter scutum abjiciunt, honestius autem retinent scutum & post tergum rejiciunt, ne telis petiti a persequentibus lædi possint.*

SCVTELLA. Tuscul. III. 19. *scutella* dulciculæ potionis. *h. l. esse pro poculo facile intelligitur. Significat etiam lancem. v. de hoc verbo Popma ad Caton. R. R. c. 10. & Salmas. ad Vopisc. Car. 20. p. 861. qui tamen male a* scutra *hoc verbum oriri putat, cum sit potius a* scuto: *ut bene monet summus vir, Hemsterhus. ad Aristoph. Plut. p. 276 277.*

SECESSIO, *factio.* Ligar. 6. *secessionem* tu illam existimasti (*sc. inter te & Pompejum*) non bellum. * *dicitur etiam de iis, qui seorsum eunt, deliberandi, colloquendi causa.* Mur. 24. seductionem testium, *secessionem* subscriptorum animadvertunt. *Sic apud Liv. XLV.* 36. tribuni ad deliberandum *secedunt. ubi v. Dukerus.*

SECO, *verbum chirurgicum.* Tusc. II. 22. C. Marius cum *secaretur: pro quo alio loco*, cum ei varices *secarentur.*

SECTA, *partes.* ad Div. XIII. 4. qui *sectam* Cæsaris sequuntur. *Potest etiam esse, qui in Cæsaris exercitu sunt, ut idem verbum ap. Livium dicitur XXIX.* 27. conf. Brut. 2. *Ciceronem verbum Græcum αἵρεσις semper interpretari* sectam *docet Casaubonus ad Athenæum V.* 11.

SECTARI, *est servorum, quatenus in alicujus dominio sunt.* Rosc. A. 28. *sectantur* servi Chrysogonum: *h. e. sunt apud eum, non amplius apud Roscium.* * *clientum, ut assectari.* Muren. 33. *sectantur* eum multi. *Verr. IV. 66. sectantur eum* pueri: *de homine omnium ludibrio.*

SECTATOR, *assectator, de quo supra.* Mur. 34. quid opus est *sectatoribus? ibid.* lex Fabia de numero *sectatorum. v. Ind. Legg.* * *comes.* Rabir. Post. 8. num Gabinii comes vel *sectator?* negat. *intelligendum autem de comitibus magistratuum in provinciam, quorum sæpe est ap. veteres mentio, inprimis apud Suetonium. vid. Excursum nostrum XV. ad Sueton. Tib.* 46.

SECTOR, *redemtor bonorum.* Rosc. Amer. 29. ad Div. XV. 19. Verr. I. 23. *ad quem locum Asconius a sequendo spem verbum hoc ducit, in qua sententia est etiam Nonius:* secare, sequi, unde & sectatores bonorum *sectores* dicti sunt. *Verrius autem sectionem bonorum, persecutionem interpretatur, unde & sectores dictos ait,* qui emta sua persequuntur: *cujus sententiam probat Salmas. mod. usur. c. 18. p. 830. Qui redemerat sectionem, inquit, vel prædæ, vel omnium bonorum proscripti damnative, cum universa ejus bona, quacunque in re aut jure consisterent, accepisset, ubicunque essent reperienda, ea persequebatur &c. Mihi si luberet* sectorem *a* sequi *repetere, aliam rationem redderem. Nempe olim in republ. libera, cum nondum proscriptio esset audita, sectores tantum erant redemtores prædæ.*

Itaque qui hoc genere quæstus ducebantur, sectabantur *exercitus ad omnes urbes, quas obsidebant, ut iis expugnatis sectiones prædarum emerent: de quo genere hominum non semel est apud Livium, v. c. X.* 17. 6. *Similes iis ex parte sunt, & in re minori, aut in partibus faciunt, quod illi in majori, aut universa, s. in privata præda, quod illi in publica & ærario inferendo, lixæ, qui & ipsi exercitus sequebantur, ut cibis vendendis, & præda a militibus singulis emenda lucrum facerent, unde Livius V.* 8. *minus militum periit, quia præter ægros,* lixarum in modum, *omnes per agros vicinasque urbes* negotiabantur. *Cæsar B. G. VI.* 38. *etiam mercatores commemorat, qui exercitum sequebantur, & sub vallo tendebant. Sed illud hic relinquitur dubii, quod, hac ratione probata, etiam lixæ & mercatores reliqui sectores dici possent. Itaque rectiorem puto vulgarem sententiam, quæ a* secando *ducit hoc verbum & sectores a secandis bonis dictos censet, quod sectores universa bona, universam prædam, hanc ob causam redimebant, ut iis per partes vendendis lucrum facerent, quemadmodum ipse Asconius tradit. Homines adeo* secari *dicebantur, quorum bona auctione distrahebantur. Id nomen deinde mansit etiam cum aliquis emeret proscripti bona, ut retineret ipse. Idque adeo confirmari puto etiam loco Ciceronis* Rosc. A. 29. iidem erant *sectores bonorum & collorum.*

SECTIO, *redemtio prædæ universæ, aut bonorum proscripti damnative omnium.* Phil. II. 26. nemo fuit, qui ad illud *sectionis* scelus auderet accedere. *cf. c.* 29. * *bona ipsa, quæ venduntur, redimuntur.* Inv. I. 45. cujus prædæ *sectio* non venierit, *ex* Agrar. I. *ap. Gell.* XIII. 24. *hoc fragmentum est:* prædam, manubias, *sectionem*, castra denique Cn. Pompeji, sedente imperatore, Xviri vendent. *Ex quo loco intelligitur, eam tantum prædæ partem* sectionem *esse appellatam, quæ ad publicum pertineret, quemadmodum etiam Romæ sectio est tantum eorum bonorum, quæ ærario inferenda sunt. Nam* præda *est* militum, manubiæ imperatoris, sectio *ergo* populi.

SECVNDAE, *int. partes. verbum scenæ, in qua primæ, secundæ, & tertiæ partes sunt. unde ad alia traducitur.* Brut. 69. fuit Crasso quasi *secundarum.*

SECVNDVS. Tusc. II. 1. *secundo* populo id facit: *h. e. probante & favente populo.*

SECVNDVM, *ex præscripto alterius.* Acad. I. 10. *secundum* naturam. * *ex commodo sententiaque alterius.* Att. IV. 2. loco sententiam rogatus, multa *secundum* causam nostram disputavit. *Unde & in jure* secundum aliquem *dicitur decerni, cum causam obtinet.* Verr. I. 44. * *secundum* mancipium, *quomodo capiendum sit, utrum* præter, *an* ex lege mancipii, *disputatur.* vid. *satisdatio.* * *prope, juxta.* Attic. VIII. 19. si Cæsar *secundum* mare ad me ire cœpisset. cf. XVI. 8.

SECVRIS, *plaga*, Planc. 29. gravem infligere *securim* reipubl. Mur. 24. quam te *securim* putas inje-

injeciſſe petitioni tuæ. *pro quo eſt* c. 23. *plaga* injecta eſt petitioni tuæ. * Q. Fr. II. 11. *ſecuris* Tenedica, v. *Ind. Geogr. Securis conſpicitur in numis Tenediorum, quorum exempla & nunc reperiuntur in Cimeliarchiis. v. Stephani Lexic. Gr. in* πέλεκυς.

SECVTOR. Att. VII. 14. *ſecutorum* in ludo IↃↃ fuerunt. Secutor *eſt gladiator, qui componitur cum retiario, ut putat Lipſ. Saturn. II. 7. 8. ubi pro* IↃↃ *reponendum cenſet* CIↃ CIↃ. *quod ille numerus major fide videtur. Salmaſ. ad Lamprid. Commod.* 15. p. 515. *T. I. Hiſt. Aug.* ſecutores *dictos putat gladiatores, qui ſorte victis ſufficerentur, & victoribus compararentur.* Gr. ἐφεδροι.

SED, *eleganter adhibetur ut* igitur, *de quo ſupra, poſt parentheſin, in primis longiorem.* Off. I. 30. *ſed* ſi quis eſt. Or. II. 90. *ſed* tamen &c. Or. III. 12. &c.

SEDECVLA. Att. IV. 10. *alii* ſedicula *malunt. v. Lexic. Fabr.*

SEDERE, *verſari, morari.* ad Div. XVI. 7. venti ſi eſſent, nos Coreyræ non *ſederemus.* Sext. 23. *ſedens* imperator ad portas. * *nihil agere, quieſcere.* Att. IX. 12. ego ipſe *ſedeo.* coner illuc ire, ut inſanus? &c. Fr. Agrar. 1. *ex Gell. XIII.* 24. prædam, manubias, ſectionem caſtra denique, *ſedente* Cn. Pompejo imperatore, decemviri vendent. * ſedere *dicuntur, qui in tabernis, aut locis publicis, merces vendunt.* Verrin. III. 62. Albam Æmilium, *ſedentem* in faucibus macelli. * ſedentes *opponuntur* dicentibus, *cum in ſenatu, tum in judiciis.* ad Div. V. 2. *ſedens* iis aſſenſi. Roſc. A. 1. cum tot ſummi oratores, hominesque nobiliſſimi *ſedeant*, ego potiſſimum ſurrexerim. * *de magiſtratibus dicitur, cum pro roſtris in ſuggeſtu ſedent in ſella curuli, aliis dicentibus, legem ferentibus, ſuadentibus; aut in tribunali vel jus dicunt, vel quæſtioni præſunt.* Sen. p. R. 5. quo *ſedente* legem trib. pl. tulit. Sext. 15. *ſedentibus* conſulibus. Brut. 43. Scævola tribuno in roſtris *ſedente*, ſuaſit Serviliam legem Craſſus. * *item de judicibus & conſiliariis judicis prætorisve, & advocatis partium.* Or. I. 36. nonne, nobis *ſedentibus* in tribunali Q. Pompeji prætoris urbani, familiaris noſtri &c. Roſc. C. 4. *ſedere* in conſilio. Cluent. 38. *ſedere* in aliquem. *ibid.* 37. paucos dies ex ſubſortitione *ſedere.* ad Div. I. 9. *ſedente* Cn. Pompejo. Or. II. 47. cum C. Marius mœrorem orationis meæ præſens ac *ſedens* multum lacrimis ſuis adjuvaret -- atque ipſum advocatum, ad communem imperatorum fortunam defendendam invocarem.

SEDES. Cœl. 13. nullum eſt fundamentum horum criminum, nulla *ſedes*: h. e. *crimen demonſtrari non poteſt.*

SEDVCERE. ad Diverſ. I. 9. ſæpe eum in ſenatu, modo ſevere *ſeducerent, ſc. tamquam ſi qua de re gravi cum eo colloqui & deliberare vellent, aut cum eo communicare & conſulere.* conf. Att. V. 21. Or. I. 56.

SEDVCTIO. Mur. 24. *ſeductiones* teſtium, ſeceſſionem ſubſcriptorum animadvertebant. *vid. ſeducere.*

SEGES. Milon. 13. quid enim

odisset Clodium Milo, *segetem* ac materiam suæ gloriæ?

SEGNITIA. Brut. 81. vir sine arrogantia gravis, & sine *segnitia* verecundus.

SEJVGATVS, *distinctus*. Div. I. 32. humani animi partem, quæ sensum, motum -- habeat, non esse ab actione corporis *sejugatam*.

SEJVNCTVS, *distinctus*. Or. 20. *sejunctus* igitur orator a philosophorum eloquentia, -- explicandus est nobis, qualis futurus sit.

SEJVNGERE, *discernere*. Or. II. 25. ut possis liberalitatem a largitione *sejungere*. Tusc. IV. 13. *sejungere* cogitatione morbum ab ægrotatione. * *avocare*. Fin. I. 20. animus a spe *sejungi* non potest. * *abstinere*. Cœl. 3. *sejungere* se a libertate verborum.

SELECTVS. Verr. II. 13. judices *selecti*, *sunt qui judicia publica exercent*. Cluent. 43. prætores urbani debent optimum quemque in *selectos judices* (*h. e. decurias eorum*) referre. *Nam in judiciis sedent sorte quæsitoris, nec* selecti *ab hac sortitione dicuntur, ut quibusdam placet. Asconius quidem ad Act. I. in Verrem c. 6. ad sortitionem refert hoc nomen: sed haud dubie erravit: cum Cicero diserte lectionem judicum Prætori urbano tribuat l. c. a quo post ad Imperatores translata est, quos decurias ordinasse, præter Suetonium, multis locis, docet Plin. XXXIII. 1. fuitque ea lectio pars actus rerum, cujus apud Suetonium frequens mentio. Sub Cæsaribus selectos judices paulo aliter, & arctiori quodam sensu dictos patet ex eodem Plinio.*

SELECTIO, *delectus*. Fin. III. 6. ut eam rerum *selectione* exspoliarent. *opponitur* rejectioni.

SELLVLARIVS. fragm. incert. de plebeja fece *sellulariorum*. *Ita dicuntur, qui Græce βάναυσοι appellantur: h. e. opificia tractantes, quæ* artes sellulariæ *dicuntur. cf. Sella.*

SELLA, *simpliciter pro* sella curuli. *junguntur interdum* sella ac tribunal, *quia prætores sedent in sella curuli, posita in tribunali*. Verr. II. 38. III. 59. Verrin. I. 46. * *sedes magistri*. ad Div. IX. 18. *sella* tibi erit in ludo, tamquam hypodidascalo, proxima. * *sedes opificum* Catil. IV. 8. qui non ipsum illum *sellæ* atque operis & quæstus quotidiani locum salvum velint.

SEMINARIVM. Pis. 40. *Macedonia dicitur:* triumphorum fons & *seminarium*.

SEMINATOR, *auctor*. Nat. D. III. 26. versus *seminator* omnium malorum.

SEMIS, *dimidius as. item de genere usurarum, quæ* semisses *dicuntur, cum sc. pro centenis assibus solvitur usuræ loco singulis mensibus dimidius as, adeoque in annum seni pro centenis.* ad Div. V. 6. omnino *semissibus* magna copia est. v. *Gron. Sestert. IV. 11. p. 331. &c.*

SEMVNCIA, *dimidia uncia. v. as*. Verr. IV. 23. *semuncia* auri.

SENATVS. ad Div. V. 2. *senati* consultum. in Cæcil. 5. quod beneficio *senati* juris habui &c. Haruspex. R. 1. *senatus* datus, *dicitur, cum aliquis, v. c. legatus, haruspex &c. in senatum admittitur, exponendi causa, quæ velit.*

SENEX,

SENEX, *maturus, virilis.* Brut. 43. *senior* oratio, quam illa ætas ferebat. * *antiquus.* Leg. II. 4. hæc vis est *senior*, quam ætas populorum. * *de* senibus coëmtionalibus & ad coëmtiones, *supra dictum est.*

SENSVS, *judicium.* ad Diverſ. IX. 10. a certo *ſenſu* & vero judicare. *ib.* I. 9. ſed etiam *ſenſu* jam tabellaque docuerunt. *vid. Gron. Obſ. I. 4. p.* 239. * ſenſus de republ. *ſignificat partes, vel optimatium, vel popularium.* ad Div. I. 8. quam ſit difficile, *ſenſum in republ.* deponere. *ib.* XII. 15. *ſenſibus in rep.* conjunctiſſimus. Marcell. 6. noſtri *ſenſus* congruebant. * Domit. 36. *communem* naturæ *ſenſum* repudiare. Senſus communis *continetur* 1) *notionibus inſitis, & naturali facultate intelligendi, judicandi, ratiocinandi, recti & boni cognoſcendi &c.* Or. III. 50. omnes tacito quodam *ſenſu*, ſine ulla arte, aut ratione, quæ ſint in artibus ac rationibus recta ac prava, dijudicant: idque cum faciunt in picturis -- tum multo oſtendunt magis in verborum, numerorum, vocumque judicio: quod ea ſunt in *communibus* infixa *ſenſibus*, neque earum rerum quemquam funditus natura voluit eſſe expertem. Partit. 5. nativa verba ſunt ea, quæ ſignificata ſunt *ſenſu*: reperta, quæ ex his facta aut novata &c. *hinc pro indole dicitur* ſenſus: Haruſp. R. 10. *ſenſus* terræ (*ſ. incolarum*) domeſticus ac nativus. *Sed* 2) Domit. l. c. *eſt pro humanitatis eo genere, quo rebus malis commovemur & angimur.* * *in oratione autem & oratore* ſenſus *ſunt, cum ita dicit orator, ut ipſe commotus eſſe videatur, & omnia, etiam in narrandis rebus, ita dicit, ut ipſe pro certis, magnis, turpibus, lætis habere, &, ut opus eſt, & res ſunt, affectus eſſe.* Or. III. 25. ut oratio *ſenſus*, ut dolores habeat. *ibid.* II. 43. hoc vel in principiis, vel in re narranda, vel peroranda tantam habet vim, ſi eſt ſuaviter & *cum ſenſu* tractatum, ut ſæpe plus quam cauſa valeat. Tantum autem efficitur *ſenſu* quodam &c. *hæc ab ipſo Cicerone explicantur c. 45. toto. ibid. cap.* 46. quin ipſe in commovendis judicibus iis ipſis *ſenſibus* permoverer.

SENTENTIA. Acad. IV. 47. *ex ſui animi ſententia* jurare voluerunt: *h. e. ita uti ſentiret, crederet, rem eſſe. hinc ille jocus* Or. II. 64. ridicule illud L. Porcius Naſica cenſori Catoni, cum ille: *ex tui animi ſententia* tu uxorem habes? Non hercule, inquit, *ex mei animi ſententia. nam illud eſt, quod nos dicimus: auf dein Gewiſſen: hoc: ex voto, uti vellem.* Piſon. 32. beneficiis alicujus ſuam *ſententiam* tradere. Cluent. 53. mens & animus, & conſilium & *ſententia* civitatis poſita eſt in legibus. * ſententiam ferre *dicuntur proprie judices poſt legem tabellariam Caſſiam; deinde vero etiam ſenatores. vide locum in* ſentire, *ex* ad Div. XI. 21. *ubi* ſententias ferre de aliquo, *eſt ejus rationem habere. cf.* ferre. * dividere ſententiam. *v. dividere.* * referre ſententiam *de ſenatore*, pro ferre. Quir. p. R. 10. *vid. referre.* * ſententias dicere *de ſenatoribus notum eſt: ſed eſt etiam de Conſulibus.* Sext. 32. conſules cum in ſenatu privatim (*i. e. a ſenatoribus,*

bus, qui magistratus non erant) ut de me *sententias dicerent*, flagitabantur: *h. e. ut de sententiis, quas ipsi sc. senatores, relationem egredientes, dixissent, ad senatum referrent. vid. Græv. ad h. l.*

SENTIRE, *intelligere, providere.* Rabir. Post. 1. nihil *sensisse.* * Catil. III. 2. de republ. præclara atque egregia *sentire: h. e. optimatem esse.* * *sententiam dicere.* ad Div. XI. 21. sed tamen cum ego *sensissem*, de iis, qui exercitus habent, *sententias ferri* oportere: iidem illi qui solent reclamarunt.

SEPARATVS. Inv. I. 18. exordium *separatum* est, quod non ex ipsa causa ductum est. &c. *ibid.* 36. *separatum* quiddam est *extra* assumtionem approbatio. Q. Fr. I. 1. 15. si mihi quicquam esset abs re *separatum: h. e. nisi mea tua, & tua mea putarem.*

SEPELIRE. Leg. II. 23. in urbe ne *sepelito*, neve urito -- quod autem addit, neve urito, indicat, non, qui uratur, *sepeliri*, sed qui humetur. *Sed ut* humare, (*v. humatus,*) *ita* sepelire *ad combustionem, & quodcumque genus amovendi mortui, traductum. Cuper. Obs. I. 7.* * *tropice.* Tusc. II. 13. *extr.* aut amittenda fortitudo, aut *sepeliendus* dolor.

SEPIA, *piscis atro sanguine.* Nat. D. II. 50. atramenti effusione *sepiæ* se tutantur.

SEPIMENTVM. Leg. I. 23. atque hæc omnia quasi *sepimento* quodam vallabit disserendi scientia.

SEPIRE. Or. I. 31. *sepire* memoria. *ib.* II. 34. cogitatione *sepire.*

SEPTEMVIR, *magistratus extraordinarius agris dividendis ab Antonio creatus.* Att. XV. 25. *& in Philippicis passim.*

SEPTENARIVS, *versus jambicus septem pedum.* Tusc. I. 44.

SEPTENTRIO. Att. IX. 6. ex ea die fuere *septentriones venti. v. de hac forma Gronov. ad Liv. XXXVII.* 12. *add. Menken. Obs. L. L. h. v.*

SEPTVM. Mil. 13. extr. *locus in Campo Martio, qui &* Ovile *dicitur, in quem coibant in comitiis, qui suffragii jus habebant: quod ei nomen etiam post sublata comitia populi mansit, ut e Suetonio aliisque notum est.* cf. Att. IV. 16.

SEQVESTER, *est interpres & internuncius, quo ad rem aliquam transigendam utimur, apud quem in corruptionibus judicum aut comitiorum pecunia deponitur. Itaque sequester est in conviciis, pro corruptore &c.* Cœl. 7. crimen *sequestrium.* Planc. 16. cujus tu tribus venditorem, corruptorem, *sequestrem* Plancium fuisse clamitas. cf. Act. 1. Verr. 12. Cluent. 8. Verr. II. 44. is est C. Claudius, qui in Sicilia *sequester* istius, interpres, confector negotiorum, prope collega Timarchidi numerabatur.

SEQVI, *persequi, expetere.* Off. I. 31. nec quicquam *sequi*, quod assequi nequeas. * sequi aliquid *dicuntur, qui locum adeunt, ut ibi aliqua re utantur, fruantur, non, qui adeunt, simpliciter, ut visum Drakenb. ad Sil. II. 86.* Leg. II. 1. præsertim hoc anni tempore hanc amœnitatem loci *sequor.* Nat. D. II. 56. *secutæ sunt* nares vicinitatem oris. *add.* Att. X. 18. * *innuit causam, propter quam*

quam aliquid fit. Rosc. A. 1. ut adsint propterea, quod officium *sequuntur.* Planc. 15. *secutus* editicios judices. Off. I. 11. credo aliquid *secutos: h. e. gravi de causa fecisse.* * *accommodare se alicui rei, spectare aliquid.* ad Div. IX. 5. diem *sequar.* Act. I. Verr. 7. non crimina, non testes, non existimationem pop. Rom. *sequentur.* * *in computationibus est pro vulgari* ponere. Verr. III. 49. *sequi* minimum. *das kleinste angeben oder annehmen.* * *in jure* liberi *dicuntur* patrem sequi, *cum post divortium apud eum remanent, & cum eo sunt,* Top. 4.

SERERE, *instituere.* Leg. I. 6. *serendi* sunt mores.

SERIES disputationum. Or. II. 16. *est dialectica ratio disserendi de rebus philosophicis. Sed sæpissime* series *dicitur simpliciter de ordine rerum ejusmodi, cum altera alteri apta & colligata est.* Acad. IV. 7. Fat. 9. Leg. I. 19. &c.

SERMVNCVLVS, *rumor.* Att. XIII. 10. *sermunculum* omnem restinguere.

SERPERASTRVM. Att. VII. 3. de *serperastris* cohortis meæ nihil est, quod doleas. Serperastra *proprie sunt adminicula, quæ cruribus puerorum primum ambulantium alligantur, ne vari aut compernes fiant, dicti a* sirpando: *h. e. ligando: unde* sirpulæ *apud Varronem de L. L. ideo fortasse* scribendum sirpirastra. *Hoc autem nomine Cicero notat legatos, quæstores, tribunos & alios quos secum duxerat, quorum opera in coërcendo exercitu & regenda provincia utebatur. eos audierat Atticus pessime se gerere: ideo scripserat Ciceroni, se dolere. hæc Bosius recte ad h. l.*

SERPERE. Or. II. 50. *dicitur de oratore, qui pedetentim ad causam tractandam accedit, quemadmodum ipse Cicero fecit in Agraria secunda.* * *ali, augeri.* Verr. III. 76. *serpit* insitum in natura malum. * *dicuntur ea, quæ increbescunt, vulgantur, ulterius procedunt.* in Cæcil. 21. *serpit* ac prodit consuetudo. Rabir. Post. 6. *serpit* malum. cf. Att. I. 13, Fin. II. 14. *ib.* V. 23. societas *serpit* sensim foras, cognationibus primum &c.

SERVARE, *conservare.* ad Div. V. 20. ut populus suum *servaret.* * servare de cœlo *est augurum.* Dom. 15. Vatin. 7. Divin. II. 35. *v. in Ind. Legg. Lex Ælia, ubi ostendimus hanc formulam tantum esse capiendam de fulminibus. Ad id confirmandum inprimis illud pertinet, quod* Divin. II. 18. *scribit Cicero:* Comitiorum *solum* vitium est fulmen. *Qui ergo de cœlo servant, ut comitia impediant, nihil aliud nisi fulmen aut tonitru observant.* * Att. V. 17. paucis diebus habebam certos homines, quibus darem literas - itaque eo me *servavi: i. e. scribere distuli.*

SERVILIS. Or. II. 80. *servilis* percunctatio, *est, cum e servis aliquid percunctamur.*

SERVIRE, *de ædibus.* Or. I. 39. *v. servitus.*

SERVITVS, *honesto sensu est* Planc. 30. officii *servitutem* adstringere vinculo sempiterno. * *in jure est ædium, & fundorum, s. ut in jure est, prædiorum urbanorum & rusticorum. Ædium servitus est, cum vicino jus est altius tollendæ domus suæ, stillicidii in eas*

eas avertendi, cloacæ immittendæ, tigni immittendi, prospectus faciendi &c.: fundorum autem, cum vicinus habet jus itineris per eos, viæ, aquæductus, haustus aquæ, pecoris ad aquam appellendi, pascendi &c. de quibus servitutibus est in Digestis. Q. Fr. III. 1. *servitutem* fundo imponere. Att. XV. 26. paucos specus in extremo fundo, & eos quidem subterraneos *servitutis* putat aliquid habituros: *h. e. aliquid incommodi & servitutis sibi, vicino, allaturos.*

SERVVS. *adj.* Agr. II. 2. prædio *serva -- libera.* serva *sunt, in quibus est servitus.*

SERVVS. Verrin. II. 77. *servi* societatis, *sunt ministri publicanorum in provincia, qui portorium, scripturam, decumas exigunt & rationes conficiunt.* Phil. VIII. 8. *servi* publici.

SESQVI. Orat. 56. *est contracte pro* semisque. *sed dicitur* sesqui *pro* sesque, *ut* heri *pro* here. *Id verbum cum adjungitur alicui quantitati, ea cum dimidia parte intelligenda est. sic l. c.* sesqui pæon *est pæon unus cum dimidio. sic cape* sesquimodium, sesquitertium *&c.*

SESELIS. Nat. D. II. 50. *herba, qua cervæ ante partum se purgant.*

SESSIO, *sedes, scamnum.* Or. II. 5.

SESTERTIVS: *int.* numus, *quod verbum interdum adjicitur, ut* Rabir. Post. 17. *valuit primo* duos asses cum dimidio, *deinde* quatuor asses: *ut denarius, qui quatuor sestertios æquat, primo decem, post sedecim asses habuit.* SESTERTIVM *autem, in quo intelligendum est* pondo, *æquat* mille sestertiorum numorum *summam. Nam quoniam singuli asses sunt ad libram argenti, ut unum ad mille: h. e. quoniam una libra argenti æquat mille assium summam, sestertium pondus: h. e. duæ libræ cum dimidia, etiam bis mille & quingentos asses æquent necesse est. Teneant autem tirones hoc: Cum sic dicitur:* quadraginta millia HS. *aut simili modo in aliis numeris, capiendum est de nummis sestertiis, & HS. est genitivus pluralis. Pro eo dici etiam potest* quadraginta sestertia. *Sed cum dicitur:* quadragies sestertium, *primo* sestertium *est nominativus aut accusativus singularis numeri; deinde est compendiaria locutio, pro* quadragies centies sestertium. *Nam pro* decies centies sestertium *dicebant* decies sestertium, *& sic in reliquis. Ergo* quadragies sestertium *idem est, quod* quadragies centena millia sestertiorum numorum. *f.* quater millies mille sestertii numi. *Hæc late & erudite demonstravit Gronov. de Sestert. L. I. inpr. c. 4. Exempla utriusque nominis & formarum loquendi afferre, quoniam ubique in Cicerone occurrunt, nihil attinet.*

SEVERE. Off. II. 2. *severe &* honeste: *de philosophis, qui utilitatem ab honestate non sejungunt. Contrarium est* molliter, remisse. *ubi v.*

SEVERITAS, *justitia judicum in pronunciando.* in Cæcil. 3. *severitas* judiciorum. cf. Rosc. A. 3. &c. * Catil. IV. 4. versari in *severitate, dicuntur, qui severam sententiam dicunt.*

SEVE-

SEVERVS. *justus.* Rosc. A. 5. acria ac *severa* judicia. Act. I. Verr. 10. familia tum *ad* ceteras res, tum *ad* judicandum *severissima.*

SEVOCARE. Nat. D. III. 8. *sevocare* mentem ab oculis. * *distinguere.* Or. 20. ab his non multo secus, quam a poëtis hæc eloquentia, quam quærimus, *sevocanda* est.

SEXCENTENI, *profertur e* Verr. V. 25. *sed ibi legendum* sexceni. *adde etiam Drakenb. ad Liv. XLV.* 16.

SEXCENTI, *de magno, sed incerto numero.* Att. XIV. 12. *sexcenta* similia. cf. Rosc. A. 32. &c.

SEXTANS, *duæ unciæ, quæ sextam assis partem conficiunt, unde pro sexta hereditatis parte.* ad Div. XIII. 29. in *sextante* esse. *v. As.*

SEXTVLA, *sexta pars unciæ.* Cæcin. 6. duæ *sextulæ. ib. sextulam* adsperserit.

SI. Or. 24. *si* aliquid. cf. Att. III. 14. XIII. 13. 17. Fat. 19. Prov. Conf. 20. Catil. IV. 10. *si* aliquando. * si quæ *pro* si qua. Att. IV. 2. ad Div. V. 8. 12. Or. II. 72. 75. Cæl. 20. Leg. II. 5.

SIBILVS. ad Div. VIII. 2. *sibilus* rudentum.

SIC, *propterea.* ad Div. XIII. 70. quia non est obscura tua in me benevolentia. *Sic* fit &c. * *Multis modis exquisite dicitur, ut* ita. *nbi vide.*

SICCITAS. *subtilitas & tenuitas orationis.* Brut. 82. *siccitas* orationis. cf. Nat. D. II. 1. * Tusc. V. 34. *siccitas*, quæ consequitur continentiam in victu. Cato. 10. summam in eo esse corporis *siccitatem. Sed ibi Dukerus ad Liv. epit.* 50. *rescribi vult* firmitatem. *Diodorus Sicul. ap. Photium appellat* ἐυτονίαν. *Ego vero non putem necesse esse.* Siccitas *est salubritas. nam corpora sicca saluberrima & firmissima sunt, & siccitas, ut e loco Ciceronis & Xenoph. Cyropæd. I. 2. patet, oritur e continentia & labore & exercitationibus. Sed utrumque addit Cicero. adde dicta in* siccus.

SICCVS, *dicitur de sano corpore, in quo nihil vitiosi humoris, quod non pituitosum, non mucosum &c. unde ad orationem subtilem traducitur, cujus maximum ornamentum est vitiorum absentia.* Brut. 55. nihil erat in ejus oratione, nisi sincerum, nihil nisi *siccum* atque sanum. Opt. gen. d. 3. sed quatenus valuerunt, sani & *sicci* tantum habeantur. * *sobrius.* Agr. I. 1. sicci *opponuntur* vinolentis: utrum esse vobis consilia *siccorum*, an vinolentorum somnia videntur.

SIGILLATVS, *cælatus: de quo supra.* Verr. IV. 14. scyphi *sigillati.*

SIGILLVM, *signum, simulacrum.* Nat. D. I. 30. Epicureos novi omnia *sigilla* numerantes. Att. I. 8. putealia *sigilla.*

SIGNATVS, *de ære aut argento, est, quæ* pecunia *dicitur.* Verr. V. 25. argentum factum atque *signatum.*

SIGNARE, *notam facere, qua agnoscere & ab aliis discernere possis.* Acad. IV. 12. nihil ita *signari* a vero posse, ut non eodem modo possit a falso.

SIGNIFER, *in re militari est, qui signum militare portat.* Div. I. 35.

I. 35. *signifer* primi hastati: *unde pro duce & principe alicujus rei.* Att. II. 1. te *signifero* ac principe. Sull. 12. *signifer* juventutis. * *orbis signifer est Zodiacus, qui sic dicitur a duodecim signis, hoc est, sideribus, certorum animantium aliarumque rerum speciem & figuram efficientibus.* Div. II. 42. Nat. D. II. 20.

SIGNIFICARE. Or. I. 26. *significare* inter se, *dicuntur, qui sibi annuunt &c.* * *obiter aliquid dicere, ut tantum moneas alterum.* ad Div. X. 3. quare modum faciam. Nunc tantum *significandum* putavi.

SIGNIFICATIO. Sext. 49. populi judiciis & omni *significatione* florebant: *intell. voluntatis, amoris &c. quæ fit plausu &c. cf.* c. 59. * significationes Deorum *sunt omina, prodigia, ut* Catil. II. 13. *& alibi.*

SIGNVM. Fin. V. 25. fures rerum *signa* commutant. * *in re militari.* Att. IX. 10. *sub signo* habere. *de militibus jam lectis.* * *simulacrum, proprie quidem solidum e lapide, ligno &c. sed tamen & de imagine picta apud Plaut. Epid. V. 1. 18. quia sc. est signum ejus rei, cujus speciem exhibet.* Fin. IV. 13. debet institutum illud, quasi *signum*, absolvere. *hinc* sidera *dicuntur* signa, Milon. 30. &c. *quia & ipsa speciem corporum quorundam præferunt, aut præferre putantur, indeque nomina sortita sunt. Hinc intellige illum elegantem locum.* Nat. D. I. 9. Deus mundum *signis* & luminibus tamquam ædilis ornavit. *Scilicet, ædiles cum munera edunt, signis ornant forum & plateas, per quas pompa ducitur, unde,* forum ornatum *in Verrina prima dicitur. Mundus autem Dei* munus *dicitur. v. munus. Sidera ergo etiam hoc nomine eleganter signa dicuntur.* Cœl. 5. *signa* virtutum non *expressa* sed *adumbrata. Nempe vera & perfecta virtus est signum expressum: h. e. absolutum, elaboratum; naturalis autem illa materia virtutis, quam Cicero vocat, hoc est, impetus naturales, ex quibus vera virtus existere potest, item simulata virtus, est signum adumbratum.* * Marcell. 1. ad bene de omni republ. sperandum, quasi *signum* aliquod sustulisti. *Ductum est e re militari, & a signo, quod in castris in prætorio attollitur atque proponitur. &c.*

SILVS, *qui nasum eminentem & repandum habet.* Nat. D. I. 29.

SILEX. Tusc. III. 6. non e *silice* nati sumus.

SILLVS. Att. XVI. 11. sine *sillo* Luciliano. Silli *sunt versus salibus referti, similes satiræ Latinorum, ut docet Casaub. de Sat. II. 2. Satiras autem Lucilium scripsisse notum est. Sed Codd. & Vett. edd. habent* vallo *aut* ullo, *quorum illud servat Græviana. Grævius volebat* sale.

SIMILE, *similitudo, ὁμοίωσις.* Or. II. 78. eos ipsos, unde hoc *simile* ducat, illas primas hastas ita jactare leniter &c.

SIMILITVDO, *imitatio.* Or. II. 23. quod velint, sine cujusquam *similitudine*, consequantur. * *uniformitas.* Inv. I. 41. *similitudo* sanctitatis mater. * Or. II. 17. *similitudini* relinquere *dicitur, quod quis non distincte & separatim expli-*

explicat, sed ex iis rebus, quæ explicatæ sunt, & quibuscum similitudinem habet, quale sit, cognoscendum relinquit.

SIMPLEX, *unus.* Inv. II. 11. nihil *simplici* in genere omni ex parte perfectum natura expolivit. itaque, tamquam ceteris non sit habitura, quod largiatur, si *uni* cuncta concesserit, aliud alii commodi muneratur. * Cato. 21. cum *simplex* animi natura esset. *Hoc & similibus locis utuntur ii, qui demonstrare suscipiunt, veteres philosophos quosdam immaterialitatem animi, quam dicunt, probasse. Id fit, quia simplicitatis verbo nostri philosophi de immaterialitate utuntur, unde veteres eandem vim huic verbo subjecisse credunt: in quo falluntur. Nam veteres* simplex *opponunt* mixto, *& ex diversis generibus elementorum concreto, non ei, quod partes habet.* Nat. D. III. 14. etenim aut *simplex* est natura animantis, ut vel terrena sit, vel ignea, vel animalis, vel humida, quod quale sit, ne intelligi quidem potest: aut concretum ex pluribus naturis &c. *Et in genere* simplex *in omnibus rebus opponitur ei, quod est ex pluribus disparibus & dissimilibus. Atque hanc ipsam ob causam homines candidi & sinceri dicuntur* simplices, *quia idem dicunt, idem cogitant &c. quod qui non faciunt* multiplices *dicuntur.* v. multiplex. * *rectus, directus.* Nat. D. II. 57. *de auditu:* flexuosum iter habet, ne quid intrare posset, si *simplex & rectum* pateret. *Sic ap. Plinium VIII.* 16. villus simplex *opponitur* crispioribus jubis. * *sine conditione & adjunctione.* Inv. II. 57. esse quasdam cum adjunctione necessitudines, quasdam *simplices* & absolutas.

SIMPLICITER, *clare, ut ab omnibus intelligi possit.* Or. II. 16. qui leges, qui jura, qui civitates constituerunt, locuti sunt *simpliciter*, & splendide. * *sine dissimulatione & tergiversatione.* Or. III. 17. *simpliciter* defendere aliquid. * *sine respectu ad hominum potentiam, gratiam, periculum &c.* Quir. p. R. 10. in sententia *simpliciter* referenda. * *seorsim, sigillatim.* Invent. II. 33. *quædam* genera causarum *simpliciter* & ex sua vi considerantur, quædam autem si aliud aliquod controversiæ genus assumunt. * *per se.* Top. 22. cum autem, quale sit, quæritur, aut *simpliciter* quæritur, aut comparate.

SIMPVLVM, *vas parvum, simile cyatho, quo in sacrificiis vinum libant.* Har. Resp. 11. si ædilis verbo aut *simpulo* aberravit. *Hinc proverbium,* Leg. III. 16. excitabat enim fluctus in *simpulo,* ut dicitur, Gratidius, quos post filius ejus Marius in Ægeo excitavit mari.

SIMVL, *pro* simulac. Tusc. IV. 6. *simul* objecta species est. * Simulac primum *pleonastice est* Verrin. I. 18. *simulac primum* ei occasio visa est. *add.* Phil. IV. 1.

SIMVLACRVM, *species, umbra.* Rabir. Post. 15. *simulacrum* pristinæ dignitatis. Fin. V. 15. virtutum *simulacra.* Off. I. 15. in quibus præclare agitur, si sunt *simulacra* virtutis. * Nat. D. II. 30. *simulacra* Democriti. v. Ind. Gr. εἴδωλον.

SIMV-

SIMVLATIO, *nomen, prætextus.* ad Div. XI. 13. *simulatione* reipublicæ. Sull. 19. *simulatione* Fausti gladiatores emtos: *sc. hoc prætextu, quasi emerentur Fausto.* Agr. II. 6. *simulatione* ac nomine legis agrariæ.

SIMVLATOR, εἴρων. v. *Ind. Gr.* Off. I. 30.

SINCERVS, *verus, incorruptus, rectus.* ad Div. XV. 6. judicium *sincerum* ac subtile.

SINGVLARIS. Inv. II. 3. *singulare* vitium: *quod est alicui proprium.*

SINISTER. Div. II. 39. *latinis quæ* sinistra *dicantur in auspiciis? Nempe ea, quæ Græcis* dextra. *quamquam latini sæpe, Græcorum consuetudinem secuti,* sinistra *in malam partem dixere. Caussa est, quia augur sedet ore ad meridiem verso; unde orientem a sinistris habet, quæ plaga felix putabatur.*

SINVS. Verr. I. 50. negotium sibi *in sinum* delatum: i. e. *sua sponte sibi & commode accidisse. ibid.* 10. ex *sinu* nostro apponere *dicimur testes calumniatores, subornatos a nobis eosque amicos nostros, & nostris commodis studentes.* Tusc. III. 21. in *sinu* gaudere: h. e. *secum, privatim.* Q. Fr. II. 13. in *sinu* esse: *h. e. amari.*

SIPARIVM, *velum, quod scenæ obtenditur, aulæum.* Prov. Cons. 6. Piso cum Græcis jam in exostra belluatur, cum ante post *siparium* solebat: *h. e. clam, occulte.*

SIPHON. Fin. II. 8. vinum, hir, *siphon* cui nihil demsit. *Est fistula, qua utimur ad eliciendum e pleno dolio vinum, fere gustandi causa. Videndus Scaliger ad Varron. p.* 182.

SISTERE, *omisso* se (*v. Gron. ad Liv. IV.* 12.) *significat erigere se, recreari, salvum esse atque incolumem.* Verr. III. 96. qui remp. *sistere* negat posse, ni ad equestrem ordinem judicia referantur. * *de obeuntibus vadimonium.* Quint. 7. *sistere* vadimonium. *ibid.* ut Idibus Sept. P. Quintius *sisti* Sext. Alphenus promitteret.

SITELLA, *vas, in quod tabellæ a suffragia ferentibus conjiciuntur.* Nat. D. I. 38. Ti. Gracchum cum videor concionantem in Capitolio videre de M. Octavio deferentem *sitellam.* cf. Fr. Cornel. J. *& Interpr. ad Liv. XXV.* 3.

SITTYBAE. Att. IV. 5. *vid. Ind. Græc.*

SITIENTER, *cupide.* Tusc. IV. 17. *sitienter* expetere.

SITIRE, *cupidum esse.* Planc. 5. *sitientem* me virtutis tuæ deseruisti. Q. Fr. III. 5. *sitire* honores. * *deficere.* Q. Fr. III. 1. ipsi fontes jam *sitiunt.*

SITVS. Leg. II. 22. *siti* dicuntur ii, qui conditi sunt.

SOCCVS, *indumentum pedum Græcum, ut* calceus *Romanum: unde* pallium *&* soccus *junguntur.* Rabir. Post. 10. P. Rutilius *soccos* habuit & *pallium.* Orat. III. 32. *pallium,* quo amictus, *soccos,* quibus indutus esset.

SOCIALIS, *ad socios pertinens populi Rom. eorumque injurias vindicandas.* in Cæcil. 5. hæc lex *socialis* est: hoc jus nationum exterarum. Verrin. II. 6. in hac quæstione de pecuniis repetundis, quæ sociorum causa constituta est, lege

lege judicioque *sociali*, sociorum querimonias audire oporteret.

SOCIETAS, συμπάθεια. Div. II. 71. nulla naturæ *societas* cum somniis. * *de publicanis simpliciter dicitur. cf. socius.* ad Diverſ. XIII. 9. *societas* Bithynica. Planc. 13. *societatum* maximarum auctor, plurimarum magiſter. Muren. 33. quid ſi omnes *societates* obviam venerunt, quarum e numero multi hic ſedent judices. * Roſc. Com. 6. *ſocietatis* judicium, *eſt*, *quod* & pro ſocio *dicitur*. *v. ſocius.* * Quint. 4. *ſocietatem* ſibi debere. Roſc. Am. 43. ſub quo nomine tota *ſocietas* ſtatuitur. Quint. 3. magna fide *ſocietatem* gerere. * ad Div. XII. 28. *ſocietatem reip. conſervandæ* mecum renovas.

SOCIVS, *de publicanis ſimpliciter, & adjecto vectigalis nomine, quod redemerunt.* Planc. 9. *ſociis* unice diligebatur. cf. Verr. II. 20. Div. XIII. 9. *ſocii* Bithyniæ. *ibid.* 65. *ſocii* ſcripturæ. * arbitrium *pro ſocio* Quint. 3. *eſt, in quo quis a ſocio ſibi injuriam & fraudem factam perſequitur. hinc* Flacc. 18. *pro ſocio* damnari, *cum quis fraudis in ſocium convincitur.*

SODALIS *eſt collega, non in quocumque collegio, nam* ſodalitas *a* collegio *diſerte diſtinguitur* Brut. 46. *ſed in eo, quod ſacrorum cauſa in honorem alicujus Dei conſtitutum eſt, cujus membra una epulantur, quales ſint* ἑταιρεῖαι *Græcorum.* Cœl. 11. *ſodalis* in Lupercis. Cato 13. primum habui *ſodales* ſemper. ſodalitates autem me quæſtore conſtitutæ ſunt, ſacris Idæis Magnæ Matris acceptis. epulabar igitur cum *ſodalibus* omnino modice. *de his ſodalibus & ſodalitatibus v. Budæum ad Pandect. p. m. 299. ſ. Salmaſ. ad Jus Attic. & Rom. c. 4.* * Verr. I. 37. quæſtor *appellatur* ſodalis legati. Orat. II. 49. quæſtor *appellatur* ſodalis Prætoris. * *ſocius.* Verr. I. 36. *ſodalis* iſtius erat in hoc morbo & cupiditate. * ſodales *dicuntur etiam, qui coëunt, ut magiſtratum alicui injuſtis modis conficiant. v. ſodalitas.* Cœl. 7. crimen *ſodalium.*

SODALITAS, *collegium ſodalium. v. ſodalis.* Cato. 13. *ſodalitates* autem me quæſtore conſtitutæ ſunt. Brut. 46. homo ſumma nobilitate, cognatione, *ſodalitate*, collegio. * *coitio.* Planc. 15. per hanc conſenſionem, quæ honeſte magis quam vere, *ſodalitas* nominaretur. *Nempe illa conſenſio, ut recte Grævius, coitio erat epulis & largitionibus contractorum civium, ambitus cauſa, ut per eos tribus corrumperentur. hoc genus conſenſionis turpe eſt, ſodalitas autem honeſta. Itaque honeſtum nomen rei turpi tribuitur.* cf. ad Q. Fr. II. 3. * *neceſſitudo inter quæſtorem & legatum.* Verrin. I. 37. abs te officia *ſodalitatis* flagitet.

SODALITIVM, *ſodalitas, coitio.* Planc. 15. lex Licinia, quæ eſt de *ſodalitiis. v. Ind. Leg. & Budæum l. c.* * *convivium ſodalium.* Herenn. IV. 51. venit in ædes quasdam, in quibus *ſodalitium* erat eodem die futurum.

SOL. Brut. 9. proceſſerat in *ſolem* & pulverem, non ut e militari tabernaculo, ſed ut e Theophraſti umbraculis. *de* umbra & umbraculis *ſuo loco.* ſol *cum* umbræ *opponitur, ſignificat, in re*

militari, pugnas, prælia vera, quæ opponuntur exercitationibus militaribus: in oratoria autem, orationes in foro, aut concionibus, quæ opponuntur declamationibus, h. e. orationibus, quæ de rebus fictis exercitationis causa habentur in schola. * Mur. 14. cedat umbra *soli: h. e. jurisprudentia rei militari.*

SOLARIVM, *horologium, proprie, quod solis radiis tempus metitur, sed deinde etiam, quod aqua idem facit. Utrumque genus exprimitur* Nat. D. II. 34. *solarium* vel descriptum (*sc. lineis*), vel ex aqua, quo horæ declarantur. Solarium *Romæ fuit in foro. Hinc, quoniam in foro homines urbani circa meridiem conveniebant, partim negotiorum, inprimis pecuniariorum, partim otii fallendi causa, ut mercatores in emporiis, in fora sua, quas bursas vocant, & Lipsiæ nobiles aliique, tempore mercatus, in Comoluvium ædium Aurobacensium; hinc ergo inter modos vitæ suaviter eleganterque transigendæ refertur* ad solarium venire. Quint. 18. vixit semper inculte atque horride; natura tristi ac recondita fuit: non *ad solarium*, non in campo, non in conviviis versatus est. ad Herenn. IV. 10. ita petulans es atque acer, ut ne *ad solarium* quidem idoneus, ut mihi videtur, sed penes scenam & in ejusmodi locis exercitus sis. *Respicitur ad eos homines, qui assidui in foro ad solarium pro rostris erant, qui fere erant homines urbani, h. e. salibus abundantes & dicteriis alios incessentes, scurræ, v. Gronov. de Sest. IV. 9. p. 318. s. Ne ad solarium quidem idoneus ergo est, nimis scurrilis & mimicus, ita in dicteriis impudens & acer, ut mimi & histriones in scena. Sed illud* solarium in foro *ad usus communes fuit* aquarium. *Nam Plinius* sub tecto stetisse *ait* VII. *extr.* & aqua divisisse noctis atque diei horas, dedicatumque fuisse ab Scipione Nasica a. V. DXCV. *cui consentit Censorinus c.* 23.

SOLEAE, *sunt calcei mulierum, & hominum molliorum, unde Clodio & Verri objiciuntur.* Har. Resp. 21. *soleæ* muliebres. cf. *soleatus. Gell. XIII.* 20. * *compedes.* Herenn. I. 13. Malleolus judicatus est matrem necasse. ei damnato - - *soleæ* ligneæ pedibus inductæ sunt, & in carcerem ductus est. cf. Inv. II. 50.

SOLEATVS. Verr. V. 33. stetit *soleatus* prætor populi Romani cum pallio purpureo &c. Pison. 6. nescio quo e gurgustio te prodire, involuto capite, *soleatum; quorum utrumque erat indicio, Pisonem potasse. Nam in conviviis soleati erant, & caput tegebant. v. Abram. ad h. l.*

SOLIDVS, *integer, cui nil detractum est.* Rabir. Post. 17. *solidum* suum cuique solvere. Att. VI. 1. usura *solida.* * *opponitur etiam* inani. Pison. 25. quibus ex rebus nihil est, quod *solidum* tenere possis. * *porro* adumbrato, *petita a statuis metaphora, pro perfectus, perspicuus.* Tusc. III. 2. *solida* res & expressa, non adumbrata. Planc. 12. *solida* indicia & expressa. Or. III. 26. *solida* suavitas, *est ea, quæ ex assatis carnibus aliisque cibis solidioribus percipitur.* * *verus.* Fin. I. 21. *solida* utilitas.

litas. *Planc. 8. *solidam* frequentiam præbuerunt: h. e. *veram & magnam.*

SOLISTIMVS. Div. I. 15. ad Div. VI. 6. tripudium *solistimum, dicitur in augurali disciplina, cum pulli e cavea emissi ita avide pascuntur, ut offa ex ore in terram cadat.*

SOLITARIVS, *unicus.* Inv. I. 44. *solitarium* ac ratum judicatum.

SOLITVDO, *dicitur de iis, qui potentes amicos non habent.* Quint. 1. *de viduis.* Cæcin. 5. *de pueris patre privatis.* Dom. 36. *de iis, quorum domus non celebratur.* Or. I. 45. *de homine nihili, inutili.* Att. XII. 18.

SOLIVAGVS, *solitudinem sequens, extra societatem vivens.* Tusc. V. 13. bestiæ *solivagæ*, congregatæ. Off. I. 44. nisi ea virtus, quæ constat ex hominibus tuendis, id est, ex societate generis humani, attingat cognitionem rerum, *solivaga* cognitio & jejuna videatur.

SOLIVM, *est sella excavata, & propterea commodior, qua patres familias omnes utebantur, & feminæ in conviviis. Inprimis autem JCti solebant, cum domi de jure respondebant, in solio sedere.* Leg. I. 3. more patrio, sedens in *solio* consulentibus responderem. Orat. II. 55. in rutis cæsis *solium* paternum recepisse, *nempe Bruti patris JCti.* Orat. II. 33. a subselliis in otium *solium*que se contulerit: *h. e. desierit causas in foro agere, & contra de jure responderit.* * *Diis etiam in templis sellæ positæ sunt, quæ* solia *dicebantur.* Har. R. 27. Deorum ignes, *solia*, mensas &c. v. *Græv. ad h. l.* *Pis. 27. bibitur usque eo, dum de *solio* ministretur. *Grævius* solium *h. l. putat esse lectum, vel sellam, ubi hospes Piso sederit solus, ut sit hic sensus: bibitur, quamdiu hospes convivis propinat. Sed neque commodus est hic sensus, neque verba eum patiuntur. Nam primo, hic sensus si esset, intemperantia in bibendo non appareret: deinde* usque eo dum *cum conjunctivo non potest significare* quamdiu. *Si* solium *est a Ciceronis manu, putem esse* dolium. *Nam* solium *etiam in balneis est vas aquarium, quod &* labrum *dicitur. Sed mihi placet Augustini emendatio, qui legebat*, de dolio. *Bibitur tamdiu, donec vinum defusum & vetustum non suppetat amplius, sed etiam vinum recens, doliare, ministretur.* Solium *&* dolium *confunduntur in libris scriptis. v. Pamel. ad Cypriani ep. 76. n. 42. Harduin. ad Plin. XXXV. 12.* De dolio bibere *autem dicitur in contemtum. v.* dolium.

SOLOECISMVS. ad Herenn. IV. 12. *quid sit?*

SOLSTITIVM, *media æstas, longissima dies.* Nat. D. II. 19. posset - - solis accessus discessusque *solstitiis* brumisque cognosci. *Sic semper solstitium antiquiores dixerunt, ut esset unum solstitium, ut bene monet* Victorius ad Varr. R. R. I. 46. *Apud Plinium autem est* solstitium æstivum *II.* 103. *& ap. Macrob. Sat. I. 21. Idem tamen Plinius alias utitur more Ciceroniano, ut l. c. ubi* solstitia *opponit* brumæ: *& IV. 5. est* oriens brumalis & solstitialis.

SOLVM, *area, in qua ædificatur.* Brut. 74. *Solum &* quasi fundamentum oratoris vides locutionem emendatam & latinam. * *pavimentum.* Parad. 6. aurata tecta & *sola* marmorea in villis facere. * Nat. D. I. 23. quodcumque *in solum* venit, ut dicitur, effingis & efficis. ad Div. IX. 26. loquor, quod *in solum: int. venit. proverbium de rebus, quas temere ac fortuito, ut casus fert, arbitratu nostro, non ratione, facimus. v. Manut. ad l. c.* * Att. IX. 9. sciebam enim, te, quoto anno, & quantum in *solo*, solere quærere: *int. haberent.* in solo habere *dicitur, de prædiis, ut* in numis habere, *de pecunia.*

SOLVM. *adv. Post* non solum *pro* sed etiam *simpliciter* etiam. Off. I. 22. hæc quidem res *non solum* ex domestica est disciplina: attingit *etiam* bellicam. *add. Drakenb. ad Liv. XXII.* 25.

SOLVO. ab alio solvere *significat, non ex arca sua solvere, sed per attributionem, delegationem, scripturam; aut numis alterius.* Cæc. 6. *solvitur a* Cæsennia. cf. Att. VII. 18. *ib.* V. 21. homines non modo non recusare, sed etiam hoc dicere, *se a me solvere.* quod enim prætori dare consuessent, quoniam ego non acceperam, *se* a me quodammodo dare. * *liberari ab obligatione aliqua. dispensation bekommen.* Agr. II. 36. *solvi* legibus. *opponitur:* teneri legibus. *In quo est etiam constructio cum genitivo apud Ciceronem* Sext. 7. solvi legum: *per græcismum: de quo v. Broukhus. ad Tibull. I.* 8. 40. * *refellere.* Fin. I. 7. qua via captiosa *solvantur.* * *nautæ dicuntur* solvere, *cum ancoras tollunt, & navigant.* Att. I. 10. *solvere* ancoras. Mur. 2. portu *solves.* Div. I. 16. *solvere* imperat. ad Div. XVI. 9. nos eo die cœnati *solvimus.*

SOLVTE, *libere, sua sponte.* Div. II. 48. *solute* movetur animus: *de dormientibus, quorum animus non sensibus, sed sua vi movetur, unde somnia.* * *facile, volubiliter.* Brut. 29. nisi id queas *solute* & suaviter dicere. ibid. 48. facile *soluteque* verbis volvere sententias. * *remisse, de actione oratoria.* Brut. 80. quod ille tam *solute* egisset, tam oscitanter.

SOLVTIO. Offic. II. 23. *solutio* rerum creditarum. Att. XII. 50. *solutio* nominis Valeriani. * Or. I. 25. *solutio* linguæ, *de facilitate & volubilitate in dicendo.*

SOLVTVS, *liber, cui integrum est facere, quod velit.* ad Div. I. 9. omnia mihi *solutissima* sunt. Verr. II. 78. *soluti* ad causas veniebant. *de patronis, qui nullam mercedem acceperunt ab iis, quorum causam receperunt, ut iis non sit necessarium, quamvis manifesta scelera defendere.* Mil. 13. *soluta* prætura. Att. II. 18. cum videas voluntatem civitatis *solutam*, virtutem alligatam. * Agr. III. 2. *soluta* prædia, *opponuntur* obligatis. * Planc. 30. solutus *opponitur ei, qui nullis beneficiorum vinculis obstrictus est.* * Dejot. 1. solutus *opponitur ei, qui est in equuleo.* * *remissus, negligens.* Catil. II. 12. mea lenitas *solutior* visa est. * *facilis.* ad Div. VI. 7. *solutum* putatur alterum laudare. * *debilitatus, cui nervi exsecti sunt.* Agr. II. 33. urbs *soluta.* * *de hominibus facetis, qui libere ri-*

dent

dent omnia. Dom. 39. o! rem, quam *soluti* homines tidere non desinant. * *absolutus* Mil. 4. scelere *solutus.* * orator solutus *est primo, qui facilem & volubilem linguam habet.* Brut. 47. *solutus* in explicandis sententiis. *ibid.* verbis *solutus* satis. *ibid.* 48. *solutissimus* in dicendo. *deinde, in actione remissor.* Brut. 62. tam *solutus* & mollis in gestu &c. *tertio, qui verba apte collocare, quod vincire dicitur, nescit.* Or. 52. verbis *solutis* numeros primus adjunxit. cf. Brut. 79. &c.

SONARE. Fin. II. 15. inani voce *sonare.* Arch. 10. extr. poëtæ pingue quiddam *sonantes.* Fin. II. 2. quid *sonet* vox voluptatis. Brut. 74. *sonabat* contrarium Catulo, subagreste quiddam &c.

SONIVIVS. *adj.* ad Div. VI. 6. tripudia *sonivia: sunt, cum offa excidit pullis pascentibus, & in terram cadens sonum facit.*

SOPHISMA. Acad. IV. 24. *sophismata,* sic enim appellantur fallaces conclusiunculæ.

SOPHISTES. Acad. IV. 23. *qui sit?*

SORBERE. ad Q. Fr. III. 9. ista odia non solum *sorbeo,* sed etiam concoquo. Phil. XI. 5. quid eum non *sorbere* animo? quid non haurire cogitatione? cujus sanguinem non bibere censetis?

SORDES, *avaritia, quæstus turpis.* ad Q. Fr. I. 1. nolo te uniuscujusque *sordes* scrutari. Attic. IV. 16. judicum *sordes.* Flacc. 3. nullam *sordem* in re familiari proferri posse. Muren. 36. populus non amat profusas epulas, *sordes* & inhumanitatem multo minus. * *omnis turpitudo animi & vitæ & generis.* Brut. 62. *sordes* fortunæ & vitæ. Sen. p. R. 4. mens oppleta *sordibus.* ad Div. VIII. 14. dum *sordes* eluere vult. * *de infima plebe.* Att. I. 15. apud *sordem* urbis & fecem. * sordes *sunt etiam in luctu.* ad Div. XIV. 2. jacere in lacrimis & *sordibus.*

SORDIDATVS, *sordidus.* Pis. 27. *sordidati* servi ministrant. * *de reo.* Pis. 41. nec minus libenter metuentem videbo, ne reus sias, quam reum: nec minus lætabor cum te semper sordidum, quam si paullisper *sordidatum* viderem.

SORDIDVS. Or. III. 32. *sordidior* ars, *dicitur de arte sellularia & illiberali.* * *turpis.* ad Div. XII. 1. ut mihi videamur omne jam tempus ab illo duntaxat *sordidissimo* periculo tuti futuri: *sc. quod a fece populi imminebat, quæ ad bustum Cæsaris congregabatur.* Att. IX. 11. omnium turpissimus & *sordidissimus.*

SORITES. Acad. IV. 16. 29. *v. Ind. Græc.*

SORS. Div. II. 33. *sortes,* quæ *ducuntur,* non quæ vaticinatione *funduntur,* quæ oracula verius dicimus. * *munus quodcunque sorte delatum, ut provinciæ, si eas magistratus sortiti sunt, quæsturæ, munus scribarum* &c. Planc. 27. numquam ex urbe afuit, nisi *sorte.* cf. Att. I. Verr. 8. in Cæcil. 14. Catil. IV. 7. ad Div. II. 19. &c. * *sortes æquare est* pro Cornel. & Div. I. 18. *Eadem forma est apud Plautum Casin. II. 6. ubi in sortitione Stalino dicit uxori:* uxor æqua: *int.* sortes: *qui locus est classicus: ad quem adeo videndi interpretes. Pronum est, intelligere, pares facere, ut nihil interfit,*

terſit, nec fraus fieri poſſit in educendo: Sed Patricius ad Corneliana fragm. putat eſſe, movenda urna confundere ac miſcere. Id quomodo fieri potuerit, ubi urna plena eſſet aquæ, ut in ſortitione Plautina, & quare id dicatur, æquare ſortes, *non ſatis video. Nam Stalino jubet ſortes æquare jam dejectas in urnam cum aqua. Non ſatis puto intelligi, ut nunc eſt, quid ſit, ſortes æquare.*

SORTILEGVS, *qui per ſortes futura prædicit.* Div. I. 58.

SORTITIO. Planc. 22. *ſortitio* ædilitia, *fit, cum competitores ædilitatis pares ſuffragiis ſunt. de ea vid. Geſnerum V. Cel. ad Varr. R. R. III. ult.* Phil. II. 33. *ſortitio* prærogativæ. *v. prærogativa.* ad Q. Fr. II. 1. *ſortitio* judicum. Cluent. 46. ut *ſortitione* in quosdam animadverteretur.

SORTITO, *per ſortitionem.* ad Div. VIII. 8. eos *ſortito* in provincias mitti placere. Verr. II. 51. lex Jovis ſacerdotem *ſortito* capi jubet.

SORTITVS. Dom. 19. quid ſi etiam de pluribus rebus uno *ſortitu* retuliſti. *Quid in rogatione ferenda ſortitio ſit, nemo interpretum demonſtravit. Manutius adeo ſuſpectum habet de mendo locum, & reponendum cenſet* ſcitu. *Sed non magis* ſcitus *ad legis rogatorem refertur, quum* ſortitus. *Non nego,* ſcitu *poſſe dici, pro rogatione accepta, poſito conſequente pro antecedente. Verum ita etiam* ſortitus *de omni rogatione, cum accepta, tum antiquata, dici poteſt. Nam rogatione facta, & tabellis ſuffragiorum distributis fit ſortitio tribuum, qua prærogativa definitur. Senſus igitur eſt: Cum plures leges tuleris, de iis tantum ſemel & ſimul ſuffragia ferri juſſiſti, contra legem Cæciliam. Sic video accepiſſe etiam Ferratium Epiſtol. in Or. Cicer. p.* 356.

SOTER. Verr. II. 63. itaque eum non ſolum patronum iſtius inſulæ, ſed etiam *ſotera* inſcriptum vidi Syracuſis. Hoc quantum eſt? ita magnum, ut latino uno verbo exprimi non poſſit. Is eſt nimirum *Soter*, qui ſalutem dedit. *De hoc cognomine, quod crebro in numis Jovi, Neptuno, Æſculapio, Dioscuris, Herculi, Medicis, Regibus & Cæſaribus tribuitur, & ſæpe Evergetæ jungitur. vid. Spanhem. de uſu & Præſt. numiſm. Diſſ. VII. p.* 416. *ſ. Diſſ. XII. p.* 500. *Verbum* Salvator, *quo Græcum commode interpretantur, Ciceronis ætate nondum uſitatum fuit. de eo v. præter Cellar. in Lex. Fabri, Cl. Heumannum ad Sammarth. Elogia p.* 239. *Verum quæri poteſt, cur Cicero neget, latino uno verbo reddi poſſe, cum* Servator *latine dicatur, idque verbum ſine dubio reſpondeat græco? Nam in numis, & lapidibus, qui Græcis* Soteres *dicuntur, latinis ſunt* Servatores. Jupiter *quidem* Servator *ap. Plin. XXXIV. 8. eſt* Jupiter σωτήρ. *Scilicet,* Servator *eſt* σωτήρ, *quatenus a malis & periculis liberat: ut Plinius l. c. Peuceſten vocat Alexandri* Servatorem, *quia morti eripuit; non autem, quatenus* σωτὴρ *idem eſt* εὐεργέτης, *qui nos commodis auget & ornat. Nam* Soter *eſt idem, qui*

qui Evergeta, *aut paullo plus, & interdum alterum pro altero ponitur. Sic v. c. Polyb. L. V. p. 500. commemorat, Antigonum Tutorem non ſolum vivum eſſe* Evergetam *appellatum ſed etiam* Sotera *poſt mortem. adde Dion. Caſſ. L. LII. p. 493. ubi Mæcenas ait Patris & Soteris nomen acceptum Auguſtum ex imperio juſto, æquo, leni.*

SPARGERE. Catil. II. 10. qui ſicas vibrare, qui *ſpargere* venena didicerunt.

SPARVS. Mil. 24. *genus teli, de quo videndus Abramius ad h. l.*

SPATIVM, *locus ubi currendo, & bigis, quadrigis &c. agendis exercentur homines: curriculum.* Or. 3. *Spatia* Academiæ. Rabir. Perd. 2. qui me ex conſtituto *ſpatio* defenſionis in ſemihoræ curriculum coëgiſti. Or. III. 2. o! fragilem fortunam, & inanes ſæpe contentiones, quæ in medio *ſpatio* ſæpe franguntur & corruunt, & ante in ipſo curſu obruuntur. &c.

SPECIES. Top. 7. in diviſione formæ ſunt, quas Græci ἰδέας vocant, noſtri -- *ſpecies* appellant: non peſſime id quidem, ſed inutiliter ad caſus mutandos. Nolim enim, ne ſi latine quidem dici poſſit, *ſpecierum* & *ſpeciebus* dicere. * Or. 1. quæ ſit optima *ſpecies* & quaſi figura dicendi. *Hanc quoque* ſpeciem *e Græcorum ἰδέᾳ tranſtulit.* * Acad. I. 8. mentem ſolam cenſebant idoneam, cui crederetur, quia ſola cerneret id, quod ſemper eſſet, ſimplex, & unius modi, & tale, quale eſſet. hanc illi *ideam* appellabant, jam a Platone ita nominatam: nos recte *ſpeciem* poſſumus dicere. *de hac ſpecie v.* Or. 2. 3. * *externus apparatus, ornatus, dignitas, quæ in oculos cadit inprimis.* Agr. II. 13. *ſpecies* tyrannorum. *ubi vid. Græv.* Or. I. 29. hæc, quæ ſunt in *ſpecie* poſita, in te divina ſunt: *de dotibus oratoris externis corporis.* Or. II. 74. adhibere quandam in dicendo *ſpeciem* atque pompam. Piſ. 11. fuit pompa, fuit *ſpecies*, inceſſus ſaltem ſeplaſia dignus *ibid.* magnum nomen eſt, magna *ſpecies*, magna dignitas, magna majeſtas conſulis. Brut. 62. magis *ſpecie* & motu atque ipſo amictu capiebat homines, quam dicendi copia. * *opinio orta ex eo, quod eſſe videtur tale, quale non eſt.* Marc. 6. *ſpecie* reipubl. lapſi. Tuſc. II. 23. doloris *ſpeciem* ferre non poſſunt. * *Sed dicitur etiam ſæpiſſime de eo ipſo, quod videtur eſſe tale, quale non eſt.* Nat. D. I. 2. *ſpecies* fictæ ſimulationis. Planc. 12. ſigna probitatis non fucata forenſi *ſpecie.* * Tuſc. IV. 14. Or. III. 25. prima *ſpecie, quod vulgo dicimus*, primo adſpectu. * *ſimulacrum.* Div. I. 12. *ſpecies* ex ære vetus. *ibid.* 36. hanc *ſpeciem* Praxiteles cælavit argento.

SPECILLVM. Nat. D. III. 22. Æſculapiotum primus -- qui *ſpecillum* inveniſſe, & primus vulnus obligaſſe dicitur. *Eſt inſtrumentum chirurgicum, Gr.* μήλη. *vid. Ind. Gr.* μηλῶσαι.

SPECIMEN, *exemplum.* Leg. III. 3. ceteris *ſpecimen* eſto. Piſ. 39. *ſpecimen* innocentiæ. Tuſc. I. 14. num dubitas, quin *ſpecimen* virtutis capi debeat ex optima quaque natura.

SPECTACVLVM, *locus unde*

ſpectatur. Mur. 34. at *ſpectacula* ſunt tributim data. conf. Sext. 58. *Liv. I.* 35. * ad Att. X. 2. homini noſtra incommoda *ſpectaculo* eſſe nollem.

SPECTARE, *judicare.* Roſc. C. 10. nemo illum ex trunco corporis *ſpectabat.* Att. XII. 39. ex meo otio tuum *ſpecto.* * *ſequi aliquid, cupere.* Vatin. 10. ad imperatorias laudes a puero *ſpectaras.* * *operam dare.* ad Div. V. 8. ut primum forum attigi, *ſpectavi* ſemper, ut tibi quam maxime poſſem eſſe conjunctus. * Or. II. 40. ſi barbarorum eſt, in diem vivere; noſtra conſilia *in* ſempiternum tempus *ſpectare* debent.

SPECTATIO, *exploratio numorum, an genuini ſint & probi, nec ne* Verr. III. 77. deductiones certis nominibus fiebant *pro ſpectatione* & collybo. *v. Hotom. ad h. l. Budæum ad Pandect. p.* 187. *Grævium ad Flor. II. 7. unde pro quovis experimento ponitur. conf. ſpectatus.*

SPECTATVS, *de metallis, quæ aut igni, aut lapide Lydio explorantur: item de numis, qui ſpectari dicuntur, cum explorantur, probi ſint, nec ne.* Off. II. 11. hunc igni *ſpectatum* arbitrantur. cf. *ſpectatio. hinc* ſpectatum *dicitur, quicquid certis experimentis, quale ſit, cognitum eſt.* in Cæcil. 4. *ſpectata* fides. Or. I. 27. ceterarum artium homines nobiles & *ſpectati.*

SPECTIO, *eſt verbum augurum, & Conſulum, & reliquorum magiſtratuum, cum in auſpicio ſunt.* Phil. II. 32. nos augures nunciationem ſolum habemus, conſules & reliqui magiſtratus etiam *ſpectionem. Scaliger verba* nunciationem & ſpectionem *transponit. Augures enim ſpectionem habere, non poteſt facile dubitari: quamquam Gruchius, de Comitiis, augures ex h. l. colligit juſſu magiſtratuum demum auſpicia agere potuiſſe.*

SPECTRVM, εἴδωλον *Epicureorum.* ad Div. XV. 16. 19. *ſed ex priori loco intelligi poteſt, hanc Catianam interpretationem verbi Græci Ciceronem non probaſſe.*

SPECVLA. Act. I. Verr. 16. homines in *ſpeculis* ſunt. Dejot. 8. regem ſemper in *ſpeculis* fuiſſe: h. e. *omnes actiones tuas obſervaſſe.*

SPECVLVM. Fin. II. 10. infantes, pueri & beſtiæ, quæ Epicurus putat eſſe *ſpecula* naturæ.

SPECVS, *aquæductus.* Attic. XV. 26. *ſpecus* ſubterranei in extremo fundo. *v. Victorium ad h. l.*

SPERO, *de re mala.* Or. III. 13. *extr.* quoniam hæc ſatis *ſpero* vobis moleſta & putida videri.

SPES. Verr. III. 18. agri Leontini antea *ſpes* hæc erat, ut cum obſitum vidiſſes, annonæ caritatem non verere. Roſc. A. 50. major *ſpes* emtionis, de *ſecuritate retinendi ejus, quod emeris.* Verrin. II. 22. quo quidem tempore *ſpem* maximam reliquorum peccatorum nactus eſt: *h. e. impunitatis ſpem.*

SPICVM, *ſpica.* Cat. 15. fundit frugem *ſpici.* Nat. D. II. 42. *ſpicum* illuſtre tenens ſplendenti corpore virgo.

SPINA, *in ſcribendo dicuntur ſpinæ de nimis ſubtili & Dialecticorum jejuno diſſerendi genere.* Fin. IV. 28. *ſpinæ* diſſerendi. Tuſcul.

scul. IV. 5. *spinæ* partiendi & definiendi.

SPINOSVS, *subtilis*. Fin. III. 1. subtile ac *spinosum* disserendi genus. Tuscul. I. 8. hæc enim *spinosiora* prius me, ut confitear, cogunt, quam ut assentiar.

SPIRITVS, *aër*. Catil. I. 6. *spiritus* cœli. * *contentio, animositas*. Verr. I. 30. quid ego nunc in alteram actionem Cn. Dolabellæ *spiritus*, quid hujus lacrimas & concursiones proferam. * *superbia, insolentia*. Verr. III. 9. illos ejus *spiritus* Sicilienses quos fuisse putetis? Sull. 9. *spiritus* attulerunt res gestæ. Flacc. 22. remittere *spiritus*. *Simili sensu dicitur* flatus. *v. Heins. ad Ovid. Art. Am. I.* 715.

SPISSE, *tarde, cum difficultate*. Brut. 36. *spisse* atque vix ad Antonium Crassumque pervenimus.

SPISSVS, *tardus, difficilis*. Att. X. 18. omnia adhuc tarda & *spissa*. Q. Fr. II. 14. *spissum* sane opus & operosum. Orat. III. 36. si est *spissius*. *ibid.* II. 53. in utroque genere principia tarda, & exitus *spissi* & producti esse debent.

SPLENDESCERE. Cato 9. canorum in voce *splendescit* etiam in senectute.

SPLENDIDE, *clare, perspicue*. Or. II. 16. qui leges, qui jura -- constituerunt, locuti sunt simpliciter & *splendide*.

SPLENDIDVS, *de hominibus in magna dignitate positis, gratia, divitiis, genere florentibus*. Læl. 6. secundas res *splendidiores* facit amicitia. Cœl. 2. pater parum *splendidus*. Verr. II. 28. *splendidus* eques. * *excellens, cujus vis & præstantia ferit oculos omnium*. Off. III. 5. *splendidissimum* ingenium. * *ornatus*. Brut. 20. *splendidior* consuetudo loquendi. Brut. 55. dicendi genus *splendidius* & magnificentius. * *honestus*. Fin. II. 21. disputatio *splendida* & certamen honestum. Rosc. Am. 49. *splendidior* causa nobilium fuit. * *bene, clare sonans, amplum & eundem tamen jucundum sonum habens*. Brut. 55. vox cum magna, tum suavis & *splendida, opponitur* fuscæ. Or. 49. *splendidis* nominibus illuminatus est versus, sed proximus inquinatus, insuavissima litera finitus. *de singulis generibus cf. splendor*.

SPLENDOR, *claritas cum suavitate efficit* splendorem in voce. Brut. 68. *sic est etiam capiendus* splendor verborum Orat. 49. *nempe de verbis ample suaviterque sonantibus*. * *in oratione* splendor, *est ornatus in elocutione*. Or. III. 31. 36. Inv. I. 18. exordium debet habere *splendoris* & festivitatis & concinnitudinis minimum. * *splendor hominis, existit ex gratia, amicorum potentium, clientium, deductorum, salutatorum copia*. Att. IV. 1. *splendor* forensis. Quint. 22. *splendor* & gratia. Brut. 48. vitæ *splendor*. * *omnis dignitas, quæ ex quacumque re existit, inprimis ex virtute, ut in his:* ad Div. I. 7. ut eos non tam constantia in rep. nostra delectet, quam *splendor* offendat. Planc. 12. hunc tu vitæ *splendorem* maculis adspergis. Cluent. 16. *splendor* municipum, *hominum &c. honestorum*. Rosc. C. 5. *splendor* advocationis. * *proprius autem est* splendor *equitum, unde proprie* splendidi, *ut de plebe homines*,

honesti *dicuntur*, *& senatui* auctoritas *tribuitur*. Rosc. A. 48. *splendor* equester. Sext. 65. auctoritatem senatus *splendore* proximorum ordinum confirmari. cf. ad Div. I. 3. &c. * *de magnitudine animi*. Brut. 77. animi *splendor*. *

SPONDALIA. Or. II. 46. cum ex persona histrionis oculi ardere viderentur, *spondalia* illa dicentis &c. Spondalia *erant carmina, quæ inter sacrificia adhiberi solebant, adhibitis etiam tibicinibus, ne sacrificans aliquid male ominatum audire posset. Constabant autem maxime eo pede, qui Spondeus ab illa ipsa re dicitur, propter gravitatem.* Spondalia *autem est lectio Gruteriana: Turnebus* Spondialia, *Salmasius* Spondaulia *legendum censet, ut jam notatum est in Lexico Fabri.*

SPONDERE, *proprie est* dicere, *ut ex composito* respondere *intelligitur: deinde in stipulationibus significat* promittere. *Nam qui stipulatur, interrogat:* spondesne *v. c. hanc pecuniam solutum iri? alter respondet:* spondeo: h. e. *promitto*. Rosc. Com. 5. stipulatus es? ubi? quo die? quo tempore? quo præsente? quis *spopondisse* me dicit? nemo. Verr. V. 54. ut aliquando *spondere* se diceret: *sc. is, qui jussus erat HS. duobus millibus sponsionem facere cum lictore suo, ni furtis quæstum faceret. v. sponsio.* * spondere pro aliquo, *est fidem suam interponere pro aliquo in re pecuniaria. Nam si quis pecuniam mutuam petebat, cui tuto credi non posse videbatur, petebat creditor ab eo, ut aliquem daret, qui solutum iri promitteret: h. e.* sponderet. Att. XII. 15. scire velim, quando dicat *spopondisse*, & pro patre, anne pro filio? *ibid.* 18. pro Cornificio abhinc amplius annis XXV. *spopondisti*. ad Brut. ep. 18. magis enim illum, pro quo *spopondi*, quam me obligavi &c. *de verbo hoc longa & docta disputatio est apud Salmas. Mod. Usur. c.* 16.

SPONSALIA *dicuntur, cum pater se filiam alicui daturum spondet.* Att. VI. 6. factis *sponsalibus.* * *convivium, quod præbetur, cum sponsalia fiunt.* ad Q. Fr. II. 6. ad *VIII.* Id. Apr. *sponsalia* Crassipedi dedi, cui convivio Quintus tuus defuit.

SPONSIO *est proprie promissio ejus rei, quam alter stipulatur. v. spondere. In controversiis privatis, ne calumniis impune quis alterum vexaret, aut solebat certam pecuniam deponere petitor, quæ sacramentum dicebatur, de quo supra, aut tantum spondebat, se aliquam pecuniæ summam daturum, ni vinceret, stipulante eo, unde petebatur. Cum autem spoponderat petitor, idem stipulabatur ab eo, unde petebatur, & hic eodem modo spondebat. Et hinc dicebatur is, qui litem intendebat*, sponsionem facere. Quint. 8. 26. Verr. III. 62. Cæcin. 8. Rosc. Com. 4. 5. Off. III. 19. *vid. Hotom. ad pr. Quint.* 8. & sponsio *dicitur pro causa, quæ agitur, s. judicio, quod intenditur, agitur, sponsione interposita, s. actione, quæ fit sponsione interposita.* Cæc. 16. *sponsionem* optime facere posse, *dicitur de eo, qui justam causam habet. hinc & aliæ formulæ* Verrin. III. 57. *sponsione* lacef-

lacessere. Cæcin. 32. *sponsione* certare. *ib.* 31. condemnari *sponsionis.* Quint. 26. *sponsione* vincere. Cæcin. 31. *sponsionem* vincere. *vid. vincere.* Verr. III. 62. *sponsiones* prohibitæ judicari. * Leg. II. 16. voti *sponsio*, qua obligamur Deo.

SPONSOR, *qui pro altero spondet.* ad Div. V. 18. *sponsores* pro Pompejo. *ib.* VII. 5. *sponsor* humanitatis tuæ. cf. Att. XIII. 10. XVI. 5. I. 8. 10. XV. 5. XVI. 14. *hinc junguntur* creditores & sponsores, *quod, qui pro altero in re pecuniaria spoponderunt, eodem periculo sunt, quo creditores.* Quint. 23.

SPONSVM, *sponsio.* Quint. 9. *ex sponso* egit.

SPONTE sua, *sua natura, per se.* Tusc. IV. 15. *sua sponte* laudabilis virtus. Verr. I. 42. *sua sponte* scelerata res. Or. 32. *sua sponte* squalidior. * sua sponte *facere dicitur etiam, qui primus facit, ut auctor rei dici possit.* Verr. I. 43. quoad *sua sponte* instituisset, id neminem metuisse ne quis reperiretur, qui istius institutum sequi vellet.

SPORTELLA *est obsonium, cibus, qui opponitur cenæ justæ, vel rectæ* ad Div. IX. 20. dediscendæ tibi sunt *sportellæ* & artolagani tui: *h. e. non, ut soles, placentis & similibus cibis levioribus nos excipere debes, post quos manus non lavantur, sed justis conviviis. v. Lex. Fabr. in Sportula. n. 2.*

SPVTATILICVS, *sputo conspuendus: h. e. contemnendus.* Br. 74. Sisenna defendens dixit, quædam ejus *sputatilica* esse crimina.

SQVALOR, *de lugentibus, quibus & sordes tribuuntur.* Sext. 14. *squalebat* civitas.

SQVALIDVS, *de rebus subtilibus, qualia sunt Dialecticorum præcepta, aut quæ ex iis subtilius disputantur.* Or. 32. sed quia hæc sua sponte *squalidiora* sunt, adhibendus erit in his explicandis quidam orationis nitor. *sic etiam dicitur adverbium* squalide. Fin. IV. 3. sed vos *squalidius* (*sc. definitis, partimini*): illorum vides, quam niteat oratio.

SQVALOR, *de lugentibus.* ad Div. V. 1. in luctu *& squalore* sum. Verr. V. 48. extr. adspicite *squalorem* sordesque sociorum. *it. de supplicantibus.* Planc. 8. quam nunc multitudinem videtis in *squalore* & luctu supplicem vobis.

SQVILLA, *piscis, qui & pinnoteres dicitur.* v. Nat. D. II. 48. Fin. II. 8.

STABILIS. Fin. II. 23. voluptas *stabilis* Epicureorum, *quid sit?*

STARE, *in re militari significat primo simpliciter, in acie esse: unde formulæ:* cum aliquo stare, a partibus alicujus stare &c. Brut. 79. nemo *contra* civium perditorum popularem turbulentamque dementiam *a* senatu & a bonorum causa *stetit* constantius: *sed etiam manere in acie, oppositurque τῷ* fugere. Tusc. II. 23. ut enim fit in prælio, ut ignavus miles ac timidus, abjecto scuto fugiat, -- ob eamque causam pereat nonnunquam etiam integro corpore, cum ei, qui *steterit*, nihil tale evenerit. * stare *porro dicuntur, qui locum in republ. dignitatem, fortunas obtinent & tuentur.* ad Div. VII. 2. eorum auxilio, qui me *stante, stare* non poterat. * *item, qui con-*

constantes sunt in re aliqua, qui a sententia suscepta, promissis &c. non recedunt. Att. VII. 15. omnes cupiebant Cæsarem *stare* conditionibus iis, quas tulisset. ad Div. IX. 2. modo nobis *stet* illud, una vivere in studiis. Att. II. 4. si in eo non *stat.* * stare *dicitur, quod decretum est & constitutum.* Att. III. 13. neque adhuc *stabat*, quo potissimum &c. * stare *etiam dicuntur, qui habent unde vivant, vitam transigant.* Flacc. 6. qui domi *stare* non poterant, largo ac liberali viatico commoveret. Stare non posse, *qui ob æs alienum fugere, & cedere foro coguntur.* Pis. 6. egere, foris esse Gabinium, sine provincia *stare non posse. Sic est etiam ap. Sueton. Othon.* 5. * Fin. II. 10. voluptas *stans* & movens, *quid sit? v. ib.* 23. * stare *etiam est pro* dicere; *quia stantes dicebant.* Har. R. 4. cum mihi *stanti* minaretur. Marcell. 11. non est *stantibus* necesse omnibus dicere. Or. 63. me *stante* &c. *hinc illud intellige* ad Div. I. 4. cum in senatu pulcherrime *staremus*, quod jam illam sententiam Bibuli fregeramus &c.

STATARIUS, *est actor, qui sedatius agit, neque in scena discurrit: unde ipsæ fabulæ* statariæ *dicuntur, quæ sedatiores sunt: quibus opponuntur* motoriæ, *in quibus multa negotia, cursus &c. hinc ad oratorem transfertur, qui minus vehementer dicit & agit.* Brut. 30. 68. *cf. Gron. Obs. IV.* 7.

STATASSARE. Leg. II. 11. vincendi atque potiundi *statassandique* cognomina Statoris & Invicti Jovis. *sed hanc vocem ex corruptione ortam, omnes fatentur. vid. Gruterus, Turnebus & Gronov. ad h. l.*

STATIO, *locus, ubi naves stare possunt, sed minus tuto quam in portu, unde a Virgilio* malefida *dicitur.* ad Div. XII. 15. urbs, portus, *statio*, quæ extra urbem est. * *custodia, excubiæ.* Cato. 20. de *statione* vitæ injussu imperatoris decedere. * *deversorium.* Attic. VI. 9. *extr.* in arce Athenis *statio* mea nunc placet.

STATIVA. Agr. II. 15. agros, urbes, *stativa*, portus, totam denique Bithyniam venditurі sunt. *Interpretes superiores stationes navium esse putant. Grævius autem* stagna *interpretatur, quæ vox adeo in Pithœano & Erfurtens. Codd. reperitur pro* stativa. *Nam* stativas aquas *esse stagna, ut auctor est Varro ap. Nonium in* Putei. *Ut adeo* stativa *sint stagna & lacus piscosi, qui care venduntur. Mihi autem prior interpretatio magis placet. Nam primo* urbem, portum, & stationem *jungi ex* ad Div. XII. 15. *ante vidimus in* statio. *Deinde etsi* stativæ aquæ *dici possunt, tamen non propterea etiam* stativa stagna; *in quo esset puerilis tautologia. Si quis autem probaret lectionem Pithœani & Erfurt. Codd. non haberem magnopere, quod dicerem contra.*

STATOR, *minister magistratus, apparitor, tabellarius. a stando* ad Div. II. 17. literas a te mihi *stator* tuus reddidit. cf. II. 19. X. 21. * *sed cognomen Jovis est a sistendo, auctore Livio I.* 12. *Cicero videtur ducere a statuendo Catil. I.* 13. *Seneca a stando. sed, ut vere pronunciat Gron. de Senecæ*

necæ etymologia Obſ. IV. 14. *ita etiam Ciceroniana illa eſt luſus in verbo, propoſito ejus ſerviens.*

STATVS, *adj. certus, definitus.* Har. R. 92. *ſtatæ* ſollemnesque cerimoniæ. Offic. I. 12. *ſtatus* dies cum hoſte.

STATVS. *ſubſt. ap. rhetores quid ſit? v.* Top. 25. * ſtatus *in re gladiatoria idem eſt, qui* gradus, *de quo ſupra: unde hæ formulæ:* Or. 37. dejicere de *ſtatu* adverſarios: *h. e. vincere adverſ.* Cæcin. 15. vis, quæ formidine animum perterritum loco ſæpe & certo de *ſtatu* demovet: *h. e. ita perturbat, ut propoſitum perſequi, & conſtantiam retinere non poſſit. v. P. Faber ad h. l. & Paſſeratius.* Cluent. 38. de *ſtatu* ſuo declinare: *h. e. conſtantia.* Verr. II. 4. deducerent de vitæ meæ *ſtatu: h. e. de vitæ ratione, quam inieram, & in qua permanere decreveram, nempe ut defenderem reos, non accuſarem quemquam.* Dom. 18. *ſtatus* (reip.) converſio. *Et quoniam e ſtatu maxime ſpectantur gladiatores, iique & milites, quam diu ſtatum obtinent, tamdiu ſalvi ſunt; propterea ſtatus dicitur de commoda rerum conditione & ſalute.* Sext. 1. offerre ſalutem in discrimen pro *ſtatu civitatis.* Sull. 22. *ſtatus reip.* maxime judicatis rebus continetur Tuſc. III. 7. & quemadmodum oculus conturbatus - - & reliquæ partes totumve corpus *ſtatu* cum eſt motum, deeſt officio ſuo & muneri. *Dicitur tamen etiam pro conditione & ratione alicujus rei ſimpliciter.* ad Div. IX. 6. ſed hoc viderint ii, qui nulla ſibi ſubſidia ad omnes *vitæ ſtatus* (*np. & ſecundos & adverſos*) paraverunt. *Porro, quoniam in ſtatu militum ineſt firmitas & conſtantia, propterea* ſtatui *opponitur &* interitus. Fin. III. 5. * Agr. I. 1. urbes pacatæ, agr. ſociorum, *regum ſtatus* decemviris donabantur. * *Eſt etiam verbum juris, quo conditio hominum civilis ſignificatur, ratione libertatis, utrum nempe aliquis ſervus an liber, porro liber, utrum ingenuus an libertinus, libertini denique, utrum cives Romani, an Latini, an dedititii: de quo eſt in Digeſtis* de ſtatu hominum. *Sed ſignificat ap. Ciceronem etiam conditionem civilem hanc, qua quis eſt aut plebejus, aut patricius.* Leg. I. 7. quod in civitatibus ratione quadam, de qua dicetur idoneo loco, agnationibus familiarum diſtinguntur *ſtatus* &c. *Nam omnes agnati ſunt ejusdem familiæ, adeoque etiam omnes aut plebeji aut patricii. v. c. in gente Claudia agnationibus diſtinguuntur familiarum ſtatus ita, ut omnes Marcellorum agnati ſint plebeji, quod ea familia plebeja eſt, omnes autem Appiorum & Pulcrorum agnati patricii, quia hæc familia patricia eſt. Itaque in gentibus in plures familias distributis, easque & plebejas & patricias, cum primum ſcio, cujus ſit agnatus, intelligo patriciusne ſit, an plebejus.*

STELLATVS, *in ſtellas relatus,* Tuſcul. V. 3. *ſtellatus* Cepheus traditur cum uxore.

STERILITAS, *de eo, quod non vitio, ſed natura ſua parere non poteſt.* Div. I. 18. mula pepe-

peperit: fetus extitit in *sterilitate* naturæ.

STERTERE, *negligentem esse in re aliqua, non facere, quæ debebas.* Attic. IV. 3. Marcellus candidatus ita *stertebat*, ut ego vicinus audirem.

STIGMATIAS, *servus fugitivus, notis in fronte compunctus, quæ stigmata dicuntur.* Off. II. 7.

STILLA, *gutta.* Fin. III. 14. interit magnitudine maris Ægæi *stilla* muriæ.

STILVS, *dicendi genus.* Brut. 45. *stilus* Atticus. * *exercitatio scribendi.* Orat. II. 23. in summa ubertate ineſt luxuries quædam, quæ *stilo* depaſcenda eſt.

STIMVLARE, *angere, inquietum reddere.* Att. IX. 15. congreſſus hujus *stimulat. ibid.* XII. 13. me hæc ſolitudo minus *stimulat.* cf. XIII. 28. * *impellere.* ad Div. III. 12. nam ut antea ſimultas me *stimulabat*, ut caverem.

STIMVLVS. Tuſcul. II. 27. *stimuli* doloris.

STINGVERE, *exstinguere.* in Arat. *bis.*

STIPATIO, *comitatus.* Sull. 23. Autronii concurſatio, *stipatio.*

STIPENDIARIVS. Verr. III. 6. inter Siciliam ceterasque provincias in agrorum vectigalium ratione hoc intereſt, quod ceteris aut *vectigal* impoſitum eſt *certum*, quod *stipendiarium* dicitur, ut Hiſpanis & plerisque Pœnorum, aut cenſoria locatio conſtituta, ut Aſiæ lege Sempronia: Siciliam ſic in amicitiam fidemque recepimus, ut eodem jure eſſent, quo fuiſſent &c. Balb. 9. nam & *stipendiarios* ex Africa, Sicilia, Sardinia, ceteris provinciis, multos civitate donatos videmus. &c. *Ex loco altero intelligitur*, ſtipendiarios *eſſe, qui certam quotannis pecuniæ ſummam ſolvunt, quæcunque frugum ſive ubertas ſive caritas ſit, cum reliqui tantum decumas aut alia vectigalia dent, quæ incerta ſunt, modo majora, modo minora, pro frugum copia aut inopia &c. hosque eſſe æquiori jure, quam ſtipendiarios. vid. Hotom. ad Verr. III. 6. Lipſ. Magnit. Urb. Rom. II. 2. Cujac. Obſ. VII. 3. 4. Æquiori autem illo jure utuntur ſocii, iniquiori altero bello & vi victi; unde* in Cæcil. 3. *junguntur* ſocii ſtipendiariique pop. R. *Sed exoritur difficultas quædam ex duobus illis locis. Nam in primo Siculi a ſtipendiariis diſtinguuntur, in altero iis adnumerantur. Ea videtur ſic tolli poſſe. Non omnes ejusdem provinciæ civitates eodem jure erant: ſed aliæ ſociæ, quod ſe ſponte in fidem Rom. contuliſſent, aut non diu repugnaſſent, aliæ non item, quæ hoſtiliter ad extremum ſe geſſiſſent. Aliæ liberæ, aliæ non item: aliæ immunes, aliæ vectigales & decumanæ, aliæ ſtipendiariæ. Jam cum in Sicilia quoque urbes eſſent vi victæ, ut Syracuſæ; eſt fortaſſe, ut hæ ſtipendiariæ fuerint. nam Syracuſas, & quæ, his expugnatis, metu ſe dedidiſſent, durius habitas eſſe, locupletes auctores affert Sigon. A. J. Provinc. I. 3. quamquam ex Verr. III. 6. colligi poſſe videtur, etiam vi victas tantum vectigales fuiſſe. Si brevius te expedire vis*, ſtipendiarios *confundi cum* vectigalibus *credas. Certe Aſcon. ad Div. in Cæcil. l. c. ſtipendiarios*

rios interpretatur, quibus vectigal impositum est. Burm. de Vectigal. p. 2. laudat de hac re Cujacium l. c. sed ibi nihil de hac confusione.

STIPENDIVM, *esse mercedem militum, & vectigal certum populorum bello victorum, satis notum est. A priori significatione oritur illa, cum stipendia dicuntur anni militiæ.* Manil. 9. qui *stipendiis* confectis erant: *h. e. emeriti, qui legitimos annos militarem operam reipubl. præstiterant. hinc eleganter* Cato 14. emerita *stipendia* libidinis &c. *de senibus dicit. quem modum loquendi rariorem esse, recte observat Facciolatus, V. C. cum* emeritos milites *proprie dicamus,* non emerita stipendia.

STIPES, *homo stupidus, qui sc. propter stuporem mutus est.* Har. R. 3. *stipes* ille, qui, quorum hominum esset, nesciremus. conf. Sen. p. Red. 6.

STIPS, *numuli, qui a sacerdotibus corrogantur Diis, aut certe in honorem Deorum dantur.* Leg. II. 9. præter Idææ matris famulos, eosque justis diebus, ne quis *stipem* cogito. *ibid. 16. stipem* sustulimus, nisi eam, quam ad paucos dies propriam Idææ matris excepimus. Implet enim superstitione animos & exhaurit domos. *de stipe matris Idææ v. Turneb. ad h. l. de more stipis colligendæ Diis in universum autem Cuper. Obs. III. 4.*

STIPVLARI. *est interrogare alterum solemni formula, an velit nobis aliquid polliceri, præstare &c. v. c.* Spondesne, te *&c. respondet ergo τῷ* spondere. *qui interrogat, postulat,* stipulatur: *qui respondet, pollicetur, jubet &c.* spondet. *v. Spondeo.* Rosc. Com. 5. reliquum est, ut *stipulatum* se *esse dicat. - - stipulatus es?* ubi? quo præsente? *cf. stipulatio.*

STIPVLATIO, *est interrogatio ex formula solemni, qua postulamus, aliquem spondere, fidejubere, polliceri, dare &c. quam ubi secuta est sponsio, fidejussio &c. obligatio oritur.* Rosc. C. 12. cur tam imperite facit, ut nec Roscium *stipulatione* alliget &c. Cæcin. 18. *stipulationes* infirmare aut convellere. Att. XVI. 11. etsi *stipulationes* nondum legeram. Leg. II. 21. ut ea pecunia ex *stipulatione* debeatur. *de stipulationibus. v. Salmas. mod. usur. c. 16. Formulas stipulationum habes ap. Varr. R. R. II. 2, 6. 5. 5, 11.*

STIPVLATIVNCVLA. Or. I. 38. *stipulatiuncula* decipi.

STIPVLATVS, *adj. passive.* Rosc. C. 5. pecunia *stipulata.*

STIRPS, *principium rei, fundamentum.* Cœl. 32. firmata jam *stirpe* virtutis. Leg. I. 6. repetam *stirpem* juris a natura. Fin. IV. 2. differo eam partem, quæ est quasi *stirps* hujus quæstionis. * *familia, distinguitur a gente.* Or. I. 39. Marcelli, ab liberti filio, *stirpe* Claudii ejusdem nominis, hereditatem gente ad se rediisse, dicebant. *v. Gens.*

STOLA. Phil. II. 18. sumsisti togam virilem, quam statim muliebrem *stolam* reddidisti. *quamquam ibi Grævius habet:* togam. *Sed in* stola *melior est oppositio. ib. stolam* dare *de sponso.*

STOLIDVS, *iners, nihil agens, ut terra, lignum.* Top. 14. nihil

nihil agens, & quodammodo *stolidum*.

STOMACHVS, *os & aditus ventriculi*. Nat. D. II. 45. linguam autem ad radices ejus hærens excipit *stomachus*, quo primum illabuntur ea, quæ accepta sunt ore &c. * *ingenium hominis cujusque aut animus in rebus aut probandis aut fastidiendis*. ad Div. II. 16. nosti enim *stomachi* mei, cujus tu similem quondam habebas, in hominum insolentium indignitate fastidium. ad Div. VII. 1. ludi apparatissimi, sed non tui *stomachi*. *ibid.* VIII. 13. *stomacho* est Pompejus M. nunc ita languenti, ut vix, quod sibi placeat, reperiat. *ibid.* IX. 2. consuetudo diuturna callum jam obduxit *stomacho* meo.

STRAGVLA vestis Rosc. A. 46. *est, qua lecti sternuntur, peristroma*.

STRAGVLVM, *idem*. Tusc. V. 21. collocari jussit hominem in aureo lecto, strato pulcherrimo, textili *stragulo*, magnificis operibus picto. *Ceterum, ut hoc obiter moneam, in h. l. legendum censeo:* pulcherrime. *Lectus aureus stratus erat pulcherrime, nempe stragulo textili eoque picto. Sic* Phil. II. 27. lectus *stratus* conchyliato peristromate.

STRANGVRIA, *difficultas & dolor in urina mittenda*. Tuscul. II. 19.

STRATVM, *laudatur* e Tusc. V. 21. *sed vid.* stragulum.

STRENVVS. Phil. II. 32. celeriter isti & rediisti, ut cognosceret te, si minus fortem, attamen *strenuum*.

STRICTIM, *obiter, breviter*. Or. I. 35. *strictim* adspicere. Cœl. 7. *strictim* ponere. Att. II. 1. *strictim* attingere librum.

STRIGILIS, *instrumentum balneare & unctorium, quo ad radendum detergendumque corpus utebantur in sudationibus, lotionibus & unctionibus. de ea v. Eschenbach. Diss. de Unctionibus c. 3. p. 478. s. qui & p. 483. figuras strigilis exhibet, quas & videre licet ap. Pignorium de servis, aliosque.* Fin. IV. 12. si ad illam ampulla aut *strigilis* accedat.

STRIGOSVS, *de oratore*. Brut. 16. est toto genere *strigosior: h. e. tenuior, jejunior. dicitur enim proprie de equis macie confectis, Gr.* ἀτρόφοις. *v. Victor. Var. Lect. IV.* 22.

STROPHIVM. Har. R. 21. P. Clodius a crocota, a mitra, a muliebribus soleis, purpureisque fasciolis, a *strophio* -- repente factus est popularis. Strophium *h. l. interpretantur de fasciola, qua papillas feminæ coërcebant. v. Interpret. ad Catull. epigr. 65. Ferrar. R. V. P. I. L. III. c. 21. Græcis* ταινία & ταινίδιον, *ut auctor est Pollux VII. 54. cf. Cuper. Obs. I. 6. quod mihi secus videtur. Nam si hoc strophii genus Clodio damus, etiam papillas feminarum turgidas ei demus necesse est; quod est ridiculum. Putabamus aliquando,* strophium *esse* h. l. *coronam e pluribus & diversicoloribus fasciis tortam, quod genus in femineo ornatu fuit. v. de hoc genere strophii Festum in* strupus. *& Salmas. ad Solin. p. 263. sed adversatur fragmentum orationis in Clodium, quod affert Nonius in* strophium: cum *strophio* accurate præcingere. *Ex quo intel-*

intelligitur, strophium, *quod Clodio objicitur, esse zonam s. cestum acu pictum, quo feminæ etiam nostris moribus præcinguntur. Confirmat hanc interpretationem locus ab eodem Nonio commemoratus ex Turpilii Philopatro:* me miseram! quid agam? inter vias epistola excidit mihi: infelix inter tuniculam & *strophium* quam collocaveram. *Itaque recte Mercerus ad h. l. fallitur hic Nonius, qui strophium sc. interpretatur fasciam, quæ virginalem cohibet tumorem papillarum. Nam strophium est zona teres.*

STRVCTOR, *est qui operam in ædificando præstat, materiam, calcem, lateres tractat &c.* Q. Fr. II. 6. in aream tuam veni, res agebatur multis *structoribus*. cf. Att. XIV. 3.

STRVCTVRA *verborum, continet tres partes: primo collocationem singulorum verborum, ut lenitas quædam efficiatur; deinde concinnitatem quandam verborum; & tertio numerum, quem tamen & ipsa illa concinnitas efficit sua sponte.* v. Orat. 44. *init.* coll. 43. *init. v. structus.* Brut. 8. ante Isocratem *verborum* quasi *structura* & quædam ad numerum conclusio nulla erat. Opt. g. d. 2. *verborum* est *structura* quædam, duas res efficiens. numerum & lenitatem. * *sed ut* collocatio *non modo de omnibus illis tribus partibus, sed etiam de prima tantum, quæ lenitatem efficit, dicitur; sic etiam* structura verborum *dicitur de prima illa parte, qua sic verba ordinantur, ne extrema & prima asperius concurrant.* Or. 44. atque illud primum videamus quale sit, quod vel maxime desiderat diligentiam, ut fiat quasi *structura* quædam.

STRVCTVS. oratio structa *primo est ea, in qua est non solum collocatio singulorum verborum lævis, sine concursus extremarum cum primis literis asperitate, sed etiam concinnitas verborum, & numerus.* Or. 41. sed hæc nisi collocata, & quasi *structa*, & nexa verbis &c. *deinde vero est etiam oratio numerosa. ibid.* 70. si compositi oratoris bene *structam* collocationem dissolvas permutatione verborum.

STRVERE. Or. III. 31. *struere* verba. *v. structura, structus.* * *parare.* Att. IX. 10. bellum *strui* existimo. *ibid.* V. 21. me ipsum mihi sollicitudinem *struere* cogor. &c.

STVDERE, *quid sit, ex notione* studii *intelligetur planius, & notissimæ sunt hujus verbi significationes. Unum locum afferemus, in quo est pro: familiarem esse alicui.* Cæl. 4. multi boni adolescentes *studuerunt* illi homini nequam. (*sc. Clodio.*)

STVDIOSE, *sæpe & cum voluptate quadam.* in Cæcil. 12. libenter *studioseque* audire. Tusc. V. 20. *studiose* id factitabat, *scil. pila ludere.*

STVDIOSVS, *tiro artis alicujus, qui adhuc discit.* opt. g. d. 5. putavi mihi suscipiendum laborem, utilem *studiosis*, mihi quidem ipsi non necessarium. *item, qui discit literas, ut* Tusc. I. 3. Galbam, Africanum, Lælium, doctos fuisse traditum est, *studiosum*

autem eum, qui iis ætate anteibat, Catonem.

STVDIVM. Inv. I. 25. *ſtudium* eſt animi aſſidua & vehemens ad aliquam rem applicata magna cum voluntate occupatio, ut philoſophiæ, poëtices, literarum. *Hinc ſtudium pro genere aliquo artis & diſciplinæ.* Or. I. 11. ſint hæ res in aliis quibusdam *ſtudiis. item pro ſecta aliqua philoſophorum.* Muren. 36. eodem ex *ſtudio* eruditus; *de philoſophia Stoica. ubi v. Grævius.* cf. c. 31. *Nam in univerſum eſt pro ea cupiditate, amore, odio partium, quam nos vocamus die partheyligkeit.* Flacc. 10. ſine ullo *ſtudio* dicere. *ib. ſtudium* teſtium. ad Div. I. 7. *ſtudium* iratorum hominum. *Item pro favore in comitiis, ſpectaculis.* Agr. II. 7. *ſtudio* & ſuffragio ſuo. Roſc. C. 10. *de actore:* quod *ſtudium* & quem favorem ſecum in ſcenam attulit. *item pro quacunque cupiditate alicujus rei videndæ, audiendæ, &c.* in Cæcil. 13. jam nunc mente & cogitatione proſpicio, quæ tum *ſtudia* hominum, qui concurſus futuri ſunt. * *propenſiones naturales dicuntur* Cœl. 5. *ſtudia* naturæ. * *vitæ etiam genera, quæ quis amplexus eſt, ut vita ruſtica* &c. ſtudia *dicuntur.* Roſc. Am. 16.

STVLTITIA, *ignorantia, inſcitia.* Or. I. 36. turpi tutelæ judicio atque omni moleſtia, *ſtultitia* adverſarii liberaretur. *ibid.* 27. oratoris peccatum, *ſtultitiæ* peccatum videtur.

STVPIDVS, *qui attentione tanta aliquid & admiratione ſpectat, auditve, ut immobilis & ſine ſenſu eſſe videatur.* Paradox. 5. Echionis tabula te *ſtupidum* detinet aut ſignum Polycleti.

STVPOR, ἀναισθησία. Tuſc. III. 6. *ſtupor* in corpore. Phil. II. 45. ut quidam morbo aliquo & ſenſus *ſtupore* ſuavitatem cibi non ſentiunt. * *tarditas mentis in aſſequendo, intelligendo &c. item cum ipſum communem naturæ ſenſum repudiamus, ut faciunt tardi, quos communi ſenſu carere dicunt.* Dom. 36.

SVAVITAS. Or. III. 26. *ſuavitas* auſtera & ſolida, non dulcis & decocta. * *eſt hominis commodi, qui nemini moleſtus eſt, nemini nocere vult.* ad Div. V. 20. quod ſi mihi expenſa iſta HS. centum tuliſſes, tamen, quæ tua eſt *ſuavitas*, quique in me amor, nolles a me hoc tempore æſtimationem accipere. nam numeratum ſi cuperem, non erat.

SVAVITVDO. ad Herenn. III. 12. *ſuavitudo* pronunciationis.

SVB. *ſub* manu. *v. manus. ſub* præcone. *v. ſubjicere.* * *poſt.* ad Div. X. 16. *ſub* eas literas ſtatim recitatæ ſunt tuæ. *ibid.* VIII. 4. cum Gallia coactus eſſet Pompejus dicere, ſe legionem abducturum, ſed non ſtatim *ſub* mentionem & convicium obtrectatorum.

SVBACTIO. Or. II. 30. *ſubactio* autem eſt uſus, auditio, lectio, literæ.

SVBACTVS, *de terra ſæpe arata, culta.* Cato. 17. humus *ſubacta* atque pura. *ibid.* 15. cum terra gremio mollito ac *ſubacto* ſemen ſparſum excepit. *deinde transfertur eleganter ad ingenium.* Or. II. 30. *ſubacto* mihi ingenio opus eſt, ut agro non ſemel arato, ſed novato atque iterato.

vid. subactio. * *exercitus, vexatus.* Tusc. III. 28. *subactus* miseriis.

SVBDERE, *subsituere.* Dom. 32. quis in meum locum judicem *subdidit.* cf. ad Div. X. 21.

SVBDITVS. Verr. I. 5. *subditi* in eorum locum.

SVBDVCTIO. Or. II. 30. statim occurrit naturali quadam prudentia, non his *subductionibus*, quas isti docent, quid faciat causam. Subductiones *sunt artificia, quibus commentaturi utuntur in cogitando, cum quærunt, quid faciat causam, quid veniat in judicium. Nam* subducere, *quod est rationibus proprium, de cogitationibus & meditationibus dici notum est.* v. Att. V. 21. ad Div. I. 9.

SVBDVCTVS, *de navibus dicitur, quæ hiberno tempore e mari extractæ sunt; eique opponitur* deductus. Offic. III. 11. classem Lacedæmoniorum, quæ *subducta* esset ad Gytheum, clam posse incendi.

SVBJECTIO, *in rhetoricis quid?* Herenn. IV. 23.

SVBJECTOR, *falsarius.* Catil. II. 4. quis testamentorum *subjector.* &c.

SVBJECTVS. Or. I. 12. verborum sonitus inanis, nulla *subjecta* sententia & scientia: *h. e. cujus nullus sensus inest. ibid.* 46. omnis hæc antiquitatis memoria & juris publici auctoritas, & regendæ reipubl. ratio & scientia, tanquam aliqua materies, iis oratoribus, qui versantur in republica, *subjecta* esse debent: *h. e. in promtu, mota.* Partit. 11. hujus igitur materiæ *ad* argumentum *subjectæ*: *h. e. aptæ, paratæ.*

SVBJICERE, *de speciebus rationem generis.* Tusc. IV. 7. perturbationibus *subjiciuntur* partes ejusdem generis plures. Or. I. 12. partes autem sunt, quæ generibus iis, ex quibus emanant, *subjiciuntur.* * *de sententia, quæ inest verbis.* Fin. II. 15. sub hac voce, quæ sit *subjicienda* sententia. *ibid.* 21. quæ res huic voci *subjiciatur.* * *monere aliquem de re, cujus oblitus est, cujus recordari nequit.* Verr. V. 10. cupio mihi ab illo *subjici*, si quid prætereo. * *obnoxium reddere.* Planc. 23. *subjicere* fortunas innocentium fictis auditionibus. *ibid.* scelus dicendo *subjicere* odio civium. * Dom. 20. ut rex Cyprius cum bonis omnibus *sub* præcone *subjiceretur.* Quint. 15. cujus non modo fortunæ, sed etiam victus vestitusque necessarius *sub* præcone *subjectus est. ratio loquendi inde ducta est, quod præco stare solebat in lapide, ut ab omnibus conspici posset.* v. *Lapis.* * *in manus dare, porrigere.* Arch. 10. quem nos in concione vidimus, cum ei libellum malus poëta de populo *subjecisset* &c. * Leg. II. 18. si ad terram tuendam ferroque *subjiciendam* superstitionis aliquid accesserit. Manutius *reposuit:* subigendam, *ex libro antiquo, probantibus Lambino, Davisio.* Subigere *usitatius est in hac re, sed nec* subjicere *est absurdum, quod in multis loquendi formis est, in quibus* & subigere *dicitur.*

SVBITVS, *extemporalis.* Or. I. 33. *subita* & fortuita oratio. *ib.* exercitationes *subitæ.* * ad Div. XIII. 2. propter opera instituta multa multorum, *subitum* est ei remigrare Kal. Quint.

SVBJVNGERE, *subjicere.* Verr. I. 21. multas urbes *subjunxit* sub imperium pop. R. Orat. I. 50. si jam omnes artes *subjungere* velimus oratori: h. e. *ei inesse debere, statuere.*

SVBLATE, *elate, jactanter.* Domit. 36. nihil de me unquam dixi *sublatius*, ascisendæ laudis causa potius, quam criminis depellendi. * *de genere dicendi sublimi.* Brut. 55. *sublate* ampleque dicere.

SVBLATIO, *de magnitudine animi.* Fin. II. 4. *sublatio* animi.

SVBLEVARE, *est proprie sustinere, erigere.* Att. X. 4. qui nos stratos ad pedes ne *sublevabat* quidem. Herenn. IV. 51. *sublevare* mentum sinistra. * *hinc est pro juvare.* ad Div. V. 1. quem familiæ nostræ dignitas debebat *sublevare.* Or. II. 40. quæ non sua vi, sed extranea *sublevantur.* * *consolari.* Attic. II. 18. hic status una omnium voce gemitur, neque verbo cujusquam *sublevatur.* * *defendere.* Muren. 4. ut meum laborem hominum periculis *sublevandis* jure impertiam. Tusc. IV. 37. in quo *sublevatus* a Socrate. * *minuere, aliqua re efficere, ne noceat, quod nocere posset.* ad Div. VIII. 3. *sublevare* odia. Act. I. Verr. 16. non gratia, non cognatione, non aliis recte factis tot tantaque ejus vitia *sublevata* esse existimabuntur. Petit. Cons. 1. nominis novitatem dicendi gloria *sublevabis.* * *infirmare.* in Cæcil. 4. *sublevabis* causam inimici.

SVBLIGACVLVM: *tegumentum pudendorum.* Off. I. 35. scenicorum mos tantam habuit a vetere disciplina verecundiam, ut in scena sine *subligaculo* prodeat nemo.

SVBMISSIO orationis. Or. 25. *de tenui genere.*

SVBMISSVS orator. *ibid.* 24. *ib.* 23. *submissa* leniter dicere: i. e. *tenuia leni voce.*

SVBMITTERE, *allegare ad aliquem* Verr. III. 28. *submittebat* Timarchidem. cf. I. 41. * *de voce.* in Cæcil. 15. cum possit aliquanto clarius dicere, quam ipse primarum, multum *submittere* videmus. *Male ergo Sylvius ad* Orat. pro Sulla, 10. *negat bene dici* submissa voce: *male assentitur Burmann. ad Ovid. Met. VI.* 90. * *de supplicantibus.* Planc. 10. tribubus me *submisi* & supplicavi. * *de animo.* ad Div. XI. 3. periculo nulli *submittere* animum.

SVBMOVERE, *absterrere,* Rosc. A. 25. *summoveri* maleficio. * *est hoc verbum inprimis de lictoribus usitatum:* Quint. 8. jubet (Prætor) advocatos nostros acerrime *submoveri.*

SVBNIXVS. *habitus arrogantis in incessu.* Orat. I. 58. qui ejus artis arrogantia *subnixi* ambulant. *Sic est apud Liv. XXVI.* 13. Non videbo Appium Claudium & Q. Fulonem victoria insolenti *subnixos* &c. *cf. Gell. Noct. Att. XVII.* 2.

SVBORNARE, *ornare, juvare.* ad Div. X. 23. tu, mi Cicero, quod adhuc feciſti, idem præsta, ut nos vigilanter nervoseque *subornes.* Phil. XIII. 16. Brutum pecunia *subornastis.* Leg. I. 22. quemadmodum homo *subornatus* a natura in vitam venit: *ubi Davis. laudavit Gronov. ad Senec. ep.* 24.

SVBROGARE: *Consulem, aut alium magistratum, in locum mortui rogare. Est magistratus habentis comitia: populus autem* suffi-

sufficit. Brut. ep. 5. statim Pansa collegam sibi *subrogasset. Dicitur tamen etiam de creatione magistratuum annua ap. Liv. XXXV. 6.*

SVBROSTRANI, *homines urbani, otiosi, qui totum pæne diem sub rostris ambulant, circulos faciunt &c.* ad Div. VIII. 1. te *subrostrani* dissiparant periisse.

SVBSCRIBERE, *proprie est* Att. IX. 16. Cæsar mihi literas misit, quarum exemplum *subscripsi.* * *de accusatore dicitur, quod in deferendo nomine alicujus suum quoque nomen & causam accusationis subscriberet.* Inv. II. 19. cum veneficii nomen esset delatum, & parricidii causa *subscripta* -- -- quoniam id causæ *subscriptum esset. v. Salmas. mod. Usur. c. 3. p.* 108. * *est deinde accusatoris secundarii. v. subscriptor.* Attic. II. 24. *in* aliquem *subscribere.* Q. Fr. III. 3. Gabinium reum de ambitu fecit P. Sulla, *subscribente* privigno Memmio. * *Censores etiam* subscribere *dicuntur, cum in tabulis censoriis sub nomine alicujus scribunt, qua de causa notatus a se sit.* Div. I. 16. Censor C. Atejum ementitum auspicia *subscripserit.* Cluent. 42. video censores animadvertisse in judices quosdam illius consilii Juniani, cum istam ipsam causam *subscriberent. De origine causarum subscribendarum ita disputant viri docti, ut alii ad Catonem Censorium referant, quibus favet locus Gellii IV. 20. ubi Censor (Cato) causam subscripsisse traditur, alii ad posteriora tempora, confisi loco Livii XXXIX. 42. ubi v. Duker. & Drakenb. qui Livio plus tribuit quam Gellio.* * *dicitur etiam de iis, qui nomen suum apud aliquem deferunt, profitentur, & in tabulis scribunt.* Verr. III. 51. numerus aratorum quotannis apud magistratus *subscribitur. Sie müssen sich angeben und sich einschreiben. cf. scriptura.*

SVBSCRIPTIO. *de accusatore secundarum partium,* in Cæcil. 15. qui *subscriptionem* sibi postularunt, cuicunque nominis delationem dedisses. * *de censoriis notis. vid. subscribere.* Cluent. 47. *subscriptione* notare. *ibid.* 43. *subscriptiones* censorias delere. * *de aratoribus. v.* subscribere. Verr. III. 47. jugerum *subscriptio* ac professio.

SVBSCRIPTOR, *accusator secundarius, sive accusatoris adjutor, a subscribendo dictus, quia, cum accusator nomen rei defert, nomen suum quoque subscribit.* in Cæcil. 15. at venit paratus, cum *subscriptoribus* exercitatis & disertis. &c. *vid. Hotom. ad h. l.* ad Div. VIII. 8. itaque sine ullo *subscriptore* descendit, & Lucium reum fecit. * *qui alicui assentitur, morem gerit.* Domit. 19. venalis adscriptor & *subscriptor* tuus. *vid. Manut.*

SVBSELLIVM. *in judiciis subsellia sunt sedes judicum & patronorum utriusque partis.* Rosc. A. 11. etiamne ad *subsellia* cum ferro atque telis venistis, ut hic aut juguletis aut condemnetis Roscium. Flacc. 10. testes una sedent, accusatorum *subselliis* surgunt. ad Div. XIII. 10. versatus in *utrisque subselliis* cum summa fama & fide. *Corradus & Manutius male interpretantur de causis minoribus & majoribus. Sensus est: judi-*

cem & patronum egit; quod etiam sequentia indicant. Nam fides *est patroni*, fama *judicis integri & justi. Hinc* subsellia *pro* judicio, & actione causarum, inprimis publicarum. in Cæcil. 15. *de causidico:* a *subselliis* Allienus. *Nam dicuntur causidici* in subselliis habitare, Orat. I. 62. *ibid.* II. 33. cum se a *subselliis* in otium contulerit. Brut. 84. *subsellia* grandiorem vocem desiderant. *ubi de judicio publico. nam opponuntur judici stanti in comitio. de judice stante, v. Manut. ad Ep. ad Div. XIII.* 10. *Ceterum in judiciis publicis videntur etiam fuisse subsellia auditorum, qui neque judices essent, neque advocati; certe subsellia patronorum & judicum ita magna, ut etiam alii honestiores homines in iis locum haberent.* Brut. 84. volo hoc oratori contingat, ut, cum auditum sit, eum esse dicturum, locus in *subselliis* occupetur, compleatur tribunal, gratiosi scribæ sint in dando & cedendo loco. * *Sed* subsellia *sunt etiam sedes senatorum.* Catil. I. 7. adventu tuo ista *subsellia* vacua facta sunt. cf. Phil. II. 8. V. 7. *Hinc illud capiendum* ad Div. III. 9. longi *subsellii* judicatio & mora auferet tibi unum diem & item alterum. Judicatio longi subsellii, *est tarditas senatus in decernendo triumpho. Nam quod Grævius de judiciariis subselliis interpretatur, errat: cum de triumpho sermo sit, quem qui meruerit judicatur, non a judicibus, sed a senatu.* * Subsellia *etiam sunt in theatris, circis &c.* Fr. Corn. I. P. Africanus ille superior, non solum a sapientissimis hominibus, qui tum erant, verum etiam a se ipso sæpe accusatus est, quod, cum Consul esset cum Ti. Longo, passus esset, tum primum a populari consessu senatoria *subsellia* separari.

SVBSEQVI, *paullo minus est, quam*, exprimere: *imitari.* ad Div. III. 1. mirifice ipse sermone suo *subsecutus est* literarum tuarum humanitatem. Orat. III. 59. manus minus arguta, digitis *subsequens* verba, non exprimens. Partit. 7. actio facit & dilucidam orationem, & illustrem, & probabilem, & suavem, non verbis, sed varietate vocum, motu corporis, vultu, quæ plurimum valebunt, si cum orationis genere consentient, ejusque vim & varietatem *subsequentur.*

SVBSIDIVM. Catil. II. 5. *subsidia* industriæ, atque instrumenta virtutis; *de patientia in frigore, fame, siti, vigiliis perferendis.* Cluent. 11. *subsidium* generis; *de filio.*

SVBSIGNARE, *subscribere.* Flacc. 32. illud quæro, sintne ista prædia censui censendo: habeant jus civile: sint nec ne sint mancipi: *subsignari* apud ærarium, apud censorem possint. *Nempe* subsignari *prædia dicuntur, cum in censum deferuntur:* h. e. *sub nomine civis R. in tabulis censoriis scribuntur. Ceterum hic locus confirmat Salmasii disputationem de mod. Usur. c. 11. cujus hæc est summa,* subsignare *esse* subscribere, *& differre a* signare.

SVBSISTERE, *sustinere, tolerare.* ad Div. XI. 10. non, si Varronis thesauros haberem, *subsistere*

re sumtui possem. *v. Gronov. & Drakenb. ad Liv. XXVII. 7.*

SVBSORTIRI. Act. I. in Verr. 10. *subsortiemur* etiam in Metelli locum. *v. subsortitio.*

SVBSORTITIO, *est altera sortitio judicum, qua scilicet supplentur judices post priorem prætoris aut judicis quæstionis sortitionem rejecti ab accusatore & reo.* Verr. I. 61. nam de *subsortitione* illa Juniana judicum nihil dico. * *catalogus judicum subsortitione delectorum.* Clu. 33. quod Verres *subsortitionem* ejus in eo codice non haberet, qui tum interlitus proferebatur.

SVBSTITVO. Div. II. 2. philosophiam pro reip. procuratione nobis *substitutam* putabamus.

SVBTILIS, *Dialecticis regulis consentiens. Philosophi igitur proprie subtiles, & quicunque artis ac disciplinæ præcepta via & ratione ad præscriptum regularum Dialecticarum tradunt.* Or. I. 23. si minus illa *subtili* definitione, at hac vulgari opinione esse ars videtur. Att. V. 14. *subtiliores* literæ. * *hinc de dicentibus & scribentibus. v. subtilitas.* Or. I. 39. *subtilis* oratione. *ibid.* III. 43. *subtiles* fumus. Brut. 9. Lysias egregie *subtilis* scriptor atque elegans. *de subtili oratione v.* Or. 23. 24. *s.* * Or. I. 5. *subtilis* venustas. *Est ea, quæ non eminet uno aliquo loco, ut lumina verborum & sententiarum, sed quæ per totam orationem æquabiliter fusa, non nisi ab intelligentibus & peritis intelligitur: qualis est Socratica venustas & urbanitas, in Platonicis & Xenophonteis dialogis.*

SVBTILITER, *ex præscripto Dialectices.* Tusc. V. 32. non *subtiliter* nimis divisit genera &c. Leg. I. 4. *subtilius* de jure civili scripsit, quam ceteri. * *hinc pro* accurate. Or. II. 10. vim oratoris exprimere *subtiliter* visus est. Læl. 2. qui ista *subtilius* quærunt. Orat. I. 21. *subtiliter* persequi.

SVBTILITAS, *est virtus orationis, quæ est primo perspicua, atque adeo ad docendum apta, deinde sine vitio sententiarum & verborum: quæ omnia via & ratione, ut Dialectica jubet, docet: in qua nihil superfluum, nihil curtum, nihil falsum, omnia recta, sed non magnopere ornata.* vid. Orat. 23. 24. *s.* Or. I. 15. *subtilitas* disserendi, *est ipsa Dialectica.* Tusc. III. 23. a *subtilitate* disputandi orationem ad exempla traducimus. ad Div. IV. 4. *subtilitas* scriptorum tuorum. Or. 23. *subtilitas* orationis. Or. II. 7. *subtilitas* linguæ. Brut. 84. *subtilitas* minuta. * ad Q. Fr. II. 10. *subtilitas* veteris urbanitatis. *v. subtilis venustas.*

SVCCEDERE. ad Div. XVI. 21. cum omnia mihi velles *succedere.*

SVCCIDIA, *caro suilla fumo durata.* Cato 16. hortum ipsi agricolæ *succidiam* alteram appellant.

SVCCINCTVS. Agrar. II. 32. Carthago *succincta* portubus.

SVCCLAMARE, *acclamare.* ad Div. XI. 13. *succlamatum* est frequenter a militibus.

SVCCONES. Att. VII. 13. Oppios enim de Velia *succones* dicis. *Bosius & Popma hoc verbum Ciceronem putant duxisse a* succo, *lusisseque in eo, quod, quemadmodum Atticus argentarios seu fœneratores acerbos lusu quodam*

Opios ἀπὸ τῆς ὀπῆς dixisset, ita ipse latine succones *a* succo. *Manutius autem & Gronovius* salacones *legendum censent.*

SVCCRESCERE. Or. III. *ult.* non enim ille mediocris orator vestræ quasi *succrescit* ætati. *Sic dixit & Livius X.* 13. *add. Scheff. ad Justin. XI.* 9.

SVCCVRRERE Rabir.Perd.1. *succurrere* saluti communi.

SVCCVS, *in oratione dicitur de sententia.* Or. II. 22. omnes etiam tum retinebant illum Pericli *succum*, sed erant paullo uberiore filo. *ibid.* III. 25. ornatur oratio genere primum, & quasi colore quodam & *succo* suo. nam ut gravis, ut suavis, ut erudita, ut liberalis sit &c. non est singulorum articulorum: in toto spectantur hæc corpore.

SVCCVSSVS. Tusc. II. 21. pedetentim ite, ne *succussu* arripiat major dolor.

SVCVLAE. Nat. D. II. 43. hyades a pluendo: ὕειν enim est pluere. Nostri imperite *suculas*, quasi a suibus essent, non ab imbribus nominatæ.

SVDARE, *laborare, angi, de iis, qui, quomodo perficiant, quod volunt, aut quomodo se ex difficultate aliqua expediant, non satis reperiunt.* ad Div. III. 12. vides *sudare* me, jam dudum laborantem, quomodo ea tuear, quæ mihi tuenda sunt, & te non offendam. Phil. II. 34. apparet esse commotum: *sudat*, pallet.

SVFFARRANEVS. Fragm. incert. *p.* 109. *ap. Plin. H. N. VII.* 43. P. Ventidium Mulionem castrensem *suffarraneum* fuisse. *Sed viris doctis, Turnebo, Harduino, aliisque hæc vox suspecta est. Si est a Cicerone ac Plinio, significat hominem, qui frumentum subvehit in castra.*

SVFFICERE, *in locum alterius creare: de magistratibus, inprimis consulibus, qui in locum mortui consulis, aut de ambitu damnati &c. creantur. de consule est* Muren. 38. nam, *ne sufficiatur* consul, non timent. *de magistratu provinciali* ad Divers. V. 10. si Appii os haberem, in cujus locum *suffectus* sum. * *inficere, imbuere. fragm. Hortensii ap. Nonium.* qui combibi purpuram volunt, *sufficiunt* prius lanam medicamentis quibusdam.

SVFFLATVS, *inflatus, tumidus, de orationis vitio.* Heren. IV. 10. gravi figuræ, quæ laudanda est, propinqua est: ea quæ recte videbitur appellari, si *sufflata* nominabitur.

SVFFOCARE. Att. IX. 7. *suffocare* urbem & Italiam fame.

SVFFRAGARI, *laudare, favere.* Leg. I. 1. videris fratrem laudando *suffragari* tibi. ad Div. XII. 17. *suffragari* libro. Domit. 10. si ejus dignitati *suffragatus* videret. ad Div. XII. 14. *suffragari* laudi alicujus. * *inprimis autem in petitionibus magistratuum suffragari dicuntur, qui Candidatos gratia sua in petitione juvant.* Muren. 34. si nihil erit, præter ipsorum suffragium, tenue est: si, ut *suffragantur*, nihil valent gratia. Off. I. 39. domus *suffragata* est domino, homini novo. Sull. 24. cum Catilinæ *suffragaretur.* Planc. 1. memoriam meorum temporum ei *suffragari* videbam. * *cum de legibus dicitur, est suadere.* Verr. V. 69.

V. 69. legi *suffragari, opponitur* τῷ adversari. * *hinc pro* juvare. in Cæcil. 7. Hortensius tibi *suffragatur*. ad Brut. ep. 10. nec destiti accusare ejus necessarios, qui ejus cupiditati *suffragarentur*. ad Div. XII. 14. natura *suffragante*, videris res maximas consecutus.

SVFFRAGATIO, *commendatio* &c. *v. suffragari*. Muren. 19. *suffragationem* urbanam militari anteponis. Planc. 6. sublata sunt studia, extinctæ *suffragationes*.

SVFFRAGATOR, *qui nos in petendis honoribus gratia sua juvat*. Muren. 7. 21.

SVFFRAGATORIVS, *suffragationis causa comparatus*. Petit. Consul. 7. brevis & *suffragatoria* amicitia.

SVFFVSVS. ad Div. I. 9. novi animum tuum, tum mihi amicissimum, tum nulla in ceteros malevolentia *suffusum*.

SVGERE. Tusc. III. 1. *suximus* errorem cum lacte nutricis.

SVGGERERE. Phil. II. 27. damna aleatoria *suggerebantur: h. e. accedebant subinde*.

SVGGESTVM, *locus editus, ex quo conciones habentur*. Tusc. V. 20. cum in communibus *suggestis* consistere non auderet, concionari ex turri alta solebat. * *Athenis etiam reos de causa capitis e suggesto caussam dixisse patet ex* Div. I. 54. neque illud *suggestum*, in quo causam dixerat, ascendenti signum sibi ullum, quod consuesset adeo, quasi mali alicujus impendentis, datum.

SVM. esse cum viro *dicuntur uxores*. Quint. 24. Roscii *soror est* cum P. Quintio. * *de pretio rerum, vendi, venalem esse*. Verr. III. 75. *est* modius HS. duobus. *v. Gron. Sest. IV.* 1. * *JCtis* esse *dicuntur res, quas corporales vocant*, non esse *incorporales*. Topic. 5. *Esse* ea dico, quæ cerni tangive possunt, ut fundum, ædes &c. *non esse* rursus ea dico, quæ tangi demonstrarive non possunt, cerni tamen animo atque intelligi possunt, ut si usucapionem, si tutelam, si gentem definias. *vid. Cajus Institut. II.* 1. * Rosc. A. 40. maleficiis, quæ in illo constat *esse*. Brut. 62. cui *Titius* nomen *est*.

SVMERE, *in re pecuniaria est versuram facere*. Attic. XIII. 6. quam pecuniam tutor *sumserat* in Achaja. * *emere, comparare*. ad Div. VII. 23. *tanti* ista quatuor aut quinque *sumsisti*. *Græci pariter sic dicunt* τὸ λαμβάνειν. * *suscipere* Vatin. 11. *sumere* inimicitias. Att. V. 1. ex ratione *sumta* offensio. * *præmissæ syllogismi dicuntur* sumi. Fin. III. 8. quod efficiebatur ex duobus, quæ *erant sumta*.

SVMMA. Rabir. Post. 4. *summa* litium: *de æstimatione litis, de qua supra*. * Tuscul. III. 23. hæc oratio de ipsa *summa* mali nihil detrahit. * Att. XV. 1. ad *summam: h. e. ut brevi me expediam*. * *id, quo tota res redit, quo tota continetur, quemadmodum in rationibus summa omnia nomina continet*. ad Div. X. 25. cujus sententiæ hæc est *summa*. *ib.* VI. 7. cujus *summa* est criminis, quod armatus adversario maledixi. Attic. X. 5. sermo eandem fere habuit *summam*. * Summa reipublicæ *est res, a qua salus universæ reipublicæ pendet*. Verr. II. 10. pertinet hoc ad *summam reipublicæ*. Catil. III. 6. consului senatum, de

ſumma reipublicæ quid fieri placeret. *Sermo eſt de conjuratione Catilinaria, & ſociis Catilinæ puniendis. Grævius ibi repoſuit:* de ſumma republica. *ſed & illud rectum eſſe, multis exemplis demonſtrari poteſt, & hodie conſtat inter doctos.* Inv. I. 16. ea quæ dicturi erimus -- ad *ſummam reipublicæ* pertinere. ad Div. XIII. 68. ego ad te, de *reipubl. ſumma* quid ſentiam, non ſæpe ſcribam, propter periculum ejusmodi literarum. *&c. Hæc quoque ratio elegans eſt* Planc. 22. denunciaſti, quid *de ſumma reipublicæ* ſentires: *pro, utrum popularis eſſes, an optimatibus faveres.* ad Brut. epiſt. poſter. 7. voluntas mea de *ſumma reip.* ſemper eadem fuit, quæ tua. *Item* ſumma reip. *dicitur pro republica univerſa* Dom. 1. quod vos Pontifices eosdem & religionibus Deorum immortalium & *ſummæ reipubl.* præeſſe voluerunt; ut ampliſſimi cives remp. bene gerendo, pontifices religiones ſapienter interpretando, rempubl. conſervarent. * Summa rerum *dicitur de ſummo imperio in rep.* Roſc. A. 32. dum is in aliis rebus erat occupatus, qui *ſummam rerum* adminiſtrabat. * ſumma philoſophiæ *eſt univerſa philoſophia, aut, quod eſt in philoſophia præcipuum.* Fin. II. 27. quoniam omnis *ſumma philoſophiæ* ad beate vivendum refertur, idque unum expetentes homines ſe ad hoc ſtudium contulerunt. * *Sic* ſumma hominis *eſt, quod in homine principatum obtinet.* Fin. V. 14. *in homine* autem *ſumma* omnis animi *eſt*, & in animo, rationis. *Item* Fin. II. 31. quamquam ea epiſtola cum *ſumma ejus philoſophi* nullo modo congruebat: h. e. *cum præcipua ejus ſententia, quæ & in ipſa philoſophia univerſa principatum tenet, nempe cum ſententia ejus de ſummo bono.* * Q. Fr. III. 5. in omni *ſumma*, ut mones, valde me ad otium pacemque converto: h. e. *in omni re hoc ſummum duco, hoc inprimis ago, ut me ad pacem convertam.*

SVMMANVS. Att. X. 1. niſi forte iſte *Summanus* ei poteſt perſuadere. *Sermo eſt de Cæſare. Sed alii habent* ſummarius. *alii aliter legendum cenſent: tamquam*, nummarius; *quia in eadem epiſtola paullo ante* emptus pacificator *dicitur. Sic* numarii judices *ſunt in Cluentiana* h. e. *pecunia emti & corrupti.* De Summano Jove, *v. Ind. Hiſt.*

SVMME. Quint. 19. *ſumme* conſtat officium. *ib. ſumme* concupiſcere. ib. *ſumme* petere.

SVMMVS. Arch. 8. *ſummi* homines, *de eruditis.* * omnia ſumma facere, *eſt facere quantum poſſis.* Att. XV. 13. ſeſe de attributione *omnia ſumma* feciſſe. Or. II. 20. ſin videbitur, cum *omnia ſumma* fecerit, tamen ad mediocres oratores eſſe venturus: *ubi fruſtra Jac. Gronov. & Pearcius reſcribunt* ſumme; *cum vulgatum eandem vim habeat, & elegantius ſit. Nempe Pearcius non capiebat hujus formulæ vim, qui ita interpretabatur, ut* ſumma omnia facere *eſſet, eſſe perfectum in iis rebus, quas quis aggreditur; quod eſt falſum. Librarii ex* ſumma *fecerunt* ſumme, *quod hujus formulæ vim non aſſequebantur.* * *Inprimis autem eleganter jun-*

jungitur summus *substantivis ita, ut significetur id, a qua tota res, quæ substantivo indicatur, pendet.* Inv. I. 14. ex hac deductione rationis illa *summa* nascitur *controversia*, quam judicationem appellamus. *nempe judicatio totam causam continet.* Verr. I. 15. *summæ* rei *causæque* nocere. Dom. 2. *summa* religio, *est res, a qua omnis religio pendet.* Att. I. 1. Cæcin. 2. *summa* existimatio. ad Div. X. 8. cura *reipublicæ summæ* defendendæ. cf. ad Div. XI. 13. Rosc. Am. 51. *nempe* summa respubl. *est salus universæ reipublicæ; & id, a quo ea pendet.* Catil. I. 5. *summa salus* periclitatur. conf. Catil. IV. 10. Act. I. in Verr. I. *summum* reipublicæ *tempus, est, quo omnis reip. salus in periculo est. v. de hac forma loquendi Gronov. ad Liv. XXVI. 9. XXXIII. 45. XXXVI. 34. XXXVIII. 50.* * summum jus. *v. Jus.*

SVMTIO, *præmissa syllogismi.* Div. II. 53. sed demus tibi istas duas *sumtiones*, ea quæ λήμματα dicunt Dialectici.

SVMTVARIVS. Att. XIII. 6. lex *sumtuaria.* v. Ind. Legg.

SVPELLEX. Or. 24. *supellex* est enim quodammodo oratoris, quæ est in ornamentis, alia rerum, alia verborum.

SVPER, *præterea.* Leg. II. 21. *super* dicebant. *v. Burm. ad Phædr. III. 11. ad Sueton. Cæs. 28. sed Lambinus & Turnebus legebant:* superiores, *probante Davisio.*

SVPERARE, *redundare, superesse.* Or. II. 19. in quo deesse aliquam partem & *superare* mendosum est. Fin. V. 15. de eo, quod ipsis *superat*, aliis gratificari. *add.* ad Div. VIII. 5. *extr.*

SVPERBILOQVENTIA. Tusc. IV. 16.

SVPERBIRE, *superbe facere.* Acad. IV. 29. si habes, quod liqueat, neque respondes, *superbis. Nam superbiæ tribuitur, si quis non respondet roganti. v. ad Div. I. ult.*

SVPERBVS, *cui non facile satisfieri potest, fastidiosus.* Or. 44. aurium judicium est *superbissimum.*

SVPERFICIES. Att. IV. 2. *superficiem* ædium consules æstimarunt: *h. e. aream, ut ep. 1. dicit.*

SVPERIOR. de loco superiori *est de tribunali & sella curuli.* Verr. II. 42. ipse in Sicilia sæpe, & palam *de loco superiore* dixerat. * *de suggesto in concione populi.* Verr. I. 5. hanc ego causam cum agam beneficio populi Rom. *de loco superiore.* ad Div. III. 8. sermones *ex superiore* & ex æquo *loco* habiti.

SVPERLATIO, *hyperbole.* Or. III. 53. veritatis *superlatio* & trajectio.

SVPERLATVS, *hyperbolicus, nimium augens.* Partit. 15. verba *superlata.*

SVPERSTES. Muren. 12. utrisque *superstitibus* præsentibus istam viam dico, inite viam. superstites *esse* præsentes, *docuerunt ad h. l. viri docti, adjectamque vocem* præsentibus *esse glossam delendam. add. Gell. I. 22.*

SVPERSTITIO, *quid proprie sit, vid. in superstitiosus. sumitur etiam pro* religione, *bono sensu.* Verr. VI. 51. tanta religione obstricta tota provincia est: tanta *superstitio* ex istius facto mentes omnium Siculorum occupavit, ut

quæ-

quæcunque acciderint publice vel privatim incommoda, propter eam causam scelere istius evenire videantur.

SVPERSTITIOSVS, *unde dictus?* v. Nat. D. II. 28. *cf. Gron. Diatrib. in Statium c.* 59. * *religiosus.* Dom. 40. adspicite hominem religiosum, & monete eum, modum quendam esse religionis, nimis *superstitiosum* esse non oportere. * *divinus, fatidicus.* Div. I. 31. missa sum *superstitiosis* hariolationibus; neque me Apollo fatis fandis dementem invitam ciet. *v. Davis. ad h. l.*

SVPERVACANEVS. Cato 16. *supervacanei* operis aucupium: *h. e. ejusmodi, quod fit tempore, quod est ab opere rustico & necessariis rebus vacuum.*

SVPPEDITARE, *suppetere.* Att. I. 11. si unquam mihi ἐπιχειρήματα *suppeditarunt.* v. *Græv. ad* Verr. V. 38. * *abundare.* Catil. II. 11. si omissis his rebus omnibus, quibus nos *suppeditamus*, eget ille &c. *Hinc*

SVPPEDITATIO, *pro copia, facultate.* Nat. D. I. 40. *suppeditatio* bonorum, nullo malorum interventu.

SVPPLERE. Verr. IV. 5. non te instruere domum tuam voluerunt in provincia, sed illum usum provinciæ *supplere:* h. e. *sed tantum tibi frumenti dari, quantum in provincia tibi & familiæ tuæ opus esset.* Flacc. 17. quiescant igitur, & me hoc in lucro ponere, atque aliud agere patiantur. Non sinunt. *Supplet* enim ille nescio quis, & privatim dicit, se dedisse. *h. e. succurrit, opem fert, & quod ipsi probare non possunt, suo testimonio probare vult.*

SVPPLICATIO, *est solemne plurium dierum ex SCto, quo Diis gratiæ aguntur ob res bello feliciter gestas. Ciceroni tamen hoc contigit uni, ut propter rem domi gestam supplicatio ei decerneretur.* Catil. IV. 10. *sed sunt etiam supplicationes funerum, eæque, ut Manutio placet, unius diei.* Vatin. 12. scire ex te cupio, quo consilio, aut qua mente feceris, ut in epulo Q. Arrii cum toga pulla accumberes? - - Dices *supplicationes* illas te non probasse. Optime. Nullæ fuerint *supplicationes. Has supplicationes videtur etiam Cicero improbare* Phil. I. 6. An me censetis decreturum fuisse, ut parentalia cum *supplicationibus* miscerentur, ut inexpiabiles religiones in remp. inducerentur? ut decernerentur *supplicationes* mortuo? &c. *Abramus hoc ita conciliat, ut dicat, supplicationem illam in Arrii funere decretam fuisse honorem civilem, hanc autem, Cæsari decretam, honorem divinum, quod ei supplicatum sit, tamquam Deo. Atque ipse Cicero paullo post:* adduci non possum, ut, cujus sepulcrum nusquam extet, ubi parentetur, *ei supplicetur. Sed non absurda etiam hæc ratio videtur, si dicamus, Ciceronem hanc supplicationem invidiose ita interpretari, quasi Cæsari decreta sit, ut ei supplicetur, tamquam Deo, cum tantum honoris causa, ut aliis, ut imperatoribus, ut mortuis, Arrio &c. decreta esset. Agebantur autem, credo, in his supplicationibus gratiæ Diis, pro beneficiis, quæ ipsi per mortuum illum reipubl. tribuissent.*

SVP-

SVPPLICARE. Fin. V. 25. tu, Piso, hodie ita ista (*nempe Peripatetica*) nosse visus es, ut, si copia tui semper nobis fieret, non multum Græcis *supplicandum* putarem.

SVPPLOSIO *fit, cum pede solum percutimus. id fit ab oratore, & est pars actionis oratoriæ, qua in πάθεσι interdum utuntur.* Or. III. 59. *ibid.* I. 53. &c.

SVPPONERE, *substituere.* Rosc. A. 38. operæ nostræ vicaria fides amicorum *supponitur. vid. de hac vi verbi Burm. ad Ovid. Her. IX.* 18.

SVPPRESSIO. Cluent. 25. *suppressiones* judiciales *sunt, cum quis pecuniam apud se depositam, ut judicibus solvat, sibi servat, avertit, negatque se eam accepisse.*

SVPPRESSVS. Or. 25. ut voce, sic etiam oratione *suppressior: de genere dicendi tenui.*

SVPPRIMERE. Clu. 24. *supprimere* pecuniam. v. *suppressio.*

SVPPVDET, *duobus modis dicitur: nempe primo, vulgari illo, cum nos pudet aliquid fecisse, alicujus vitii &c. deinde, cum veremur aliquem, neque audemus in ejus conspectum venire, propter culpæ alicujus conscientiam.* Div. IX. 1. *suppudebat me* librorum &c.

SVRGERE, *oriri.* ad Div. VIII. 8. fama *surrexit.* * *est oratoris incipientis dicere, unde est pro dicere.* Rosc. Am. 1. cum tot summi oratores *sedeant*, ego potissimum *surrexerim.* * *est etiam proficiscentium.* Attic. XVI. 13. VI. Idus, cum ante lucem de Sinuessano *surrexissem*, venissemque. * *sed inprimis venustus locus est ex hoc verbo* Verr. I. 40. Nam ut prætor factus est, qui auspicato a Chelidone *surrexisset*, sortem nactus est urbanæ provinciæ. *Ludit nempe in ambiguitate verbi* surgere; *quod est non modo lectum relinquentis, sed etiam in auspicando, cum magistratus, oblato auspicio fausto, e tabernaculo surgit, & ex templo statim abit, ne faustum auspicium alio infausto turbetur: de quo ritu e Dionysii L. II. v. Casaub. ad Sueton. Aug.* 95. *Jam eo facetius hoc dicitur a Cicerone, quod Chelidonis meretricis, qua cum eum cubuisse ea nocte fingit, nomen est hirundinis, avis urbanæ, quæ commode sane posset præturam urbanam portendere, ut monuit jam Asconius ad h. l.*

SVRREPTVS, *malis artibus & clanculum ablatus.* Att. X. 4. ex SCto *surrepto:* h. e. *quod per infrequentiam Senatus captatam callide factum esset.* v. *Gronov. ad Liv. XXXIX.* 5.

SVRRIPI, *eleganter dicitur de reo, cum clandestinis largitionibus aliisque malis artibus efficitur, ut absolvatur.* Verr. I. 4. ne actor quidem est is, cui reus tam nocens - occulte *surripi*, aut impune eripi possit.

SVSCEPTVS, *de laboribus, quos sponte nostra facimus. opponitur ei* receptus, *quod dicitur de rebus, quas aliorum rogatu, jussuve facimus.* Or. II. 24. in quo est illa magna offensio vel negligentiæ, *susceptis* rebus, vel perfidiæ, *receptis.* * *conceptus.* Manil. 3. macula *suscepta. sed Grævius laudat lectionem Cod. Erfurtens.* concepta. * *natus.* Brut. ep. 14. remp. cui *susceptus* es, respicis.

SVSCIPERE, *de negotiis, opponitur*

ponitur τῷ recipere. v. *susceptus & recipere.* in Cæcil. 8. *suscipere* causam. Cluent. 48. Senatus *suscepit* causam; *h. e. actum est de ea re in senatu, qui eam vindicandam censuit, & decrevit, ut de ea quæstio haberetur, ut factum est in causa Milonis, quam & ipsam senatus suscepisse dici potest.* * *ipsa etiam res dicitur* suscipi, *pro qua labores suscipiuntur.* Sext. 22. *suscipere* salutem reipublicæ. * *adhibere, uti.* Sull. 31. severitas *suscepta* est. Or. 71. impudentiam scribendi *suscipere.* * *de pœnis luendis.* Manil. 3. *suscipere* pœnam. * *percipere, vim alicujus rei sentire.* ad Div. VI. 4. si *suscipere consolationem* possis. * *concedere, dare.* Tusc. I. 32. quod in causa est difficillimum, *suscipiunt,* illud autem, quod --facile ad credendum est, non dant. * *Dicitur etiam de religione.* Div. II. 54. Sibyllæ libri valeant ad deponendas potius, quam ad *suscipiendas* religiones. suscipere religionem *est aliquid omittendum censere, quia Dii portentis, fatis, ominibus, auspiciis prohibere videntur. ibid.* quæ *si suscipiamus,* pedis offensio nobis & abruptio corrigiæ & sternutamenta erunt observanda. *Dixerat autem de ominibus.*

SVSCITARE, *fingere, excogitare.* Div. I. 40. qui sui quæstus causa *suscitant* sententias.

SVSPENDERE, *eleganter de fornicibus.* Top. 4. si quis in communi pariete demoliendo damni infecti promiserit, non debebit præstare, quod *fornix* vitii fecerit. non enim ejus vitio, qui demolitus est, damnum factum est, sed ejus operis vitio, quod ita ædificatum est, ut suspendi non posset. * Att. XIII. 40. sed ubi bonos viros? (*int. videat*) nisi forte se *suspendit. nempe, ut apud inferos videat.*

SVSPENSVS, *curis sollicitus & dubius.* Dom. 36. *suspensa* ac sollicita civitate. * *intentus alicui rei.* Or. I. 56. *suspenso* animo & occupato Crassum tibi respondisse video. * suspensum ex aliqua re *dicitur, quod sine ea salvum esse non potest, quod ita se habet, uti ea res est.* ad Div. V. 13. non aliunde pendere, nec extrinsecus *suspensas* habere rationes bene maleque vivendi: *ut iis sc. salvis & secundis tranquillus ac lætus, iis autem perditis aut adversis miser sis.* Tusc. V. 12. ex alterius aut bono casu aut contrario ei *suspensa* sunt omnia, quæ ad beate vivendum ferunt.

SVSPICERE, *cogitare.* Læl. 9. nihil altum, nihil magnificum *suspicere* possunt.

SVSPICIO. Flacc. 33. nunc facis *suspicionem. dicitur de accusatore, cum ita de re aliqua dicit, ut judices suspicentur, veram esse, pro quo & est* suspiciose dicere & arguere. Rosc. A. 28. &c. & Verr. III. 93. *suspiciones* injicere. * Rosc. A. 31. *suspicionem* ad prædam *adjungere:* h. e. *de iis suspicari, qui prædam habent.* * Agr. II. 3. *suspicio* ac perturbatio judiciorum, *est* ἐν δυσὶ δυοῖν, *pro suspicio perturbationis judiciorum futuræ.*

SVSPICIOSE. Rosc. A. 28. *suspiciose* dicere. *v. suspicio.*

SVSQVE deque. Att. XIV. 6 nam de Octavio *susque deque: h. e.*

h. e. non curo, sursum an deorsum, quomodocunque eat. Nam proprie est sursum deorsum.

SVSTENTARE, *dicitur ut* sustinere, *pro differre.* ad Div. XIII. 64. *sustentes* rem dum Nero veniat. Q. Fr. II. 7. ædificationem *sustentare.*

SVSTENTATIO, *dilatio.* Inv. II. 49. utrum habeat aliquam moram & *sustentationem.*

SVSTINERE, *retinere currentem vel præcipitem &c.* Tusc. IV. 18. ut, si posse putet eum, qui se e Leucata præcipitaverit, *sustinere* se, cum velit. cf. Or. 37. Att. X. 21. * *sustinere* remos, *est attollere, non remigare. hinc ad varia transfertur.* Acad. IV. 21. 31. *sustinere* assensionem. Læl. 17. *sustinere* impetum benevolentiæ. ad Div. VI. 7. *sustinui* me. * *Hinc etiam pro differre dicitur.* Attic. XII. 51. *sustinenda* est solutio nominis Cærelliani. *v. plura apud Burm. ad Ovid. Her. I.* 114. * *manere alicubi.* Att. X. 2. *sustinui* me in Arcano fratris, dum &c. * *alere.* Att. II. 16. qui ager non amplius hominum quinque millia *sustinere* potest. * *defendere.* Verr. V. 39. hoc crimen *sustinere* se nullo modo posse. * *parem esse alicui viribus &c.* ad Div. XI. 13. hostes ipsi adhuc satis arroganter *sustinebant.* Sen. p. Red. 4. *sustinere* nomen consulatus. * *dignum esse aliqua re.* Læl. 20. tantum cuique tribuendum, quantum ille, quem diligas, *sustinere* possit. * ad Div. XI. 13. cum *sustinere* eos (*rogantes*) non posset: h. e. *necessario rogata faceret, negare nullo modo posset.* * ad Div. I. 9. fronte atque vultu, quibus simulatio facillime *sustinetur.*

SVVS. Leg. II. 10. *sui* Dii, *sunt patrii, quos jam majores coluerunt, & opponuntur peregrinis & novis, quorum cultus aut nondum, aut nuper demum receptus est.* * *fautor, amicus.* Quint. 7. Alphenus utebatur populo *suo. e ludis inprimis gladiatoriis sumtum est, & de favore dicitur, de quo supra. Populus favebat Alpheno, optabat, ut Alpheno res succederet, &, si qua petitio ei successerat, lætabatur.* * Agr. II. 1. petere consulatum anno *suo:* h. e. *eo, quo per legem annalem primum eum petere licet.* Læl. 3. factus est Consul bis. primum ante tempus, iterum sibi, *suo* tempore, reip. pene fero. * Fin. IV. 4. is poterit semper esse in disputando *suus. de eo dicitur, qui artem disserendi, h. e. Dialecticam didicit, & semper reperire potest, quid & quomodo dicendum sit, neque opus habet considere dictatis magistri, & memoriæ: quod qui faciunt, ubi eos memoria aut dictata destituunt, in disputando hæreant necesse est.* * *sæpe* suus *etiam est pro demonstrativo* ejus. Inv. II. 17. hunc pater *suus* consilium plebis habentem de templo deduxit. *v. Sanctii Minerv. II.* 12. *& ibi Perizon.*

SYNGRAPHA, *literæ, quibus creditor sibi cavet a debitore, ut possit docere, sibi pecuniam ab eo deberi, si forte infitiari velit, eæque a testibus obsignatæ in templis, aut apud amicum communem, aut apud argentarium, deponuntur, exemplis earum creditori & debitori datis.* Verr. I. 36. pecunias occuparat apud populos, & *syngraphas* fecerat. *de creditore; ad quem locum vid. Hotom.*

Dom.

Dom. 50. si tuus scriptor non *syngraphas* cum Byzantiis exulibus & legatis regiis faceret: *nempe ejus pecuniæ, quam pollicebantur dare. sic* Har. R. 16. qui cum Hermacho Chio *syngraphas* fecit. &c. ad Div. VII. 17. tamquam *syngraphan* ad Imperatorem attulisses -- sic pecunia ablata domum redire properabas. Har. R. 13. unde tibi solvat, quod per *syngraphan* credidisti. Muren. 17. tamquam ex *syngrapha* agere cum populo: h. e. *tamquam debitum postulare, quemadmodum pecunia debita ex syngrapha postulatur.* Att. V. 21. ex *syngrapha* jus dici cum lex Gabinia vetaret. *Ex syngrapha jus dicit Prætor, cum decernit solvendam esse pecuniam, quæ per syngraphan credita sit. de syngraphis vid. inpr. Salmas. mod. Usur. c.* 10. 11.

T.

TABELLA, tabula *cera inducta, in qua scribitur.* * *Sic est pro epistola* Catil. III. 5. *tabellas* proferri jussimus, quæ a quoque dicebantur datæ. *unde etiam* tabellarii *dicuntur. Item pro* syngrapha, *vel alio instrumento, quod fidei faciendæ causa fit.* Tusc. V. 11. *tabellis* obsignatis agis mecum & testificaris, quid dixerim. conf. Quint. 6. *Sunt etiam tabellæ, quibus in comitiis suffragia, in judiciis sententiæ feruntur, unde* leges tabellariæ *dictæ sunt, de quibus vid. Ind. Leg.* Verr. II. 33. huic *judicialis tabella* committetur. in Cæcil. 7. ceratam unicuique *tabellam* dari, cera legitima, non illa infami ac nefaria. Agr. II. 2. quod meis comitiis, non *tabellam*, vindicem tacitæ libertatis &c.

TABELLARIVS. *Lex Tabellaria. v. Ind. Legg.*

TABERNA, *ubi merces suas venales & exponunt, & faciunt opifices.* Catil. IV. 8. lenonem quendam Lentuli concursare circum *tabernas*, pretio sperare sollicitari posse animos egentium. -- sed nulli sunt inventi, -- qui non ipsum illum *sellæ* atque *operis* & *quæstus* quotidiani *locum* -- salvum esse velint. multo vero pars maxima eorum, qui in *tabernis* sunt -- quorum si quæstus, *occlusis tabernis* minui solet. *Clauduntur autem tabernæ edictis.* Dom. 21. *de Clodio:* cum edictis tuis *tabernas claudi* jubebas: *quod quare fecerit, docet locus* Acad. IV. 47. quid me igitur in invidiam & tanquam in concionem vocas, & quidem, ut seditiosi tribuni solent, *occludi tabernas* jubes. *nempe, ut ab opera avocarentur opifices, plebeji homines, & in concionem confluentes concitari possent. Sed clauduntur etiam edicto consulum in tumultu. v. tumultus. Ceterum etiam de aliis locis dici, ubi libri, cibi &c. venales sunt, tralatitium est.* cf. *tabernarius.* * *sunt etiam* tabernæ *pro cauponis.* Q. Fr. III. 7. Romæ & maxime Appia ad Martis, mira proluvies: Crassipedis ambulatio ablata, horti, *tabernæ* plurimæ. * *spectaculum, s. locus in circo &c. unde spectatur.* Muren. 35. quid statuent in viros primarios, qui in circo totas *tabernas*, tribulium causa, cnmpararunt.

TABERNACVLVM, *itineris causa tabernacula comparantur, ut, ubi deversorium non est, aut urbs attingi non potest &c. in via noctu in iis manere possint, qui mos*

mos est antiquissimus: unde tabernacula publice Romæ dabantur legatis, magistratibus in provincias ituris. vid. Periz. ad Ælian. IV. 1. 9. Attic. V. 16. multis locis ne tectum quidem accipio, & in *tabernaculo* maneo plerumque. Agrar. II. 13. deinde ornat Decemviros *tabernaculis*, centuriis, supellectili. * *in castris etiam solent, ut notum est, milites in tabernaculis esse, unde elegans illud in* Brut. 9. *de Demetrio Phalereo:* processit enim non ut a militari *tabernaculo*, sed ut e Theophrasti umbraculis: *h. e. non in causis forensibus versatus est, de quibus etiam* pulvis & sol *dicitur, sed in philosophorum subtili ratione & leni. cf. umbra. pulvis.* * tabernaculum *porro est etiam auspicantium ante urbem noctu in templo. v. surgere.* Div. I. 17. cum *tabernaculum* vitio cepisset imprudens. *ibid.* II. 35. *tabernaculum* recte captum. *hoc quale sit, ostenditur ibid. Div. I.* 17. quod inauspicato pomœrium transgressus esset Consul. * *Metaphorice eleganter est* Or. III. 20. collocare *tabernaculum* vitæ suæ in philosophia.

TABERNARIVS. *nomen opificum & eorum, qui in tabernis merces, cibos, vinum &c. venales habent, qui sunt de infima plebe homines.* ad Div. VIII. 6. nisi cum *tabernariis* & aquariis pugnarem. *ubi Manutius de iis tantum capi vult, in quorum tabernas homines cibi gratia veniunt; quem vide* Domo 5. Clodius concitator *tabernariorum. v. taberna.* Flacc. 8. opifices & *tabernarios*, atque illam omnem fecem civitatum, quid est negotii concitare.

TABESCERE. Catil. II. 4. *tabescere* desiderio. Attic. III. 25. in hac calamitate *tabescendum* est. Nat. D. II. 10. *humor tabescit* calore. Att. II. 14. otium, quo nunc *tabescimus.*

TABIFICVS. Tuscul. IV. 16. *tabificæ* mentis perturbationes.

TABVLA, *omne genus instrumenti, sive ex ære facti, sive cerati, in quo aliquid scribitur* (*quamquam Liv. I.* 24. tabulam *&* ceram *distinguit, & de æneis tantum dicit.*) *& ipse Cicero in Verrinis sæpe commemorat* tabulas & literas; *sed aliis locis etiam literas tabularum nomine comprehendit. vid. Sigon. de Judic. II.* 16. *quemadmodum interdum literarum nomine* tabulas, *ut in* Cæcil. 9. Tabulas *ergo Cicero dicit* 1. *codices acceptorum & expensorum.* Rosc. C. 1. qui in judicio suo suis *tabulis*, testibus, uti conatur. Verrin. II. 7. multorum *tabulis* vobis satisfactum est. ibid. 74. 76. *& sic est pluribus locis. Sic cape in Verrinis, ubi a literis distinguntur, v. c.* II. 74. coll. 76. *dicuntur* tabulæ societatis *honeste removeri non potuisse*, literas *autem, h. e. parvos rationum libellos, potuisse, & remotas esse. Etiam Codices rationum publicarum dicuntur* tabulæ publicæ. Verr. I. 21. Rosc. A. 44. *Hinc* 2. tabulæ novæ *dicuntur, cum nomina in tabulis expensorum mutantur, h. e. aut plane delentur, ut creditores debitoribus omne debitum condonent, (ut Pearcius accipit* Off. II. 13. *quod tamen non patitur locus Ciceronis* c. 24. *ubi a Cæsare victore novas tabulas factas docet) aut pars de summa demitur;*

quod publica auctoritate interdum factum est: ut cum, ut est apud Sallust. Catil. 33. *argentum ære solvi juberetur, h. e. sestertii pro denariis, quarta pars debiti, quinque & viginti pro centenis: quod cum esset jussum, omnes omnium tabulæ mutandæ & aliter scribendæ erant. hinc Græcis* novæ tabulæ *dicuntur* χρεῶν ἀποκοπαί. tabulæ novæ *ap. Ciceronem sæpe commemorantur.* v. c. Catil. II. 8. Phil. VI. 4. Attic. V. 21. *ibid.* XIV. 21. maxime autem expecto, ecquid Dolabella tinniat (*h. e. solvat*) an in meo nomine *tabulas novas* fecerit: h. e. *solvere nolit, quod debet.* 3. tabulæ *etiam sunt* Pis. 15. s. in comitiis, *intelliguntur que eæ, in quibus, post suffragiorum diremtionem, suffragia punctis notantur, ut recte explicat Gesnerus ad Varr. R. R. III. 5. extr.* 4. *Codices, in quibus memoria rerum publice, tanquam in censu, judiciis, actarum perscribitur, & omne genus codicis cerati.* Verr. II. 42. ut *tabulas* publicas corrumpere auderes. *Sermo est de codice, in quo scripta erant nomina de crimine delatorum, cujusmodi codicis mentio etiam* Cluent. 33. 5. *SCta, leges &c. in ære scriptæ, item pactiones, syngraphæ &c.* Pis. 15. Phil. I. 2. ne qua *tabula* illius decreti Cæsaris figeretur. Or. I. 13. Phil. II. 36. toto Capitolio *tabulæ* figebantur. ad Q. Fr. II. 6. Racilius *tabulam* proscripsit, se familiam Catonianam venditurum Rosc. Am. 9. de *tabulis* eximere nomen, *int. proscriptorum.* 7. *geographica descriptio, quæ & græce πίναξ dicitur.* Attic. VI. 2. Dicæarchi *tabulæ.* 8. tabula *est etiam argentariorum mensa.* Cæcin. 6. adest ad *tabulam:* licetur Æbutius. cf. Attic. XII. 40. XIII. 25. *Nam auctiones privatæ fere ad tabulam argentarii fiebant, ut pretia rerum in argentariorum tabulas referri possent. conf. Quintil. XI. 2. Sic commemoratur* Vatin. 9. *tabula* Valeria, *ad quam sedere solebant tribuni pleb. ut viderent, quid in concione ageretur, ut essent præsentes, si quis eorum auxilio indigeret.* Quint. 6. suos necessarios corrogat, ut ad *tabulam Sextiam* sibi adsint. veniunt frequentes: testificatur iste, P. Quintium non stitisse: *int. vadimonium. Nam vadimonia obiri, syngraphæ fieri, aliaque ejusmodi, ad tabulam argentarii alicujus solebant, quod in iis rebus testibus opus, quos ibi facile reperire poterant.*

TABVLARIVM, *locus in quo tabulæ publicæ servantur.* Rabir. Perd. 3. Arch. 4. *ubi v. Passeratius.*

TACERE. Verrin. I. 9. *dicitur de eo, qui causam non perpetua oratione agit, sed ita, ut Cicero fecit in prima actione in Verrem.*

TACTVS, *de sideribus.* Nat. D. II. 15. is solis *tactus* est, ut non tepefaciat solum, sed etiam comburat. Div. II. 46. plus terrarum situs, quam lunæ *tactus* ad nascendum valere. *Quamquam Gruter. & Davis. &c. hic habent* tractus. *Ea vox quod nullum commodum sensum haberet, Jo. Clericus, cujus sententiam probat Davisius, legebat* status, *ex* c. 44. *non absurde: sed non opus est, a Codd. MSS. recedere, quorum multi habent* tactus, *quidam* actus *&* tractus;

ctus; *quæ voces minus abeunt a* tactus, *quam a* statu. Tactus *commode explicari potest; est enim vis lunæ in res terrestres, quæ ei tribuitur, vulgo: influxus lunæ. Sic soli* tactum *tribui vidimus, eodemque sensu* contactus *&* contagio *dicuntur. Ap. Vitruv. IX. 9. in libris est* tractus cœli: *pro quo recte repositum est* tactus cœli: i.e. *pressio aëris. Apud Virgil.* cœli tractus *Æn. III.* 138. *de aëre, quoad spiritu trahitur: ubi tamen Codd. habent* tactus: *Burmannusque optionem relinquit lectori. Ego & ibi* tactus *prætulerim, quia etiam de arboribus & segetibus sermo. v. tractus.*

TAGAX, *fur, ab antiquo* tagere. Att. VI. 3. est enim levis, libidinosus, *tagax. hanc vocem restituit e Cod. MS. Cujacius demum. Itaque non est in Nizoliano thesauro.*

TALARIA, *calcei alati, qui Mercurio & Minervæ,* Nat. D. III. 23. *tribuuntur, ad significandam celeritatem. hinc* Att. XII. 21. *talaria* videamus: *h. e. fugiamus. Hæc intellige ap. Ovid. Met. X.* 591. *ubi male N. Heinsius vestem talarem intelligit.*

TALARIS, *ad talos dependens.* Catil. II. 10. *coll.* Verr. V. 13. tunicæ *talares, sunt mollium hominum. v. Gell. VII.* 12. *& Salmas. ad Hist. Aug. T. II. p.* 556. *s.*

TALARIVS. Att. I. 13. Off. *epith. ludi talorum.*

TALVS. Gr. ἀστράγαλος, *osseculum in suffragine pedum posteriorum in animalibus quibusdam bisulcis, ex quo ludi instrumentum fit, unde nomen duxit. sed beatiores ex ebore, auro, argento habebant. Ovid. A. A. II.* 203. 205. *Ceterum tironum causa hic breviter, quæ de talis scire opus est, referemus.* Tali *differunt a* tesseris, *quæ sex latera habent, cum in talis sint quatuor, & quidem in longitudinem, reliquorum duorum in latitudinem laterum ratio nulla ducitur. Punctum est in uno latere unum: latus oppositum sex puncta habet, unde* senio *dicitur, reliqua latera tribus & quatuor punctis notantur. Luditur talis quatuor* Div. I. 13. *tesseris autem tribus. Concutiuntur in fritillo, & inde per pyrgum seu turriculam (etiam phimus, orca dicitur) in tabulam mittuntur lusoriam s. talariam. Optimus jactus est* Venerius, *cum omnes tali latus aliud ostendunt; pessimus, cum omnes idem, qui* Canis *dicitur. In reliquis jactibus numerus punctorum valet. Ceterum, ut in nostris ludis est, non easdem leges videntur omnes servasse, sed de quibus convenerat inter ludentes. Cum talus cadcret in caput, hoc est, in latus, quod erat in latitudinem, & nullis punctis notatum, jactus repetendus erat. In hoc jactu dicitur* talus rectus cadere, rectus assistere. Fin. III. 16. *qui de hoc ludo scripserunt, commemorare nihil attinet, cum laudentur a multis, ut Fabric. Bibliogr. Antiqu. p.* 640. *Pitisco ad Sueton. Aug.* 71. *& in Lexic. in* talus. *propter brevitatem commendandus Casaub. ad Sueton. l. c. adde & Heins. ad Ovid. l. c.*

TAM, *cum superlativo.* Phil. XII. 5. vestris *tam* gravissimis tamque multis judiciis. *ad quem lo-*

eum Grævius laudat e Cœl. 23. *init. tam* maxime. *Sed* tam *non est in Gruteriana, nec in Græviana: deletum quippe a doctis viris, qui hunc modum loquendi non concoquebant. Defendit tamen Aldus Manut. ad eum locum. Vossius Analog. c. 17. ad quem Grævius nos amandavit, antiquum esse modum loquendi recte dicit, quo superlativus pro positivo ponatur, quo nihil est latinis usitatius.* Verrin. IL 66. maxime remotissimi: *pro* remoti. *Inprimis hic modus loquendi rursus cœpit frequentari seculo argenteo.* Tacit. A. I. 53. nulla *tam intima* causa. *vid. Indic. Sueton. in* tam. *Sic etiam videtur junctum esse* tam *comparativo pro positivo, si locus sanus est* Dejot. 3. per istam dexteram, non *tam* in bellis & prœliis, quam in promissis & fide *firmiorem.*

TAMEN, *saltem.* Rosc. Am. 3. videntur illi nonnihil *tamen* in deferendo nomine secuti. * *non diserte semper præcedit* etsi, *sed aut latet in alio aliquo verbo, aut est ellipsis antecedentis.* Rosc. A. 18. cum apud majores nostros summi viri -- qui omni tempore ad gubernacula reip. sedere debebant, *tamen* in agris quoque colendis aliquantum operæ temporisque consumserunt. etsi *latet in* qui omni. *In illo autem* ad Div. IX. 19. *tamen* non discedis a malitia; *manifeste totum antecedens omittitur ex usu loquendi, qui etiam in nostro sermone obtinet. de quo usu verbi vid. Gronov. ad Liv. XXIII.* 19.

TANGERE, *accipere.* Rosc. C. 12. ego Roscium, si quid communi nomine *tetigit*, confiteor præstare debere societati. ad Div. II. 17. de præda mea, præter quæstores urbanos, h. e. populum Rom. teruncium nec attigit quisquam, nec *tacturus est.* Agrar. II. 25. idcirco agros nominare non possum, quia *tangam* nullum ab invito. **occidere.* Att. XV. 11. quemquam præterea oportuisse *tangi.*

TANTVM. *formula*, tantum quod, *duobus modis dicitur, pro* vix, modo: ad Div. VII. 23. *tantum quod* ex Arpinati veneram. cf. Att. XV. 13. *v. Græv. ad Luciani Solœcistam p. 729. Gronov. ad Liv. XXXIII. 5. 2. hoc unum tantum deerat, quod* &c. *nihil deerat nisi.* Verr. I. 45. *tantum quod* hominem non nominat. cf. Verrin. III. 53.

TANTVS. *formula*, est tanti. Catil. I. 9. II. 7. Verr. IV. 12. 20. Att. V. 20. &c. *significat, esse aut fuisse cur quis quid faciat fecerit ve; utile fuisse ei, qui fecerit. v. Manut. ad Verr. IV. 20. plures laudat Arnzenius ad Plin. Pan. 6.*

TARDARE. Verr. III. 57. *tardare* alicujus animum *ad* persequendum. cf. *tarditas.* Or. 2. vereor ne *tardem* studia multorum. Br. 68. Glabrionem socors ipsius natura negligensque *tardaverat.* **neutraliter, pro morari.* ad Brut. 18. *tardare* te melius est.

TARDITAS, *stultitia, cum parum videmus, quid agendum & quomodo sit.* Or. I. 27. aut æterna in te aut certe diuturna valebit opinio *tarditatis.* * Phil. XI. 10. ista sententia affert *tarditatem ad* Dolabellam persequendum.

TECTVS, *qui occultat consilia, negotia, dissimulat.* Rosc. 40. *tecti*

tecti ad alienos esse posſumus: amici multa videant neceſſe eſt. Orat. 42. ac fortaſſe alii *tectiores: (h. e. diſſimularunt, ſe eloquentiam didiciſſe)* ego ſemper præme tuli.

TELVM, *pro inſtrumento quocunque.* Læl. 17. non mediocre *telum* ad res gerendas.

TEMERARIVS, *expers rationis & conſilii.* Divin. I. 29. *temerariæ* partes animi.

TEMPERANTIA, *eſt modi in quacunque re ſervandi ſtudium.* Nat. D. III. 15. *temperantia* conſtat ex prætermittendis corporis voluptatibus. Tuſc. IV. 9. *temperantia* ſedat appetitiones. conf. Fin. I. 1. Orat. II. 60. dicacitatis moderatio & *temperantia.*

TEMPERARE. *parcere* Verr. I. 59. *temperare* ſociis. II. 2. *temperare* hoſtibus. cf. *ibid.* 6. * *regere.* Acad. IV. 1. *temperare* civitates. * *cum infinitivo.* Div. I. 21. *temperaret* tollere: i. e. *ne tolleret.* * *miſcere.* N. D. III. 14. ex igne & anima *temperatum eſſe.*

TEMPERATIO. Tuſc. I. 28. *temperatio* corporum, *eſt, cum nec nimio calore nec frigore uruntur. ibid.* IV. 1. *temperatio* civitatis, *continetur moribus, inſtitutis, legibus. cf.* Acad. IV. 1. Verr. IV. 44. *temperatio* æris, *eſt variorum metallorum inter ſe permiſtio; quæ fit in ſtatuis aliisque operibus fundendis & conflandis.* v. *Plin. H. N. XXXIV.* 9. Leg. II. 7. menſium *temperatio.* h. e. *ordo & ratio.*

TEMPESTAS. Verrin. III. 37. Verres *tempeſtas* Siculorum. Sen. p. R. 14. *tempeſtate* civili expulſus. Muren. 17. comitiorum *tempeſtas* popularis.

TEMPESTIVVS, *opportunus.* Tuſcul. I. 45. multa mihi ad mortem *tempeſtiva* fuere; quæ utinam potuiſſem obire. * *convivium tempeſtivum.* Mur. 6. Cato. 14. Arch. 6. *quod ante tempus ſolitum initur, convivium de die, item, quod in multam noctem producitur.*

TEMPERIVS, *maturius.* ad Div. IX. 17. *temperius* fiat cœna. v. *Manut. ad h. l. qui docet,* temperius *eſſe antiquius quam* temporius; *quod veteres dixerint* tempus temperis; *unde etiam* temperi *ſit apud Plautum, pro quo poſt dictum ſit* tempori.

TEMPLVM, *locus ab auguribus certo ritu captus, ut in eo augurium agatur. ſic fere definit Varro L. L. VI. p. m. 66. 67. De ritu capiendi, vid. Livius I. 18. de formulis quibus capiebatur, vid. Briſſon. de Formul. L. I. non enim iisdem verbis concipiebatur usquequaque, ut ait Varro l. c. qui & ipſe unam attulit, ſed hodie in libris inſigniter corruptam, ideoque varie a doctis tentatam. v. Scaliger ad h. l. Sic cape hoc verbum* Leg. II. 9. augures *templa* effata & liberata habento. *conf. effari.* * *quoniam autem templum hoc augurum erat ſpatium cœli in omnes partes, quousque proſpici poterat, hinc, in primis poëtis, de cœlo dicitur.* Somn. Scip. 3. Deus is, cujus eſt *templum* hoc omne, quod conſpicis. Div. I. 20. cœli cærula *templa.* * *deinde quoniam hic locus inauguratus & ſanctus eſt, propterea omnis locus inauguratus templum dicitur.* Mil. 1. præſidia quæ *pro* omnibus *templis* videtis. *Sic locus pro roſtris, ubi conciones habebantur, templum dicitur.*

dicitur. Verr. III. 96. qui quotidie *templum* tenerer. Vatin. 10. in roſtris, in illo, inquam, inaugurato *templo* ac loco. cf. Sext. 35. *item curia.* Dom. 51. ſi ſedem ipſam, ac *templum* publici Conſilii religione concordiæ devinxiſſet. cf. c. 53, *v. inpr. Mannt. ad* Sext. 29. * *Sunt etiam* Acheruſia templa, Tuſc. I. 21. *ſc. quia ibi Pluto habitat.*

TEMPORI. *mature.* Sext. 37. cur tam *tempori* exclamarit. *conf. temperius.*

TEMPVS, *eleganter & crebro dicitur de ſtatu cujusque, & conditione, quam certo tempore obtinemus, aut obtinuimus, aut obtinebimus, & quidem in utramque partem.* ad Q. Fr. I. 1. ſi quem forte (*provincialem hominem*) cognoſti amantiorem tui, quam *temporis:* h. e. *Prætoræ, ſi quem vides tui amantem videri velle, idque tua cauſa potius, quam quia jam es Prætor,* ad Div. X. 1. quæ ſi ad tuum *tempus* deducitur: *h. e. ad Conſulatum tuum,* in Cæcil. 2. *tempus* neceſſariorum meorum, *de Siculis magna multiplicique injuria affectis, & Verrem accuſare inſtituentibus,* Arch. 6. ab nullius umquam me *tempore,* aut commodo, aut otium meum abstraxit &c. *de reis: quo ſenſu eſt ſæpiſſime apud Ciceronem; pro quo etiam dicit* periculum; *de quo ſupra.* Manil. 1. omne meum tempus amicorum *temporibus* transmittendum putavi. - - meus labor in privatorum *periculis* caſte integreque verſatus. Verr. III. 61. *Utrumque jungitur:* ex *tempore periculi* tui conſtitutum crimen ad Div. I. 9. ſcripſi tres libros verſibus de *temporibus* meis: h. e. *de utraque fortuna, conſulatu & exilio. Et exilium quidem ſuum totumque illum caſum & periculum a Clodio ſæpe* tempus ſuum *poſtulat* v. c. Sext. 58. *tempori meo* defuerunt &c. ad Div. VI. 6. magna *temporum* noſtrorum varietas, ibid. rerum hoc natura & *temporum civilium* ratio non patietur. *nempe* tempora civilia, *ſunt ſtatus & converſiones civitatum. Sed in univerſum teneant tirones in hujusmodi locis, ubi ex vicinia verborum & contextu intelligitur, ſermonem eſſe de ſtatu cujusdam rei, aut hominis & conditione,* temporis *verbum, quod eſt generis nomen, interpretandum eſſe, in noſtro quidem ſermone, verbo formæ; quod niſi facere poſſis, non ſatis te vim verbi capere ſcias.* * *ſed dicitur etiam de tempore, quo quid actum eſt, aut agitur, aut agendum eſt, & de re, quæ tempore quodam acta eſt,* ad Div. I. 7. *tempus* Caninianum. Dom. 51. *tempus* illud erat tranquillum &c. *tuum* porro *tempus* libertate populi Rom. oppreſſa, Senatus auctoritate deletæ *pro, quo tu tempore ſignum Concordiæ dedicare volebas.* Ligar. 2. hæc duo *tempora* carent crimine &c. * *opportunitas temporis.* Roſc. Amer. 10. *tempore* pugnare: *unde pro tempore opportuno dicitur.* ad Qu. Fr. I. 2. ſed *tempore* ipſo de epiſtolis. * ad tempus *eſt, quod fit, quia tempus poſtulat.* Planc. 30. ne proferre videar *ad tempus.* cf. ad Div. X. 9. Cæl. 6. *Sic fere capiendum eſt etiam* Offic. I. 8. *extr.* * *eodem ſenſu dicitur etiam* ex tempore, Verr. III. 20.

20. *ex tempore* nascebantur edicta. *ib.* 71. nihil *ex tempore* dicit. cf. 75. 61. Flacc. 15. solere suos cives ceterosque Græcos *ex tempore*, quod opus sit, obsignare: *quod ibidem etiam dicitur:* temporis causa. *Aliter autem est hæc forma* Attic. X. 1. *ex tempore* futura conjicis; *nempe pro ex præsenti tempore.* * Catil. I. 6. nihil moliris, quod mihi latere valeat *in tempore. Grævius interpretatur:* tempestive. *neque dubito hoc significare* in tempore *posse. Sed quid est: nihil mihi latet tempestive? non est profecto conveniens huic loco sententia. Neque Ciceronianum puto:* latere valet, *pro* potest. * *In singulari pro parte capitis, de qua pluralem modo dici Grammatici præcipiunt.* Heren. IV. 55. & dubitanti Graccho - *tempus* percutit. *Similiter dixit Catullus in Nupt. Jul. & Manl.* 159. tempus tremulum.

TENACITAS. Nat. D. II. 47. quædam animalia unguium *tenacitate* cibum arripiunt.

TENDICVLAE. Cæcin. 23. aucupia verborum & literarum *tendiculæ: sunt interpretum legis aut edicti, cum in literis & verbis calumniantur & literam nimis contra verum & æquum urgent.*

TENDERE, *offerre, porrigere.* Or. I. 40 opem amicis & prope cunctis civibus lucem ingenii & consilii sui porrigentem atque *tendentem.* * *contendere, pugnare.* Fin. II. 5. quid ergo *tendit? v. Davis. ad h. l. Hoc sensu Livio in primis usitatum. v. Gron. ad XXIII. 14. XXXII. 32.*

TENEBRAE, *perturbatio reipubl. bellum civile.* Rosc. Am. 32 qui, tamquam si offusa reip. sempiterna nox esset, ita ruebant in *tenebris*, omniaque miscebant. Sen. p. R. 3. ex superioris anni caligine & *tenebris.* Dom. 10. quæ tu in illis reipubl. *tenebris* - - constituisti: *ibid.* 44. illis tantis *tenebris. cf.* ad Div. XII. 13. * Att. VII. 11. quæso, quid agitur? mihi enim *tenebræ* sunt. * tenebræ *sunt etiam hominum abjectorum & humilium & pravorum.* Sen. p. R. 4. mens oppleta sordibus ac *tenebris: unde* Pison. 26. tenebras *appellat hujusmodi hominem.* * tenebræ *sunt etiam hominis, ita in angustias redacti, ut æstuet, nesciatque, quid agat.* in Cæcil. 14. qui tibi æstus, qui error, qui *tenebræ erunt.* * *de vehementi animi commotione, tristitia &c.* Tusc. III. 34. si quid *tenebrarum* obfudit exilium.

TENEBRICOSVS, *cui tenebræ offusæ sunt, ut videre verum non possit.* Acad. IV. 23. esse sensus quidem non obscuros dicit, nec *tenebricosos*, sic enim appellat eos - - Chius Metrodorus. * Vatin. 5. *tenebricosissimum* illud tempus ineuntis ætatis tuæ patiar laterę: h. e. *quo adhuc obscurus & sordidus, abjectus, homo eras; ut ex sequentibus intelligitur.*

TENEBRICVS. Tusc. II. 9. *tenebrica* plaga.

TENER. *de omnibus rebus dicitur, de quibus* mollis *dici solet.* Or. III. 45. nihil est tam *tenerum* neque tam flexibile, - - quam oratio. *nempe* oratio tenera *est, quatenus variis modis collocatione & numero formari potest, ut cera, vox &c. cf. flexibilis. Sed aliter*

dicitur tenera oratio, Brut. 9. Phalereus primus inflexit orationem, & eam mollem *teneramque* reddidit: *nempe de eo genere, quod nitidum,* γλαφυρὸν *dicitur, in quo nulli nervi, nulla asperitas judicialis, nulli aculei; sed quod totum ad delectationem comparatum est.* * Div. I. 31. poëma *tenerum* & moratum & molle: *h. e. quod propter mores, planissime expressos, multum suavitatis habet.* * *qui facile sensu alicujus rei commovetur.* ad Div. V. 21. *teneriore* animo esse. Tusc. III. 6. est in animis *tenerum* quiddam atque molle, quod ægritudine, quasi tempestate quatiatur. * Att. VI. 2. insula tenera *dicitur Cyprus, propter mollitiem incolarum.*

TENERE, *tangere.* Har. R. 11. terram *tenere* non potuit. *sic recte interpretatur Grævius, quem vide.* * *sustinere, ne labatur res & intereat.* Or. III. 45. terra *tenetur* nutu suo. Nat. D. II. 54. vita tribus rebus *tenetur.* * *in potestate sua habere, regere.* Sext. 19. *tenere* remp. *unde* qui tenent, *dicitur, omisso reip. verbo* Att. II. 18. VII. 12. Mur. 38. totam remp. in hac causa *tenetis* & gubernatis. ad Div. XI. 16. cum equitum centurias *teneas,* in quibus regnas. Att. X. 11. ego meum facile *teneo.* * *continere, reprimere.* Fin. II. 7. *tenere* se non potuit. cf. Acad. IV. 4. Verr. III. 1. *tenere* cupiditates. * *consequi, quod velis, conficere rem.* ad Div. I. 1. res aliter *teneri* non potest. Sext. 32. res jam manibus *tenetur.* Agr. II. 17. qui per cursum rectum regnum *tenere* non potuerunt: *sumta a navigatione formula, in qua nautæ dicuntur* portum *tenere, ut* ad Div. I. 9. * *assequi, intelligere.* Sext. 10. reconditos sensus alicujus *tenere.* * *uti.* Tusc. IV. 3. quia nihil prolatum erat melius, id, quod erat, *tenebant.* Flacc. 23. jam id videro; sed primum illud *tenebo.* * *retinere, obtinere, tueri.* Muren. 28. *tenebatur* opera illius imperium. Att. XIII. 48. *tenere* hereditatem. Verr. III. 75. *tenere* pecuniam publ. *ibid.* 73. quod pretium constituisset, id civitatibus auferre: quod a populo Rom. accepisset, *tenere.* Act. I. Verr. 8. sed nos non *tenebimus* judicia diutius. ad Q. Fr. II. 6. vix *tenebat, sc. familiam gladiatorum, quia alere non poterat.* * *quemadmodum* retineri *dicuntur homines in legendo, audiendo &c. sic* tenere *etiam, quæ delectant, & faciunt, ut audire, legere, videre &c. velimus.* Or. 62. *teneri* ab oratore. Cæl. 11. ingenio alicujus *teneri: h. e. audire aliquem libenter, quod ingeniose dicit.* ad Div. VII. 20. a quo etiam advenæ *teneri* solent. * *retinere, morari, non dimittere.* ad Div. X. 31. *tenuit* tabellarios. ad Q. Fr. II. 1. se senatum negavit *tenere.* ad Div. XI. 16. non *tenebo* te pluribus. Verr. I. 13. ne diutius *teneam.* * *reticere.* Or. II. 54. ea, quæ occurrant, cum falsissime dici possint, *tenere.* * *capere, captum tenere in re aliqua, ut se expedire non possit.* Quint. 20. hic te, inquit, *teneo. formula, qua utimur, cum quis dixit aliquid, quo convinci res, de qua agitur, potest.* Nat. D. I. 26. in Nausiphane *tenetur:* h. e. *se explicare non potest, ut dicat, eum a se non audiri.* * teneri *dicuntur, quæ de-*

pre-

prehenduntur, & qui in re aliqua, crimine, deprehenduntur; qui quoniam rem negare non possunt, atque adeo convicti sunt, propterea teneri *dicuntur, qui convicti sunt alicujus criminis, & se expedire non possunt.* Verr. II. 40. *teneri* in maleficio. Cæc. 2. facile *tenerentur* testibus. *ib.* I. 1. manifesto *tenetur.* Flacc. 16. in minimis rebus sæpe res magnas vidi deprehendi ac *teneri.* Cluent. 30. tenentur uno in loco HS. IↃↃXL. *tenentur* apud judicem. *ibid.* 44. argumento crimen *tenetur.* Nat. D. III. 30. dolus *tenetur* tum &c. * *vincere, causam obtinere.* Att. XII. 14. tam claram tamque testatam rem non *tenebimus.* Acad. XII. 30. si recte concluserit, *teneo:* sin vitiose, minam Diogenes reddet. * teneri *dicuntur etiam, quibus lege, jurejurando, pacto, aut alia hujusmodi re necessitas est imposita alicujus rei aut faciendæ, aut omittendæ: adeoque, si contra, quam lex, pactio postulabat, fecerunt, accusari possunt & puniri &c.* Pis. 13. pactione obstrictum *teneri.* Off. III. 27. *teneri* jurejurando. Verrin. IV. 34. summo legum metu *teneri.* Fr. Cornel. I. ea lege non videri populum *teneri.* Cluent. 52. ac si lege Avitus *teneretur.* Att. XII. 19. quodam voto ac promisso me *teneri.* ad Div. V. 20. prædes *teneri.* * pœna teneri *dicuntur, qui eam meruere.* ad Q. Fr. II. 3. *teneri* ea pœna, quæ est de vi. * lege teneri *non modo, ut ante vidimus, dicuntur, ad quos ea pertinet, sed etiam, qui contra eam fecerunt, ex ea rei sunt, & ejus pœnam meruere.* Har. Resp. 8. decrevit senatus, eos, qui id feciſſent, *lege* de vi, quæ est in eos, qui universam remp. oppugnassent, *teneri.* * tenere, *in promissis, est servare, facere promissa, pacta.* Off. III. 29. *tenendum* est, quod promiseris. Balb. 15. fœdus cum magis fide illius populi, justitia vestra- - *teneretur.* * *contineri, conjunctum esse.* Leg. I. 7. Deorum agnatione & gente *teneri.* * *notanda est etiam hæc constructio.* Leg. IV. 13. nisi illi ipsi, qui frangere eas deberent, cupiditatis ejusdem *tenerentur.* * Off. III. 10. rogandi judicis, si eum *teneremus; intelligo,* amicum haberemus; *si quidem sana loci istius lectio est.*

TENERITAS. Fin. V. 21. primo ortu ineſt *teneritas* & mollities.

TENOR, *continuatio.* Or. 6. uno *tenore,* ut agunt, in dicendo fluit.

TENTARE, *contingere.* Leg. II. 3. flumen ita frigidum est, ut vix pede *tentare* id possim. * *perspicere, cognoscere.* Leg. I. 22. cum se totum *tentarit.* * *affligi morbo.* Att. XI. 23. quodam valetudinis genere *tentari.* Tusc. IV. 14. animi valentes morbo *tentari* non possunt, corpora possunt. * *in periculum adducere, oppugnare.* Rab. Perd. 1. - summa reip. in hujus periculo *tentatur.* unius hominis senectus, infirmitas solitudoque *tentata est.* Rab. Post. 6. quorum jus *tentatur.* * Har. R. 26. aures vestræ *tentatæ* verbo nefario, & pernicioſa via, audiendi consuetudine munita. *Voluit experiri, an verbum id ferre possetis: quo sensu sæpe est: ut in* Verrinis II. 10. *tentatur* in hoc, an asseveratur.

TENTATIO, *impetus morbi.*

Att. X. 17. valetudinem tuam confirmatam esse & a vetere morbo & a novis *tentationibus* gaudeo.

TENVICVLVS. ad Div. IX. 19. *tenuiculus* apparatus.

TENVIS, *acutus*, *subtilis*. Or. I. 13. sermo *tenuis*. Acad. IV. 14. *tenuis* & acuta distinctio. *ibid.* 24. ratio ad *tenue* elimata. *v. subtilis.*

TENVITAS, *corporis est tenuitas, cum succus ei & carnis copia deest, cum sit sanum: unde ad dicendi genus subtile transfertur, quod sine vitiis est, sed & sine ornamentis.* Brut. 16. quosdam, valitudo modo bona sit, *tenuitas* ipsa delectat. Fin. III. 12. limata quædam & rerum & verborum *tenuitas*. Opt. g. d. 3. *tenuitas* Lysiæ.

TENVITER, *subtiliter, acute.* Orat. 14. philosophorum mos *tenuiter* disserendi. Inv. II. 16. sed illa *tenuius*, subtilius & acutius tractantur. Verrin. II. 65. nimium *tenuiter* argumenta colligo.

TERES. Or. III. 52. plena & *teres* oratio. *ducta metaphora est a membris corporis humanis succulentis, & hinc teretibus, quæ in primis pulchra sunt: unde teretia brachia, teretes cervices laudantur.* teres *igitur* oratio *est, quæ habet copiam rerum, & verborum, & ornamentorum, neque tamen nimiam, ne tumor consequatur, quo accedente, ut membrum in corpore, sic oratio tumida & deformis sit.* * Or. 9. Opt. gen. d. 4. aures *teretes, dicuntur acutæ, ad judicandum de oratione apta.*

TERMINARE. Offic. III. 33. bona voluptate *terminare:* h. e. *in voluptate finem bonorum, summum bonum ponere.*

TERMINATVS, *numerose cadens.* Orat. 5. oratio *terminata.*

TERMINATIO, *finis.* Fin. V. 19. *terminatio* rerum expetendarum.

TERRIPAVIVM & TERRIPVDIVM, *quid sit?* v. Div. II. 34.

TERRITORIVM, *ager urbi attributus.* Phil. II. 40. aratri vomere portam Capuæ pæne perstrinxisti, ut florentis coloniæ *territorium* minueretur. *v. inpr. Salmas. ad Pollionis XXX. tyr. p. 317.*

TERVNCIVS, *int. numus, fuit olim quadrans, qui tres assis uncias continebat.* ad Div. II. 17. Att. VI. 2. *hinc quoniam tota hereditas asse significatur*, ex teruncio heres Att. VII. 2. *esset, qui quartam partem accipit, ex vetere vi teruncii. Sed constat, Ciceronis ætate teruncii illam significationem, qua quadrantem valebat in ratione denariaria, abolitam fuisse, & in sestertiaria, quæ invaluerat, ratione fuisse quadragesimam partem sestertii, ut ante denarii. Sestertii autem tum quatuor assibus erant. heres ergo ex* teruncio *est heres* ex uncia & quinque scriptulis. *Et illud* ad Div. II. 17. *teruncium* non attigit quisquam, *est forma loquendi, ex antiquis temporibus reliqua, qua significatur, nullam, nec minimam partem quemquam cepisse. v. Gronov. Sest. II. 1.*

TESQVA. fragm. incert. p. 108. *e Festo loca aspera & difficilia, quem vide.*

TESSERVLA. Or. III. 43 *est lapillus in pavimento, unde opus tessellatum, quod idem est cum vermiculato: de quo infra. Salm. ad*

ad Solin. p. 854. *add. Casaub. ad Sueton. Cæs.* 47.

TESTAMENTARIVS, *subjector testamenti, falsarii genus.* Off. III. 17. Sext. 17. * Verr. I. 42. lex *testamentaria.* v. Ind. Legg. Lex Cornelia.

TESTA, *tegula, imbrex.* Dom. 23. neque illa manus copiæ Catilinæ cæmentis ac *testis* tectorum meorum se famem suam expleturas putaverunt.

TESTES, *testiculi.* ad Div. IX. 22.

TESTICVLI. Herenn. III. 21. *pro scroto, crumena scortea, e pelle testiculorum arietinorum, quam reus fingitur tenere medico sc. digito, ad significandam hereditatem, cujus causa veneno hominem occidisse arguitur. Ita recte interpretatus est Politianus Miscell. c.* 62. *Sic ap. Varr. R. R. III.* 17. vesica *pro crumena e vesica: quo genere etiam hodie utuntur plebeji. v. ibi Gesnerus.*

TESTIFICARI, *testibus adhibitis tabulas & syngraphas facere, testibus confirmare, testatum facere.* Quintian. 6. *testificatur,* Quintium non stitisse. Tusc. V. 11. *testificaris,* quid dixerim. Cluent. 51. voluit *testificari.* &c. *vid. Hotomann. ad Quint. 6. Sylvium ad Cluent. 51. Passerat. ad Cæcin.* 16. * *testes invoco.* ad Div. VIII. 16. Deos hominesque *testificor.*

TESTIFICATIO, *est confectio tabularum, quæ testibus adhibitis fit.* Muren. 24. *ubi v. Græv.*

TESTIS, *pro auctore quocunque, s. adstipulatore, est* Offic. III. 29. philosophi affirmant, quorum *testem* non mediocrem - - nolite quæso vituperare. *Sic dixit &* Ovidius Her. XVII. 124. *teste* Dea.

TESTVDO, *locus concameratus, forniçatus.* Brut. 22. illum in quadam *testudine* cum servis literatis commentatum fuisse. ad Q. Fr. III. 1. honestatem *testudinis* obtinebit.

TETER. *crudelis.* Tusc. I. 40. in eum fuerat *teterrimus.* ib. II. 7. *tetri* cruciatus. * *fœdus.* Nat. D. II. 56. *teter* odor. * *turpis, odio dignus.* ad Q. Fr. II. 5. ei tres teterrimæ sententiæ defuerunt: i. e. *hominum trium turpissimorum sententiæ.*

TETRADRACHMVM, *quatuor denarii; nam drachma respondet denario.* ad Div. XII. 13. ternis *tetradrachmis* triticum penes Dolabellam est. *v. Gronov. Sest. III.* 4. *& Manut. ad l. c. add. Gronov. & Duker. ad Liv. XXXIV.* 52.

TETRARCHA, *est nomen, quod* tribuebatur iis, *quibus nomine regio uti non licebat, etsi erant dignitate & potestate regia, (& quidem proprie tum, cum obtinerent partem regni in quatuor partes divisi:) ut reges Galatiæ, Judææ &c.* Att. II. 9. &c.

TETRARCHIA, *est terra cui tetrarcha imperat.* Dejot. 15. Dejotarus a Cæsare *tetrarchiæ* regno multatus est.

TEXERE, *ædificare.* Att. IV. 15. Paullus basilicam *texuit* iisdem antiquis columnis. ad Q. Fr. III. 5. sane *texebatur* opus luculenter.

TEXTILIS. Tusc. II. 8. pestis *textilis, est vestis venenata.* Verr. IV. 1. pictura *textilis, est vestis stragula acu picta, s. cui imagines diversicolores intextæ.*

THE-

THEATRVM, *frequentia ſpectatorum & auditorum.* Or. III. 50. tota *theatra* reclamant. Div. I. 28. SCtum eſſe factum, referente optimo & clariſſimo viro Conſule, idque frequentiſſimo *theatro*, incredibili clamore & plauſu comprobatum. *nempe* theatrum *h. l. eſt concio populi, quæ legem de eadem re latam ſcivit, adeoque SCtum comprobavit.* Tuſcul. II. 26. nullum *theatrum* virtuti conſcientia majus. * *occaſio, locus ita demonſtrandi ingenii, virtutis, ut a plurimis cognoſci poſſit, & omnino, quicquid ita fit, ut in oculis hominum fiat, id in theatro fieri dicitur.* Brut. 2. *theatrum* ingenii. Att. XIII. 20. *theatrum* ſane bellum habuiſti. Rabir. Poſt. 15. majoribus *theatris* propoſitæ virtutes. ad Div. XIII. 64. *theatrum* magnum habet iſta provincia. ad Div. XII. 29. familiaritas magno *theatro* ſpectata. Verr. V. 14. ut me quæſturamque meam quaſi in aliquo orbis terræ *theatro* verſari exiſtimarem.

THENSA, *eſt vehiculum, quo ſimulacra Deorum in pompa Circenſi vehuntur, unde thenſæ apud Suetonium & alios inſignia divinitatis.* Verr. I. 59. via *thenſarum* & pompæ. cf. *ib.* III. 3. V. 72. Har. R. 10. v. *Scheff. de Re Veh. II.* 24.

THEOLOGVS. Nat. D. III. 21. ii qui *theologi* numerantur. *nempe* theologi *dicti ſunt a Græcis olim mythici & phyſici, qui de genealogiis Deorum ſcripſerant, primusque hoc nomine appellatus Pherecydes Syrius, is qui phthiriaſi periit. Nam & phyſici de Diis agebant.*

THESIS. Or. 14. *quid ſit? cf. Ind. Græc.*

THRECIDICA. Phil. VII. 6. *ſunt arma gladiatoribus Thracibus uſitata, qui inde Threces appellabantur.* threcidica parma *qualis fuerit, colligi poteſt e Plin. XXXIII.* 9.

THREX. Provinc. Conſ. 4. *genus gladiatoris, dictum ab armis thracicis, de quibus ſtatim dictum. v. de hoc genere Lipſ. Saturnal. II.* 9.

TIBICEN. Muren. 12. quid huic tam loquaciter litigioſo reſponderet ille, unde petebatur, non habebat. *Transit* idem JCtus *tibicinis latini modo.* &c. *ſenſus eſt: JCtus componit non modo formulam, qua petitor utatur, ſed etiam ei, a quo petitur. ſimili ſenſu eadem formula uſus eſt. Quintil. Inſtit. Or. VII.* 1. *de eo qui petitoris & defenſoris cauſam agit, aut ſaltem pro utraque parte probationes invenit. Unde autem ducta ſit hæc formula, non convenit inter interpretes. Camerarius, Sylvius, Turnebus, aliique capiunt de tibicine, qui in ſacrificiis præcinebat (neque enim ullum ſacrificium ſine tibicine. v. Dom. 47. Liv. IX.* 30.) *eumque putant a ſiniſtris tibiis ad dextras transiiſſe. Sed recte monuit Grævius, de hoc more nusquam aliquid legi. Immo vero ex monumentis priſcis, in quibus ſacrificia exhibentur cum tibicine, cernitur, in ſacrificiis tibicinem unam tantum tibiam inflare. Transitus tibicinis a dextris tibiis ad ſiniſtras porro fit, ut a ſono graviori ad acutiorem cantus traducatur: dextrarum enim tibiarum gravis, ſiniſtrarum acutus eſt ſonus; ut ostendit Salmaſ. ad

ad Vopisc. Carin. c. 19. p. 826. & ad Solin. p. 84. sqq. ubi accurate de tibiis dextris & sinistris, paribus & imparibus egit. Ea mutatione soni in sacrificiis non est opus, ubi maximam partem propterea adhibetur tibicen, ut in aurem sacrificantis canat, ne quid audire possit, quod sacra turbet. v. Spondalia. Tibiæ porro in sacris dicuntur præcentoriæ, incentivæ. Solin. 11. *Eæ sunt dextræ, ut ad eum locum ostendit Salmasius, & ad Vopiscum l. c. p. 827. a. Nullæ igitur in sacris sinistræ tibiæ, nullus a dextris ad sinistras transitus. Ferratius in Epist. in Or. Cicer. p. 432. putat, alludi ad sacrificia in monte Albano, ubi, credibile sit, unum eundemque tibicinem in omnibus sacrificiis præcinuisse, & ab uno ad alterum transisse. Sed ea mera & levissima conjectura est. Nisi igitur cum Manutio velimus dicere, ignorari, unde hæc dicendi ratio ducta sit, probanda erit cum Cel. Gesnero ad Quintil. l. c.* (Cel. Burmannus enim ibid. posuit tantum, quid de ea sentiat, non dixit) *valde verosimilis Grævii τῷ πάνυ sententia, qui ductam hanc rationem e scena dicit, in qua tibicen histrionum actionem moderabatur, adeoque, ut JCtus ab petitore ad eum, unde petebatur, sic ab uno histrione ad alterum se convertebat, & unumquemque cantu tibiæ juvabat. v. Liv. VII. 2. & ibi Gronov. Salmas. ll. cc.*

TINNIO, *solvo pecuniam.* Att. XIV. 21. si quid Dolabella *tinniat.*

TITVBANTER, *cum dubitatione, ita, ut intelligatur, aliquem non satis confidere rei, non satis certo rem scire.* Cœl. 7. posuistis enim, atque id *titubanter* & strictim.

TITVBARE. ad Div. XII. 10. si quid forte *titubatum* est, ut in bello. ἐνφημία, *pro, si calamitas accepta.*

TOGA, *est Romanorum propria vestis,* (*v. togatus*) *& pacis insigne, ut ait Cicero in Pison.* 30. Att. V. 20. *puram togam* jubeor dare. cf. VII. 8. V. 20. &c. *Est eadem, quæ* virilis *dicitur.* Phil. II. 18. *nam toga virilis erat tota alba, ingenuorum autem puerorum & puellarum limbo purpureo circumdata. v. prætexta.* Verrin. I. 44. eripies igitur pupillæ *togam prætextam. Toga autem pura pueris dabatur in foro a prætore, ad quem a parentibus & amicis deducebantur: & tum dicebantur* forum attingere. *Sed etiam* toga *simpliciter dicitur pro virili, & pura, cum opponitur* prætextæ: pueri *togam* sumentes, *prætextam* deponebant. Vatin. 12. *toga* pulla, *est atra, insigne luctus, de qua v. ut & de toga, ejusque colore in universum, præter scriptores de re Vestiar. Lipsius Elect. I. 13. Manut. Quæsit. per Epist. III. 1.*

TOGATA, *int. fabula,* Sext. 55. *est, quæ agitur ab actoribus togatis, in qua adeo Romanorum hominum facta & mores exprimuntur: ei opponitur* Græca, *quæ* palliata *dicitur. Græcis enim ita proprium pallium, ut toga Romanis. v. pallium. cf. Rutgers. Var. Lect. IV. 19.*

TOGATVS, *pro cive Romano; quod civibus Rom. toga propria. Itaque togati opponuntur Græcis.* Rosc. Am. 46. ipse vero (*liber-*

(*libertus Chrysogonus*) quemadmodum passim per forum volitet cum caterva *togatorum*, videtis. *Indignum enim, libertum deduci a civibus Romanis, tamquam clientibus. vid. Hotom. ad h. l. qui male huc refert salutatores Martialis. nam salutatores* togati *dicti demum, cum toga vulgo in usu esse desisset sub Cæsaribus, de quo vid. Ferrar. R. Vest. I.* 33. *Ciceronis autem temporibus toga erat communis omnibus civibus, & omni tempore gestabatur cum in urbe, tum extra urbem.* Verrin. I. 29. *togati* creditores Græcorum. Or. I. 24. petam, ne has meas ineptias (*præcepta de arte dicendi*) efferatis: quamquam moderabor ipse, ne, ut quidam magister atque artifex, sed quasi unus e *togatorum* numero, atque ex usu forensi homo mediocris &c. *nempe magistros rhetorices se profitebantur Græci: his opponuntur togati. Cave putes* togatum *poni pro patrono causarum, quod nominis caussidicis sub imperatoribus interdum tribui videmus, quod, cum non esset amplius vulgo in usu toga, tamen caussidici in togis causas agebant. v. Ferrar. l. c. Verr. II.* 62. quos produxero, qui ex Sicilia testes sunt, sive *togatum* velis, sive Siculum. *In quo loco librarii interpretamentum reposuerant:* civem Rom. *quod deinde Cujacius sustulit. v. Gruter. ad h. l.* * *pro Latino. nam Latini quoque toga utebantur, quod aut civitate post bellum latinum donati, aut certe socii pop. Rom. essent, & Rom. legibus uterentur.* Orat. III. 11. nostri minus student literis quam *Latini.* tamen ex istis, quos nostis, urbanis, in quibus minimum est literarum, nemo est, quin literatissimum *togatorum* omnium, Q. Valerium Soranum lenitate vocis -- facile vincat. *Etiam Gallia Cisalpina a togæ usu* Togata *dicitur* Phil. VIII. 9. * togati *etiam opponuntur armatis, & ad pugnandum aptis, in quo toga impedimento est.* Cæcin. 15. advocatio *togatorum.* * Off. I. 23. qui *togati* reipublicæ præsunt, *opponuntur Imperatoribus.*

TOGVLA. Att. I. 18. Pompejus *togulam* illam *pictam* silentio tuetur suam. Toga picta *int. acu, est triumphantium & thensas ducentium vestis, quæ &* Jovis toga *dicitur, quia sumebatur e Capitolio, ut &* palmata tunica, *quæ & ipsa* Jovis tunica *dicitur. Erant enim in templis plurimæ Deorum pretiosæ vestes, quibus diebus festis ornarentur, ut hodie Mariæ in templis Romanensium, sic Deorum statuæ. Primus Gordianus propriam habuit togam pictam tunicamque palmatam. v. Ruben. R. Vest. I.* 21.

TOLLERE, *suscipere.* Verrin. III. 1. quid oneris *tollant.* * tolli alicunde *dicuntur, qui locum alicui relinquunt.* Quint. 3. *tollitur* ab atriis Liciniis. * ad Q. Fr. II. 10. ut te proficiscens non *tollerem, int. in rhedam, aut lecticam, comitem itineris sumere. Horat. Serm. II.* 6. 42. quem *tollere* rheda &c. * *laudare.* ad Div. XI. 20. quod diceret, se, dixisse, laudandum adolescentem, ornandum, *tollendum:* se non esse commissurum, ut tolli posset. *nempe ambigue dictum erat τὸ* tollendum, *quod significare poterat, laudan-*

dandum & interficiendum. vid. Manut. ad h. l. Att. II. 25. *tollere* alicujus laudes in astra. * Nat. D. III. 33. at Phalaris, at Apollodorus pœnas *sustulit:* h. e. *dedit, solvit.* * liberos tollere, *est agnoscere natos pro suis liberis, & educare: unde deinde dicitur pro, creare liberos.* Div. I. 21. puerum, Priamo qui foret post illa natus, temperaret *tollere.* * *negare.* N. D. I. 30. verbis reliquisse Deos, re *sustulisse.* ibid. 31. *tollamus* omnia, quæ aut historia, aut ratio nova affert. *& similiter pluribus locis.*

TOPIARIA *est ars non modo herbis, hedera, aliisque, areolas hortorum vestiendi & ornandi, sed etiam ex fruticibus & virgultis, ut buxo, myrto, acantho, aliisque, flectendo, tondendo, varia horti ornamenta conficiendi.* ad Q. Fr. III. 1. *topiariam* facere videntur. *hinc dicitur*

TOPIARIVS. *ibid. topiarium* laudavi: *quamquam alii h. l. neutro genere dictum de opere topiario putant. v. viros doct. ad Plin. III.* 19. *Salmas. ad Spartian. Hadr. c.* 10. *pag.* 89. *Christius in Villatico p.* 96. *Lauben, bedeckte Gänge.* topiariorum *non semel mentio in lapidibus ap. Gruter. p.* DCLI. 8. 9. *&c.*

TOPICE. Top. 2. *est ars inveniendi Rhetorum, quam, auctore Aristotele, explicavit Cicero in Topicis.*

TOREVMA. Verr. II. 52. *toreumata* sane nota ac pretiosa auferuntur. *ibid.* IV. 18. habere eum perbona *toreumata;* in his pocula duo quædam -- Mentoris manu summo artificio facta. Pis. 27. *toreuma* nullum. Toreuma *poculum, auro argentove cælatum, esse, multis disputat Salmasius ad Solin. p.* 735. *sqq. nec fieri torno, ut quidam existimant, sed cælo.* tornus τορνέυεται, cœlum τορεύεται; *unde cœlatores* τορευταὶ, *tornatores* τορνευταί. *cf. Bentlej. ad Horat. Art. Poët. v.* 441. *Sed tamen Cicero* Verr. II. 52. *diserte distinguit* toreumata *&* opera cælata: *fuitque Mentor sculptor non cælator. Vide an sint sculptilia e ligno, ebore &c. quæ fiunt scalpello: quale fuit Virgilianum in Eclogis poculum, Mentoris manu factum. Ovid. Met. X.* 248. sculpit ebur.

TORMENTVM, *cruciatus.* ad Div. VI. 7. *tormentum* cæcæ suspicionis. * Tusc. V. 1. quod etsi probatu difficile est, propter tam varia & tam multa *tormenta* fortunæ: *sc. quibus exposita est virtus, ut in ep. ad Div. dicit, omnibus fortunæ telis esse expositam vitam nostram. hic machinæ nomen ponitur, qua tela conjiciuntur.*

TORMINOSI *qui?* Tusc. IV. 12.

TORNARE, *rotundum facere.* Univ. 6. Deus mundum ita *tornavit,* ut nihil fieri possit rotundius.

TORPEDO, *piscis genus.* Nat. D. II. 50. *torpedines* torpore se tutantur: *unde sc. & nomen duxerunt.*

TORQVERE, *convertere.* Inv. I. 21. quod uterque *torquere* ad suæ causæ commodum debet. Leg. I. 10. opinionum vanitas imbecillitatem animorum *torquet* & flectit, quocumque cœpit. Cœl. 6. huc & illuc *torquere* & flectere

suam

suam naturam; *de homine omnium obsequi studiis volente, &, prout res & locus postulat, ita mores & vitam instituente.* * *excutere, accurate explorare.* P. Sull. 28. *torqueatur* vita Sullæ. * *molestiam, negotium creare.* ad Div. VIII. 11. non diu, sed acriter nos tuæ supplicationes *torserunt.*

TORTVOSVS, *nimis acutus & subtilis, spinosus.* Acad. IV. 31. *de pseudomeno:* sed ut omnes istos aculeos, & totum *tortuosum* genus disputandi relinquamus. Fin. III. 1. nec enim in Torquati sermone implicatum quidquam aut *tortuosum* fuit; nostraque, ut mihi videtur, dilucida oratio. Stoicorum autem non ignoras, quam sit subtile vel *spinosum* potius disserendi genus. * *sed quæ nimis subtilia sunt, eadem etiam solent esse obscura. hinc* tortuosum *pro obscuro.* Div. II. 63. cum stertentes aliquos viderint, his objicere visa quædam *tortuosa* & obscura, quæ mane ad conjectorem deferant. *cf. contortus.* * *item, quia tortuosæ conclusiunculæ sunt etiam fallaces,* tortuosi *opponuntur simplicibus, rectis, candidis.* Læl. 18. simplicem præterea -- -- eligi par est -- neque enim fidum potest esse multiplex & *tortuosum* ingenium.

TORTVS. *subst. spira in serpente.* Div. II. 30. draco immani *tortu.* Tuscul. II. 9. draco *tortu* multiplicabili.

TORVS, *pars carnosa in lacertis & pectore.* Tusc. II. 9. *tori* lacertorum. * tori *sunt etiam in coronis.* Or. 6. *de oratore temperato:* is uno tenore, ut ajunt, in dicendo fluit, nihil afferens præter facilitatem & æquabilitatem: & addit aliquos, ut in corona, *toros,* omnemque orationem ornamentis modicis verborum sententiarumque distinguit. *Hi tori sunt, ex sententia Paschalii de Coronis II. 12. partes quædam in circulo coronæ collectiores & eminentiores, cujusmodi sunt in tauro tori, aut in homine, quod & Lambino placet ad Plaut. Amphitr. Prol.* 144. *Ex ratione loquendi Ciceroniana colligi posse videtur, toros extrinsecus addi coronæ, ornamenti loco, iisque coronam distingui. Sunt autem* tori *iidem, qui passim ab auctoribus* toruli *vocantur, h. e. lemnisci, tæniæ, vittæ, quæ, ut in nummis cernitur, majoris ornamenti causa coronæ addebantur. vid. Lambinas l. c.* torus *enim &* torulus *est funiculus. v. Lex. Rustic. Gesneri in* torus. *cf. Casaub. ad Sueton. Ner.* 25. *Cuper. ad Apotheos. Homer. p.* 139. *Viros doct. ad Ammian. XXIX.* 7.

TOTVS. totum *pro re summa, s. pro eo, quod est caput & summa rei.* Att. V. 20. est *totum,* quid Kal. Martiis futurum sit. ad Q. Fr. III. 1. *totum* in eo est, ut *&c.* * ad Div. XV. 4. *toto* iis, qui novari aliquid volebant. *ubi vid. Manut. cum genitivo dixit Liv. XXXV.* 3. multitudo *tota Antiochi* erat. * Attic. XIII. 20. quicquamne me putas curare *in toto,* nisi ut ei ne desim. *putem esse in universum.*

TRABALIS. Verr. V. 21. Ut beneficium quemadmodum, dicitur, *trabali* clavo figeret: h. e. *firmissimum efficeret.*

TRACTABILIS, *qui tangi* pot-

potest. Univers. 4. corporeum & aspectabile, itemque *tractabile* omne necesse est esse, quod natum est.

TRACTARE, *proprie est contingere manibus, in manibus habere, ut* Parad. V. 2. matellionem Corinthium cupidissime *tractans.* Tusc. V. 38. ea, quæ gustemus, olfaciamus, *tractemus*, audiamus. * *administrare, curam alicujus rei sustinere.* ad Div. XIII. 47. bibliothecam meam *tractavit.* in Cæcil. 10. Verrin. V. 24. *tractare* pecuniam publicam, *de quæstore.* * *considerare.* Tusc. IV. 24. *tracta* definitionem fortitudinis. * *gerere se.* Catil. III. 12. ita me in republ. *tractabo.* cf. ad Div. XIII. 12. * *commovere, impellere animum.* Brut. 50. *mentes* verbis & sententiis & actione *tractantur.* Orat. 28. eloquentiæ est *tractare animos*, & omni modo permovere. * *est etiam verbum scenicum. nam actores dicuntur* personas tractare. Rosc. Com. 7. cujus *personam* præclare Roscius in scena *tractare* consuevit. * tractari in re aliqua *dicuntur, qui in ea sæpe multumque versantur.* Arch. 2. & in ejusmodi persona, quæ propter otium ac studium, minime in judiciis periculisque *tractata est. Burmannus ad Ovid. Rem. A.* 381. *male probat Passeratii interpretationem, e formula illa, cum poëtæ* personam aliquam tractare *dicuntur. Nam hoc est inducere agentem, loquentem, quod h. l. non convenit.*

TRACTATIO. Orat. 35. *tractatio* rerum efficit admirabiliorem orationem. nam ipsæ quidem res in perfacili cognitione versantur, *nempe tractatio est modus & ratio, qua res ab oratore dicuntur & ornantur.*

TRACTATVS, *ûs.* Or. III. 23. *tractatu* ipsarum artium delectari.

TRACTATVS. *adj. versatus. v. tractare extr.* * *considerando & discendo cognitus.* Or. 33. orator habeat omnes philosophiæ notos & *tractatos* locos. cf. Or. III. 14. * *actus, gestus.* Herenn. IV. 24. vita honeste *tractata.*

TRACTVS, *ûs.* Or. II. 13. *tractu* orationis levi & æquabili perpolivit opus. * Div. II. 46. plus terrarum situs, quam lunæ *tractus*, ad nascendum valere. Lunæ tractum *recte vir doctus in Obs. Misc. quæ a Cel. Dorvillio curantur, Vol. III. p. 17. interpretatur cursum, motum & omnem faciem lunæ cum spatio, quod percurrit. Sic* siderum tractus *est ap. Manil. I.* 532. *III.* 360. *quod de ortu & progressione eorum intelligit Cortius ad Sallust. Jug. p.* 634. *Nempe si ita Cicero scripsit, ita capiendum. sed in* tactus *ostendimus, meliorem nobis videri lectionem*, tactus lunæ. *ubi vid.*

TRACTVS, *adj. inceptus, initium habens.* Brut. 6. ab isto initio *tractus* sermo. Nat. D. II. 55. venæ a corde *tractæ* & profectæ, in omne corpus ducuntur. * *sæpe dilatus.* Mil. 9. comitia *tracta.* * *lenis, sine asperitate.* Or. II. 15. *tractum* genus orationis. Orat. 20. in historia *tracta* quædam, & fluens, expeditior, non hæc contorta & actis oratio.

TRADERE, *commendare.* Verr. III. 12. non a patre isti *traditi.* ad Div. V. 5. totum hominem tibi *trado* de manu in manum, ut

ajunt. * tradere se alicui *etiam dicuntur, qui ab eo in arte aliqua eruditi volunt.* Phil. II. 2. te in disciplinam meam *tradideras.* Br. 89. cum Philo Romam venisset, totum ei me *tradidi*, admirabili quodam ad philosophiam studio concitatus. * *est etiam verbum juris in abalienationibus, ut* traditio Top. 5. *extr. Hinc eleganter* ad Quir. p. R. 6. cum duo consules, emti pactione provinciarum auctores se inimicis reip. *tradidissent.*

TRADITIO, *verbum juris, de abalienatione, rerum mancipi, quæ fit per nexum.* Top. 5. *extr.* abalienatio est ejus rei, quæ mancipi est, aut *traditio* alteri nexu, aut in jure cessio.

TRADVCERE. Brut. 53. *traducere* a severitate *in* hilaritatem. Verr. II. 78. ab ejus infamia -- vestros animos *in* aliam partem -- *traducat.* * *sustinere, exsequi.* Attic. V. 9. summa abstinentia munus hoc extraordinarium *traducemus.* * traducere equum *dicuntur equites, cum in transvectione a censore, non ademto equo, transeunt.* Cluent. 48. Africanus cum esset Censor, & in equitum censu C. Licinius sacerdos prodisset -- dixit, se scire, illum conceptis verbis pejerasse: si quis contra dicere vellet, usurum eum suo testimonio - deinde cum contra nemo diceret, jussit *equum traducere.* * traduci *est etiam in adoptionibus: si quis adoptione fit e patricio plebejus lege curiata.* Att. I. 18.

TRADVCTIO, *metonymia.* Or. III. 42. ne illa quidem *traductio* atque immutatio in verbo *&c.* pro Afris est sumta Africa. * *figura in verbis.* Herenn. IV. 14. *traductio* est, quæ facit, ut, cum idem verbum crebrius ponatur, non modo non offendat animum, sed etiam concinniorem orationem reddat *&c.* * traductio *etiam est, cum lege curiata per adoptionem e patricio plebejus, aut e plebejo patricius fit.* Sext. 7. *traductio* ad plebem furibundi hominis. *Hinc*

TRADVCTOR. Attic. II. 9. hic Hierosolymarius *traductor* ad plebem.

TRAGICVS, *de oratore grandi, sublimi, & animos permovente.* Brut. 55. grandis, &, ut ita dicam, *tragicus* orator. Or. II. 56. sed hæc *tragica* atque divina.

TRAGOEDIAE. Or. I. 51. nec vero istis *tragœdiis* tuis, quibus uti philosophi maxime solent, perturbor, quod ita dixisti, neminem posse mentes eorum, qui audirent, aut inflammare dicendo, aut inflammatas restinguere, nisi qui rerum omnium naturam, mores hominum atque rationes, penitus perspexerit &c. *ibid.* 53. his *tragœdiis* Galbam liberatum ferebat; *quas sc. fecerat in commovendis judicum animis. ibid.* II. 51. si *tragœdias* agamus in nugis. *ante dixerat:* in parvis rebus adhibere dicendi faces. Tusc. V. 34. at quas *tragœdias* effecit? (*s. ut Bentlejo placet:* effudit?) te, Apollo sancte, fer opem, teque omnipotens Neptune invoco, vosque adeo venti *&c.*

TRAHERE, *sumere.* Verr. III. 98. unæ decumæ lege & conditione *trahuntur.* * *differendo prorogare.* Attic. X. 7. *trahitur* bellum Mil. 9. *tracta* esse comitia.

tia. *Inv. II. 9. ex victu multæ *trahuntur* suspiciones. Herenn. I. 5. in invidiam *trahemus*. Acad. IV. 26. hæc disputationibus huc & illuc *trahuntur*: h. e. *de his in utramque partem disputatur*.

TRAJECTIO, *transpositio*. Orat. 69. & utitur ex *trajectione* verborum (*intell. aperta*) & nihilo tamen aptius explet concluditque sententias. *paullo ante dixerat*, *trajicere* verba aperte. * *hyperbole*. Or. III. 53. tum augendi minuendive causa veritatis superlatio atque *trajectio*. *Div. I. 1. *trajectiones* stellarum observitaverunt. *Sunt μετάφορα. vid. Senec. N. Q. Ip.*

TRALATITIVS, *aliunde petitus & translatus. In legibus & edictis in primis*, tralatitium *dicitur*, *quod totidem verbis ex alia lege*, *aliove edicto repetitum est: unde* Att. V. 21. Verr. I. 44. *tralaticium* edictum. Attic. III. 23. caput *tralaticium*. *hinc* tralatitia *usitata*, *vulgata*, *nota*. ad Div. VIII. 5. nosti enim hæc *tralatitia*: de Galliis constituetur: erit, qui intercedat &c.

TRANQVILLITAS, *de mari*, *in plural*. Att. VI. 8. ceterisque longis navibus *tranquillitates* aucupaturi eramus.

TRANSFERRE, *pro eo*, *quod vulgo dicunt* applicare. Off. I. 16. quod ab Ennio positum in una re, *transferri* in multas potest.

TRANSIRE. ad Div. IX. 1. facile me, quæ impendeant, *transiturum*.

TRANSIGERE, *de scribentibus & dicentibus*, *cum alicujus rei explicationem aut argumentum absolverunt*. Invent. I. 25. ut prima quæque pars, ut posita est in partitione, sic ordine *transigatur*. Orat. 40. ut proponat, quid dicturus sit, ut, cum *transegerit* jam aliquid, definiat.

TRANSITIO. Nat. D. I. 18. doceat, eam esse vim & naturam Deorum, ut -- imaginibus, similitudine & *transitione* perceptis, cernatur. cf. ibid. 37. 39. *hoc est illud, quod est apud Diog. Laërt. L. X. Sect.* 139. τὰς θεὰς λόγῳ θεωρητὰς εἶναι. -- ἃς δὲ, κατὰ ὁμοειδίαν ἐκ τῆς συνεχοῦς ἐπιῤῥύσεως τῶν ὁμοίων εἰδώλων ἐπὶ τὸ αὐτό.

TRANSLATIO. Inv. I. 8. actio *translationis* & commutationis indigere videtur. v. *translativus*. Verr. IV. 42. nomen suum isti ad *translationem criminis* commodaturum: h. e. *passurum*, *ut crimen suum Verres in ipsum transferre possit*.

TRANSLATIVVS. Invent. I. 8. *translativa* constitutio *quid sit?*

TRANSMITTERE, *committere*, *attribuere*. Manil. 14. quis dubitat, quin hoc tantum bellum Pompejo *transmittendum* sit. **tribuere*. *ibid.* 1. tempus amicorum temporibus *transmittere*. * *mare transire*. Att. VIII. 5. Lentulum ante *transmissurum*. Fin. V. 29. maria *transmisit*.

TRANSSCRIBERE. Nat. D. III. 30. *transscribere* tabulas publicas: *describere corrumpendi causa*.

TRAPEZOPHOROS. ad Div. VII. 23. *signum*, *quod mensam fert*.

TREVIRI. *v. triumviri*.

TRIBVARIVS, *ad tribus pertinens*. Planc. 15. quod judiciorum

genus si est æquum nulla in re, nisi hac *tribuaria*. *ibid.* 19. hæsitantem te in hoc sodalitiorum *tribuario* crimine. Res tribuaria & crimen tribuarium *dicitur, quo objecta est Plancio tribuum corruptio.*

TRIBVERE, *distribuere.* Or. 33. ut in eas partes *tribuatur* oratio. ad Div. XIII. 70. *tribuere* in vulgus. *conf.* Invent. I. 55. Tusc. II. 21. * *imponere, mandare.* Or. III. 36. plus attulisti, quam tibi *est tributum* a nobis. * tribui *dicuntur quæ habemus, etiam non accepta.* Leg. I. 3. si mihi ullum *tribueretur* tempus vacuum. * in Pison. 27. *tribuit* se comitem, *pro præbuit, dedit: Sed Lamb. & Grævius corrigunt* præbuit.

TRIBVNAL, *est suggestum, in quo ponitur sella magistratus, jus dicentis, aut judicium, sive in urbe, sive in provincia, exercentis, in castris autem imperatoris judicantis, concionantis. Primo suggestum fuisse, non sellam, uti non nulli interpretantur, patet ex eo, quod distinguuntur* tribunal & sella. Verr. II. 38. prætor *de sella ac tribunali* pronunciat. *& sic est sæpissime. In urbe ligneum & mobile fuisse, patet ex* Vatin. 9. feceris ante rostra pontem, *continuatis tribunalibus,* per quem consul -- non in carcerem, sed ad supplicium & ad necem duceretur: *deinde ex Sueton. Cæs.* 84. *ubi Cæsaris corpus in foro combustum dicitur congestis subselliis ac tribunalibus, quod etiam in corpore Clodii factum est. Prætores Romæ & in provincia in tribunali sedisse jus dicentes aut judicia exercentes, ex pluribus Ciceronis locis, quos partim protulimus, partim proferemus, patet: de imperatoribus in castris juvat unum locum afferre ex Liv. XXVIII.* 27. *ubi imperator Scipio dicit: Albium & Atrium sedisse* in tribunali P. Scipionis. *Sed hoc erat plerumque e cespite congesto, ut demonstravit Lipsius ad Tacit. Annal. I.* 16. *vid. tamen inprimis Spanhem. de Us. & Pr. N. Diss. XIII. p.* 628. *In tribunali autem, quoniam satis amplum erat, una cum prætore urbano sedebant, quos sibi in consilium advocaverat* Orat. I. 37. nobis *in tribunali* Q. Pompeji Prætoris urbani sedentibus &c. *conf. Sueton. Tib.* 33. *in tribunali autem Quæstoris, cum causa ageretur, amici ejus, qui cuperent audire oratores causam agentes.* Brut. 84. volo hoc oratori contingat, ut, cum auditum sit, eum esse dicturum, locus in subselliis occupetur, *compleatur tribunal,* gratiosi scribæ sint, in dando cedendo loco. * *Ceterum, quod ad figuram attinet tribunalis, ex numis patet fuisse quadratam. Hanc figuram ergo tribuemus militaribus, forensibus. Sed Vitruvius V.* 1. *formam semicircularem facit, nempe lapideorum & perpetuorum, quæ in basilicis erant. de iis enim ibi sermo, non de omnibus: atque id subjecta a Vitruvio ratio docet. Sed quod de his Vitruvius dicit, male quidam ad universa transtulere.*

TRIBVNITIVS. Act. I. Verr. 16. Lex *tribunitia. v. Ind. Legg.*

TRIBVNVS. *tria genera tribunorum sunt apud Ciceronem.* 1. tribuni plebis, *de quorum institutione, causis, juribus, tirones cognos-*

gnoſcant ex Liv. II. 33. conf. Ind. Legg. in Leges Sacratæ. *Sublata eſt tribunitia poteſtas poſtea, re & nomine, ad tempus, cum decemviri legibus ferundis conſtituti eſſent. Liv. III. 32. reſtituta ibid.* 54. *ſublata iterum re, nomine relicto, a Sulla Dictatore. Cic. Leg. III. 9. Cæſ. Bell. Civ. I. 5. In quo tamen ſcrupulum injicit locus Ciceronis Verrin. I. 60. de quo vid. Ind. Legg. in Lege Cornelia tribunitia: reſtituta iterum a Cn. Pompejo. Eorum poteſtas antiquiſſima & prima fuit interceſſio contra decreta ſenatus & magiſtratuum; ſed ea poſtea aucta. Poſt tempora Sullæ & Ciceronis ætate, quæ huc inprimis pertinet, ſenatores tribuni fuere, in ſenatu ſedere, ad ſenatum referre potuere* (v. ad Div. I. 1.) *edicere, ut ſenatus conveniret*, ibid. XI. 6. *&c. conf. Lipſ. Elect. II. 13. Torrent. ad Sueton. Aug.* 10. 2. tribuni militares. ad Q. Fr. II. 14. *ſunt autem tribuni militum in legionibus, ut præfecti in turmis, ſubjecti legato, ut ipſis centuriones*, v. ad Div. XV. 4. *Creati ſunt modo a populo, modo ab imperatoribus. Ab his creatos docet locus* ad Q. Fr. II. 15. M. Curtio *tribunatum* a Cæſare petivi (nam Domitius ſe derideri putaſſet, ſi eſſet a me rogatus: hoc enim eſt ejus quotidianum: ſe ne *tribunum mil.* quidem facere: etiam in ſenatu luſit Appium Collegam, propterea iſſe ad Cæſarem, ut aliquem *tribunatum* auferret) ſed in alterum annum. *Ab populo creatos innuitur* Act. I. Verr. 10. tres hi homines veteres *tribuni militares* ſunt deſignati, ex Kal. Jan. non judicabunt. *De hac re adſcribam tironum cauſa locum Aſconii ad l. c. tribunorum mil. duo genera ſunt: primum eorum, qui* Rufuli *dicuntur, de quibus Feſtus in h. v: hi in exercitu creari ſolent: alii ſunt* Comitiati, *qui Romæ comitiis deſignantur. ſed de hac re vid. e Livio aliisque erudite disputantem Lipſium Milit. Rom. II. 9. In eo variatum eſſe, ut mox tribuni a populo, mox ab imperatore crearentur, mox univerſi, mox pro parte, locis plurimis Livii patet. v. XXVII. 36. XLII. 31. XLIII. 12. XLIV. 21.* 3. tribuni ærarii. Planc. 8. *ſunt ordinis plebeji. itaque cum lege Aurelia judicia cum omnibus ordinibus communicata eſſent, de plebe judicarunt tribuni ærarii.* ad Q. Fr. II. 16. 6. Att. I. 16. *Per eos militibus pecunia ſtipendiorum numerabatur, ut eſt auctor Feſius. In eorum nomine facete ludit* Cic. Att. I. c. *ubi de judicio Clodiano: tribuni* non tam ærati (*h. e. divites*) quam, ut appellantur, *ærarii*: h. e. *ære corrupti.*

TRIBVS, *ſunt partes populi, in quas deſcriptus eſt pro loco & regione, quam habitant cives Rom. ex inſtituto Romuli. v. inprimis Sigonium, de tribubus accurate disputantem & Ant. Jur. Civ. R. L. I. 3. * Ciceronis tempore XXXV. tribus fuere, quarum nomina v. ſupra poſt Indic. Hiſtor. Mutata eſt aliquantum ratio tribuum, cum Q. Fabius M. fecem urbanam omnem in quatuor urbanas tribus conjecit. v. Ind. Hiſt. in Q. Fabius. a quo tempore honeſtius fuit in tribu ruſticana eſſe, quam in urbana, & nota cenſoria, e*

rusticana in urbanam conjici. Cluent. 43. *tribu* moveri. *A tribubus dicuntur comitia tributa, de quibus v. Comitia. Sed fit tamen non semel apud Ciceronem mentio tribuum in comitiis centuriatis.* v. c. Agr. II. 2. me non extrema *tribus* suffragiorum, sed primi illi vestri concursus -- consulem declaravere. *Id quale sit, tironum causa verbis J. Fr. Gronovii docebimus ex Observ. L. IV. c. 1. p. 5.* Multitudine civium in immensum, aucta, unaquaque in tribu permulti erant diversarum, imo omnium classium cives, jamque singulæ classes in unaquaque tribu plures faciebant centurias tam juniorum, quam seniorum. Hinc Cicero in Or. pro Plancio *centuriam* vocat *unius tribus partem.* Ergo comitiis centuriatis ex tribubus XXXV. sorte una tribus excernebatur, ex cujus centuriis primæ classis quod quæreretur prærogativa, centuria ipsa quoque hæc tribus jam prærogativæ nomen acquisierat: deinde quot illius sorte ductæ etiam prærogativæ tribus essent centuriæ primæ classis, tot rursum sortes conjiciebantur in sitellam, numero, ut videtur, aliquo notatæ, quo prima juniorum, vel seniorum secunda, tertia & deinceps centuriæ distinguerentur: tum quam centuriam designans sors excidisset, ea erat prærogativa centuria. Hinc factum, ut, quemadmodum ob centuriam prærogativam etiam tribus in qua continebatur, prærogativæ nomine gaudebat, sic etiam tribus nomen daretur illi centuriæ, atque adeo promiscue interdum hæc duo vocabula *centuriæ* & *tribus* hac in re comitiali usurparentur. *Hæc ille. Apud Florum etiam extra rem comitialem* tribus *pro* centuria equitum *dici, viderunt viri docti I. 1. 5. ubi v. Duker. Ex quo intelligitur, eo tempore centuriam & tribum promiscue dictas. Ceterum illam rationem, centuriæ prærogativæ sorte capiendæ, quam Gronovius explicat, apparet, de tribubus rusticanis tantum accipiendam esse, quod in tribubus urbanis eo tempore primæ classis centuriæ esse non potuerunt: quod vir magnus monere prætermisit, scilicet, ut opinor, quia etiam non monitis in mentem debebat venire.*

TRIBVTARIVS. Verr. IV. 66. multum apud illum recentes nuncios multum tabulas non commendaticias sed *tributarias* valuisse. *Facete* tributariæ *dicuntur literæ, quibus pecunia promissa erat, aut quibuscum una pecunia missa.*

TRIBVTIM, *per tribus, in tribus.* Att. XIV. 15. Scaurus populo *tributim* domi suæ satisfecerat. Muren. 32. si gladiatoribus (*h. e. in ludis gladiatoriis*) vulgo locus *tributim* esset datus. cf. 34. Flacc. 7. *tributim* & *centuriatim* descriptis ordinibus, classibus &c.

TRIBVTIO, *distributio.* (*v. tribuere.*) Nat. D. I. 19. *tributio æquabilis.*

TRIBVTVM, *quomodo a* vectigali *differat, &* tributarii stipendiarii*que a* vectigalibus, *v. in stipendiarius. Sed omnis pecunia collata a pluribus in medium, quam collectam dicimus, appellatur tributum.* Verr. III. 42. Imacharenses *tributum facere* coëgisti,

sti, ut Apronio darent HS. XX-millia. *vulg.* ferre. ad Div. III. 7. querebare, quod legatos *tributa exigere* vetarem: *i. e. collectam facere.*

TRICAE. Att. X. 8. domesticæ *tricæ, sunt difficultates rei familiaris.*

TRICARI, *tergiversari, moras facere.* Att. XV. 13. Dolabella scripsit, sese de attributione omnia summa fecisse: Vectenum accusat: *tricatur* scilicet.

TRIENS, *tertia pars hereditatis. est enim proprie tertia pars assis.* Att. VII. 8. Dolabellam video Liviæ testamento esse in *triente.*

TRIERARCHVS. Verr. I. 20. &c. *est præfectus triremis, quem creat civitas, quæ navem suo sumtu ædificatam præbet. Alio sensu est apud oratores Græcos, v. c. Demosthenem de Coron. 30. nempe ibi significat eum, qui aut solus suo sumtu triremem ædificat, instruit, ac deinde ei etiam præest, aut aliquid confert ad triremem ædificandam, unde* συντελὴς *dicitur.*

TRIETERIDES, *sunt solennia Bacchi, a numero annorum, post quos celebrabantur.* Nat. D. III. 23. *trieterides* a Dionysio quinto constitutæ putantur.

TRINVNDINVM s. trinum nundinum, *ternæ nundinæ, quibus, cum cives ex agris in urbem confluerent, ut fructus agrorum & alias merces rusticas venderent, lex in comitiis ferenda promulgabatur, ut eam etiam atque etiam considerare cives possent, & candidati magistratuum petebant. Ternæ autem nundinæ cum diebus interjectis conficiunt summam septemdecim dierum, non, ut quidam docti viri existimarunt, septem & viginti. Numerandorum dierum enim initium fit a nundinis primis, & desinit in tertiis: nundinæ autem secundæ more latino bis numerantur, ut idem dies sit nonus a primis nundinis, & primus in altera enneade dierum. Clare Varro R. R. II. 1. septem tantum dies binis nundinis interjectos dicit.* ad Div. XVI. 12. se præsentem *trinum nundinum* petiturum. Dom. 16. quod in ceteris legibus *trinum nundinum* esse oportet, id in adoptione satis est, esse trium horarum. *Scil. adoptio fit per legem curiatam, adeoque ad eam quoque trino nundino opus est.* Phil. V. 3. ubi promulgatio *trinundinum. hæc commate in quibusdam edd. distinguuntur; neque id absurdum esse dixerim. sed potest etiam abesse distinctio, ut sit ellipsis præpositionis* per, *ut in illo ad Div. XVI. 12. & alibi.*

TRIPVDIVM, *quid sit docet Cicero* Div. I. 15. quia, cum pulli pascuntur, necesse est, aliquid ex ore cadere, & terram pavire, terripavium primo, post terripudium dictum est; hoc quidem jam *tripudium* dicitur: cum igitur offa cecidit ex ore pulli, tum auspicanti *tripudium solistimum* nunciant. cf. Div. II. 8. ad Div. VI. 6.

TRISTIS, *severus, justus.* Act. I. Verr. 10. *tristis* judex. Cœl. 6. *tristis,* opponitur *remisso.* Quint. 18. natura *tristi* ac recondita fuit. Brut. 30. *triste* ac severum dicendi genus.

TRISTIVS. Cato 19. adole-

scentes gravius ægrotant, *tristius* curantur: *h. e. acerbioribus, molestioribusque remediis.*

TRISTITIA, *severitas*, Or. I. 7. *tristitia* sermonis. * *opponitur elegantiæ & suavitati in oratione.* Fin. IV. 28. horridiores evadunt, asperiores, duriores & oratione & moribus. quam illorum *tristitiam* atque asperitatem fugiens Panætius, nec acerbitatem sententiarum, nec disserendi spinas probavit. * Offic. I. 12. *cum dixisset hostem, h. e. peregrinum, veteribus dictum esse, qui perduellis appellandus erat, addit:* lenitate verbi *tristitiam* rei mitigante.

TRIVMPHALIS. in Pison. 19. provincia, quæ fuerit ex omnibus una maxime *triumphalis: h. e. quæ maxime materiam belli triumpho digni gerendi habet, & ex qua adeo plerique Proconsules redeuntes triumphavere.*

TRIVMVIR. Orat. 46. *triumviri* capitales. cf. ad Div. VII. 13. *sunt præfecti carcerum, (v. Liv. XXXII. 26. extr.) quibus suppliciorum a damnatis sumendorum cura mandari solet, de iis lege Lipsium ad Tacit. Annal. V. 9. & quos laudat præterea Cortius ad Sallust. Catil. 55.* * ad Div. VII. 13. *treviri* (triumviri) auro, argento, ære, *int. flando feriundo. Dicti etiam* monetales. *v. Pompon. Orig. Jur. §. 30. de scriptura* treviri, *agunt viri docti ad Liv. XL. 29.* * Cluent. 13. ante pedes Q. Manilii, qui tum erat *triumvir*, constituunt. *intellige de magistratu municipali. Municipiorum enim magistratus a numero appellantur, qui non idem in omnibus municipiis fuit.* * treviri epulones *sunt* Or. III. 19. *de quorum origine & jure prætextæ v. Liv. XXXII. 42.*

TRIVMVIRATVS. Brut. 31. *de Q. Ælio Tuberone:* qui quidem *in triumviratu* judicaverit, contra P. Africani avunculi sui testimonium, vacationem augures, quo minus judiciis operam darent, non habere. *Qui fuerit hic triumviratus, non vidi, qui explicaret, præter Corradum, ad h. l. p. 217. qui Tuberonem non triumvirum agrarium, sed monetalem aut capitalem putat fuisse. Quod probari non potest. Nam talis triumvir quomodo tale quid judicare potuisset? Mihi autem non est dubium, quin sermo sit, non de triumviratu Tuberonis, qui nullus fuit, sed de tempore triumviratus agrarii, qui fuit illius temporibus ex lege agraria Sempronia C. Gracchi. Nam cum a triumviris agrariis M. Fulvio Flacco, C. Graccho & C. Carbone, dum agros dividerent, graves seditiones excitatæ essent, ex sententia P. Africani Senatus judicia causarum agrariarum a IIIviris, tamquam suspectis, ad Consulem C. Sempronium aliosque judices transferre voluit. v. Pigh. ad an. 624. In qua re, cum de judicibus, qui cum Sempronio judicarent, ageretur, potuit incidere, aut incidit potius illa de vacationibus augurum quæstio.*

TROCHAEVS, *vulgo dicitur pes una longa & altera brevi: sed apud Ciceronem est pes tribus brevibus syllabis, qui & tribrachys dicitur. quem nos autem vulgo trochæum dicimus, choreus a Cicerone dicitur.* Orat. 57. contra acci-

accidere in ſpondeo & *trochæo*, quo alter e longis conſtaret, alter e brevibus fieret. -- *trochæum*, qui eſt eodem ſpatio, quo choreus, cordacem appellat, quia contractio & brevitas dignitatem non habeat.

TROPAEA. Arch. 7. noſtra ſunt *tropæa. Intelligenda quævis victoriarum monumenta, poſita in iis regionibus, ubi victi hoſtes. Nam quæ proprie dicuntur* tropæa, *Romanis inuſitata fuere. v. dicta ad Sueton. Cæſ.* 11. *ubi & alia tropæa Rom. protulimus, quæ ſimiliter accipi poſſunt.*

TRVLLA. Verr. IV. 27. erat etiam vas vinarium, ex una gemma pergrandi, *trulla* excavata, manubrio aureo. *ib. trulla* gemmea. *Erat autem hoc vas comparatum ad vinum hauriendum & poculo infundendum, quod vel ipſum manubrium indicat. Ex Horat. Sat. II.* 3. 144. feſtis *potare* diebus Campana ſolitus *trulla* vappamque profeſtis *colligunt, fuiſſe poculum, quia ſc. trulla potari dicitur. Sed hoc non eſt conſequens.* Trulla potatur, *quia eſt inter inſtrumenta & vaſa, quibus in conviviis utimur. conf. Cel. Burm. ad Petron. c.* 75. Trulla murrhina *eſt ap. Plin. XXXVII.* 2. *ubi male Harduinus de vaſe lavatorio explicat. Contextus docet, vas menſarium atque potorium fuiſſe.*

TVERI, *intueri, inſpicere.* Div. I. 14. intuerentur, nec *tuendi* ſatietas capere poſſet. * tueri templa *&c. dicitur non modo qui ſupremam eorum curam habet, & tecta & ſarta conſervat, ut Romæ cenſores.* Leg. III. 3. *tuentor* Cenſores urbis templa, vias, aquas &c. *ſed etiam redemtores, qui in templis aliquid inſtaurandum, ſarciendum, melius faciendum redemerunt.* Verr. I. 50. ædem Caſtoris P. Junius habuit *tuendam. ex ſequentibus autem patet, eum columnas quasdam redemiſſe ædificandas.*

TVITIO, *defenſio, conſervatio.* Topic. 23. natura habet duas partes, *tuitionem* ſui & ulciſcendi jus.

TVMERE, *ægrotum animo & perturbatum eſſe.* Tuſc. III. 9. animus *tumens* in vitio eſt. ſapientis autem animus ſemper vacat vitio, nunquam turgeſcit, nemo *tumet.* at iratus animus ejusmodi eſt. &c. *Etiam Livius dixit de irato, XXXIII.* 11 *ubi v. Gronov. &* tumorem *de ira & minis Virg. Æn. VIII.* 40. *ubi v. Burm. & Heinſ. ad Claudian. Ep. ad Hadrian.* 7. * Att. XIV. 4. *tument* negotia: h. e. *imminent res novæ. Cuper. Obſ. II.* 4. *interpretatur: cum maxime agitantur: quod probat Burman. ad Ovid. Her. VII.* 121. *Melius Menkenius* Obſ. L. L. *p.* 988. *ægrotant, peſſime ſe habent. v. tumor.*

TVMOR, *de animi luctu.* Tuſcul. III. 12. cum *tumor* animi reſediſſet. *ibid.* 31. erat in *tumore* animus. *ibid.* IV. 30. recentes quaſi *tumores* animi. * *res novæ imminentes.* Att. XIV. 5. meam ſtultam verecundiam, qui legari noluerim ante res prolatas, ne deſerere viderer hunc *tumorem rerum*, cui certe ſi poſſem mederi, deeſſe non deberem.

TVMVLTVARI, *trepidare, motu aliquo animi perturbari.* Agr. II. 37. qui ſæpe & ſine cauſa *tumultuer.* Off. I. 23. non perturbari rebus aſperis, nec *tumultu-*

antem de gradu dejici, ut dicitur. Cæl. 15. quid *tumultuaris?* quid insanis? quid clamore exorsa, verbis, parvam rem, magnam facis? *cf. tumultus.*

TVMVLTVS. Phil. VIII. 1. potest bellum esse sine *tumultu; tumultus* esse sine bello non potest. quid est enim aliud *tumultus*, nisi perturbatio tanta, ut major timor oriatur? unde etiam nomen ductum est *tumultus.* (*nempe non a timore, sed a tumore, qui est rerum novarum timor. v. tumor.*) Itaque majores nostri *tumultum Italicum*, quod erat domesticus; *Gallicum*, quod erat Italiæ finitimus, præterea nullum tumultum nominabant. Gravius autem *tumultum* esse quam bellum, hinc intelligi licet, quod bello vacationes valent, tumultu non valent. Phil. V. 19. vacationem militiæ ipsis, liberisque eorum esse placere: extra *tumultum* Gallicum Italicumque. Rosc. Am. 6. *tumultus* proximus, *dicitur bellum civile Sullanum. In bello autem Italico Gallicove subito edici solebat tumultus, quod erat summi periculi & celerrime depellendi indicium, & hanc habebat vim, ut saga sumerentur, justitium esset, sine delectu milites fierent interdum, & vacationes nullæ essent.* Sull. 11. meis consiliis, meis laboribus, - - sine *tumultu*, sine dilectu sine armis, sine exercitu, quinque hominibus comprehensis atque confessis &c. Phil. V. 12. *tumultum* decerni justitium edici, saga sumi dico oportere, dilectum haberi sine vacationibus in urbe & in Italia, præterea Gallia tota. Muren. 10. simulatque increpuit suspicio *tumultus*, artes illico nostræ (*np. eloquentia & juris scientia*) conticescunt. *v. Serv. ad Æn. VIII. 1. cf. Budæum ad Pandect. p. m. 194.*

TVNICATVS. Agr. II. 34. qui metus erat *tunicatorum* illorum: *h. e. de infima plebe hominum, qui tunica sine toga utebantur; unde etiam* tunicatus popellus *ap. Horatium. Sed de hac re & tunica in genere necessaria tironibus tradita sunt in Lexico Fabri: & noti sunt de re Vestiaria scriptores. * In exercitationibus campestribus, uti, præter campestre, etiam tunicâ, modestiæ signum in juvenibus.* Læl. 5. uteremur ludo campestri *tunicati. ubi v. Græv.*

TVRBARE, *bellum movere.* Sull. 20. si in Hispania *turbatum* esset. * *corrumpere.* Verr. III. 94. *turbare* reliquas spes. * *tumultuari*, Fin. I. 10. id ne feræ quidem faciunt, ut ita ruant atque *turbent*, ut, earum motus atque impetus quo pertineat, non intelligatur. * *molestiam alicui mala fide fallaciterque agendo creare.* Q. Fr. III. 1. ne quid ille *turbet.*

TVRBO. Sext. 11. illi duo reip. *turbines. de Gabinio & Pisone.* Dom. 53. tu, procella patriæ, *turbo* ac tempestas pacis atque otii.

TVRBVLENTE, *animo perturbato.* Tusc. IV. 28. *turbulente* humana pati.

TVRGESCERE, *perturbatum esse.* Tusc. III. 9. animus sapientis nunquam *turgescit*, numquam tumet. *Ductum videtur e Plauto, apud quem* turgere *sic dicitur, Casin. II. 5. 17.*

TVRMALIS. Or. II. 65. *turmales* statuæ. *Ita facete Africanus major Corinthiis, statuam polli-*

pollicentibus, dicebat equestres statuas, quod eam ponere volebant, ubi jam multæ aliorum imperatorum essent.

TVRPIFICATVS. Offic. III. 29. *turpificati* animi fœditas.

TVRPIS, *insuavis.* Or. 47. quid si etiam *abfugit* (*np. pro* aufugit) *turpe* visum est.

TVTELA. Flacc. 34. *tutela* legitima. Rosc. Am. 6. Or. I. 36. *tutelæ* judicium; *quo quis accusatur, quasi tutoris officium male præstiterit, & pupillum fraudarit.*

TYPVS, *effigies fictilis.* Att. I. 10. præterea *typos* tibi mando, quos in tectorio atrioli possem includere.

TYROTARICHVS. ad Div. IX. 16. Att. IV. 8. &c. *genus cibi e caseo & salsamentis, ut notatio verbi docet: sed accedebant etiam aliæ res, ut Apicius docet, apud quem est ratio* patellæ tyrotarichæ *conficiendæ, de Art. Coquin. IV. 2. quæ apud Ciceronem* patina tyrotarichi *dicitur.*

V.

VACARE. Tusc. II. 26. amplitudinem animi - omnium rerum pulcherrimam, eoque pulchriorem, si *vacet* populo: *h. e. ut post dicit, si sine populo teste recte facit, non hoc agit, ut populo placeat.*

VACATIO *ejus est, qui a quacunque re molesta aut laboriosa liber est. res, a qua quis liber est, adjicitur interdum nominatim, interdum omittitur.* Phil. V. 19. *vacatio* militiæ. Font. 4. pretium ob *vacationem* datum, *np. a munere viæ publicæ muniendæ.* ad Div. IX. 6. quæ studia magnorum hominum sententia, *vacationem* habent publici muneris: *h. e. potestatem faciunt a republ. gerenda abstinendi. Sed non solum genitivus rei, a qua quis liber est, adjicitur, verum etiam causæ, propter quas liberatur.* Cœl. 12. severitati tuæ, ut oportet, respondere non audeo. erat enim meum, deprecari *vacationem* adolescentiæ, veniamque petere. Leg. I. 3. ego vero ætatis potius *vacationi* confidebam.

VACILLARE. ad Div. XVI. 15. epistola *vacillantibus* literulis: *quales nempe sunt eorum, qui, propter infirmitatem aliquam e morbo aut senectute ortam, tremebunda manu scribunt.* Catil. II. 10. qui partim inertia, partim male gerendo negotio, partim etiam sumtibus, in vetere ære alieno *vacillant*, h. e. *expedire se ex eo, & consistere non possunt.*

VACVITAS, *de tempore, quo munus aliquod, magistratum, nemo obtinet.* ad Div. XI. 10. quantam perturbationem rerum urbanarum afferat obitus consulis, quantam cupiditatem hominibus injiciat *vacuitas. Gronov. ad Tacit. A. II. 46. interpretatur:* orba resp. *Ap. Tacitum l. c.* vacuæ legiones *sunt quæ ducem non habent. v. Gronov. Grævius e vestigiis Codd. MSS. legendum judicat:* vacivitas. *quem vid. ad h. l.*

VACVVS, *otiosus.* Brut. 5. cum te sciremus esse *vacuum.* * Catil. I. 6. cum morte superioris uxoris novis nuptiis *domum vacuam* fecisses. *hæc forma loquendi significat, de medio sublatum quemcunque, quo superstite nuptiæ fieri nullæ possunt. Sic Sallust. Catil.* 15. Aurelia Orestilla pro certo creditur,

ditur, necato filio, *vacuam domum* sceleſtis nuptiis feciſſe. *ubi vid. Cortius. Sed & is, qui mortuus eſt, dicitur vacuam domum facere, ap. Liv. I.* 46. Aruns Tarquinius & Tullia minor prope continuatis funeribus cum *domos vacuas* novo matrimonio feciſſent: *i. e. mortui eſſent, neque amplius obſtarent fratri ſororique, quo minus ſe jungerent matrimonio. vide tamen ad h. l. Jac. Gronov.*

VADARI *eſt, jubere aliquem datis ſponſoribus polliceri, ſe ad diem certam ad agendum de re aliqua certum ad locum venturum; eſtque petitoris: unde autem petitur*, vadimonium promittit. Quint. 6. ſe jam neque *vadari* amplius, neque vadimonium promittere. Verr. III. 15. cum Apronius ex Leontino usque Lilybæum aliquem *vadaretur* ex miſeris aratoribus. cf. Quint. 19. *cf. Salmaſ. mod. uſur. c.* 16.

VADIMONIVM *eſt* 1. *præſentia aut ab eo, quem quis eſt vadatus, datis vadibus, ſ. ſponſoribus, promiſſa, aut a ſponſoribus, qui ei, qui vadatur, præſentiam alterius ſua fide & periculo ſuo promittunt. Hinc formulæ.* Quint. 6. *vadimonium* promittere. *ibid.* 7. *vadimonium* ſiſtere &c. 2. *ipſa poſtulatio & promiſſio præſentiæ. ibid.* 6. hominem in præſentia non vadatur: ita ſine *vadimonio* disceditur. *ibid.* 5. res eſſe in *vadimonium* cœpit: h. e. *ſibi invicem præſentiam certo die promiſerant. ibid.* 18. quæſivit, quo die *vadimonium* iſtud factum eſſe diceres. ad Q. Fr. II. 14. nemo fuit in tanta multitudine, qui *vadimonium* concipere poſſet. *h. e. JCtus, qui formulam poſſet ſcribere, qua vadimonium poſtularetur & promitteretur.* 3. *ipſa dies, qua præſentia poſtulata & promiſſa eſt: der termin.* Cato. 7. meminere *vadimonia* conſtituta. Quint. 7. *cum vadimonia* dilata eſſent. conf. ad Div. II. 8. ad Quint. 16. ad *vadimonium* venire. *ib.* deſerere *vadimonium.* obire *vadimonium. De vadimonio longa eſt disputatio ap. Salmaſ. mod. uſur. c.* 16. (*in qua tamen non omnia vera, tamquam, quod p.* 696. *dicit*, vadimonium promittere *fuiſſe tantum ſponſorum, cum de reo ſit diſerte apud Cicer.* Quint. 6. ſe jam non vadari amplius, neque *vadimonium promittere.*) cf. *Budæum ad Pand. p. m.* 40. *ſqq.*

VAFER, *peritus, acutus, honeſto ſenſu:* Nat. D. I. 15. ſomniorum *vaferrimus* interpres. *Sic Ovid. Her. XX.* 30. juris vafer: *eſtque proprium JCtorum. vid. Horat. Sat. I.* 3, 130 *& ibi Acro.*

VAGARI. Offic. II. 2. *de Academicis:* non enim ſumus ii, quorum animus *vagetur* errore: *h. e. neſciat, quid ſtatuat, quid decernat.* * Or. I. 48. ne oratio *vagari* cogatur, *de λογομαχίαι dicitur, nulla propoſita rei, de qua agitur, definitione, ſ. de iis, qui neſciunt via & ratione, initio a definitionibus facto, disputare.* * Or. III. 44. *vagari* verba, & 49. *vagari* oratio *dicitur, cum verba non ſunt ita juncta, neque ipſæ ſententiæ periodis comprehenſæ, ut numerus exiſtat.* * Tuſc. III. 6. deinde *vagabimur* noſtro inſtituto: *h. e. latius & copioſius diſſeremus de re.* * Marcell. 9. *vagabitur*

tur nomen tuum longe atque late, certam quidem sedem non habebit.

VAGINA. Cato 15. viriditas herbescens culmo erecta geniculato, *vaginis* jam quasi pubescens includitur.

VAGVS. Brut. 31. *vagum* dicendi genus. h. e. *copiosum*. conf. *vagari*. * Or. II. 16. *vaga* quæstio *est*, *quæ in genere versatur*, *non certis personis & temporibus adstricta*. * *incertus*. Nat. D. II. 1. & de Diis habere non errantem & *vagam*, ut Academici, sed, ut nostri, stabilem certamque sententiam. * *de oratione non compositа*, *nec numerosa*. Orat. 23. solutum quiddam sit, nec *vagum* tamen, ut ingredi libere, non ut licenter errare videatur.

VALLVM s. VALLVS. *munimentum circa castra*, *quod fit palis*, *qui & valli dicuntur*: *unde elegantes dicendi rationes*. N. D. II. 57. munitæ sunt palpebræ tamquam *vallo* pilorum. *Ceterum quod Victorius Var. Lect. XXII.* 16. *ex hoc loco corrigit Xenophontem Mem. Socr. I.* 4. 6. *id improbavimus ad eum locum*. Cato 15. fundit frugem spici, ordine structam, & contra avium minorum morsus munitur *vallo* aristarum. *Utrum hi ablativi sint a* vallum, *an* vallus, *disputat*, *& pro ultimo stat Gronov. Obs. III.* 18. *quem sequitur*, *& bis* vallus *pro* vallum *recipit ap. Ovidium Heinsius*. *A. I.* 14. 15. *Met. VIII.* 286. *Mihi utrumque rectum videtur*. *Nam*, *quod Gronovius ipse negare non audet*, *vallum est a palis dictum*, *qui & valli sunt*. *deinde vallum pro pluribus palis dicitur Floro II.* 18. ferre *plenius vallum* jubebantur, qui arma nescirent: *ad quem locum Dukerus mihi videtur errare*, *qui* hoc vallum *dicit insolentius dici pro* hic vallus. *Est enim apud Liv. VIII.* 38. *ad quem locum vid. etiam Drakenb*. *Ceterum* valli Romani *brevem & accuratam descriptionem legant tirones ap. Liv. XXXIII.* 5. * Att. XVI. 11. Sine *vallo* Luciliano. *i. e. sine exceptione*: *ut bene Corradus*. *Lucilius dicebat*, *se nolle ab omnibus legi*. Persium non curo legere, D. Lælium volo. *Igitur dicit*, *se ita scripturum*, *ut omnes sine exceptione legere possint*, *etiam Sica & Septimia*. *Cetera in ed. Gruteri sequacibus editur* sillo, *non* vallo.

VANITAS *dicitur de omnibus iis rebus*, *quæ habent speciem inanem*, *a veritate alienam*, *ut*, *de mendacio*. Off. I. 42. nihil proficiunt, nisi admodum mentiantur, nec vero est turpius quicquam *vanitate*. - - mercatura - - multis, sine *vanitate* impertiens. Off. III. 14. quod si vituperandi sunt ii, qui reticuerunt; quid de iis existimandum est, qui orationis *vanitatem* adhibuerunt? *de assentatione*: Læl. 25. multi autem Gnathonum similes, cum sint loco, fortuna, fama superiores: horum est assentatio molesta, cum ad *vanitatem* accessit auctoritas. *de errore*: Tusc. III. 1. ita variis imbuimur erroribus, ut *vanitati* veritas, & opinioni confirmatæ natura ipsa cedat.

VANVS, *mendax*. Quint. 6. si *veritate* amicitia, fide societas, pietate propinquitas, colitur; necesse est, qui amicum, socium, affinem,

finem, fama ac fortunis spoliare conatus est, *vanum* se & perfidiosum & impium fateatur.

VAPORARIVM *est hypocaustum, s. fornax, in qua ignis aquæ calefaciendæ in balneis succenditur.* ad Q. Fr. III. 1. *vaporarium*, ex quo ignis erumpit. *vid. Philander ad Vitruv. V.* 10. *Sed Scaliger ad Catull. ep.* 6. *verba:* ex quo ignis erumpit, *pro glossemate habet, & totum locum aliter constituit.*

VARIARE, *ornare, distinguere.* Or. II. 9. oratoris est formare orationem, eamque *variare* & distinguere, quasi quibusdam verborum sententiarumque insignibus. *ibid.* III. 26. *variare* orationem sententiis. *ad Q. Fr. I. 1. severitas *variatur* gratia: *h. e. gratia facit, ut in decernendo prætor æquabilitatem deserat. v. varius, varietas.* *Milon. 3. *variatis* hominum sententiis, *pro* variantibus. *homines enim, sententias & suffragia dicuntur* variare, *cum non in eandem sunt partem. Sic Liv. XXXV.* 31. sub hanc vocem fremitus multitudinis *variantis* fuit, partim assensum partim indignationem. *ad quem locum v. Gronov. ibid.* I. 43. equites vocabantur primi, octoginta inde primæ classis Centuriæ. ibi si *variaret*, quod raro incidebat, ut secundæ classis vocarentur, *int. suffragiis, ut* XXII. 60. ibi cum *sententiis variaretur. Dicuntur etiam sententiæ variari aliqua re, aut res variare sententias, ut ap.* Liv. II. 57. cum timor atque ira invicem sententias *variassent. Sed* sententiæ variatæ *pro* variæ *dici, inusitatum est, ubi nulla fit rei mentio, quæ eas varias effecerit.*

VARICES *sunt venæ intumescentes in cruribus, sed interdum tamen etiam in ventre; de quarum curatione v. Celsum VII.* 31. Tusc. II. 15. *varices* secare.

VARIE, *copiose, ornate.* Or. I. 13. *varie dicere.* * *in foro opponitur τῷ* æquabiliter. Verr. IV. 65. *varie* decernere. * *variis de causis.* Cœl. 2. *varie* objectus est pater.

VARIETAS. Fin. II. 3. *varietas* proprie quidem in disparibus coloribus dicitur, sed transfertur in multa disparia. * *copia in dicendo.* Orat. I. 12. qui discernes eorum, quos nominavi, ubertatem in dicendo & copiam, ab eorum exilitate, qui hac *dicendi varietate* & elegantia non utuntur. *Sed inprimis est tenendus is verbi sensus, qui est* Orat. 30. eaque hanc ipsam habent, quam probo, *varietatem. Nam* varietas *ea, quam Cicero probabat, & quam in oratore commendabat, est apta omnium trium dicendi generum inter se permistio, cum in eadem oratione, ut sæpe fit apud Ciceronem, positis tenuia tenuiter, mediocria temperate, & sublimia magnifice dicere.* * Orat. I. 2. ac ne forte cum aliis studiis, quæ reconditis in artibus, atque *in* quadam *varietate literarum* versentur &c. *ibid.* 3. in philosophia difficile est enumerare, quot viri, quanta scientia, quantaque *in* suis *studiis varietate* & copia fuerint: *ibid.* III. 21. nam neque sine forensibus nervis satis vehemens & gravis, nec sine *varietate doctrinæ* satis politus & sapiens orator esse potest. *Nempe copia literarum* varietas *dicitur, quia e variis*

riis artibus liberalibus oritur. Craſſus oratorem negabat eſſe perfectum poſſe, niſi qui omnibus artibus & literis eruditus ſit. **inconſtantia, infidelitas.* ad Div. X. 18. non ullam rem aliam extimeſcens, quam eandem *varietatem* atque infidelitatem exercitus. * Verrin. III. 3. *varietas* decretorum: *cum in iisdem cauſis non idem decernitur.* * Sext. 34. ſine ulla *varietate* diſceſſio *eſt, cum in eandem omnes omnino ſententiam diſcedunt.* * Domit. 5. frumentum in alias terras, credo, propter *varietatem venditorum* miſerant. *Grævius negat, quid ſit* varietas venditorum, *intelligi poſſe. Itaque acute ſuſpicatur:* propter avaritiam venditorum, *nempe, ut pluris venderent frumentum. quæ fere cauſa eſt, quare aliorſum ruſtici frumentum vehant. Mihi videbatur aliquando*, varietas venditorum *eſſe diverſitas pretii, quam frumento ſtatuunt venditores, cum alii majoris, alii minoris vendere volunt, eamque ob cauſam, h. e. propterea, quod incertum apud ſe eſt pretium, aliorſum mittunt ruſtici frumentum, ubi certum pretium fore ſperant. Eſt proverbium apud latinos de oleariis in Velabro, qui inter ſe ex compoſito conſentire in pretio olei ſolebant, neque alius alio majoris aut minoris vendere.* * varietas rerum *dicitur de rebus adverſis.* ad Div. XV. 7. in omni *rerum mearum varietate* amantiſſimum mei cognovi. *Sed* Domit. 36. cum a tot *rerum* tanta *varietate* divellerer, *eſt pro: a tot ac tantis tamque variis rebus.* * ad Div. VI. 2. in *varietate* adhuc eſt verſata cauſa tua.

VARIVS. Fin. II. 3. *quid proprie ſignificet? cf. varietas.* Verr. V. 19. an hoc probabis, in æqua cauſa populorum ſine pretio *varium jus* & disparem conditionem fuiſſe. Agr. II. 29. fructibus *varius* ager: *cui opponitur* certa fides ſegetis, *apud Horatium.* Varietas agrorum *oritur ex varietate tempeſtatum, quæ contra in nonnullis regionibus certæ ſunt ita ac ſtabiles, ut raro aliter accidant.*

VAS, *dis, obſes, qui cavet populo in cauſa capitis, quæ nempe vel maxime ad populum & remp. ſpectat, unde cauſa publica dicitur. conf. Gronov. Obſ. II. 8.* ad Brut. 18. me pro adoleſcentulo *vadem* accepit respublica. Tuſcul. V. 22. quorum cum alterum *vadem* mortis accepiſſet: alter ut *vadem* ſuum liberaret, præſto fuiſſet ad horam morti deſtinatam. *De quæſtione, an vades ſint etiam rerum privatarum, lege in primis Salmaſ. mod. Uſur. cap. 16. p. 698. ſ. p. 731. ſqq. qui ita eſſe multis disputat. Negat autem & impugnat hanc Salmaſii disputationem Gronov. Obſ. III. 13.* (*unde translata ſunt, quæ ibi disputantur in hanc rem, in notas ad Liv. III. 13.*) *putatque, ex veterum accurate loquentium conſuetudine, vades ſemper dictos in cauſis capitis. Mihi, ſi judicium meum licet interponere, ita videtur:* Vas & præs *antiquiſſimis temporibus de cauſis privatis dicebantur: quod loci Varronis, aliique, a Salmaſio allati, plane conficiunt. Poſtea autem, cum etiam*

etiam in causis publicis, nempe in causis capitis, vades, Liv. l. c. & in causis pecuniæ publicæ, prædes adhiberi cœpti essent, qui populo caverent, sensim mutata est dicendi ratio, & vades prædesque de publicis causis ab accurate loquentibus dicti, præterquam, quod in lite vindiciarum prædes manserunt: itaque apud Ciceronem, Livium aliosque similes reperimus. Neque tamen propterea ita antiqua significatio obliterata fuit, ut non interdum ea homines in scribendo uterentur. Itaque etiam Horatius Serm. I. 1. in causa privata vades commemorat.

VASARIVM. Pis. 35. *pecunia, quæ ex ærario magistratibus in provincias euntibus dabatur, ad comparanda vasa, quibus opus haberent. Vasa autem hic sumuntur latius, pro eo, quod Galli dicunt* meubles. *sed in itinere in provinciam, in militia,* vasa *dicuntur, in urbe* supellex. *v. Salmas. mod. Usur. c. 3. p. 84. & ad Jus Att. p. 455. de vasario conf. Cic. Verr. IV. 5. & ib. Intt.*

VASCVLARII. Verr. IV. 24. *sunt artifices, qui ex auro argentove vasa conficiunt, sed sine crustis & emblematis, qui apud nos Goldschmide vocantur. vid. Salmas. ad Solin. p. 736. Eorum sæpe mentio est in lapidibus. Exempla Indices Gruteriani, Reinesiani, aliique suppeditabunt.*

VASTARE, *inane facere.* Sext. 24. lex erat lata, *vastato* & relicto foro: *expulsi erant enim vi operarum Clodianarum honesti cives, ne legem impedirent.* * Vastari *etiam dicuntur, quæ horrida fiunt incultu.* Nat. D. II. 39. non patiuntur terram stirpium asperitate *vastari: verwildern. Nonius in hoc loco legit* vasteſcere. *quod probat Lambinus temere.*

VASTE. Orat. III. 12. ex quo sic locutum esse ejus patrem judico, non *vaste* -- sed presse. Vaste *est nimis, diducto ore, rustico more, aspere. cf. presse.*

VASTVS, *asper, durus,* Orat. 45. quomodo enim vester axilla ala factus est, nisi fuga literæ *vastioris. ib.* I. 25. ita vultu motuque corporis *vasti* atque agrestes. *vid. Alb. Rubenius ad Liv. XXIV.* 48.

VATICINARI, *delirare, insanire.* ad Div. II. 16. sed ego fortasse *vaticinor,* & hæc omnia meliores habebunt exitus. Sext. 10. qui hæc dicerent, *vaticinari* atque insanire dicebant.

VECTIGAL, *proprie est pecunia, quæ pro vectura solvenda est: sed deinde in genere dictum est pro omni reditu publico e decumis, scriptura & portorio; de quibus suis locis dictum est. De vectigalibus populi Rom. extat doctus cel. P. Burmanni liber, de hoc argumento consulendus.* Attic. V. 21. *vectigal* prætorium, *est pecunia, quam provinciarum civitates dare prætori solent, & a prætoribus, salva lege de repetundis, accipi potest. Quo nomine autem acceperint Prætores eam pecuniam, de eo sic statuunt viri docti, ut dicant, provinciales hanc pecuniam prætori dedisse, ne milites in hiberna recipere cogerentur. v. Intt. ad h. l. & Burm. l. c. c. 12. p. 212. qui hoc onus postea* Epidemeticum *dictum, e Codice Justiniani docet. Locus, ad quem respicit, est L. XII. tit. 40. ubi viden-*

videndus est Cujacius, qui hæc Epidemetica Nov. 129. 134. *& ultima tit. c. lege abrogata docet. Ego autem locis veterum auctorum inductus arbitror, non solum hiberna, sed etiam alias res pecunia redemtas esse, & gratiæ causa plus datum pecuniæ, quam necesse esset. Nempe provinciales, inprimis remotiores, ut vecturæ molestia liberarentur, redimebant frumentum in cellam, quod inde* æstimatum *dicebatur. v. Verr. III.* 81. *sq. conf. in Pison.* 35. *In Cod. Theod.* ærariæ annonæ: *v. Gloss. Nomic. Gothofr. Deinde provinciales, ut auctor est Cicero ad Att. V.* 16. *debebant dare fœnum, ligna & similia ad necessitatem. Pro his, credo, etiam a nonnullis, remotioribus in primis civitatibus, pecunia dabatur. Fuerunt forte etiam tum alia ejus generis: nam postea fuisse e Codic. Theodos. L. VII. non uno titulo & Cod. Justin. L. XII. tit.* 37. *sqq. intelligitur.* Optimum fuerit, intelligere sumtus, quos in cultum prætorum factos ait *Liv. XXXII.* 27. *de M. Catone, Sardiniæ Prætore:* sumtus, quos in cultum prætorum facere socii soliti erant, circumcisi aut sublati. **Huic vectigali simile fuit* vectigal ædiliciorum ad Q. Fr. I. 1. 9. *quod jam breviter definitum est supra in* ædilicius. *Sed usi sumus vocabulo* pecuniæ: *auctoribus viris doctissimis, Manutio ad l. c. Bulengero, Turnebo, aliis: quod negat Cel. Burmannus l. c. rectum esse, neque hos recte veterum ædilium mores considerasse, qui primo (Verr. IV.* 3.) *commodato acceperint ornamenta ludorum a provincialibus, deinde donare res, & bestias venari ad spectacula coëgerint. Loci Ciceronis ad Div. II.* 11. *VIII.* 9. *Att. V. ult. VI.* 1. *quos affert in hanc rem, omnes sunt de bestiis, pantheris; sed eas non imperabat provinciæ civitatibus Cœlius ædilis, sed Ciceronem rogabat, ut sibi mitteret, quod putabat civitates facile venaturas, si intellexissent Ciceroni gratum se facturas. Neque tamen hoc factum postea negem; quamquam sæpe, in primis in Symmachi epistolis, legerim, bestias magistratibus, hominibus privatis, a civitatibus, esse aut sponte, amoris & gratiæ causa, aut rogatu datas, nihil de imperatis. Quare vero de pecunia dubitetur a Burmanno, non video. Audianus ipsum Ciceronem: res erit confecta.* Quantum vero est illud beneficium tuum, quod iniquo & gravi *vectigali ædiliciorum,* magnis nostris simultatibus, Asiam liberasti? enimvero, si unus homo nobilis queritur palam, te, quod edixeris, *ne ad ludos pecuniæ decernerentur* (intell. a civitatibus) HS. CC sibi eripuisse, quanta tandem pecunia penderetur, si omnium nomine, quicumque Romæ ludos facerent, quod erat jam institutum, erogaretur? *Perantiquam autem consuetudinem fuisse, ut ProC. & ProPrætores a provincialibus exigerent pecuniam ad ludos, frustraque sæpe SCtis coërcitam, patet e Livio XL.* 44. **Hinc etiam de reditibus privatorum hominum dicitur, ut in illo:* Parad. 6. magnum *vectigal* parsimonia. *ibid.* ex meo tenui *vectigali.* cf. ad Att. XII. 20. &c.

VECTIGALIS, *e vectigalibus redacta.* Verr. I. 35. *vectigalis* pecunia populi Rom. * vectigales populi *quomodo a stipendiariis s. tributariis differant, dictum est in* stipendiarius.

VEHEMENS, *severus.* Sull. 1. præcipitante republ. *vehementem* me fuisse atque fortem; conservata mitem ac misericordem fatentur.

VEHERE, *passive, de vectore.* Brut. 97. adolescentiam, per medias laudes quasi quadrigis *vehentem. Laudatus est jam in Lexico Fabri hic locus, sed male* Orat. *pro* Brut. *positus est, allatus etiam Gron. ad Liv. II.* 19. *sic etiam, ut recte Gronovius monet,* vectores *pro epibatis, h. e. iis, qui vehuntur, cum sint proprie, qui vehunt, vid. v. c. Cic. Sext.* 64. *sic etiam* prætervehens *pro* prætervectus *est ap. Sueton. Cæs.* 39.

VEHICVLVM. Pis. 25. neglectis *vehiculis* triumphalibus. *Gronoviana* ferculis: *id probabat Abramius.* Vehiculis *autem, præter novitias edd. quasdam, omnes veteres cum MSS. habent, probante P. Victorio, Grutero &c. Ratio mutandi fuit, quod ferculorum frequentior in hac re mentio. Ferculorum autem nomine Abramius contineri dicit vehicula cum spoliis; quod est falsum. In pompis, cum triumphalibus, tum Circensibus, debent discerni vehiculum, ferculum, & tertio spolia aut simulacra, quæ vehuntur. Itaque distingui reperies* thensam & ferculum. *Est autem in pompa Circensi thensa, quod in triumpho vehiculum Sueton. Cæs.* 76. thensam & ferculum Circensi pompa. Ferculum *sufficiebat, aut* thensa, *ut sæpe unum ponitur, sed plenius & accuratius dicere volebat. sic in triumpho* vehiculum & ferculum *promiscue dici potest.* Vehiculum & thensa *est currus,* ferculum *est machina imposita, seu pulpitum, in quo simulacra aut spolia reponuntur. Ita Festus & Ascon. v. Torrent. ad l. c. Scheffer de Re Vehic. II.* 24.

VEL, *exempli causa, ut unum hoc afferam.* ad Div. II. 13. *vel* quas proxime acceperam. *ibid.* IV. 27. amoris tui, quoquo me verto vestigia. *Vel* proxime de Tigellio. **partim.* ad Div. XV. 1. quæ ad me delata sunt, ad vos scribenda putavi: *vel* quod tanta res erat, *vel* quod *&c.*

VELABRVM, *planities inter Capitolium, Palatinum, & Aventinum.* ad Brut. 15. Larentiæ ad aram in *velabro* sacrificium pontifices facere solent. *de velabro v. Donat. Rom. V. & R. II.* 15. 27.

VELATVS. Domit. 47. Nat. D. II. 3. capite *velato. In primo loco est de dedicante, in altero de Decio, se devovente. Itaque non eodem modo accipiendum illud* velare. *Nam dedicantis velamen idem est quod sacrificantis, quod quale sit, e monumentis antiquis apparet, nempe ejusmodi, quod caput, præter os, totum operit; unde* amictus *appellatur Virgil. Æneid. III.* 405. *v. hoc velaminis genus in monumentis & numis ap. Guther. Jur. Pont. II.* 14. *III.* 6. *IV.* 6. *Hujus velationis causam Servius facit hanc ad l. c. Plutarch. Quæst. Rom. T. II. p.* 266. *ne inter sacrificandum verbum male ominatum, temere emissum, ad*

ad aures sacrificantis accideret, & sacra turbaret. In devotione autem velamen (Liv. VIII. 9.) idem est, quod supplicum, hostiarum, nempe, ut est apud Livium I. 32. filum lanæ, vitta, infula. cf. Sueton. Calig. 6.

VELIFICARI, *proprie est vela facere ita, ut vento inflari possint, vela ad ventum excipiendum convertere. hinc* mutare velificationem ad Div. I. 9. *proprie est, vela alio convertere, quia ventus mutatus est. Sed quoniam* ventus & aura *dicuntur metaphorice,* (v. *aura*) velificari *etiam sic dicitur; nempe, ut sit, facere aliquid, quod ad honores, quos cupias, consequendos prosit.* Agr. I. 9. quod si quis vestrum spe ducitur, se posse turbulenta ratione honori *velificari* suo. *Hinc est pro* gratificari. ad Div. VIII. 10. diligenter & caute perscribas, ne aut *velificatus* alicui dicaris &c.

VELITARI, *est pugnare velitum more, de quibus mox. hinc, quia velites levioribus armis pugnant, de leviori dicitur concertatione.* Quint. 22. hæc est iniqua certatio, non illa, qua tu contra Alphenum *velitabaris. Nempe Alphenus, qui se procuratorem Quintii professus erat, tantum impedierat auctionem bonorum Quintii, a Nævio proscriptam, judicium accipere voluerat &c. hæc pugna erat levior, non pertinebat ad caput. Sed Nævius deinde Quintii caput petebat, cum ejus bona sibi ex edicto possessa diceret.*

VELITES, *quod genus militum sit, notum est; nempe quod ante justam aciem telis, hastis pugnat, leviter armatum. de iis, eorum origine, abrogatione &c. v. Lipsium de Milit. R. III. 1. Salmas. R. Mil. 16. Eleganter in hac voce ludit Cicero* ad Div. IX. 20. me autem a te ut scurram *velitem* malis oneratum esse, non molestе tuli. *Est autem lusus in his verbis multiplex, quem interpretes non plene assecuti videntur. Gronovius vidit primo, ludi in voce* malis, *quæ & poma significat, quæ Ciceroni donarat Paetus, & maledicta, convicia. Manutius porro monuit, respici ad morem militarem, quo velites in itinere portabant sarcinas militum. hinc verbum* onerare. *Sed hoc nescio an cuiquam probet. nam nihil de ea re proditum invenio. Calones id fecisse scio, de velitibus nihil hujusmodi legi. Valesius denique, ut ex ejus notis ad Ammianum V. 9. commemorat ad h. l. Grævius, monuit,* scurras *esse parasitos, qui exercitum sequantur, & jocis in conviviis milites delectent. quod, quamquam non negem, etiam in exercitibus scurras fuisse, tamen locus Plautinus non conficit, in quo scurra est* urbanus, *qui opponitur militi, v. Gronov. Sestert. IV. 9. p. 319. neque ratio est, quare hic castrenses potius, quam urbanos scurras, intelligere velimus. Quicquid sit, nemo horum plane explicavit hunc lusum. Videamus, an nos id præstare possimus, & simul exemplum demus explicandorum hujusmodi locorum. Misit Paetus Ciceroni poma, quæ &* mala *dicuntur. Hoc verbum ambiguum est, adeoque joco aptum. Sed ut ambiguitas servaretur, ad-*

bibendam erat etiam verbum huic rei accommodatum. hinc dixit: malis me oneraſti, *pro* malis me donaſti. *Formula* malis onerare *ſignificare poteſt, maledicta plurima in aliquem conjicere, (nam etiam* maledictis aliquem onerare *dicimus) & plurima poma in aliquem conjicere. Utrumque accidere ſolet ſcurris & paraſitis in locupletiorum conviviis, hoc in primis, appoſita menſa ſecunda. Hinc Ciceroni veniebat in mentem ſcribere:* multis malis me tamquam ſcurram oneraſti. *Sed id fit in primis tum, cum paraſitus eſt impudentior, & dicteriis convivas ſæpius laceſſit. Et quia dicimus:* jacere dicta, *tamquam tela & jacula; deinde* velitari & velitatio *in dicteriis jaciendis dicitur, ut ap. Gell. VI.* 11. neque in maledictis adverſus impudentes & improbos *velitandum: cf. Plaut. Aſin. II.* 2. 41. *propterea eleganter dixit,* ſe tamquam velitem ſcurram, *h. e. qui ultro & crebrius impudentiusque maledictis velitatus ſit adverſus Paetum,* malis oneratum eſſe: id ſe autem non moleſte tuliſſe, *quia æquum ſcil. ſit, ut eſt apud Phædrum, ſua exempla æquo animo pati.*

VELIVOLANS navis. Divin. I. 31. *e Poëta.*

VELLE. Att. VI. 3. *num quid vellem,* rogavit. *Eſt formula peregre abeuntium, qua ſua officia, in mandatis literisve perferendis, alicui deferunt.*

VELLICARE, *ſermonibus malevolis carpere & perſtringere.* Balbin. 26. *vellicaret* in circulis Cornelium.

VELVM. Orat. 23. *vela* dare. Tuſc. IV. 4. *vela* facere. *ibid.* 5. *vela* orationis pandere. *hæ formulæ omnes ſignificant, latius & copioſius, quam Dialectici ſolent, diſputare.* * Or. II. 44. ſi ſe dant, & ſua ſponte, quo impellimus, inclinant judices atque propendent: accipio quod datur, & ad id, unde aliquis flatus oſtenditur, *vela* do, Flatus *hic ſumitur, ut* aura, (*v. aura*) *nempe pro ea re, quæ oratorem, quemadmodum flatus auræ in vela incidens in portum devehit navem, ita juvat, ut facilius, quod velit, judicibus perſuadere poſſit. Ea res eſt judicum inclinatio & propenſio, quam vocavit, cum videt orator eos ſua ſponte aliquid quodammodo probare. Cum ergo orator hoc animadvertens, eam rem in primis urget, in eaque augenda & demonſtranda copioſus eſt, dicitur vela dare ad id, unde flatus oſtenditur.* * velis remis, *proverbialiter dicitur de ſumma contentione* ad Q. Fr. II. 14. *Laudatur etiam ex* Off. III. 3. velis equisque: *ſed legendum eſt,* viris equisque, *ut eſt in melioribus edd.*

VENA. Nat. D. II. 55. *vena cava,* quæ a jecore ad cor pertinet. * *pro arteria.* Fat. 8. ſi cui *venæ* ſic moventur, is habet febrem. conf. Div. II. 70. *vid. Lex. Fabr.* * Orat. I. 52. *venas* tenere cujusque generis, ætatis &c. *h. e. receſſus animorum, opiniones, propenſiones &c. cuique generi, ætati, uſitatas, ducta metaphora a venis metalli ſubterraneis. Div. I.* 51.

VENALITII. Or. 70. neque me divitiæ movent, quibus omnes Africanos & Lælios multi *venalitii*

litii mercatoresque superarunt. Venalitii *sunt mangones, qui homines venales habent, unde familiæ venalitiæ: dicuntur etiam* venalitiarii. *Itaque & hanc vocem quippe notiorem in hoc genere, hic reponere volebat Lambinus, recte propterea reprehensus a Torrentio ad Sueton. Aug. c.* 42.

VENARI, *excogitare, investigare, studiose consectari.* Orat. II. 34. nosse regiones, intra quas *venere*, perveſtiges, quod quæras. Att. XVI. 7. ἀθανασίαν *venaris.*

VENATOR. N. D. I. 30. physicus, speculator, *venatorque* naturæ.

VENDERE, *laudare aliquid.* Att. XIII. 12. Ligarianam præclare *vendidisti: h. e. laudando, ut legatur ab hominibus, fecisti. cf. venditare.* * *corrumpi se ab aliquo pati.* Har. R. 22. *vendere* se alicui.

VENDIBILIS, *probabilis.* Brut. 47. orator *vendibilis.* Læl. 25. oratio *vendibilis.*

VENDITARE, *ostentare, jactare.* Sull. 10. ita illos se audituros, quibus se *venditabat.* Verr. III. 58. *venditare* se existimationi hominum. conf. ad Div. VIII. 16. Phil. VIII. 10. Har. R. 23. *ubi vid. Græv. Ductum est a mercatoribus, qui laudandis mercibus emtores alliciunt.*

VENDITATIO, *jactatio, ostentatio.* Tusc. II. 26. laudabilia sine *venditatione* facere. Læl. 23. virtus *venditatio* quædam esse dicitur.

VENENVM. Clu. 54. qui *venenum malum* fecit, *est venefícus, qui & spargere venena dicitur* Catil. II. 10. *dicit autem venenum malum, quia venenum est medium verbum, quod pro succis etiam dicitur, ut* venenum Tyrium *pro purpura apud Virgilium.*

VENERARI, *proprie dicitur de cultu & honore Deorum.* Phil. X. 2. quos omnes pæne *venerari* debemus.

VENERIVS. *jactus in ludo talorum.* Div. I. 13. *v. talus.*

VENERII. in Cæcil. 17. *vid. Græv. ad h. l. & Ind. hist. in Venus.*

VENIA. Or. II. 48. vix ut mihi tenuis quædam daretur *venia* excusationis, quod tamen eum defenderem, qui mihi quæstor fuisset. *Sed est* veniam dare *etiam simpliciter pro rogata facere,* ad Q. Fr. III. 1. tibi petenti *veniam* non *dedit.* cf. Att. V. ult.

VENIRE. Att. XIV. 1. *in sermonem* se post idus Martias, præterquam Lepidi, *venisse* neminis. Tusc. II. 19. *venit* Epicurus, homo minime malus--tantum monet, quantum intelligit: neglige, inquit, dolorem.

VENTILARE, *vento faciendo excitare, v. c. ignem: deinde metaphorice, commovere animos, irritare. nam &* ventus *sic dicitur, ut mox demonstrabitur.* Flacc. 23. cujus lingua, quasi flabello seditionis, *ventilata* est concio. *de hoc verbo laudat Drakenborch. ad Sil. XVII.* 705. *disputationem Gothofredi ad Cod. Theod. L. V. de malef. & mathemat. sed in ea nihil ad locum Silii facit. Est ad L. IX. tit.* 16. *l.* 5. *T. III. p.* 132. *ed. Ritter. Sic verbum* ventilare *etiam laudatur in Lexic. Fabri Cod. Just. L. VI. eod. tit. Ceterum Gothofredus etiam l. c. verbum*

ventilare *in loco Ciceroniano interpretatur, impellere & agitare, atque hinc fortasse explicari legem putat posse, in qua ventilare de maleficis & mathematicis dicitur. Neque mihi dubium est, quin ibi* ventilare *sit referendum,* ad vitas insontium, *& significet* vexare. *Nam quod in priore parte disputationis de præstigiis magicis in ciendis manibus interpretatur, potest forte* ventilare *de iis propter gesticulationes dici, sed non dicuntur magi h. l.* ventilando ciere manes, *verum* manibus accitis ventilare: *quid igitur, nisi* vitas hominum? *Accedit illud, quod præstigiæ & magicæ artes, ut ex l. 9. intelligitur, non propter se, sed propter noxam prohibitæ sunt. nam in ea lege usus innoxius permittitur. conf. Cod. Justin. l. c. l. 4.* Ventilare *autem* pro vexare *apud posterioris ævi scriptores non raro dicitur. vid. Fresne in Glossario Lat. in v. ventilare. Sed hæc obiter dicta sunto.*

VENTITARE, *de discentibus, magistrum frequenter adeuntibus.* Leg. I. 4. juri studere te memini, cum ipse etiam ad Scævolam *ventitarem.*

VENTRICVLVS. Nat. D. II. 55. *ventriculus* cordis: *est cavitas, quo sanguis concipitur.*

VENTOSVS, *inanis, levis, vanus.* ad Div. XI. 9. rogo te, ad hominem *ventosissimum* Lepidum mittas. Phil. XI. 7. imperium extraordinarium est populare & *ventosum,* non gravitatis nostræ, non hujus ordinis.

VENTVS. *venti quoniam in mari duplex vis est, altera, qua propellit naves & celerius in portum defert; altera, qua mare commovet & perturbat: hinc etiam metaphorice duobus modis dicitur. Primo* ventus *dicitur, ut* aura popularis, *pro plausu populari, quatenus is ad honores consequendos valet, atque adeo pro omnibus rebus, quatenus hanc vim habent. Locus classicus est* Cluent. 47. verum omnes intelligimus, in istis subscriptionibus censoriis *ventum* quendam popularem esse quæsitum. *idem paullo post sic expressit:* res enim indicat, nihil censores habuisse cogniti, nihil comperti: ex tota subscriptione *rumorem* quendam & *plausum popularem* esse quæsitum. *hoc idem est, quod c. 28. dixit:* oblatam sibi facultatem putavit, ut ex invidia senatoria posset *crescere.* ad Div. II. 6. *cum commemorasset quibus subsidiis Milo esset ad consulatum petendum instructus, bonorum studium e tribunatu, propter causam Ciceronis, vulgi propter munera in ædilitate, suffragia juventutis & gratiosorum, Ciceronis suffragationem, hæc petitionis subsidia* ventos *appellat:* dux & auctor nobis opus est, & eorum *ventorum,* quos proposui, moderator quidam & gubernator. * *deinde* ventus *dicitur, de rebus ad commovendas conciones populi & seditiones idoneis, de invidia alicui apud populum facta.* Sull. 14. *ventus* in optimum quemque excitatus. *Sic capio locum* Cluent. 28. Quintius, homo maxime popularis, qui omnes rumorum & concionum *ventos* colligere consuesset: *non sc. de plausu, ut Sylvius, nec de rebus, quæ in concionibus*

nibus dicuntur & aguntur solis, ut Grævius: quamquam non sunt ab hoc vento excludendæ; iis enim utuntur homines populares ad conciones incitandas, & hinc Gron. Sest. IV. 9. per hæc verba interpretatur hominem concionalem ap. Liv. III. ult. sed de rebus quibuscunque, ad incitandos homines, plebejos, in primisque conciones, idoneis. Hujusmodi ergo res studiose captabat popularis homo, quibus conciones commovere, & ita aliis invidiam faciendo ipse crescere posset. Neque vero ventus, quem Quintius eo tempore collegerat, & quo de agitur, erat res in concione acta, sed in judicio, verum valde accommodata, ad populum contra judicia Senatoria incitandum. Atque hanc interpretationem ipsius comparationis ratio confirmat. vid. Cluent. 40. extr. * Est etiam pro fama, quatenus aliquam similitudinem cum vento habet. ad Div. VIII. 8. magna illico fama surrexit, & de damnatione ferventer loqui est cœptum. quo vento projicitur Appius minor, ut indicet &c. * fortuna. Att. II. 1. Cæsarem, cujus nunc venti valde sunt secundi, meliorem reddo. ad Div. XII. 25. quicunque venti erunt, ars certe nostra non aberit.

VENUSTAS, jocus, facetiæ, dicteria. Flacc. 31. ne tum quidem hominum venustatem & facetias perspicere potuisti. Sic Dom. 34. sermo urbanus & venustus. * Off. I. 36. venustatem muliebrem dicere debemus, dignitatem virilem pulchritudinem.

VERBENA. Verr. IV. 50. sacerdotes cum infulis & verbenis præsto mihi fuerunt. De variis significationibus hujus verbi videndus, quem alii jam laudarunt, Servius ad Virg. Eclog. 8. 65. Æn. XII. 120. Hic intelligendi sunt rami olivæ, de quibus dici verbenas auctor est Servius ll. cc. ad Æn. III. 24. myrtus inter verbenas ab eo ponitur. Ovid. A. A. II. 401. inducit Chrysen cum lauro & vittis. Nempe sacerdotes habitu supplicum præsto fuere Ciceroni, ut ex infulis apparet. Supplices autem præferre εἰρεσιώνας, ramos olivæ, tralatitium est.

VERBERARE. Phil. VIII. 7. verberare oppidum tormentis. * ad Div. XVI. 26. verberavi te cogitationis convicio. Sic & verbera poëtis dicta. v. Broukh. ad Prop. I. 3. 18. * vexare, negotium facessere. Orat. III. 21. vulgaris orator, si minus erit doctus, attamen in dicendo exercitatus, hac ipsa exercitatione communi istos quidem nostros verberabit, neque se ab iis contemni ac despici sinet.

VERBERATIO. ad Div. XVI. 27. mirificam verberationem cessationis mihi dedisti.

VERBVM. verba facere tribus modis est apud Ciceronem. primus est, cum de oratore dicitur; qui est vulgatissimus: alter de magistratu referente ad Senatum, estque verbum solenne in SCtis, pro quo Græci dicunt λέγειν. ad Divers. VIII. 8. quod M. Marcellus Consul V. F. (verba fecit) de provinciis Consularibus. vid. Brisson. de formul. L. II. p. 193. Græcum λέγειν de relatione ad populum est in psephismatibus. vid. v. c. Demosth. de Coron. c. 9. tertius est de recitante formulam dedi-

dedicationis Dom. 46. si is Q. Cæpionis, inimici sui, postem ædium tenuisset, & pauca *verba fecisset*, ædes Cæpionis essent dedicatæ. * Dom. 52. verba *cadunt*, *de eo, qui verbum præ perturbatione animi proloqui nullum potest, aut obmutescit.* * Tusc. II. 12. *verbo* de sententia destitit: *h. e. paucis monitus, facile cessit.* * Att. XVI. 11. suavium *meis verbis* des. * verba vocat *etiam formulam*, *quam prætor præscribit judicibus, ut ex ea judicent.* Quint. 20. judicium accepit *in verba* &c. *& sic sæpe.*

VERE, *sine dissimulatione.* Or. II. 86. si *vere* agere volueris, omnia tibi relinquo: sin dissimulare &c.

VERGERE, *niti*, *tendere.* Nat. D. II. 45. omnibus partibus terræ in medium *vergentibus.* * *spectare.* Phil. XI. 11. Bruti auxilium ad Italiam *vergere*, quam ad Asiam maluissemus.

VERIDICVS, *verus.* Flacc. 32. *veridicæ* causæ inimicitiarum. Div. I. 45. *veridicæ* voces ex occulto missæ. *Non ergo poëtis proprium hoc vocabulum.*

VERISIMILIS, *sequente* ut. Verr. IV. 6. *verisimile* non est, *ut* ille homo *&c.*

VERITAS. *ante*, *quam*, *quæ de hoc verbo e Cicerone dicere constitui, proferam, tironum causa, dicere attinet, quid intersit inter* veritatem *&* verum. *Nam homines nostri, Germanica ratione decepti, sæpe* veritatem *dicunt, ubi* verum *dicere debebant. tamquam;* veritates novas invenire, veritatem dicere &c. *Regula ergo hæc est:* Veritas *dicitur, ut philosophi loquuntur, abstracte, h. e. de vero, quatenus cogitatione sejungitur a rebus, factis, dictis, quibus inest. Sic latine dicitur:* amans veritatis, studium veritatis, investigatio veritatis, veritas in puteo latet *&c. quæ omnia sunt Ciceroniana. nam in his non agitur de certo facto, dicto &c. quod verum sit, sed de vero per se. In his omnibus autem &* veritas *&* verum *recte dicitur.* Verum *autem etiam concrete dicitur, h. e. cum vox Germanica die Wahrheit significat verum factum, dictum &c. in quibus nunquam* veritas *dicitur, sed semper* verum: *ut*, verum dicere, verum narrare *&c. Neque turbare quemquam debent exempla, in quibus aliter esse videtur, ut* Inv. I. 36. quæ perspicuam omnibus continet *veritatem* assumtio, nihil indiget approbationis. *Nam in his quoque verbis* veritas *abstracte dicitur hoc sensu: cujus assumtionis veritas omnibus appareat.* * Veritas *interdum est* necessitas *& opponitur casui fortuito.* Div. I. 13. num *casu* factum esse potest, quod omnes numeros *veritatis* habet. Nat. D. I. 20. æterna *veritas.* * *certitudo.* Nat. D. I. 22. persuaderi mihi non solum *opinione*, sed etiam ad *veritatem* plane velim. * *æquitas*, *justitia.* Act. I. Verr. 1. *veritas* judiciorum. ad Div. VIII. 6. si ad summam *veritatem* jus legitimum exegeris. * *Sic interpretantur etiam v. c. locum* Muren. 29. paullo asperior ac durior, quam *veritas* aut natura patiatur. *male. nam in hoc, & similibus locis,* veritas *eleganter dicitur de re ipsa, vera rei ratione. duriorem ergo dicit esse*

Cato-

Catonem, quam res ipsa, vera rei ratio, patiatur. Sic ad Div. VI. 1. quam *veritas* & ratio præscribit. *v. Græv. ad h. l.* Parad. 5. *extr.* ratio & *veritas* ipsa convincit. *Sic adjectivo* verum *usus est Horat. serm. I.* 3. 96. quis paria esse fere placuit peccata, laborant, cum ventum ad *verum* est. *Sensus* moresque repugnant: *ubi male* æquum *interpretantur. In ea verba commentarius est in his verbis Ciceronis.* Fin. IV. - - quæ mirifice primo dici videntur, *considerata* minus probantur. Sensus enim cujusque & *natura rerum*, atque ipsa *veritas* reclamat quodammodo, non posse se adduci, ut inter eas res nihil interesset. *Sed plura exempla addamus.* Or. I. 17. videamus, ne plus oratori tribuas, quam res & *veritas* ipsa concedat. *ib.* 33. probo ista, ut causa aliqua posita consimili earum causarum, quæ in forum deferuntur, dicatis quam maxime ad *veritatem* accommodate: *nempe ut vera res & causa, non ficta agi videatur.* Or. III. 57. *veritas* vincit imitationem. *ibid.* 17. actio *veritatis* plena. Inv. II. 1. *veritas* transfertur ex animali exemplo in mutum simulacrum. Orat. I. 34. commentatio inclusa in *veritatis* lucem proferenda est; h. e. *in veris causis in foro adhibenda. Sic*, II. 19. *rhetor dicitur* expers veritatis, *quia in umbra scholæ dicit, & docet, non agit veras causas. ibid.* I. 51. qui tolerabiliores volunt esse, & ad *veritatem* vitæ propius accedere, permediocres ac potius leves motus animi esse dicunt.

VERMICVLATVS. Or. III. 43. nullum verbum, nisi loco positum, & structum tamquam in emblemate *vermiculato. Quid sit* vermiculatum, *de eo non consentiunt Viri docti. Alii enim interpretantur, minutis tesserulis, tanquam vermiculis, structum & variegatum: alii cocco tinctum, quod color coccineus fit e vermiculis, qui sunt in bacca cocci, vermiculus etiam ipse & vermiculum pro cocco dicitur. hanc sententiam protulit & defendit Salmasius ad Solin. p.* 192. 854. *sequitur eum Harduinus ad Plin. H. N. XXXVI.* 6. *videtur etiam probare Bochartus Hierozoic. T. II. L. IV.* 27. *Sed ut sententia Salmasiana non sit sine specie, &* vermiculatum *esse possit cocco tinctum; tamen altera est verosimilior, & loco Ciceroniano & Pliniano accommodatior. Primo si* vermiculatum *in hac re de colore diceretur, consequens esset, ut aut omnes illi lapilli coccinei fuissent, quod nemo sibi persuaderi patietur: fuerunt enim diversorum colorum, ut effigies rerum & animalium exhiberentur: aut* vermiculatum *esset in genere coloratum; quod probari nemini poterit, nec Salmasio in mentem venit credere, aut demonstrare. Accedit id, quod rem conficit, ap. Plinium, loco mox citando, tradi, crustas marmoris in opere vermiculato sub Claudio demum cœpisse pingi. Deinde in locis, ubi hoc verbum occurrit, clarissime apparet, non respici ad colorem lapillorum, sed ad structuram & dispositionem eorum. Oratio a Lucilio & Cicerone comparatur cum vermiculato opere, non ratione or-*

namentorum, quibus quasi coloribus illuminata & picta est; sed ratione structuræ verborum artificiosæ: unde & vermiculum sternere *in inscr. ap. Murator. T. I. p. 314. n. 2. Sic apud Plin. H. N. XXXV. 1.* vermiculatæ ad effigies rerum & animalium crustæ, *non possunt profecto esse coccineæ, aut colore tinctæ, sed ita dispositæ, ut effigies rerum & animalium exhibeantur. Tertio, quod negat Salmasius,* vermiculatum *a vermibus dici posse, quod nulla similitudo sit inter lapillos illos in opere vermiculato & vermes, cum lapilli illi quadrati fuerint: primo, etiam grana non sunt quadrata, & tamen lapillos illos grana dici scimus, unde & Græci* κονδροβολίαν *dicunt,* ἀπὸ τῆς κόνδρου, *grano; deinde vermiculatum non est minutum, sed ex minutis lapillis per varios tortuososque flexus structum & compositum, in quo profecto est quædam cum vermiculis similitudo, eorumque motu. Sic* vermina *dicebantur dolores, qui Græce* τρόφοι, *post tormina dicebantur, a minato motu, quasi a vermibus corpus scinderetur, ut auctor est Festus. Cetera de operibus vermiculatis v. Casaub. ad Sueton. Cæs. 46. Scalig. ad Manilium p. 411. Ciampin. Oper. Musiv. c. 10. S. Sponii Miscell. Erud. Ant. Sect. II. artic. 8.*

VERNACVLVS, *est proprie domi natus, a verna, qui est servus domi natus; unde quicquid domesticum, domo allatum dicitur, id etiam vernaculum dici potest.* Or. III. 24. *Crassus de ædilitate sua:* opus est rebus exquisitis undique, & collectis, arcessitis, comportatis, ut tibi, Cæsar, faciendum est ad annum; ut ego in ædilitate laboravi, quod quotidianis & *vernaculis* rebus satisfacere me posse huic populo non putabam. Verr. III. 61. crimen domesticum & *vernaculum: h. e. fictum ab accusatore.* * *hinc* vernaculum *dicitur pro nativo, genuino, urbi Romanæ proprio.* Div. IX. 15. imago *vernaculæ* festivitatis. Brut. 46. Tincam non minus multa ridicule dicentem Granius obruebat nescio quo sapore *vernaculo.*

VERO, *est affirmantis, pro recte, item concedentis.* Div. I. 47. *vero,* mea puella, cedo tibi sedes meas. Muren. 31. in sententia permaneto. *Vero:* nisi sententiam alia vicerit melior. Leg. I. 23. *vero* facis & merito. * & vero *est* atque adeo. Att. XVI. 17. quod sæpe præsens & illi ostendisti, *& vero* etiam mihi. Muren. 22. qui & per se, & per suos, *& vero* etiam per alienos defendatur. * ad Div. IV. 6. ego *vero,* Servi, vellem &c. ad Q. Fr. II. 9. quod me admones de nostra Urania - - - - ego *vero* memini. *Cæveant tirones, ne putent* vero *jungi posse* τῷ ego *aut alii pronomini ab initio, nisi aliquid præcesserit, ad quod referatur. Inservit enim hoc* vero *responsionibus.*

VERRVNCARE, *vertere, ut* averruncare *est avertere.* Div. I. 2. hæc bene *verruncent* populo. *laudant viri docti Gronov. ad Liv. XXIX. 27. qui ibi hanc formam loquendi Livio restituit.*

VERSARE. Cæl. 6. *versare* suam naturam: *int. in omnes partes, prout opus, ut recte maleve facias.* Verr. I. 51. *versare* se, *est hominis anxie, quid agat, quærentis.* Or. 9. causas

causas *versare* in judiciis, *de oratore, qui vario & multiplici copioso que dicendi genere agere causas potest. Opponitur enim historico, qui res gestas narrat, non ornat & auget. unde autem sic dicatur, docet locus* Or. 40. *versare* sæpe multis modis eandem rem. *Sed* Fin. IV. 20. verba versare, *dicitur de eo, qui, cum obtinere aliquid non potest, in verbis quædam mutat.* * *decipere.* Læl. 26. hodie me *versaris* atque lusoris lautissime. *v. Græv. ad h. l.*

VERSARI. Tusc. I. 44. hæc *versantur* in errore. ad Div. XIII. 10. *versatur* in hoc studio nostro *cum ingenio.* Verr. III. 76. hærere homo, *versari*, rubere: *de eo, qui nescit, quid agat.*

VERSICVLVS. Mil. 26. Leg. II. 6. unus *versiculus* Senatus, *est illa formula: videant Coss. ne quid detrimenti capiat resp.*

VERSVRA, *est sumtio pecuniæ mutuæ: unde duæ formæ loquendi; quarum alteram & nunc quidam male intelligunt. Prima est* Cœl. 6. Font. 1. Verr. II. 76. Flacc. 20. *versuram facere* ab aliquo, *quæ significat simpliciter, pecuniam ab aliquo sumere mutuam. altera est* Att. V. 1. *versura* facta *solvere.* Tusc. I. 42. sine *versura dissolvere: h. e. debitum solvere ita, ut ab alio sumas. v. Gronov. Sestert. p. 535.*

VERSVS. *adv.* ad Div. IV. 21. *in* Italiam *versus.* Læl. 25. *in* forum *versus. v. C. Langius ad h. l. & Manut. ad Div. VIII. 15. sed cautio est in hac forma, ne eam iis locis obtrudamus, ubi* versus *est participium. de quo v. Duker. ad Liv. XXXVIII. 51.*

VERSVTVS *quis dicatur?* Nat. D. III. 10. cf. Fin. II. 17. III. 1.

VERVS, *æquus.* Quint. 5. *verum* fuit postulare? cf. Leg. II. 5. 7. &c.

VERVMTAMEN, *eleganter post parenthesin pro* igitur. ad Div. V. *ult.* puto mea nonnihil interesse, (quamquam id ipsum quid interfit, non intelligo) *verumtamen*, quicquid illinc nunciatum sit, non &c. ad Att. I. 10. cum essem in Tusculano, (erit hoc tibi pro illo tuo, cum essem in Ceramico) *verumtamen* cum ibi essem. *Sic accipe igitur etiam* Verr. I. 50. qua potestate iste permissa, ut ex C. Fannio & ex Q. Tadio cognovistis; *verumtamen* cum esset in omnibus rebus &c. *in quo loco mire se torsit Hotomannus: Manutius autem intelligit* dicam: *quod non opus est, neque in hoc loco, neque in eo, quem attulit ad h. l. ex* Verr. II. 11. *ubi est simpliciter pro* sed, verum.

VESCI, *largiter frui.* Fin. V. 20. si posset paratissimis *vesci* voluptatibus.

VESTIBVLVM. Or. 15. *vestibula* aditusque ad causam faciat illustres.

VESTIRE. Verr. IV. 55. *vestire* parietes tabulis. Or. I. 31. inventa *vestire* atque ornare oratione. Nat. D. II. 53. montes *vestiti* & silvestres.

VESTIS, *sæpe simpliciter positum de veste stragula, peristromatis tricliniorum accipiendum: idque e contextu, ex epitheto,* v. c. pretiosa, *ab attendentibus facile potest intelligi.* v. c. Phil. II. 27. *vestis* pretiosa. Verr. II. 72. *vestis* Melitensis. *Hoc monendum putavi,*

vi, quia usu didici, tirones in hoc verbo intelligendo interdum hærere, aut a vero aberrare.

VETVS. Verrin. III. 93. *vetus* innocentia: *h. e. vera, magna, qualis apud majores fuit.*

VETVSTAS, *diuturnitas.* ad Attic. XIV. 9. nam mori millies præstitit, quam hæc pati, quæ videntur habitura *vetustatem.* * *calliditas.* Quint. 22. ingenio, *vetustate,* artificio tu facile viciſti.

VEXARE. Roſc. A. 49. *vexare* bona fortunasque noſtras: h. e. *inſidiari iis.* ad Div. XIV. 2. & valetudinem iſtam infirmam, ſi me amas, noli *vexare:* h. e. *affligere, non parcere ei.* Nat. D. II. 29. locus a veſtris valde *vexatus: contra quem valde disputatis, quem valde reprehenditis disputando. cf. Gron. Obſ. III.* 4.

VEXILLVM, *velum purpureum, quod eſt apud ducem, & ab eo proponitur ad ſignum futuræ pugnæ dandum. cf. Lipſ. de Milit. R. IV.* 12. *ſed proponebatur etiam vexillum in delectu militari habendo. hinc illa:* Attic. X. 15. *vexillo* opus eſt; convolabunt. Phil. I. 11. num quando civibus perditis *vexillum,* quo concurrant, defuturum putatis? *cf. Lipſ. l. c. I.* 3. *& Reineſ. ad Inſcript. p.* 340. *ubi memoratur* vexillum rubeum in arce poſitum *delectus cauſa. Etiam in coloniis deducendis vexillum tollebatur & præferebatur.* Agr. II. 32. *vexillum* coloniæ. Phil. II. 40. Caſilinum coloniam deduxiſti, -- ut *vexillum* tolleres, & aratrum circumduceres. *ubi vid. Abramius.*

VIA. Prov. Conſ. 2. *via* militaris; *eſt via lata & ſtrata, per quam Imperatores ducunt exercitus ad mare, ut navibus trajiciantur, aut in provincias. vid. Hotomann. ad h. l. inprimisque Bergierius de Viis Rom. publicis, III.* 54. * *methodus.* Orat. I. 19. dicendi ratio ac *via.* Fin. II. 1. *via* & ratione disputare. * *hinc* Div. II. 1. *vias* optimarum *artium* tradere, *pro ipſis artibus, quæ via & ratione traduntur.* * *ratio & modus & occaſio alicujus rei conſequendæ, perficiendæve.* Verr. III. 94. auctoritate *viam* patefacere illuſtrem. ad Div. IV. 13. omnes *vias* perſequar, quibus putabo, ad id, quod volumus, pervenire poſſe. ad Q. Fr. I. 1. omnes *vias pecuniæ* norunt. Joſeph. Ant. VI. 1. 2. μηχανὴν καὶ πόρον τῆς ἀπαλλαγῆς ἐζήτων. * *elegans eſt illud* ad Att. II. 19. ego autem neque pugno cum illa cauſa, -- neque approbo -- utor *via:* h. e. *ſingulari arte aliqua medium teneo, ut neque improbem, neque probare videar.*

VIATICVM, *pecunia, quæ ex ærario datur ad magiſtratibus provincialibus, quæſtoribus, legatis, inſtrumenta itineris comparanda, ut tabernacula, multos, &c. dabatur autem pecunia redemtoribus, qui hæc viæ inſtrumenta curarent.* ad Div. XII. 3. *v. Sigon. Ant. Jur. Provinc. III.* 11. *Caſaub. ad Theophr. c.* 11.

VIATOR, *miniſter magiſtratuum, quo utuntur, ad homines arceſſendos.* Cato 16. a villa in ſenatum arceſſebantur & Curius & ceteri ſenes: ex quo, qui eos arceſſebant, *viatores* dicti ſunt. *quæ fere ad verbum repetiit Columell. R. R. præf. h. l. & Plin. H. N. XVIII.* 3. cf. Vatin. 7. Font. 13. *v. Si-*

v. Sigon. Ant. Jur. C. R. II. 15. *& Burm. ad Petron. c.* 97. Viatorum decuriæ *occurrunt in inscriptione ap. Murator. T. I. p.* 581.

VIBRARE, *proprie est cum magna vi & celeritate projicere, ut contorquere.* Or. II. 80. atque ejusmodi debet esse prolusio, non ut Samnitum, qui *vibrant* hastas ante pugnam, quibus in pugnando nihil utuntur. * *hinc, ut* contortum, *sic* vibrans *passive* (*v. Heinsi. ad Sil. I.* 539.) *per metaphoram dicitur pro incitatus, vehemens.* Brut. 95. *vibrans* & incitata oratio. Orat. 70. *extr.* Demosthenis non tam *vibrarent* fulmina illa, nisi numeris contorta ferrentur. * *est etiam pro* micare. Acad. IV. 33. mare cum a sole collucet & albescit, & *vibrat; nempe propter illas celeres agitationes aquæ & tremores. nam & micare est proprie de celeri & tremulo motu, qui est in luce. vid. Drakenb. ad Sil. IV.* 156.

VICANVS. *qui in vico habitat.* Flacc. 3. Timolites *vicanus. v. Græv. ad h. l. Sed* Div. I. 58. *vicani* haruspices, *sunt, qui in viceis versantur, eosque pervagantur, quæstus causa, ut in circis æstrologi.*

VICARIVS, *servus servi lautioris, de peculio emtus, unde & peculii pars.* Verr. I. 36. homines (*servi*) alii redditi, alii etiam nunc retinentur; peculia omnium *vicariique* retinentur. *ibid.* III. 38. hic Diognotus *vicarium* nullum habet, nihil omnino peculii. *Sed in universum dicitur de omnibus, qui alterius loco operam præstant: sic procurator & cognitor dicitur* alieni jurius *vicarius* Cæcin. 20. *& successorem suum Cicero appellat* Mur. 37. *vicarium* suæ diligentiæ &c.

VICEM, *periculum, calamitatem, injuriam.* Verr. I. 44. alienam *vicem* pro sua injuria dolere, *& sic est sæpe.* * *locum.* Leg. II. 19. heredum causa (*suscipiendorum sacrorum*) justissima est. nulla est enim persona, quæ ad *vicem* mortui propius accedat. * *modo, more.* Attic. X. 8. nisi forte me Sardanapali *vicem* in lectulo mori malle censueris. *Grævius autem habet* vice: *quamquam & ipse in Codd. reperit* vicem, *neque est contra Latinorum consuetudinem, qui sic accusativo utuntur & nude, & adjecta præpositione,* in. *Gellius X.* 3. Gracchus non querentis, nec implorantis, sed nunciantis *vicem* - inquit. *Et amat Gellius sic ponere, ut monet Gron. ad X.* 25. *Contra addit Suetonius* Claud. 7. præsedit *in* Caji *vicem.*

VICESIMA. Att. II. 16. agro Campano diviso, quod vectigal supereſt domesticum, præter *vicesimam? est autem vicesima pars pecuniæ, qua vendi posset servus, qui manumittitur Liv. VII.* 16. *de ea Græv. ad h. l. laudavit Lipsi. ad Tacit. Ann. XIII.* 31. *sed Grævius male huc refert etiam vicesimam e servis venditis; in quo non satis inspexit illum ipsum, quem laudat, Lipsium, qui docet, antiquissimam esse vicesimam manumissionum, & de ea a Cicerone agi l. c. vectigal autem e servis venditis primo quoad numerum incertum esse, deinde ab Augusto institutum. cf. Magnit. Rom. II.* 4. *Ergo de vicesima manumissionum tantum sermo est. cf. Cujac. Obs.*

IX. 24. *inpr. Burm. de Vectigal. c.* 10. * Verr. II. 75. ſcribit HS. LX. ſocios perdidiſſe ex *viceſima portorii* Syracuſis. Viceſima portorii *eſt ipſum portorium, cujus nomine dabatur viceſima pars rerum, quæ exportabantur. Ceterum male huc refert Hotomannus aurum viceſimarium, quod fuit e viceſimis manumiſſionum, non portorii, ut vidit Lipſius ad Tacit. loc. cit.*

VICISSITVDO. *permiſtio & confuſio.* Nat. D. II. 33. *viciſſitudine* quatuor generum corporum mundi continuata natura eſt.

VICTORIA, *de eo, qui cauſam in judicio obtinet.* Act. I. Verrin. 14. ſe avariſſimi hominis cupiditati ſatis facere poſſe, nocentiſſimæ *victoriæ* non poſſe.

VICTORIATVS. Font. 5. *numus Victoriæ imagine ſignatus, de quo Plin. H. N. XXXIII.* 3. *valuit duos ſeſtertios.*

VICTRIX. Attic. V. 21. quo die literæ *victrices* Caſſii in ſenatu recitatæ ſunt: *h. e. nunciæ victoriæ.*

VIDELICET, *videre licet, ſcito.* Attic. V. 11. Brundiſio quæ tibi epiſtolæ redditæ ſunt ſine mea, tum *videlicet datas*, cum ego me non belle haberem. *Scil. intelligendum eſt* eſſe. *Eſt enim apud veteres interdum* videlicet *cum infinitivo. v. Græv. ad h. l. Plautus Aſinar. III.* 3. *videlicet Solonem*, leges ut conſcribat; *quem locum vindicat Gronov. Obſ. III.* 9. *p.* 509. *cf. ſcilicet.*

VIDERE, *cogitare, in animo habere.* Or. I. 62. majus quiddam *videbam.* * *conſiderare.* Cluent. 58. cum hæc ſunt *videnda.* * *explicare.* Verr. II. 61. alio loco de -- *videro.* * *conſilio aliquo uti, ſequi aliquid.* Flacc. 14. *videt* aliud. * *curare, & variis quidem modis.* Att. XIV. 11. hæc fortuna *viderit. ib.* X. 7. cum Philotimo *videbis. ib.* V. 1. ut prandium nobis *videret.* Tuſc. III. 19. aliquid *videamus* & cibi. Quint. 17. *viderint* iſta officia boni viri. * *imperativus & conjunctivus ponitur pro* vereor: *quæ eſt elegans ratio, ſub ſpecie dubitationis, & judicium alteri relinquendi, ſuam ſententiam dicendi.* Roſc. A. 48. *videant*, ne ſit &c. Tuſc. II. 18. *vide*, ne non ſit hoc proprium nomen virtuti. Div. II. 4. *vide*, ne nulla ſit divinatio. cf. ad Div. XI. 12. XVI. 26. *reperitur tamen etiam participium ſic:* Offic. I. 19. itaque *videndum* eſt, ne non ſatis ſit id *&c.* ad Diverſ. XIV. 14. *videndum* eſt, ut honeſte vos eſſe poſſitis. * *cavere.* Offic. I. 20. quamobrem & hæc *videnda*, & fugienda pecuniæ cupiditas: *ubi v. Græv.* * *elegans etiam eſt hæc formula* in Piſ. 25. quin tu me *vides? eo fere ſenſu, quo noſtri dicunt: da lobe ich mich doch.*

VIDERI, *eſt verbum ſolenne in SCtis, decretis Pontificum, ſententiis judicum.* Dom. 53. cum P. Scævola, Pontif. M. pro collegio reſpondit, ſacrum non *videri. vid. Manut. ad Verr. V.* 6. * *cum accuſativo.* Tuſcul. V. 5. non mihi *videtur* ſatis poſſe *virtutem: ubi v. Daviſ.* * videri *etiam interdum, ut Græcorum δοκεῖν, dicitur in aliis rebus de eo, quod certum eſſe ſcimus.* Nat. D. I. 21. ſæpe enim de L. Craſſo, familiare illo tuo, *videor audiſſe*, cum te togatis omnibus ſine dubio anteferret.

VIGERE, *inclarescere.* Tusc. II. 2. in ipsa Græcia philosophia tanto in honore nunquam fuisset, nisi doctissimorum contentionibus disensionibusque *viguisset.* * *laudari, probari.* ad Div. VIII. 1. tui politici libri omnibus *vigent.*

VIGILARE. ad Q. Fr. II. 15. viatores, si serius, quam voluerunt, forte surrexerint: properando etiam citius, quam si de multa nocte *vigilassent*, perveniunt, quo volunt. *Malaspina putat positum pro* evigilassent, & *sic dici hoc verbum posse putat. Sed Burm. ad Sueton. Aug. 78. mavult corrigi* evigilassent: *quod mihi verba* de multa nocte *vix videntur pati.*

VILITAS. Verr. III. 93. annus est *in vilitate; int. annonæ.*

VINARIVM. Font. 5. *vinarium* crimen.

VINCERE, *ostendere aliquid ita, ut probes, ut obtineas.* Cluent. 44. *vince,* virum bonum fuisse Oppianicum. * *eleganter de eo, cui quid in auctione addicitur, sive qui plus licendo accipit, quod vult. sic passim* est in epist. ad Attic. ut XIII. 29. Othonem *vincas* volo. ep. 33. * *causam in judicio obtinere. in quo est duplex forma: altera certa & usitatissima.* Rosc. Com. 18. *vicisset* judicio Quint. 27. ego sponsione *vicerim: altera insolens atque hanc ob causam in dubium vocata:* Verr. I. 53. *vincere* judicium. Cæcin. 31. *vincere* sponsionem. *ubi vid. Passerat. & Græv. Similiter* Ovid. Her. XVI. 76. *dixit:* non omnes *causam vincere* posse suam: *ubi Heinsius corrigebat* causa: *dubitante Burmanno, & asserente* vincere bellum e *Vell. II. 55. add. Virg. Æn. X.* 370. devicta bella. *Etiam Græci utroque modo dicunt,* νικᾶν μάχην *&* μάχῃ. *v. Albertum V. Cel. ad Nov. T. Obs. p. 242. Simile etiam illud est, quod latine dicitur* certare sponsione (*v. sponsio*) *&* certare multam *ap. Liv. XXV. 3. ab hac autem verbi significatione dicuntur* vinci, *qui causa cadunt seu condemnantur.* Verr. I. 4. reus tam nocens, tam perditus, tam *victus.*

VINCIRE. Att. VII. 18. *vinciri* præsidiis. * Orat. 13. verba *vincire.* Orat. 50. sententias *vincire. hoc quid sit, tironum causa dicendum est: in quo breviter repetemus, quæ olim de hac re ex instituto in prolusione aliqua diximus pluribus.* Vincire *autem est, ita verba & sententias sibi jungere, ut ex pluribus propemodum vel unum verbum, vel una sententia facta videatur. Quod ad* verba *attinet, res eo redit, ut extremæ & primæ verborum literæ sint ejusmodi, ut in pronunciando verba in unam vocem coalescere possint, quia, ut Dionysius ait, non est αἰσθητὸς χρόνος μεταξὺ τῶν ὀνομάτων. de Structur. Orat. S. 23. a quo deinde* leniter fluere *oratio &* lævis *esse dicitur. Exemplo esse possunt versiculi Sapphus apud eundem Dionysium:* ποικιλόφρον *&c. nam in iis omnia verba, quia aut alterum in vocali desinit, alterum a consona incipit, aut contra, coëunt tanquam in unam vocem. In duobus autem* διὸς δολοπλόκε *eæ consonæ concurrunt, quarum concursus nihil asperitatis habet; quod ex eo judicatur, quod easdem in eodem verbo occurrere videmus, ut in* διόδοτος. *Ex Ciceronis*

ceronis innumerabilibus ponamus hoc unum ex Rosc. Am. 24. hæ sunt impiis assiduæ *&c. In hoc genere autem illa cautio est, ne nimis ea res studiose aut frequenter fiat, ut Cicero recte præcipit* Or. 44. nam esset cum infinitus tum puerilis labor. *Sed ad vincienda verba etiam hoc pertinet, cum ita collocantur, ut numerose vovlatur & cadat oratio; quod genus orationis* aptum *vocatur, cui* solutum *&* diffluens *opponitur. Atque de hoc posteriori genere,* vincire verba *est apud Ciceronem l. c. qui est locus de hoc genere præstantissimus. agit enim de hoc orationis genere a c.* 50. *usque ad* 71. *Sed* sententiæ *etiam* vinciuntur, *quam Dionysius vocat* κῶλων ἁρμογὴν, *&* δευτέραν τῆς συνθετικῆς ἱστορίας θεωρίαν *facit, in primisque necessarium esse dicit,* τὰ κῶλα ἁρμόσαι πρὸς ἄλληλα, ὡς οἰκεῖα φαίνεσθαι καὶ φίλα. *l. c. Sect.* 7. *Id autem fit artificio periodico, quo plures sententiæ una periodo comprehenduntur ita, ut suspensa sit ab initio ejus usque ad finem oratio, atque ita e pluribus enunciationibus propemodum una fiat. Exemplum sit hoc Verr. I.* 41. tutores, pecuniam prætori si pupillæ nomine darent, præsertim grandem, quemadmodum in rationem inducerent, quemadmodum sine periculo dare possent, non videbant. *In hac autem collocatione sententiarum, qua vinciuntur, respiciunt Latini plerumque ad rerum naturam, ut quæ natura & cogitatione priora sint, ea etiam loco priora fiant, tamquam ut causa, ratio, conditio priores sint effectu &c. Ex hac autem ratione vinciendarum sententiarum vel maxime existit numerus prætorius. sed hæc pro hujus loci ratione sufficiant. Plura qui volet, adeat illam prolusionem nostram.*

VINCTVS, *numerosus.* Or. 57. poëma est nimis *vinctum,* ut de industria factum appareat: sermo vulgi est nimis dissolutus. * *non liber, impeditus.* ad Div. VI. 7. tot malis cum *vinctum* tum fractum studium scribendi.

VINCVLVM, *per metaphoram eleganter dicitur omnis causa, propter quam aliquid faciendum aut omittendum est, propter quam aliquis amandus; item res, qua aliquid conservatur, fundamentum, fons &c.* ad Div. XV. 11. tum accedit *vinculum* maximum: *h. e. maxima causa propter quam te amare debeo. Itaque Cicero alicubi dicit:* cum eo mihi omnes causæ, Quint. 15. *cum alibi dicat:* omnia vincula. Ligar. 7. magnum *vinculum,* quod iisdem studiis semper usi sumus. Muren. 31. aliquo tecum *vinculo* reip. esse conjunctum: *h. e. causa ab ipsa rep. suppeditata.* Fin. III. 20. & quomodo hominum inter homines juris esse *vincula* putant (*h. e. causas idoneas, propter quas societatem inter se colant*) sic homini nihil juris esse cum bestiis. Cæcin. 25. *jus civile dicitur* vinculum judiciorum, *quod eo judicia nituntur.* Cluent. 53. *vinculum* dignitatis, *quod conservat dignitatem, sive, ut post dicit, fundamentum & fons dignitatis.* Balb. 15. *vinculum* religionis. Tusc. V. 28. nulla te *vincula* impediunt ullius certæ disciplinæ. * Or. 23. *vin-*

vincula numerorum. *vid. vinctus, vincire.*

VINDICARE, *punire.* Verr. V. 50. vehementer *vindicare* in cives. Offic. I. 30. qui T. Gracchi perditos conatus *vindicavit.* * *vindicias agere.* Or. I. 10. agerent tecum lege--*vindicarentque* ornati homines-quibuscum tibi justo sacramento contendere non liceret. * *defendere.* Flacc. 17. *vindicetis* civem ab ignotissimo Phryge; *sc. rejiciendo ejus testimonium.* ad Div. XII. 16. turpitudo personæ ejus, in quam liberius invehimur, nos *vindicabit.* * Rabir. Post. 9. perpetienda illa fuerunt, ut aliquando se *ad* suos *vindicaret: Manutius interpretatur, ut aliquando ad suos tamquam e servitute regia in libertatem redire posset. Grævius autem latinum hoc esse, & intelligi posse negat, legitque:* ut se aliquando & suos vindicaret, *nempe a dammis fortunarum. Mihi autem & lectio recepta, & Manutiana interpretatio probatur. Exempla hujus constructionis sunt apud Gronov. ad Liv. XLIV.* 14.

VINDICIAE, *est controversia forensis, de possessione alicujus rei, quam nostram esse dicimus, cum alius teneat.* Verr. I. 45. pro præde litis *vindiciarum* satis dare. Mil. 27. injustæ *vindiciæ.*

VINDICTA. Rabir. Perd. 5. una *vindicta* liberavit. Top. 2. *vindicta* liber factus. *ad q. l. Boëthius dicit, esse virgulam, quam lictor manu mittendi servi capiti imponens, eum in libertatem vindicabat, quædam verba solennia dicens. Scholiastes autem Persii ad Sat. 5. a prætore capiti impositam dicit. Et hoc verius. Sic etiam Græci JCti tradunt. v. Casaub. ad Pers. p. 417. formula erat: hunc ego hominem liberum & civem Rom. esse ajo, ut Græci tradunt. Latini autem sic: ajo te liberum more Quiritium. vid. Viros doctos ad Caji Instit. I. 1. 1. in Schultingii Jurispr. Ante-Justin. p. 11. 12. ed. Lips.*

VIRGETVM, *hortus, arboretum.* Leg. II. 8. sacerdotes vineta *virgetaque* & salutem populi auguranto. *v. Turneb. ad h. l.*

VIRGINES, *simpliciter* Vestales virgines *dicuntur.* Catil. III. 4. post absolutionem *virginum.*

VIRGVLA. Offic. I. 44. si omnia nobis-quasi *virgula divina,* ut ajunt, suppeditarentur: *i. e. citra opem humanam. ductum proverbium videtur Erasmo a* virga Palladis, *cujus toties mentio ap. Homerum. Nota est etiam ex Virgilio* virga Circes, *& ejus vis.*

VIRIDITAS. Tusc. III. 31. malum quandam habet *viriditatem.* Læl. 3. senectus aufert eam *viriditatem,* in qua etiam tunc erat Scipio. *Est e Græco. Græci enim χλωρὸν dicunt omne, quod est recens, in primisque vigorem juvenilem & virilem.*

VIRILIS. Verr. IV. 38. est aliqua mea *pars virilis.* Phil. XIII. 4. me ejus beneficio plus, quam pro *virili parte,* obligatum puto. Virilis pars, *ne errent tirones, ut vulgo fit, est cujuscunque rei communis pluribus, sive bonæ & lætæ, sive tristis & molestæ pars ea, quæ unicuique ex eorum numero debetur æqualiter. Sic in hac formula,* plus quam

virili parte obligatum esse, *est, ex communi & ad omnes pertinente beneficio quasi majorem ceteris partem accepisse. Vulgo autem* pro virili parte *sic in scribendo loquendoque dicunt, quasi sit, pro viribus.* * *virum decens.* Attic. XI. 23. & videremur aliquid doloris *virilis* habuisse. *Sic* Tusc. II. 27. *viriliter* ægrotare: h. e. *ne te nimis mollem, aut impatientem doloris molestiæve præbeas.*

VIRTVS. Tusc. II. 18. *virtus* ex viro appellata est; viri autem maxime propria est fortitudo; *itaque ab hac ceteras sic appellatas putat.* Fin. V. 13. ita fiet, ut *animi virtus corporis virtuti* anteponatur; animique *virtutes non voluntarias* vincant *virtutes voluntariæ;* quæ quidem proprie *virtutes* appellantur. * *fortitudo militaris.* Sext. 65. aditus in illum summum ordinem civium industriæ ac *virtuti* pateret. *nempe* industria *cernitur in causis in foro agendis, virtus in re militari: his duabus artibus enim aditus in curiam muniebatur. Sic* Muren. 10. rei militaris *virtus, opponitur* forensi laudi & *industriæ. vid. industria.* * *ars, disciplina, facultas alicujus artis.* Offic. I. 32. itaque se alii ad philosophiam, alii ad jus civile, alii ad eloquentiam applicant: ipsarumque *virtutum* in alia alius mavult excellere.

VIS, *est vel* vera, *quæ fit armis sive justis, sive fortuitis, unde lex de vi armatis hominibus.* Cæcin. 9. *hæc etiam* vis solida *dicitur. conf.* Cæcin. 15. f. *vel ea, quæ ibid.* 32. quotidiana vis *dicitur. Cum in controversia de possessione alicujus fundi* deductio ac *vis* moribus fit. *ibid.* I. 11. *quam Gellius XX.* 10. civilem ac testuariam *vocat. vid. supra in conferere.* & Cæcin. 7. *Hinc etiam illud ibid.* 31. unde ille me *vi* dejecit: *item* c. 22. *vim* restituere: *h. e. aliquem in eum locum restituere, ex quo eum vi vera dejeceris.* * *genus* vis *sæpe ponitur pro formis, h. e. pro iis rebus, quibus vis fit, aut quæ per vim fiunt. pro stupro* Milon. 4. *vim* afferre. conf. Verrin. I. 26. *pro precibus* Verrin. I. 25. retinere summa *vi. pro minis* Verrin. III. 32. hac ille *vi* & hoc metu adductus, *nempe virgarum, quas minabatur Verres. pro opibus amicorum, advocatorum, unde inopiæ opponitur.* Quint. 1. quod si tu judex nullo præsidio fuisse videbere contra *vim* & gratiam solitudini atque inopiæ. *pro corruptione judicum.* Verrin. II. 31. si aliqua se *vi* eripuerit ex hoc judicio: *unde etiam* vis versata esse *dicitur in judicio, quod pecunia corruptum est. Corrumpuntur autem judices vel gratia, vel metu, vel largitione. Itaque singulis locis videndum, de quo genere capienda sit vis.* * *Sed* vis judicum, *vel* judiciorum *est justitia & severitas in scelestos homines, ut* in Cæcil. 3. Act. I. Verrin. 17. Cæcin. 2. * *formula* vim afferre *est etiam in bono sensu, pro prodesse, valere* Orat. I. 25. * vis *dicitur etiam de natura rerum & ratione.* Inv. I. 49. hoc non magis seditiosi, quam ambitiosi - - quam alicujus improbi hominis *vim* describit.

scribit. Orat. I. 21. de *vi* & ratione dicendi. * *locus.* Invent. I. 2. naturæ *vim* obtinet. * *in dicendo* vis *est sublimitas & magnificentia.* Orat. II. 29. meæ totius orationis - - tres sunt rationes: una - - - tertia concitandorum animorum. harum partium tertia *vim* desiderat. ad Div. XV. 21. *de Calvo:* multæ erant & reconditæ literæ: *vis* non erat. * vis *etiam eleganter tribuitur iis, qui ulciscuntur injurias sibi factas, aut qui sibi injuriam fieri non sinunt.* Dom. 55. magna *vis* est cum in Deorum numine tum in ipsa republica *&c.* Rosc. Am. 24. Magnam *vim* possidet paternus maternusque sanguis: *nisi pro* sanctitate *malis accipere.* * *significatio verbi.* Tusc. III. 5. verbi *vis.* & sic sæpe. * *servit etiam periphrasi, ut* vis Deorum *pro Diis.*

VISCERA, *caro. nam quicquid sub corio est, ut Servius ait,* viscera *dicunt.* Nat. D. II. 63. *viscera* boum, conf. Tusc. II. 8. & 14. * *pecunia, res familiaris.* Dom. 47. extruxit villam *visceribus* ærarii. ad Q. Fr. I. 3. cum de *visceribus* tuis & filii tui satis facturus sis. * Orat. II. 78. *viscera* causæ. * *intimus animi sensus, memoria.* Attic. VI. 1. ἐγκλεύματα tua mihi in *visceribus* hærent.

VISCERATIO, *est distributio carnis crudæ inter plebejos: genus largitionis, apud Rom. usitatum. Græci:* κρεῶν διανομὴν *vertunt.* Offic. II. 16. *vid. Intt. ad Sueton. Cæs.* 37. *In inscriptione apud Murat. T. II. p. DCX.* viscératio *in feriis latinis fieri solita vocatur diserte* carnium distributio.

VISENDVS, *visu dignus.* Vatin. 13. ornatu *visendo.*

VISIO, *vox philosophica, idem significans, quod* visum, *de quo mox.* Tusc. II. 18. *visio* doloris & species. Acad. IV. 11. *visio* veri falsique ommunis a quibusdam putatur.

VISVM, *species alicujus rei in animo impressa, impulsio oblata extrinsecus,* φαντασία. Nat. D. I. 5. *visum* habent insignem & illustrem. Tusc. I. 41. *visa* somniorum. Acad. I. 11. *& pluribus aliis locis. nam in Academicis multa est de visis disputatio. De* visis somniorum *adeundus Macrobius in Somn. Scip. I.* 3.

VITA. Læl. 6. vita vitalis. *Est de Græco* βίος βιωτός, *ut monuit Facciolatus ad h. l.* * Div. I. 39. hac de re communis *vita* dubitavit. *Cl. Wopkenius putat hic esse* vitam *pro hominibus, ut est apud Plinium H. N. VIII.* 16. vita non decrevit: *ubi Harduinus recte intelligit, homines non decreverunt. & ap. Phædr. prol. L. I. ubi vid. Burmann. quem etiam reprehendit Wopkenius, quod negavit, Ciceronem & æquales, hoc sensu verbo eo usos. In quo ei injuriam facit. Nam, re satis ponderata, mihi etiam sic, ut Cel. Burmanno, videtur. In loco proposito non hoc dicit Cicero: dubitaverunt homines, sed de hac re in vita communi dubitatur, videtur repugnare moribus, vitæ communi, ut est Muren.* 35. sed hanc orationem usus, *vita,* mores, civitas ipsa *respuit. Eodem modo cæteras auctoritates dissolvere possem, si opus vi-*

deretur. Vita occidens, *v. c. eſt finis vitæ, ut* dies occidens, *finis diei, non* ſol *occid.*

VITIARE. Attic. IV. 9. num cenſum impediant tribuni diebus *vitiandis:* h. e. *ſervando de cœlo, obnunciando efficere, ut iis nihil publici negotii geri poſſit.*

VITIOSITAS. Tuſcul. IV. 15. *vitioſitas* eſt contraria virtutis, ſic enim malo, quam malitiam appellare eam, quam Græci κακίαν appellant: nam malitia certi cujusdam vitii nomen eſt, *vitioſitas* omnium.

VITIOSVS, *vitio creatus.* Phil. V. 3. collega quem ipſe fecit ſua nunciatione *vitioſum. ibid.* II. 33. quamdiu tu voles, *vitioſus* Conſul Dolabella: rurſus, cum voles, ſalvis auſpiciis, creatus. * *contra auſpicia & religionem factus.* Divin. I. 16. ſiniſtra dum non exquirimus, in dira & *vitioſa* incurrimus. Leg. II. 8. quæque augur injuſta, nefaſta, *vitioſa*, dira defixerit, irrita infeſtaque ſunto.

VITIVM. Sull. 8. ſi ceteris patriciis me & vos peregrinos videri oporteret, a Torquato tamen hoc *vitium* fileretur. *Græv. placet conjectura Phil. Rubenii Elect. I. 3. legentis* convicium; *peregrinitatem enim non eſſe vitium. Sed* vitium *rectum eſt.* Vitium *dicitur, quicquid in aliquo reprehendi poteſt, aut reprehenditur, ſive jure, ſive injuria, macula, deformitas &c. Terent.* cui *vitii* nihil dicere poſſis. *Cic.* Offic. III. 13. venditorem ejus rei, quam vendat, *vitia* narrare. *ibid.* 16. ut in prædiis vendendis *vitia* dicerentur. *Eſt igitur* vitium *etiam in magiſtratu & conſulari, quia peregrinus ad magiſtratum accedere non debet:* (*peregrinus enim proprie civi opponitur*) *certe vitii loco erat peregrinitas objecta. Torquatus autem debebat hoc* vitium, *ſi eſt vitium,* non narrare, *ſed* ſilere. *Porro, quemadmodum* vitium narrare & dicere *rectum eſt, ſic etiam* vitium ſilere. Convicium *autem* ſilere, *an dicatur latine, dubito.* * *in comitiis eſt malum auſpicium & quicquid comitia diſſolvere & irrita reddere poteſt.* Phil. II. 33. id igitur obvenit *vitium,* quod tu jam Kalend. Jan. futurum eſſe prædixeras. Divin. II. 18. comitiorum ſolum *vitium* eſt fulmen. *Jam ſi quid in comitiis, aut in bello actum nihilominus, aut in auſpiciis capiendis aliquid contra mores & inſtituta veterum actum, id* vitio factum *dicebatur. ſic quod* Div. II. 33. *eſt, contra auſpicia* navigarunt, *id, ibid.* I. 16. *dicitur,* quum *vitio* navigaſſent. *ibid.* II. 35. Coſſ. *vitio* creatos eſſe, *ſc. quod in auſpiciis capiendis aliquid Conſul peccaverat.* Nat. Deor. II. 4. *vitio* tabernaculo eſſe captum, quod &c. *cui* de Divin. *l. c. opponitur* tabernaculum *recte* captum.

VITVPERABILE. Fin. III. 12. *quid ſit, & unde dictum?*

VIVERE, *intereſſe, verſari.* Verrin. III. 86. *vivere* in patris luxuria. * Orat. II. 40. in diem *vivere eſt, ſine futuri cura, eique opponitur, futura ſpectare.* Philipp. V. 9. qui *in horam viverent,* non modo de bonis & fortunis civium, ſed ne de utilitate qui-

quidem sua cogitaverunt. *Sed eleganter hoc ad philosophos Academicos transtulit Cicero, qui nihil ita ratum putant, ut sibi id perpetuo tenendum censeant.* Tusc. V. 11. ego *in diem vivo;* quicquid animum verisimilitudine percellit, id verum puto. * vivere *etiam eleganter dicuntur, qui vita fruuntur, neque omnem in magnis laboribus sine suavitate familiaritatum, conviviorum &c. transigunt.* ad Q. Fr. III. 1. sed quando *vivemus. itemque* vivere aliqua re, *in qua acquiescimus:* ad Div. XIII. 28. *quibus* antea delectabamur, nunc etiam *vivimus.* * Attic. X. 1. ejus mihi *vivit* auctoritas. *pro quo* Offic. I. 23. *dicit, ejus etiam mortui valet auctoritas.* * Cato. 14. animum tanquam emeritis stipendiis libidinis, ambitionis, contentionis, inimicitiarum, cupiditatum, secum esse, & *secum*, ut dicitur, *vivere.*

VIVVS. Flacc. 37. de *vivo* nihil detrahit. Vivum *opponitur* lucro. *Est igitur sors ipsa pecuniæ. cf.* Verr. III. 50.

VLCVS. Nat. D. I. 37. quicquid horum attigeris, *ulcus* est: *h. e. difficile ad probandum.*

VLTIMVS, *remotissimus, Roma disjunctissimus.* Manil. 16. *ultimæ* terræ. *vid. Græv. ad h. l.* * *perfectissimus.* Nat. Deor. II. 12. *ultimæ* perfectæque naturæ.

VLTRO, Quint. 23. qui cum *ultro* ipse deberet: i. e. *per se: sive, ut Grævio placet, insuper, noch dazu. quo sensu verbum hoc sæpe dicitur.*

VMBILICI, *lapilli litorales nitidi, in umbilici modum natura facti.* Orat. II. 6. conchas eos & *umbilicos* legere consuesse. *v. Salmas. ad Solin. p.* 496.

VMBRA, *comes.* Mur. 6. saltatio est *umbra* luxuriæ. * umbra *dicitur pro loco umbroso, in quo cujuscunque generis exercitationes habentur, in quibus non serio res agitur, neque de vita pugnatur. Hinc* umbra *opponitur* soli: *h. e. veræ pugnæ in bello, aut veræ contentioni in judiciis. vid. sol. Sed deinde de omnibus iis rebus dicitur, quæ domi & in umbra fiunt, in quibusque nulla magna est contentio: tamquam de jurisprudentia.* Muren. 14. cedat *umbra* soli: *h. e. militari rei philosophia & ceteræ artes, in quibus otium & tranquillitas est. vid. umbratilis.* * Orat. III. 26. habeat tamen illa in dicendo admiratio ac summa laus (*h. e. genus magnificum*) *umbram* aliquam & recessum, quo magis id, quod erit illuminatum, extare atque eminere videatur: *h. e. sint loci aliqui in oratione magnifica vacui ab ornamentis & quasi figurarum troporumque coloribus.*

VMBRACVLVM, *schola.* Brut. 9. *vid. sol.* Leg. III. 6. Demetrius mirabiliter doctrinam *ex umbraculis* eruditorum otioque non modo in pulverem atque solem, sed in ipsum discrimen aciemque perduxit: *h. e. usus est ad rempublicam administrandam, ut ap. Rom. Cato, Cicero, alii.*

VMBRATILIS, *otiosus, lenis, non asper.* Tusc. II. 11. vita *umbratilis* & delicata. Orat. 19. *umbratilis* est oratio philosophorum & mollis.

VNCIA, *assis duodecima pars,*

deinde etiam hereditatis (*v. as.*) Att. XIII. 48. mortuus est Babullius. Cæsar opinor ex *uncia*. ib. VII. 2. *est etiam in Gruteriana:* ex unciis. *Sed in Græviana rectius receptum:* ex teruncio. ad Q. Fr. III. 9. quas enim tabulas se putavit obsignare, in quibus *in unciis* firmissimum tenuerat &c. *v. Manut. ad h. l.*

VNCTVS. Attic. XII. 6. nitidus *unctusque* sol, *opponitur* asso, *de quo supra.* * *elegans, splendidus.* Brut. 20. jam enim erat *unctior* quædam splendidiorque consuetudo loquendi.

VNCVS, *instrumentum, quo perduelles ad scalas Gemonias trahebantur.* Phil. I. 2. *uncus* impactus est illi fugitivo. Rabir. Perd. 5. vindicare a verberibus, ab *unco. ubi v. Hotomann.*

VNDE, *a quo, a qua, a quibus.* Orat. I. 15. quam ille ipse, *unde* cognovit. Verr. III. 70. apud eas societates, *unde* erat attributa. *sed nil frequentius his exemplis. vid. Gronov. Obs. L. IV. p.* 174.

VNGVIS. Dom. 5. tu in hoc ulcere tanquam *unguis* existeres: *h. e. augeres malum, acerbius efficeres.*

VNGVLA. Tusc. II. 24. toto corpore atque omnibus *ungulis*, ut dicitur, contentione vocis asserunt. *Bentlejus post Lambinum legebat* unguiculis: *quod* ungulis *hominibus non conveniret. Sed in proverbiis hæc non nimis subtiliter judicanda. v. Obs. Miscell. quæ cura Cel. Dorvillii prodierunt. T. I. p.* 410.

VNICVS, *excellens, singularis.* Quint. 12. ut aut summa negligentia tibi obstiterit, aut *unica* liberalitas. Cato 17. in quem illud elogium *unicum. v. collecta Heinsio ad Ovid. Met. III.* 434.

VNIVERSE. Att. V. 2. cetera *universe* mandavi: illud proprie.

VNIVERSITAS. Nat. Deor. I. 43. universitas rerum, *est totus mundus, ut* II. 65. *universitas* generis humani, *totum genus humanum.*

VNIVERSVS. Orat. III. 27. loci, qui -- quia de re *universa* tractari solent, communes nominati sunt: *h. e. de genere.* * *communis omnibus.* Off. I. 31. sic est faciendum, ut contra *universam naturam* nihil contendamus: ea tamen conservata, *propriam* naturam sequamur. *c.* 30. communem *dixerat.*

VNVS, *eleganter cum superlativo.* Brut. 6. rem *unam* esse omnium difficillimam. ad Diverl. XIII. 43. familiarissime *uno* equite Romano utor. * *Germanismo similes sunt hæ rationes.* Rosc. Com. 5. ut judicem *unum* vereri debemus. ad Div. VII. 19. doctorem tamen *unum* quem desiderant. Orat. I. 29. sicut *unus* paterfamilias. * *pluralis jungitur, ex canone grammatico, substantivis pluralis numeri tantum, ut* Attic. V. 9. *unæ* literæ. *sed non est perpetuum.* Flacc. 29. *unis* vestimentis lautus es.

VOCALIS, *qui vocem ad dicendum contulit.* Brut. 69. huc etiam, ne quem *vocalem* præteriisse videamur, C. Cosconium.

VOCARE, *invitare ad convivium.* Rosc. Amer. 18. domum suam istum non fere quisquam *voca-*

vocabat. cf. Muren. 34. *Sext. 9. ad integritatem majorum *ſpe* ſua hominem *vocabant. h. e. ſperabant, cum integrum fore.*

VOCATVS. Orat. III. 1. Senatus *vocatu* Druſi in curiam venit.

VOCIFERARE *eſt in libris nonnullis* Verrin. II. 21. *Sed alii* vociferari *habent: quod prætulerim. vid. not. ad Tacit. Annal. XV.* 38.

VOCVLA. Orat. III. 25. *voculæ* certæ & ſeveræ. *ibid. voculæ* falſæ in cantu: *quæ certis & ſeveris opponuntur, ſunt fractæ & molliores. vid. in flexio.*

VOLATICVS, *inconſtans, variabilis.* Att. XIII. 25. O! Academiam *volaticam.*

VOLITARE, *ſignificat aſſidue vagari, ſed plerumque cum jactatione aliqua ambitioſa, aut impudente & inſolente.* Sext. 4. cum illa conjuratio palam armata *volitaret.* Catil. II. 3. quos video *volitare* in foro. *ibid.* 7. *volitare* in armis. Piſon. 12. cum *volitaret* vis latrocinii veſtri tota urbe. *ibid.* 4. *volitare* prætextatum paſſus es. Sext. 43. ſed etiam nunc *volitant*, nec illi unquam de ſe pertimeſcunt. Agr. II. 22. *volitat* ante oculos iſtorum Jubæ regis filius. Sext. 1. alacres lætosque *volitare.* Domit. 19. cum tu florens ac potens per medium forum popularis *volitares.* Agr. II. 36. *volitaretis* per gentes. **hinc pro* jactare. Flacc. 16. nec *volitabo* in hoc inſolentius: *de oratore. v. jactare.* Sext. 44. *volitat* ædilis. Phil. XI. 2. *de Dolabella:* & nunc tota Aſia vagatur, *volitat* ut rex. ** oratores dicuntur* volitare in foro. Or. II. 24. I. 38. *qui a cauſa ad cauſam eunt, & omnium patroni eſſe volunt.* * volitare *etiam dicuntur homines, qui immoderate cupiunt aliquid, & inconſtanter huc illuc feruntur, ut propemodum neſciant ipſi, quid agant primum, quid ſecundum.* Piſon. 25. homo *volitans* gloriæ cupiditate, *opponitur* viro moderato & conſtanti. Attic. II. 22. *de Clodio trib. pl. volitat*, furit, nihil habet certi; multis denunciat; quod fors obtulerit, videtur acturus. * Orat. II. 6. quemadmodum volucres videmus, cum aliquid effecerint, levandi laboris ſui cauſa, paſſim ac libere, ſolutas opera volitare: ſic noſtri animi - - defeſſi geſtiunt, ac *volitare* cupiunt, vacui cura atque labore.

VOLVBILIS. Orat. 56. *volubilis* oratio. *opponitur* ſtabili. *hæc efficitur ſyllabis longis, illa brevibus: unde incitatior oratio fertur & labitur.*

VOLVBILITAS verborum Orat. I. 5. *copia & facultas.*

VOLVCER, Sull. 32. *volucris* fortuna. Brut. 95. genus dicendi verbis *volucre* atque incitatum. *v. volubilis & volubilitas.*

VOLVERE, *pronunciare.* Orat. III. 47. longiſſima eſt complexio verborum, quæ *volvi* uno ſpiritu poteſt. Brut. 70. celeriter verba *volvens. ibid.* 81. ita facile ſoluteque verbis *volvebat* ſententias. * *de numeroſe currente periodo.* Orat. 69. quo melius cadat aut *volvatur* oratio.

VOLVNTAS, *in oratore eſt de genere orationis, quod ſequi-*

tur. προαίρεσις. Orat. II. 23. naturis differunt: *voluntate* autem similes sunt. *ibid.* 22. ex quorum scriptis, cujusque ætatis, quæ dicendi ratio *voluntasque* fuerit, intelligi potest. * Agr. I. 9. in alia *voluntate* esse: *aliud probare.* ad Div. IX. 6. hæc in *voluntate* fuerunt: *i. e. in potestate nostra.* * *preces.* ad Diverf. VI, 6. Cæsar cedit justis & officio incensis, nec inanibus aut ambitiosis *voluntatibus.*

VOLVPTARIVS, *suavis*, Att. XII. 25. *voluptariæ* possessiones: *ut horti.* Orat. III. 17. *voluptariæ* disputationes: *h. e. de voluptate & pro voluptate.* Fin. V. 25. voluptarii *philosophi*; *de Epicureis.*

VOLVPTATES, *de spectaculis.* Muren. 35. adhibendis *voluptatibus* &c. *hoc sensu posteriori ævo in primis dici cœptum frequenter, ut dudum observarunt viri docti.*

VOLVTATVS, *versatus diligenter.* Orat. III. 10. *volutatus* in veteribus scriptis. ad Q. Fr. II. 13. ad Callisthenem & ad Philistum redeo, in quibus te video *volutatum.*

VOLVTATIO. Pis. 34. scelera tua non vestigiis odorantes ingressus tuos, sed totis *volutationibus* corporis & cubilibus persecuti sumus.

VOMERE. Dejot. 7. te *vomere* post cœnam velle. *v. Ind. Græc. in* ἐμετική.

VORARE. Attic. IV. 11. nos hic *voramus* literas cum Dionysio. *cf. belluari.*

VOTVM. ad Div. VI. 7. victoriæ suæ *vota* facerent. Tusc. V. 1. si virtus -- famula fortunæ est, nec tantarum virium, ut se ipsa tueatur: vereor, ne non tam virtutis fiducia nitendum nobis ad spem beate vivendi, quam *vota facienda.*

VOTIVVS. Attic. IV. 2. XV. 8. 11. *votiva* legatio: *quæ voti suscepti & persolvendi causa petitur; genus liberæ legationis. v. legatio.* Act. I. Verr. 10. *votivi* ludi: *qui fiunt ex voto, ab imperatore aliquo suscepto.*

VOX. Leg. II. 7. leges legum *voce* proponam. *Ursinus interpretatur, verbis solemnibus & propriis legibus, ut* vox *sit pro* verbo, *additque duo exempla e Cicerone: sed neutrum huc facit, nec hic locus ejusmodi est, ut vocis vocabulum non proprie explicari possit. Est enim prosopopœia, ut in illo;* patriæ vox, Catil. I. & *alibi. neque tamen qua sensum falsa est interpretatio.*

VRBANITAS, *virtus ingenii animique, qua eleganter possumus, ut homines in urbe liberaliter educati, de omnibus rebus judicare, neque aliquid inepti & absurdi dicimus & facimus, sed potius venuste & cum specie quadam liberali: estque hoc genus urbanitatis per totam vitam, orationem, moresque fusum.* ad Div. III. 7. etiamne tu has ineptias, homo summa prudentia -- addo *urbanitate*, quæ est virtus, ut Stoici rectissime putant. *Nempe Stoici ἀστεῖον opponunt ἀμαθεῖ, ut ad h. l. ex Plutarch. de legend. Poëtis ostendit Victorius.* ibid. VII. 3. vides enim exaruisse jam veterem *urbanitatem*, ut Pomponius noster suo jure possit; nisi nos

nos pauci retineamus gloriam antiquam Atticam. *vid. Vavaſſ. ludicr. dict. S. III. c. 7. p. 333. edit. Lipſ. conf.* **urbanus.** * *facultas jaciendorum dictorum, apophthegmatum, lepos, ut Salluſtius in Sempronia appellat.* ad Diverſ. VII. 32. *urbanitatis*, amabo, poſſeſſionem quibusvis interdictis defendamus. Roſc. Am. 41. *urbanitas* ſervorum: *quamquam hæc etiam ad primum genus fortaſſe referri poteſt.* * *ipſa dicteria.* Cœl. 3. contumelia ſi facetius jactatur, *urbanitas* nominatur. Fin. II. 3. in quantas hominum facetorum *urbanitates* incurratis. Or. I. 5. celeritas & brevitas reſpondendi & laceſſendi, ſubtili venuſtate atque *urbanitate* conjuncta. * *venuſtas quædam in ſono vocis, & Romæ natis & educatis propria.* Brut. 46. *urbanitatis* color: *qui quid ſit in voce, ibi explicatur.*

VRBANVS, *elegans in omni judicio, dicto, facto; opponiturque imperito, abſono &c.* ad Diverſ. III. 8. te hominem, non ſolum ſapientem, verum etiam, ut nunc loquimur, *urbanum. v. urbanitas. n. 1. Ceterum, quod ex h. l. poſt Quintil. Inſt. Or. VIII. 3. colligunt*, urbanus *fuiſſe tum novum vocabulum, id mihi non placet. Nam ſic multo magis etiam urbanitas novum verbum fuiſſet. Sed ſenſus hic, e philoſophia Stoica repetitus, erat novus. Verbum enim* urbanus *eſt jam ap. Plautum de ſcurris Trinum. I. 11. & alibi. Ita vero etiam hoc verbum capio* Verr. I. 6. homines lauti & *urbani. Ita enim ironice vocat homines Verri amicos, qui rumores diſſiparant improbabiles, quibus nemo fidem poterat habere.* * *urbi Romæ proprius, Romanus.* Brut. 46. quid tu tribuis iſtis *externis* quaſi oratoribus? quid cenſes, niſi idem quod *urbanis*, præter unum, quod non eſt eorum quadam *urbanitate* quaſi colorata oratio -- -- in vocibus noſtrorum oratorum recinit quiddam & reſonat *urbanius.* * *perpetuo Romæ vivens & quidem aut otioſe, aut cauſas in foro gerens aut ſenatorio munere fungens.* Piſon. 26. in hac quotidiana, aſſidua, *urbanaque* vita. Attic. I. 1. cetera ſpero prolixa fore, his duntaxat *urbanis* competitoribus: illam manum tu mihi cura ut præſtes, Pompeji noſtri amici. *Gronovius interpretatur de aſſiduis, qui urbanis artibus, ut Cicero, Sulpicius, excellebant, non militaribus. vid. de Sestert. IV. 9. a qua interpretatione non adeo recedit altera Caſauboni, Corradi, qui* urbanos competitores *putant opponi iis Prætoriis viris, qui in provinciis, militiæ ſc. cauſa, eſſent, & ante trinum nundinum redire ad petendum poſſent. Sed Victorius Var. Lect. IV. 12. putat eſſe leves, joculares. Et profecto omnes competitores, quos commemoravit, ab ipſo tales eſſe dicuntur, ut rideantur, aut riſu digni ſint, aut tales fuerunt. Sed Gronoviana interpretatio magis mihi placet.* * *facetus, dicax, quales nempe fieri ſolent otioſe Romæ viventes, nihilque agentes, niſi ut in foro, ſub baſilicis ſtent, circulos faciant &c. unde tandem pro ſcurra dici cœpit,*

pit, ut ostendit Gronov. l. c. cf. Salmas. ad Pollionis XXX. tyr. p. 316. ad Div. IX. 15. *urbani* sales. Dom. 34. & homo facetus, inducis etiam sermonem *urbanum* ac venustum: me dicere solere, esse me Jovem, eundemque dictitare, Minervam esse sororem meam. *Verr. III. 86. *urbana* prædia. *v. prædium.*

VRBS. *elegans est illud Ciceronis.* Div. II. 16. *urbem* philosophiæ proditis, dum castella defenditis.

VREDO. Nat. Deor. III. 35. *si uredo* aut grando quippiam nocuit. *Est autem rubigo ita dicta, quia oriri credebatur ab occasu solis frigido & pruinoso, sequente sole acri, a quo inuratur pruina. sic Salmas. ad Solin. p.* 308. *Sed Cujac. Observ. XV.* 28. *distinguit inter* rubiginem & uredinem, *auctore Plinio, ut rubigo sit e rore putrefacto, uredo e concreto. recte. Uredinem a frigore repetit etiam Columella III.* 20. *rubiginem a calore idem X.* 342. *&c.*

VRERE, *de frigore.* Tuscul. II. 17. pernoctant venatores in nive, in montibus *uri* se patiuntur.

VRGERE. Planc. 28. nomen, quod *urget*, dissolvere. Tusc. II. 23. *urgeri* pondere.

VRNA. ad Qu. Fr. II. 6. senatorum *urna* copiose absolvit, equitum adæquavit.

VSVCAPIO, *est jus rei possidendæ s. dominii adeptio, ut JCti loquuntur, quæ oritur ex eo, quod rem per certum temporis spatium, idque lege definitum, sine controversia, possedimus.* Cæcin. 26. *usucapio* fundi, hoc est, finis sollicitudinis ac periculi litium, non a patre relinquitur, sed a legibus. Leg. I. 21. *usucapionem* XII. tabulæ inter quinque pedes esse voluerunt. &c.

VSVRA, *usus rei, item, quod pro usu datur.* ad Div. VI. 12. *usura* falsi gaudii frui. Agr. III. 1. parvam exigui temporis *usuram* bonæ de me opinionis postulo. Tusc. I. 39. natura dedit *usuram* vitæ, tamquam pecuniæ, nulla præstituta die. *Elegans est illud de Stoicis, qui post mortem corporis superstitem animum dicunt, sed non in æternum, ibid.* 31. *extr.* Stoici autem *usuram* nobis largiuntur, tamquam cornicibus; diu mansuros, ajunt, animos, semper negant.

VSVRPARE, *pro eo, quod vulgo dicunt, exercere, tamquam jus &c.* Agrar. II. 7. paucas tribus ad *usurpandam* libertatem vocare: *h. e. ad exercendum jus suffragii.* Verrin. V. 20. jure quotannis *usurpatum* ac semper retentum &c. * *vocare, dicere.* Offic. II. 11. C. Lælius is, qui sapiens *usurpatur.* Phil. II. 28. at quam crebro *usurpat:* & Consul, & Antonius.

VSVRPATIO. Verrin. V. 64. *usurpatio* civitatis, *est, cum se quis civem dicit.* Agrar. II. 12. *usurpatio* vetustatis, *de comitiis curiatis, dicis causa per 30 lictores habitis. conf. Gronov. Obs. I.* 25.

VSVS, *possessio rei non interrupta per certum ac legibus definitum*

finitum temporis spatium, qua res nostra sit, ut nemo amplius nobis de ea litem movere possit. Har. R. 14. mortales nihil a Diis immortalibus *usu* capere possunt. Cæcin. 19. autoritatem fundi & *usum* lex jubet esse biennium.

VT, *utut.* Verrin. I. 2. *ut* hoc esset judicatum. Planc. 4. *ut* fueris dignior. *cf. Gronov. Observ. III. 6.* * *posito, fac,* ad Div. I. 9. *ut* jam sit in iis culpa, qui me non defenderunt, non minor est in iis, qui reliquerunt. ad Att. VII. 13. qui, *ut* nihil aliud, hoc tamen profecit. * *eleganter dicitur etiam cum superlativo sequente* ita. Offic. I. 5. *ut* quisque maxime perspicit - - - - *ita* sapientissimus haberi solet.

VTENS, *qui sumtum facit de pecunia sua.* Offic. II. 20. fac magnitudinem divitiarum juvare. *Vtentior* sane sit, honestior autem quomodo? *v. uti.*

VTENSILE. Oecon. 1. reliqua *utensilia*, quibus aut alitur hominum genus, aut etiam excolitur. Vtensilia *h. l. sunt necessaria victui, non supellex, ut recte monuit & pluribus exemplis demonstravit Gronov. Sestert. p. 105. conf. nos ad Tacit. A. I. 70. perspicuus imprimis est locus Varr. R. R. I. 2. 6.* quid in Italia *utensile* non modo non nascitur, sed etiam non egregium fit?

VTER, *pro* utervis. Offic. III. 23. Sibine *uter* capiat, an alter cedat alteri. *ubi vid. F. Fabricius.*

VTI, *de rebus & pecunia, qua impendia sustinemus.* Attic. XIII. 23. magis doleo, me non habere, cui tradam, quam habere, qui *utar. ib.* XI. 11. ut sit, qui *utamur. v. Gronov. Sestert. p. 105.* * *opus habere.* ad Div. V. 20. qui ambitione nihil *uterer.* * Tusc. IV. 18. æmulatio autem dupliciter illa quidem dicitur. nam æmulatio virtutis imitatio dicitur: sed ea nihil hoc loco *utimur: h. e. huc non pertinet: de ea nunc non agitur.*

VVLGARIS. Offic. I. 16. *vulgaris* liberalitas; *quæ ad omnes pertinet, qua omnes homines complectendi sunt.*

VVLGO, *in universum.* Verrin. III. 74. *vulgo* omne frumentum improbas. * *sine discrimine personarum & locorum.* ad Qu. Fr. III. 1. literas *vulgo* mittere: *opponitur, per certos homines.* * *ubique.* Rosc. Amer. 29. ejusmodi tempus erat, ut *vulgo* impune homines interficerentur. * Muren. 34. ad prandium *vulgo* vocati. *ibid.* 35. num senatus crimen putat ad prandium invitare? minime sed *vulgo*, passim. quid est *vulgo?* universos.

VVLNERARE, *graviter offendere, lædere.* Catil. I. 7. quorum mentes sensusque *vulneras.*

VVLNVS, *de ære alieno.* Rosc. Amer. 32. qui *vulneribus* suis mederi cupiebant. * *crimen, quod in aliquem confertur, aut cujus se quis suspectum & reum facit.* Cluent. 21. *vulnera* nova facere. * *vitium.* Cœl. 7. *vulnus* in moribus, natura, re atque fortuna.

VVLTICVLVS. Attic. XIV.

20. non te Bruti noſtri *vulticulus* ab iſta oratione deterret.

VVLTVRIVS, *homo rapax.* Piſ. 14. appellatus eſt hic *vulturius* illius provinciæ, ſi displacet, imperator. *ibid.* Scaurus *vulturius* reipubl. Sext. 33. paludati *vulturii.*

VVLTVS, *oris conformatio ex animi habitu orta, & in univerſum, quod nos appellamus die Mine des Geſichts.* ad Div. XII. 30. *vultus* tuos mihi expreſſit omnes. Orat. I. 28. quæ nobis fingere non poſſumus, facies, *vultus*, ſonus. * Dom. 52. *vultus* cadit; *de perterritis ſubito.* * *ſæpiſſime* vultum *apud Ciceronem poni pro fronte torva & adducta, docet Broukh. ad Tibull. I. 8. 43. ſed in exemplis allatis quædam ad eam ſignificationem non pertinent.*

VVLTVOSVS. Orat. 18. in quo cum effeceris, ne quid ineptum, aut *vultuoſum* ſit. *h. e. nimis triſte & ſupercilioſum. v. Broukh. l. c.*

VXORIVS. Offic. III. 15. in arbitrio *rei uxoriæ* hæc verba maxime excellunt: melius æquius. Res uxoria *eſt dos, quam uxor attulit, & de qua poſt divortium contentio eſſe ſolebat. v. Boëthius ad Topic. 17.*

X.

XYSTVS, *eſt ambulatio ſub divo ante porticum, in qua etiam ſedæ, & ſigna, flores.* Acad. IV. 3. cum pauca in *xyſto* locuti eſſemus, tum eodem in ſpatio conſedimus. Att. I. 8. mittas quam primum ſigna & maxime, quæ tibi gymnaſii *xyſtique* videbuntur. *vid. Vitruv. V. 11. Buchner. ad Plin. Ep. IX. 8. Lipſius ad Senec. Ira III. 18. genus porticus putat fuiſſe. Chriſtius in Villatico p. 96. viridarium, ein grüner Raſengang.*

INDEX GRAECO-LATINVS

CONTINENS

GRAECAS DICTIONES PASSIM OCCVRRENTES,

ET EARVM

INTERPRETATIONES, ADSPERSIS SVBINDE ANIMADVERSIONIBVS.

A.

Ἀβδηριτικὸν, *Abderiticum, ſtultum*, quod Abderitæ ſtupidi putabantur, ad Att. VII. 7.

Ἀβλάβεια, *abſtinentia, innocentia, frugalitas*. Tuſc. Qu. III. 8.

Ἀγέλαστος, *expers riſus*. Fin. V. 30. ita dictus eſt M. Craſſus, qui ſemel in tota vita riſit.

Ἀγνοητεύτως, *ſincere, ſine præſtigiis & fuco*, ad Att. XII. 3.

Ἄγραφον, *non ſcriptum*, ad Att. VI. 1.

Ἀγών, *certamen, contentio*, ad Att. XIV. 7. I. 16. eſt ſtudium contentionis, quod in oratione adhibetur, unde ipſæ orationes in cauſis veris, & quidem in primis in forenſibus, ἀγῶνες dicuntur, & declamationibus umbraticis opponuntur vid. v. c. Longin. περὶ ὕψους, S. XI. 1. plura vid. apud Creſoll. Theatr. Rhet. III. 17. Spanhem. ad Julian. Or. I. p. 11. 12. 13. Olear. ad Philoſtr. Vit. Sophiſt. L. XXII. §. I. n. 4.

Ἀδέσποτοι, *ſine auctore*, ad Div. XV. 17. de rumoribus, qui unde & a quo capite fluxerint, ignoratur.

Ἀδεῶς, *ſecure, ſine ullo periculi metu aut ſuſpicione, large, copioſe. bibit & edit* ἀδεῶς. ad Att. XIII. 52.

Ἄδηλα, *incerta*, Acad. Qu. II. 17.

Ἀδημονῶν, *mœrens, ſollicitudinis plenus*, ad Att. IX. 13.

Ἀδιαφορία, ad Att. II. 17. cum omnia, quæ accidunt, ſive ſecunda, ſive adverſa, nihil valent ad animum noſtrum commovendum. Ea Cicero dicit ſe uti in re civili & publica. Sed Acad. Qu. II. 42. Ariſtonis ſummum bonum, cum in neutram partem movemur in rebus mediis, h. e. quæ nec honeſtæ, nec turpes, ſenſu Stoico, ſunt.

Ἀδιάφορον, *quod neque eſt bonum, neque malum: indifferens cum æſtimatione mediocri*, Fin. III. 16.

Ἀδικαίαρχοι, *injuſti magiſtratus*, ad Att. II. 12. Vox ficta, ludentis nomine

nomine Dicæarchi, quem Atticus scripserat a se amari. Eum civem haud paullo meliorem dicit, quam ipsos Romanos ἀδικαίαρχους, Cæsarem & reliquos.

Ἀδιόρθωτα, *incorrecta, inchoata, imperfecta,* ad Att. XIII. 21.

Ἀδόλεσχος, *valde loquax, garrulus.* ad Att. XVI. 11.

Ἀδύνατον, *quod fieri non potest,* ad Att. I. 1.

Ἀδωροδόκητον, *integrum & incorruptum largitione,* ad Att. V. 20.

Ἀζηλοτύπητον, *sine invidia,* ad Att. XIII. 19.

Ἀθαμβία, *animus terrore liber,* Fin. V. 29.

Ἀθέτησις, *improbatio, rejectio,* ad Att. VI. 9.

Αἱ γὰρ τῶν τυράννων δεήσεις, inquit Πλάτων, οἶδ', ὅτι μεμιγμέναι ἀναγκαίαις: *tyrannorum preces,* inquit Plato, (ep. 7. ad Dionis propinquos) *permistæ sunt, ut scis, necessitatibus,* ad Att. IX. 13. quæ rogant, necessario facienda sunt: eorum preces sunt imperia.

Αἰδέομαι Τρῶας καὶ Τρῳάδας ἑλκεσιπέπλους, *vereor Trojanos & Trojanas peplos trahentes,* ad Att. II. 5. & aliis locis, ex Hom. Iliad. Ζ'. v. 442. & X. v. 105.

Αἴδεσθεν μὲν ἀνήνασθαι, δέησαν δ' ὑποδέχθαι, *veriti sunt quidem recusare, timuerunt autem suscipere,* ad Att. VI. 1. XVI. 11. ex Homer. Iliad. Η'. v. 93.

Αἰὲν ἀριστεύειν, καὶ ὑπείροχον ἔμμεναι ἄλλων, *semper fortiter agere, & aliis præstare.* ad Div. XIII. 15. ad Qu. Fr. III. 5. ex Hom. Iliad. Η'. v. 208.

Αἴκε δύνηαι, *si modo possis,* ad Att. XIII. 12. ex Hesiod. Op. & D. v. 350.

Αἵρεσις, *secta,* ad Div. XV. 16.

Αἰσχρὸν σιωπᾶν. Integer senarius sic habet: αἰσχρὸν σιωπᾶν, ἰσοκράτην τ' ἐᾶν λέγειν: *Turpe est tacere, & sinere Isocratem loqui,* ad Att. VI. 8. Cum Isocrates scholas rhetoricas aperuisset, & magna hominum multitudo eas frequentaret, Aristoteles æmulatione commotus & ipse rhetoricen docuit. Eodem modo Cicero, cum Bibulus triumphum peteret, turpe esse putabat, si non & ipse peteret.

Αἰσχρᾶ φαντασία, *turpitudinis imago, species,* cum venit in mentem, turpiter nos facturos, aut fecisse, ad Att. IX. 6.

Ἀκαδημικὴ sc. σύνταξις, ad Att. XIII. 12. vid. ep. 16. h. l. ubi est *Academice σύνταξις.* Sermo est de libris Ciceronis Academicis, quorum primo duo erant, alter Catuli, alter Luculli nomine, quod in iis hi duo de Academica philosophia disputantes inducebantur. Jam nobiles illi quidem erant, sed nullo modo philologi, adeoque acutius, quam pro personis suis, disputabant. Itaque Cicero hanc σύνταξιν immutavit & e duobus quatuor libros fecit, Catuli & Luculli nominibus sublatis, eosque Varroni inscripsit. In iis Varroni Antiochi partes dedit, sibi sumsit Philonis. hoc est quod Cicero dicit: *ἀκαδημικὴν ad Varronem transferamus,* & ep. 16. *acade-*

academicen σύνταξιν ad Varronem totam traduximus. conf. Argum. Quæſt. Acad. I.

Ἀκαιρος, *intempeſtivus*, ad Att. IX. 4.

Ἀκατάληπτον, *quod comprehendi non poteſt, incomprehenſibile*, Acad. II. 6.

Ἀκαταληψία, *opinio Academicorum, qui nihil comprehendi poſſe dicunt.* ad Att. XIII. 19.

Ἀκενόσπουδος, *abhorrens a ſtudio rerum inanium.* ad Div. XV. 17.

Ἀκεραίως, *ſincere*, ad Att. XV. 21.

Ἀκηδεια, *contemtus, quod curæ & ſtudio nemini eſſet*, ad Att. IV. 18.

Ἀκηδία, *torpedo cum mœſtitia*, ad Att. XII. 45.

Ἀκίνδυνα, *periculo carentia*, ad Att. XIII. 19.

Ἀκινδυνα μὲν, χρονιώτερα δὲ, *periculi quidem expertia, ſive tuta, ſed diuturniora*, h. e. vitæ quidem periculum abeſſe, ſed diuturniorem morbum fore; de Tirone ægrotante.

Ἀκνιζόμεθα, *diſſimulamus cupiditatem noſtram*, ad Att. II. 19. cum videri velimus, non cupere nos, tamen vehementer cupimus, hoc enim eſt ἀκνίζεσθαι, unde ἀκνισμὸς, *acciſmus.* Exemplo eſſe poteſt acciſmus Tiberii Neronis Vell. II. 23. Tacit. An. I. 3. & 11.

Ἀκοινώνητον, *alienum a familiari conſuetudine*, ad Att. VI. 3.

Ἀκοινωνήτως, *minime familiariter*, ad Att. VI. 1.

Ἀκολακεύτως, *citra aſſentationem*, ad Att. XIII. 51.

Ἀκολασία, *licentia nimia*, ad Att. XIV. 11.

Ἄκεσμα, ad Att. XII. 4. quidquid ad aures (convivarum) ſuaviter deliniendas, aut oblectandas comparatum eſt. *Non aſſequor*, inquit, *ut ſcribam, quod tui convivæ, non modo libenter, ſed æquo animo legere poſſint, ſi velim gravitatem ejus conſtantiamque laudare; hoc ipſum ἄκεσμα ſit.* Sic ap. Xenoph. ἀπόμνημον. L. II. c. 1. virtus voluptati dicit: τῷ δὲ πάντων ἡδίστῳ ἀκέσματος, ἔπαινε ἑαυτῆς, ἀνήκοος εἶ. Hæc ἀκέσματα, quæ & ἀκροάματα dicuntur, erant *recitationes anagnoſtarum, ſymphoniaci pueri*, γελωτοποιοὶ, &c.

Ἀκρᾶες, *liquidum, non turbidum, perturbatum*, ad Att. X. 17.

Ἀκρόαμα, *vid. in* ἄκεσμα, pro Arch. c. 9. pro *anagnoſte* eſt apud Nepotem in vita Attici c. 14.

Ἀκροστιχὶς, *genus verſus Sibyllini, cum deinceps e primis verſuum literis aliquid connectitur*, ut in quibusdam Ennianis.

Ἀκροτελεύτιον, *clauſula, v. c. carminis, h. l. epiſtolæ. Vox Thucydidea II. 35. quam & habet Pollux II. 16.* ad Att. V. 21.

Ἀκρωτηρίων ἔρια, *ſigna ſecundæ tempeſtatis ex vexiliis in faſtigiis* (ἀκρωτηρίοις) *navium & domorum*, ad Att. V. 12. ἔρια ſunt ſigna bonæ tempeſtatis inſtantis; a quibus etiam Jupiter Urius, de quo vid. Græv. ad Verr. IV. 51.

Ἀκύδηρον, *invenuſtum*, ad Div. VII. 32.

Ἄκυρον, *ineptum*, ad Div. XVI. 17.

Ἄλη, *anxietas & sollicitudo animi nusquam conquiescentis*, ad Att. X. 1.

Ἀλίμενα, *loca portu carentia*, *loca importuosa*, ad Att. IX. 13.

Ἅλις δρυὸς, *satis quercus*, ad Att. II. 19. proverbium de priscis hominibus, qui, inventa fruge, glandes relinquebant. *Dignitatis* ἅλις, *tamquam* δρυός. Satis tibi dignitatis est, ut non opus sit, de ea ulterius augenda cogitare.

Ἅλις σπουδῆς, *satis studii & operæ*, ad Att. II. 1.

Ἀλιτενὴς, *humilis*, *depressus*, *de ambulatione*, ad Att. XIV. 13.

Ἄλκιμος ἔσσ', ἵνα τίς σε καὶ ὀψιγόνων εὖ εἴπῃ. *strenuus esto*, *quo te & posterorum*, *vel qui post nascentur*, *aliquis laudet*, ad Div. XIII. 15. ex Homer. Odyss. Α'. v. 302.

Μὴ μὰν ἀσπουδεί γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην,
Ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι.

Non profecto nulla re præclare gesta & sine laude moriar, *sed re magna & ad posteritatem commemoranda patrata.* Homer. Iliad. Χ'. v. 304. 305.

Ἀλλ' αἰεί τινα φῶτα μέγαν, *sed semper virum ingentem*, ad Qu. Fr. I. 2. ex Homer. Odyss. I. v. 513.

Ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθεν,
Ὡς νεφέλη ἐκάλυψε μέλαινα.

Sed meum numquam animum in pectore inflexit, *nubes enim tegebat atra.* ad Div. XIII. 15. ex Hom. Odyss. Η'. 258. & Ω'. 314.

Ἀλλ' ἐμὸν οὔποτε θυμὸν ἐνὶ στήθεσσιν ἔπειθες Πατρίδος, *supple* ex Homero Odyss. Ι'. 34. ὡς οὐδὲν γλύκιον ἧς:

Sed mihi nunquam persuasisti patria quidquam ulli sua dulcius esse. ad Att. VII. 1.

Ἀλλ' οἰμωζέτω, *sed ploret*, *male ipsi sit*, ad Qu. Fr. III. 9. e Comico aliquo fortasse, apud quos sæpissime οἰμώζειν jubent, quibus mala precantur. Hinc: πολλὰ οἰμώζειν λέγειν.

Ἀλλ' οὐ δαιτὸς ἐπηράτου ἔργα μέμηλεν,
Ἀλλὰ λίην μέγα πῆμα, διοτρεφὲς, εἰσορόωντες
Δείδιμεν· ἐν δοιῇ δὲ σκωσέμεν, ἢ ἀπολέσθαι,

Sed nobis curæ non est convivio suavi operam dare, *verum magnam cladem a Jove immissam intuentes extimescimus*, *incertumque est salvine futuri*, *an interituri simus.* ad Att. XIV. 13. ex Homer. Iliad. Ι'. 228. seqq.

Ἄλλα μὲν αὐτὸς, *ut ait ille*, ἄλλα δὲ καὶ δαίμων ὑποθήσεται, *alia quidem ipse*, *alia autem vel Deus suggeret.* ad Att. IX. 15. ex Hom. Odyss. Γ'. v. 26. & 27.

Ἀλλὰ τὰ μὲν προτετύχθαι ἐάσομεν, ἀχνύμενοί περ, *sed hæc quidem*, *quæ ante acta sunt*, *omittemus*, *licet cum mœrore*, ad Att. VII. 1. X. 12. ex Hom. Iliad. Σ'. v. 112. & Τ'. v. 65.

Ἀλληγορία, figura, de qua Rhetores. Orat. 27.

Ἀλλη-

Ἀλληγορίαις, *verbis alium sensum, quam quem præ se ferunt, indicantibus*, ad Att. II. 20.

Ἄλλο πρόβλημα, *alia quæstio*, ad Att. VI. 5.

Ἄλλοις ἐν ἐσθλοῖς τὸν δ' ἀπωθοῦνται ψόγον, *aliis bonis rebus augendis hanc maculam eluunt*, ad Attic. XIV. 22. senarius poëtæ nescio cujus.

Ἀλογηθῇ, *negligatur*. ad Att. XII. 3.

Ἀλογίστως, *inconsiderate, stulte*, ad Att. IX. 10.

Ἀλόγως, *sine ratione, temere*, ad Att. XII. 35. XIII. 48.

Ἅμα πρόσω, καὶ ὀπίσω, *simul a fronte & a tergo*, ad Div. XIII. 15. Homer. Il. A. 343.

Ἀμαλθεία, *Amalthea*, ad Att. I. 16.

Ἀμαλθεῖον, *Amaltheum*, ad Att. I. 16. Est prædium Attici, cui nomen imposuit ab Ἀμαλθείᾳ. *Amalthea* in fabulis quæ sit, notum est, sed l. c. est gymnasium, aut diæta prædii Epirotici. L. II. ep. I. Cicero dicit: *Amalthea mea te exspectat*. Eam fuisse gymnasium in Arpinati, ut Corradus ait, verosimile est, aut diætam, quam imitaturus Atticum Cicero extruxerat. In hac Amalthea J. Fr. Gronovius putabat posuisse Atticum imagines virorum illustrium, a quibus, ut ab Amalthea Jupiter, ita imperium Romanum tamquam nutritum, ad tantam magnitudinem pervenisset: his adjecisse versus, qui facta eorum & magistratus continerent, de quibus Nepos vit. Att. c. 18.

Ἄμβροτος, *immortalis, divinus*, ad Att. XVI. 5.

Ἄμεμπτα, *non accusanda*, ad Att. VII. 1.

Ἀμεταμέλητος, *non pœnitendus*, ad Att. VII. 3. XIII. 52.

Ἀμηχανία, *inopia consilii*, ad Att. XV. 29.

Ἄμορφον, ἀντιπολιτευομένου χρεωφιλέτην &c. *deforme & turpe est ejus, qui contrariæ sit in republica factionis, debitorem esse*, ad Att. VII. 8.

Ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφειοῦ, *respiratio veneranda Alphei*, ad Att. XII. 5. Pindari verba Nem. I. 1. sic appellat Arethusam, διὰ τὸ ἀποῤῥῶγα καὶ οἷον στόμα τὴν ἀρέθουσαν κρήνην τοῦ ἀλφειοῦ εἶναι, ut ait Scholiastes.

Ἀμφιβολία, *ambigue dictum*, ad Div. VII. 32.

Ἀμφιλαφία, ad Qu. Fr. II. 6. & 15. mihi videtur esse cautionis genus, cum eam rationem tenemus, ut ad utrumque parati simus, ut quodcunque acciderit, eo recte uti possimus; ut duarum rerum simul rationem habeamus, quarum una videtur cum altera non satis consistere posse. *Desidero quodammodo*, ait, ἀμφιλαφίαν *tuam*, quam? *ut advenientem excipiam libenter, latentem non excitem*.

Ἀμύμων, *reprehensionis expers*, ad Att. XVI. 5.

Ἀναθεώρησις, *animadversio, consideratio*, ad Att. XIV. 15. & 16.

Ἀναλογία, *comparatio, proportio*, ad Att. VI. 2. de Univ. 4. v. Varr. L. L. IX. p. 135. ed. Steph.

Ἀναντιφωνησία, *taciturnitas in respondendo, cum alicui nihil respondemus, quam Cicero Verr. I.* 31. taciturnitatem *ipse vocat*.

Ἀναντιφώνητον, *sine responsione*, ad Att. VI. 1.
Ἀναπάντητον, *remotum ab omni occursu*, ad Att. IX. 1.
Ἀναπολόγητον, *quod nulla ratione defendi potest, quod defensione caret*, ad Att. XVI. 7.
Ἀναφαίνεσθαι, *apparere, in publicum prodire*, ad Att. II. 10.
Ἀνέκδοτα, *non edita*, ad Att. II. 6. XIV. 17.
Ἀνεκτὸν, *tolerandum, tolerabile*, ad Att. XV. 19.
Ἀνεκτότερα, *tolerabiliora*, ad Att. XII. 45.
Ἀνεμέσητα, *nulli reprehensioni obnoxia, nemini stomachum moventia*, ad Att. XVI. 7.
Ἀνεμέσητον γάρ, *caret enim invidia*, ad Att. XII. 12.
Ἀνεμοφόρητα, *levia ac ventis dissipata*, ad Att. XIII. 37.
Ἀνεξία, *tolerantia*, ad Att. V. 11.
Ἀνηθοποίητον, *alienum a recta morum conformatione, in quo mores conformari & effingi nequeant*, ad Att. X. 10.
Ἄνθη, *flores, loci meliores excerpti.* hinc *Florilegia*, ad Att. XVI. 11.
Ἀνθηρογραφεῖσθαι, *floride scribi, ornari*, ad Att. II. 6.
Ἀνισορροπία, *inscitia historiarum*, ad Att. VI. 1.
Ἀνοικεῖον, *alienum*, ad Att. XVI. 11.
Ἄντα, *supplendum* τῶναι, *aut* ἐλθεῖν, *contra stare, contra progredi*, ad Att. II. 9.
Ἀντεισακτος, *opposita & objecta voluntati meæ*, ad Qu. Fr. II. 10. Sed ἀντείσακτον est e Bessarionis Cod. auctore P. Manutio. P. Victorius autem legebat: ἀναντίλεκτον, *quod contra dici non potest*, & J. Fr. Gronovius: ἀνίατον, *insanabile*.
Ἀντίθετα, *contraria opposita contrariis*. Or. 50.
Ἀντίχθων, *terra opposita pedibus nostris*. Tusc. I. 28.
Ἀντιμυκτηρίσαι, *vicissim deridere*, ad Div. XV. 19.
Ἀντιόχεια, *Antiochi sententiam continentia*, ad Att. XIII. 12. & 16.
Ἄνω, κάτω, *sursum, deorsum*, ad Att. V. 10.
Ἄνω ποταμῶν, *supple ex Euripide versum:* ἱερῶν χωρεῖσι παγαί, *sursum versus sacrorum fluminum feruntur fontes.* ad Attic. XV. 4. *rerum ordo vertitur*, prov. de rebus ἀδυνάτοις, quo sæpe usi sunt poëtæ. v. c. Ovid. Her. V. 30. ubi vid. Interpretes.
Ἀξία, Fin. III. 6. & 10. vocabulum Stoicum, quod illam rei proprietatem indicat, qua res fit æstimabilis & digna, quæ diligatur, aut aliis præferatur: id quod facit, ut res inter προηγμένα referatur: *pondus dignum æstimatione*, ut Cicero interpretatus est loc. cit.
Ἀξιοπίστως, *fide dignum*, ad Att. XIII. 37.
Ἀξίωμα, *enuntiatum, effatum, enuntiatio quælibet*, Acad. Qu. II. 29. Tusc. I. 7. Fat. 10. Hodie mathematici cum Aristotele accipiunt, pro enuntiato, quod ex se intelligitur: sed Stoici de quovis enunciato dicebant, quod interdum & facit Aristoteles. v. Menagius ad Laërtium VII. 65.
Ἀπιθῆ, *quæ non fantiuntur*, Acad. II. 42. pro ἀπιθῆ Davisius lege-

legebat: ἀπάθεια *nominatur.* Pyrrho ponebat ſummum bonum in ἀπαθείᾳ.

Ἀπαιδευσία, *ignorantia,* ad Att. XIII. 16.

Ἀπαλαίστους, *ſive potius* ἀπαλαίστρους, *a* παλαίστρᾳ, *palæſtræ imperitos.* Orat. 68.

Ἀπάντησις, *occurſus, obviam itio.* ad Att. VIII. 16. IX. 7.

Ἅπαξ θανεῖν, *ſemel mori,* ad Qu. Fr. I. 2. Ex Æſchyl. Prometh. Vinct. 749. κρεῖσσον γὰρ ἅπαξ θανεῖν ἢ τὰς ἁπάσας ἡμέρας πάσχειν κακῶς.

Ἀπαρρησίαστον, *minime liberum, impeditum & reprehendendi licentia carens,* ad Att. IX. 2.

Ἀπειρία, Fin. I. 6. vocabulum Epicureum, quod *infinitionem* interpretatur Cicero. Epicurus autem ita appellabat infinitum illud ſpatium, in quo atomi ex opinione ejus ab æterno movebantur, ex quarum fortuita concurſione hoc univerſum extitit.

Ἀπόγραφα, *deſcripta ex aliorum libris,* ad Att. XII. 52. ſic appellat libros ſuos latinos de philoſophia e Græcis hauſtos & pene deſcriptos.

Ἀπόδειξις, *argumenti concluſio.* Acad. II. 8.

Ἀποδυτήριον, *locus, ubi lavaturi veſtimenta deponebant in balneis.* ἀπὸ τῦ ἀποδύειν, ad Qu. Fr. III. 1. 3. v. Geſnerum V. Cel. ad Varr. R. R. II. 1. & qui ibi laudantur.

Ἀποθέωσις, *conſecratio,* ad Att. I. 16. XII. 12. & 36.

Ἀποκαρτερῶν, *Hegeſiæ liber ita dictus,* Tuſc. I. 35. ἀποκαρτερεῖν dicuntur, qui inedia mortem ſibi voluntariam conſciſcunt, ut Atticus fecit apud Nepotem. Hegeſias itaque Cyrenaicus librum ſuum, in quo de morte contemnenda ita ſcripſerat, ut eo lecto multi ſibi mortem conſciſcerent, inſcripſit ἀποκαρτερῶντα, quod in eo quidam inducebatur, qui cum vellet e vita per inediam discedere, & ab amicis revocaretur, iis reſpondens vitæ humanæ incommoda enumerat.

Ἀπολιτικώτατον, *civilis gubernationis maxime expertem,* ad Attic. VIII. 16.

Ἀπολογισμὸν συντάξομαι, *defenſionem componam,* ad Att. XVI. 7.

Ἀποπροηγμένον, *rejectum.* Stoici cum nollent boni malique loco ponere quicquam præter virtutem & turpitudinem, ceteras res, quibus non poteſt eodem modo animus humanus moveri, tanquam valetudinem rectam, morbum, dolorem, voluntatem, vitam, mortem, divitias, paupertatem &c. distribuebant in προηγμένα, & ἀποπροηγμένα, h. e. dignas, quæ deligerentur, vel repudiarentur, ut v. c. valetudo recta προηγμένον eſſet, morbus ἀποπροηγμένον, ad Div. IX. 7. Fin. III. 15.

Ἀπορία, *dubitatio,* ad Att. VII. 21. XV. 4. XVI. 8. VII. 12.

Ἀποροῦ, *dubito,* ad Att. VII. 11. IX. 13.

Ἀποσπασμάτια, *fragmenta,* ad Att. II. 1.

Ἀπότευγμα, *aberratio, spei frustratio, infelix successus*, ad Div. IX. 21. ad Att. XIII. 27. ad Qu. Fr. III. 2.

Ἀποτόμως, *acerbe, aspere*, ad Att. X. 11. ductum à medicis, qui secant & urunt, & ἀποτόμοι dicuntur. v. Cuperus Obs. II. 17.

Ἀπότριψαι, *abstergito*, ad Att. VII. 5.

Ἀποφατικὰ, *negantia, contraria ajentibus*, iis opponuntur καταφατικά. Top. II.

Ἀποφθέγματα, *facete dicta*, ad Div. IX. 16. Off. I. 29.

Ἀπρακτότατος, *rebus agendis ineptissimus*, ad Att. I. 16.

Ἀπροσδιόνυσον, *absurdum, ineptum, alienum*, ad Att. XVI. 13.

Ἀπρόσιτος, *non facilis aditu, minime affabilis, asper*, ad Att. V. 20.

Ἀπροσφώνητος, *insalutatus*, ad Att. VIII. 8.

Ἀργὸς λόγος, *ignava ratio*, Fat. 12. genus sophismatis, quod inde nomen traxit, quod credebatur, homines, eo deceptos, ignavos & otiosos reddere. Est enim hujusmodi, ut est apud Cic. de Fat. 12. *Si fatum tibi est, ex hoc morbo convalescere, sive medicum adhibueris, sive non, convalesces &c.* Hoc sophismate utebantur in disputationibus de libertate, fato. de eo egregie Facciolatus acroa. V.

Ἄρειος πάγος, *Areopagus, rupes Martia*, ad Att. I. 14.

Ἀρετὴ non est διδακτὸν, *virtus non est res, quæ tradi & doceri possit*, ad Att. X. 12. de quo est Æschinis Dialogus I.

Ἄρη πνέον, *Martem spirans*, de iis dicitur, qui ipso vultu crudelitatem aliquam & sævitiam præ se ferunt, ad Qu. Fr. III. 4. Ex Æschyli Agam. 387.

Ἀριστεία, *præclarum facinus*, dignum ἀριστεῖῳ, h. e. præmio, quod dari solet iis, qui ἀριστεύσασιν, h. e. rem præclaram gerunt. ἀριστεῖον ad Att. XIV. 16. appellat Dolabellæ Cos. facinus, quum columnam in Cæsaris sepulcro evertisset, de quo in Philippicis passim. ad Att. XIV. 16. XVI. 19.

Ἀριστοκρατικῶς, *accommodate ad statum optimatum*, ad Att. I. 14.

Ἀριστοτέλειον, *Aristotelium*, ad Att. XIII. 19.

Ἀριστοτέλης, *Aristoteles*, ad Att. IV. 16.

Ἀριστοτέλες ἐξωτερικοὶ, *Aristotelis libri ita dicti*, ad Att. IV. 16. quia ad sensum popularem propemodum scripti, ut ab his quoque intelligi possent, qui philosophiam ejus non didicissent; nam hi ἐξωτερικοὶ appellabantur. his opponuntur ἀκροαματικοὶ, qui his scribuntur, qui philosophiam didicerunt, doctis, eruditis.

Ἀριστοτέλες & Θεοπόμπα πρὸς Ἀλέξανδρον, *Aristotelis & Theopompi ad Alexandrum*, ad Att. XII. 40.

Ἀρκαδίαν: *Hexameter integer sic habet:* Ἀρκαδίαν μ' αἰτεῖς, μέγα μ' αἰτεῖς, ἄτοι δώσω, *Arcadiam me poscis, rem magnam me poscis, nequaquam dabo*, ad Att. X. 5. proverbium, cum quis petit, quod fieri non potest, aut difficillimum est. Is versus oraculo editus est, de quo Herodotus L. I. c. 66. p. 26. ed. Steph.

Ἄρκτοι. *Ursa major & minor*, Nat. Deor. II. 41.

Ἁρμονίη, *consensus*, de Univ. 8.
Ἀῤῥωστήματα, *ægrotationes*, Tusc. IV. 10. vocabulum Stoicum, ex arte medica translatum & traductum ad animum; in quo genere translationis nimii erant Stoici, in primis Chrysippus. In animo itaque, ut in corpore, esse dicebant νοσήματα & ἀῤῥωστήματα, quæ ex perturbationibus existerent, cum inveterassent penitusque insedissent, tamquam avaritiam, gloriæ cupiditatem, mulierositatem. Differunt autem νόσημα & ἀῤῥώστημα gradu.
Ἀρχέτυπον, ad Att. XII. 5. XVI. 3. est proprie *exemplar primigenium*. hunc sensum habet L. XVI. ep. 3. nam ibi dicit, se remittere σύνταγμα retractatum, non autem ἀπόγραφον ab exemplo primo, sed ipsum ἀρχέτυπον, crebris locis inculcatum & refectum. Sed L. XII. 5. ἀρχέτυπα *Nicasionum* sive, ut I. F. Gronovio recte placebat, νεοικοσώνων, sunt *tabulæ eorum, qui recens mancipes sunt facti*, sive *redemerunt vicesimas*, similes his, quas quivis pater familias diligens conficiebat.
Ἀρχή, *initium*, ad Att. X. 10.
Ἀσαφέστερος, *obscurior in scribendo*, ad Att. XIII. 25.
Ἀσελγὴς, *lascivus*, *delicatus*, ad Att. II. 12.
Ἀσμενέστατα, *libentissime*, ad Att. XIII. 22.
Ἀσμένιστον, *gratissimum*, *libentissimum*, ad Att. IX. 2. & 10.
Ἀσπονδος, *implacabilis*, ad Att. IX. 10.
Ἀστρατήγητος, *ignarus artis imperatoriæ*, ad Att. VII. 13.
Ἀστρατηγικώτατος, *artis imperatoriæ maxime ignarus*, ad Att. VIII. 16.
Ἀσφαλὲς, *tutum*, ad Att. XVI. 5.
Ἀσφάλεια, *securitas*, *tutum præsidium adversus vitæ pericula*, ad Att. II. 19. XVI. 8.
Ἀσώματος, *sine corpore*, *corporis expers*, Nat. Deor. I. 12.
Ἀταραξία, *status mentis perturbatione vacuus*, ad Div. XV. 19.
Ἄτεχνοι, *artis expertes*, Top. 4.
Ἀτιτία, *defectus solutionis*, *cum quis solvendo non est*, Att. XIV. 19.
Ἀτοπώτατον, *absurdissimum*, *alienissimo loco positum*, ad Att. XV. 26.
Ἀτριψία, *ruditas in aliquo genere*, ad Att. XIII. 16.
Ἀττικισμὸς, *Atticismus*, *sive orationis lepos*, ad Att. IV. 17.
Ἀττικώτατα, *quæ maxime sunt Attica*, ad Att. XV. 1.
Ἀττικώτερα *magis Attica*, ad Att. I. 13.
Ἄτυφον, *sine ambitione*, *sine fastu*, ad Att. VI. 9.
Αὐθεντικῶς, *cum auctoritate*, *certo auctore*, ad Att. IX. 14. X. 9.
Αὐθωρεὶ, *illa ipsa hora*, ad Att. II. 13.
Αὔξησις, *amplificatio*, Or. 36.
Αὐτίκα γάρ τοι ἔπειτα μετ' ἔκτορα πότμος ἑτοιμος, *statim enim tibi deinde post Hectorem mors parata*, ad Att. IX. 5.
Αὐτίκα τεθναίην ἐπεὶ ἐκ ἄρ' ἔμελλον ἑταίρῳ
Κτεινομένῳ, ἐπαμῦναι, *utinam statim moriar*, *cum non potui socio*, *cum interficeretur*, *opem ferre*, ad Att. IX. 5. uterque versus est ex Hom. Il. Σ. v. 98. 99.

Αὐτονομία, *facultas & libertas suis utendi legibus*, ad Att. VI. 1. & 2.
Αὐτόχθων, *nativus & indigena*, ad Att. VII. 2. opponuntur ἀυτόχθονες iis, qui per coloniam in regionem aliunde ducti sunt.
Αὐτῷ τῷ μέτρῳ, καὶ λώϊον, *eadem mensura, & melius*, ad Attic. XIII. 12. ex Hesiod. Oper. & D. v. 350.
Ἄφατα, ἀδιήγητα, *non dicenda, non narranda*, ad Att. XIII. 9. XV. 19.
Ἀφελέστατος, *simplicissimus*, ad Att. I. 18. nihil fingens, nihil dissimulans, sine fallaciis, & fuco, ut ait Att. I. 1.
Ἀφελῶς, *simpliciter*, ad Att. VI. 1. & 7. ad Qu. Fr. I. 2.
Ἄφιδρυμα, *fanum*, ad Att. XIII. 29.
Ἀφιλόδοξον, *ambitione vacans*, ad Att. II. 17.
Ἄφρακτα, *naves non tectæ, sed apertæ*, ad Att. V. 11. & 12. X. 11. opponuntur κατάφρακτα, quæ *constratæ* Cæsari vocantur, Bell. Civili. de iis vid. Scheff. de re Nav. p. 130.
Ἀφωμίλησα, *me a colloquio separavi*, ad Div. XVI. 17.
Ἀχαριστία, *ingratus animus*, ad Att. IX. 7.

B.

Βαθύτης, *profunda taciturnitas*, ad Attic. IV. 6. ubi v. Casaub. V. 10. VI. 1. Sallustius Jug. 105. *altitudinem ingenii* vocat, quæ est eorum, quorum consilia assequi non possumus, qui valde tegunt suos sensus. v. Turneb. Adv. III. 15. quem ad Sall. l. c. laudat Cortius. Polybius in Excerpt. Virt. & Vit. p. 1441. vocat βάθος. ubi vid. Vales. Sic Ovid. Am. II. 4. 16. *ex alto dissimulare*. ubi v. Burman. qui recte de profundo silentio intelligit. Tunstallus in Epist. ad Midleton. p. 114. interpretatur *prudentiam*.
Βεβίωται, *vita feliciter acta est*, ad Att. XII. 2. XIV. 21. Viximus! Virgil. Æn. IV.
Βλάμματα, *detrimenta*, Fin. IV. 21.
Βλάσφημα, *quæ mali sunt ominis*. ad Att. XV. 11. ἔυφημα contra *bene ominata* dicuntur, vid. Casaub. ad Theophr. Charact. cap. 19.
Βάλησις, *voluntas*, Tuscul. IV. 6.
Βέλυσις, *vespera, tempus, quo boves ab aratro solent solvi*, ad Att. XV. 27. Ex Homero intelligi potest, veteres tempora diei appellasse ab iis rebus, quæ agi solerent. Et quoniam rustica tunc temporis vita erat hominum, ab opere rustico nomina partibus diei tribuerunt. Vespera igitur dicta βέλυσις sive βελυτόν, quod est Iliad. II. v. 779. v. Schol.
Βοῶπις, *magnis iisque perpulcris oculis prædita:* Junonis epitheton Homericum. ad Att. II. 9. & 12. XIV. 22.

Γ.

Γαυριῶ, *glorior*, ad Att. XVI. 5.
Γέλως σαρδόνιος, *Sardonius risus*, ad Div. VII. 25. proverbium de iis, qui ridendo sibi nocivum concitant periculum. Unde ortum putetur, docebit Erasmus in Chiliadibus.
Γενικῶς, *generaliter*, ad Att. I. 14. Tunstallus: *omnino, sine exceptione.*

Γενικώτερον, *generalius*, ad Att. IX. 10.
Γεροντικώτερον, *senilius*, ad Att. XII. 1.
Γεωγραφικά, *commentarii de terræ descriptione*, ad Att. II. 6.
Γεωμετρικῶς, *non minus certa ratione, quam qua Geometræ utuntur*, ad Att. XII. 5. γεωμετρικῶς dicitur Atticus Ciceronem *refellisse*, in eo, quod Cicero scripserat, Fannium, qui historiam scripsit, Lælii generum fuisse.
Γῆν πρὸ γῆς *cogitare* dicitur, qui solum vertere, & ex alia terra in aliam, & quidem semper proximam quamque, fugere cogitat, v. Manut. ad h. l. qui ex Æschylo hæc verba desumta putat, ad Attic. XIV. 10.
Γλαῦκ' εἰς Ἀθήνας, *noctuam Athenas* (sc. porto vel mitto,) ad Div. VI. 3. IX. 3. ad Qu. Fr. II. 15.
Γλισχρῶς, *parce, tenuiter*, ad Att. XVI. 1.
Γλυκύπικρον, *dulce amarum*, ad Att. V. 21.
Γνῶθι, πῶς ἄλλῳ κέχρηται, *nosce quemadmodum alio usus fuerit.* Explora prius, quam cum aliquo amicitiam facias, fidemque habeas, quomodo se erga alios amicos gesserit, qua fide in alios fuerit. ex Epicharmo.
Γνῶθι σεαυτόν, *nosce te ipsum*, ad Qu. Fr. III. 6.
Γοήτεια, *præstigiæ, malitiosæ blanditiæ*, ad Att. IX. 13.
Γόνυ κνήμης, *genu tibia*, sc. propius est, ad Div. XVI. 23. proverbium, quod eam vim habet, quam Terentianum illud: *Proximus sum egomet mihi.* Nostri: *Das Hemde ist mir næher als der Rock.* v. Theocrit. Idyll. XVI. 18.
Γοργεῖα γυμνά, *larvæ nudæ*, ad Att. IV. 16. de accusatoribus Gabinii, qui absolutus erat, quod, quemadmodum nudæ & inanes larvæ terrent illæ quidem, sed veri damni afferre nihil possunt, ita Gabinium accusatores terruerant, nihil ei nocuerant.
Γυμνασιώδη, *apta gymnasio*, ad Att. I. 6.

Δ.

Δαίμονες, genus Deorum, quod latine *Lares* dici posse putat Cicero. de Univ. 11. v. Ind. Lat. in *Lares.*
Δεδῆχθαι, *morsum esse*, ad Att. XIII. 20.
Δεινὸς ἀνὴρ τύχα κεν καὶ ἀναίτιον αἰτιόωτο, *vehemens vir & qui vel insontem accusare audeat*, Att. XIII. 25. ex Homer. Iliad. Λ. v. 653.
Δέρρεις, *pelles, involucra*, ad Att. IV. 17.
Δεύτεραι Φροντίδες, *posteriores cogitationes*, ad Qu. Fr. III. 1. 6. ex Euripidis Hippolyto.
Δημήτηρ, *Ceres*, nominata, quasi Γημήτηρ, terra mater, Nat. D. II. 26.
Δῆμοι, ad Att. VII. 3. *Loca.* Nam Latinis *loca* sunt χῶροι, χωρία, v. Salmas. ad Solin. p. m. 690. Verti etiam potest: *populi, pagi.* Nam δῆμοι Ἀττικῆς, *Populi Atticæ*, de quibus extat *Meursii* libellus, nihil sunt, nisi *pagi*, (*Cantons*) in quos Attica erat descripta, & a quibus Athenienses, ut Romani a tribubus, nominabantur.

Nam ut Romani, v. c. dicebant: *Q. Verres Romilia;* sic Græci: Δημοσθένης Παιανιεύς. Cicero dicit se scripsisse *in Piræeum;* idque sibi vitiosum visum non esse, quod de Piræeo dixisset, non ut de *oppido*, sed ut de *loco*, h. e. *pago*, *regione*. sic Terentium dixisse *e Sunio*. Sunium æque esse oppidum ac Piræeum. Itaque si δῆμοι sint oppida, necessario Terentium quoque peccasse. Sed Terentium intellexisse *Sunium pagum*, *populum*, cujus caput esset urbs Sunium, & qui ab eo oppido appellaretur. Sic se dixisse in *Piræeum pagum*, *populum*, non *oppidum* ipsum. Sic capiendus est locus, quem nec ὁ πάνυ Grævius satis cepit. Nam *locum* explicat de *vico*, qualis Haga Batavorum; quæ vocabuli vis locum hic non habet. Nam non magis dici potest: *profecti sumus in Hagam*, quam *in Lipsiam*.

Διάθεσις, *sensus*, *cogitatio*, *quo quis animo est*, ad Att. XIV. 3.

Διάλογος, *dialogus*, *colloquium*, ad Att. XV. 13. V. 5.

Διαίρεσις, *divisio*, *distributio*. ad Att. VI. 1.

Διανοητικαὶ φαντασίαι. *intelligibiles visiones*, *visa rerum intelligibilium non sensibilium*. ad Div. XV. 16. vid infra φαντασία.

Διαρρήδην, *aperte*, *diserte*. ad Div. XVI. 21.

Διαῤῥοία, *alvi profluvium*, ad Div. VII. 26.

Διὰ σημείων, *per notas*, *siglas scribere*. ad Att. XIII. 32.

Διατροπή, *infamia*, *dedecus*. ad Att. IX. 13.

Διάφασις, *prospectus*, ad Att. II. 3.

Διαφόρησις, est vocabulum medicum, quod significat *transspirationem*, *quæ fit per sudorem*, unde διαφορητικὰ ἐάματα, *medicamenta ad sudorem efficiendum accommodata & comparata*. Neque video, quid causæ sit, quare, cum de imbecillæ valetudinis homine Tirone sermo sit, cui διαφόρησις profuisse dicatur, in hac significatione verbi acquiescere nolimus, & cum P. Manutio interpretari, *relaxationem animi*, quæ potius altero illo indicatur: *si vero etiam Tusculanum profuit*. ad Div. XVI. 18.

Δίβαφον, *bis tincta purpura*, *vestis auguralis*, ad Div. II. 16. ad Att. II. 9. ita dicitur, quia primo cocco, deinde purpura tingebatur. Ruben. de Lato Clavo II. 14.

Διδασκαλία, *doctrina*, *loci philosophici explicatio*, *aut ex alia arte*. ad Div. VIII. 3.

Διδακτὸν, *quod doceri potest*, ad Att. X. 12.

Διευκρινήσεις πρόβλημα πολιτικὸν, *explicabis quæstionem ad reipublicæ statum pertinentem*, ad Att. VII. 9.

Διοίκησις, dicitur *districtus*, ut vulgo dicunt, sive *portio quædam provinciæ*, *cujus administratio & jurisdictio Prætori commissa est*. Sic Cicero præter Ciliciam tres διοικήσεις in Asia habebat, Cibyraticam, Apamensem & Synnadensem. Hoc sensu Hellespontia διοίκησις dicitur. Hinc hodie quoque Gallis ejusmodi portio provinciæ dicitur *une diœcese*, ad Div. XIII. 53. & 67.

Διονύσι-

Διονύσιος ἐν Κορίνθῳ, *Dionyſius Corinthi*, ad Att. IX. 9. origo proverbii ſatis nota eſt. In dubium vocavit vulgarem opinionem de Dionyſio ludimagiſtro Rev. Heumannus in Epiſtola ad Raphelium. Locum Ciceronis ipſum recte interpretatur Montgaut, cujus interpretationem v. ap. Olivetum ad h. l.

Διόσκουροι, Nat. D. III. 21. *Caſtor & Pollux.*

Διπλῆ, *dupla*, genus notæ, qua veteres Grammaticos uſos fuiſſe conſtat. Ea eſt de duabus lineis ad angulum acutum coëuntibus, hoc modo ◁ aut ▷ item ſic CC. vid. doctos viros cum ad h. l. tum Menag. ad Diog. Laërt. III. 66. & Schol. ad Ariſtoph. Nubes pluribus locis. Eſchenbach. de notis crit. p. 247. 248. Montfaucon. Palæogr. Gr. p. 352. Troz. ad Hugonem de Orig. Scrib. p. 280.

Διφθερίαι, *libri, e membranis facti*, ad Att. XIII. 24. Sic interpretatur bene Victorius, qui διφθέρας ex h. l. laudat, ad Varron. R. R. II. extr.

Δίχα μοι νόος, ἀτρέκειαν εἰπεῖν, *ambigit animus ad verum dicendum*, ad Att. XIII. 38. e Pindari carmine deperdito.

Διψῶσα κρήνη, *aridus vel ſiticuloſus fons, in quo nihil eſt aquæ*, ad Att. XII. 5. ita appellatur, cujus eſt res anguſta domi, qui in anguſtiis eſt rei familiaris.

Δόγματα, *decreta philoſophica, placita*, Acad. II. 9.

Δολιχὸν πλόον ὁρμαίνοντες, *longam navigationem molientes*, ad Att. XVI. 13. ex Hom. Γ. v. 169.

Δρομόθεν, *ex curſu*, ad Att. XI. 6. Sed hæc lectio eſt a Boſio efficta e lectione Cod. Cruſelliani: *dromo te nunc.* Tunſtallus in Epiſt. ad Midleton. p. 158. reſcribit: Δρόμῳ *te nunc* (ſc. fer) *ad Oppium.*

Δυσδιάγνωστον, *difficile dijudicatu*, ad Att. V. 4.

Δυσεντερία, *inteſtinorum morbus*, ad Div. VII. 26.

Δυσεξίμητα, *quæ ita demerſa ſunt & abdita, ut vix e profundo educi poſſint*, ab ἐξιμᾶν, *proferre e profundo*, ad Att. V. 10.

Δυσουρία, *urinæ difficultas*, ad Att. X. 10.

Δυσουρικὰ, καὶ δυσεντερικὰ πάθη, *urinæ & inteſtinorum morbi*, ad Div. VII. 26.

Δύσχρησια, *incommoda*, ad Att. VII. 5.

Δυσχρηστήματα, *incommoda*, Fin. III. 21.

Δυσχρηστία, *difficultas verſuræ faciendæ, ſeu mutuo ſumendæ pecuniæ*, ad Att. XVI. 7.

Δυσωπία, *verecundia*, ad Att. XIII. 33. XVI. 15. cum veremur alicui aliquid poſtulanti, petenti &c. negare.

E.

Ἐὰν διαμείνῃ, *ſi permanſeris*, ad Att. XV. 12.

Ἔα πάσας, *mitte omnes*, ad Qu. Fr. II. 10. Manutius negat, ſe locum intelligere. Lambinus autem omiſſum dicit: μελεδώνας, *curas, a* μελεδώνη.

Ἑατέον, *relinquere oportet*, ad Att. I. 16.

Ἑαυτὸν τιμωρέμενος, *ſeipſum puniens.* ſenex Terentianus. Tuſc. III. 27.

Ἐβδελυττόμην, *abominabar.* ad Att. XV. 29.

Ἐγγήραμα, *senectutis requies, delectatio, occupatio*, ad Att. XII. 25. 3.

Ἐγκελεύσματα, *hortationes*, ad Att. VI. 1.

Ἐγκωμιαστικὰ, *ad res laudandas comparata*, ad Att. I. 19. de verbo ἐγκώμιον & hinc ductis vid. doctam disputatiunculam Ill. Spanh. ad Or. I. Juliani f. 5-8.

Ἐδικώθησαν, *supplicio affecti ac necati sunt*. Verr. V. 57. Hotomannus conjiciebat legendum: ἐδικαιώθησαν, quod δικαιῶν apud probæ notæ scriptores interdum sit, *punire, necare pœnæ causa*. Et sic in duobus MSS. Lambinus reperit: sic habet etiam alius codex Grævio laudatus. Itaque Grævius reposuit: ἐδικαιώθησαν. Sed mihi accuratius rem æstimanti ἐδικώθησαν rectum videtur. Nam primo non est contra analogiam a δίκη, formari δικόω. Sic καταδικᾶν est ap. Dionem Cass. p. 631. Glossar. Vet. δικολογέω pro δικαιολογέω. Deinde ἐδικαιώθησαν, & per se, & hoc sensu, est Græcorum optimis usitatum: Cicero autem addit: *ut Siculi loquuntur*: quod indicio est, aut verbo, aut sensu usitati ceterum verbi inusitato reliquis Græcis usos esse Siculos. Sed hic sensus verbi ἐδικαιώθησαν, auctoribus ipsis doctis hominibus, non insolitus est: ergo verbo inusitato usi sint necesse est. Atqui hoc convenit in verbum ἐδικώθησαν, non in ἐδικαιώθησαν. Tertio si variant Codd. probabiliusne est, ἐδικαιώθησαν, notum omnibus, mutatum esse a librariis in ἐδικώθησαν, an contra accidisse? Ejusdem mecum sententiæ vidi esse Maffeum Antiqu. Gall. Aquitan. p. 13. Nostri: *Er ist justificiret worden, es ist ihm sein Recht wiederfahren*. Ceterum qui hoc loco abutuntur, ut ostendant, purum esse ab Ebraismo verbum δικαιῶν, quando in N. T. est *absolvere*, nimis cupide causam desperatam defendunt.

Εἰ δ' ἐν αἰῷ ἔζησας, *si in terra vixisti*, ad Qu. Fr. II. 10. ex incerto auctore initium sententiæ, cujus vim se scire negat Manutius, quod totam sententiam non adscripsit Cicero.

Εἴδωλα, *spectra, imagines*, ad Div. XV. 16. ad Att. II. 3. *exuviæ* vel *membranæ*, ut Lucretius appellat, quæ, ut placet Epicuro, de corporibus defluunt continuo & sensus hominum pulsant, vid. Lucret. L. IV. v. 34. sqq.

Εἰδώς σοι λέγω, *sciens tibi dico*, ad Att. IX. 7.

Εἴη μισητὸς φίλος οἶκος, *odio sit ipsa domus*, ad Attic. IV. 8. proverbium Græcum est: οἶκος φίλος, οἶκος ἄριστος, cujus originem vid. ap. Erasmum pag. 563. Eo usus est Cicero ad Att. XV. 15. hic autem tantam suavitatem esse jucunditatemque dicit ædium Antiatinarum, ut sua sibi domus pene odio sit.

Εἰλικρινὲς, *sincerum, integrum*, ad Qu. Fr. II. 8. quod etiam ad solem explicatum & inspectum purum reperitur. Sic πρὸς ἀνγὰς sc. ἡλίκ ἀνασκοπεῖν τι dicitur. Longin. S. III. Κᾶν ἕκασον αὐτῶν πρὸς ἀνγὰς ἀνασκοπῇς, ubi vid. Fabrum & Tollium.

Εἱμαρμένη, *fatalis necessitas, fatum*, Nat. D. I. 20. Div. I. 55.

Εἰ μενε-

Εἰ μενετέον ἐν τῇ πατρίδι τυραννουμένῃ, &c. *an manendum in patria tyrannide oppressa: ea vero tyrannide oppressa an quovis modo tyrannidis eversio molienda est, etiamsi civitas propter id de summa rerum periculum subitura sit. An cavendum sit, ne qui tyrannidem evertit, ipse evehatur. An tentandum sit, opem ferre patriæ tyrannide oppressæ verbis & rei opportunitate, potius, quam bello. Utrum civis boni sit, secedentem aliquo, quiescere oppressa a tyranno patria, an quodcumque subeundum discrimen pro libertate. An bellum inferendum regioni, eaque sit obsidenda, si a tyranno opprimatur. An etiam is, qui non probet, ut bello tyrannis evertatur, tamen nomen suum profiteri cum fortissimis viris debeat. An cum bene meritis & amicis una subeunda sint pericula in rebus, quæ pertinent ad rempublicam, etiam si illi minus recte de summa rerum consuluisse videantur. Utrum de patria bene meritus, ob eamque causam gravissima quæque passus, & invidia oppressus, ultro pro patria discrimen subire debeat: an permittendum ei, ut sui ipsius interdum & carissimarum personarum rationem habeat, dimissis adversus potentes concertationibus pro republica.* ad Att. IX. 4. sunt θέσεις (vid. in h. v.) in quibus meditandis otium consumebat Cicero, ut animum parumper ab ægritudine abduceret.

Εἴρων, *simulator, dissimulator:* ita dictus Socrates, quod redarguendorum sophistarum causa simulabat, se omnia nescire, etiam cum recte sciret. De verbo εἰρονείᾳ vid. Theophrast. Char. c. I. & ibi ὁ πάνυ Casaubonus. Or. 2. 67. Brut. 88. Off. I. 30.

Εἰρωνεία, *dissimulatio, cavillatio,* ad Att. XVI. 11. Acad. II. 5.

Εἰρωνεύεσθαι, *dissimulare, dissimulanter loqui,* ad Div. IV. 4.

Εἷς ἐμοὶ μύριοι, *unus mihi decem millia, unus mihi instar multorum millium,* ad Att. XVI. 11.

Εἷς οἰωνὸς ἄριστος ἀμύνεσθαι περὶ πατρης, *unum augurium optimum pugnare pro patria,* ad Att. II. 3. ex Hom. Iliad. M. v. 243.

Εκβολὴ λόγου, *digressio,* e Thucyd. I. 97. ad Att. VII. 1.

Ἐκμαγεῖον. ad Att. X. 1. hanc vocem in Ciceronem intrusit Bosius e vestigiis Codicis MS. Sed neque in Gronoviana, neque in Græviana servata est. de voce ἐκμαγεῖον. v. Voss. ad Catull. p. 97.

Ἐκτενέστερον, *prolixius & largius in officiis promittendis, & benevolentia significanda,* ad Att. XIII. 9. utrumque est de sermone, qui amoris officiique plane insignem atque inusitatam significationem habet. Nam ἐκτενὴς & ἐκτένεια insigne & incredibile quoddam studium, ardoremque in re aliqua significant. Et hanc vim habent in omnibus locis, quibus sacri scriptores usi sunt. Luc. XXII. 44. Act. XII. 5. XVI. 7. 1 Petr. I. 22. IV. 8.

Ἐκτένεια, *prolixa & larga studii & voluntatis declaratio,* ad Att. X. 17.

Ἐκτρόποιμος, *remota a via,* ad Att. XII. 12. monumentum filiæ Tulliæ extruere volebat. huic ἀποθεώσει non satis aptam putabat insulam, quam in Arpino fluvius Fibrenus efficiebat (de Legg. II. 1.) quod iste

EGYETEMI KÖNYVTÁR DEBRECEN

iſte locus nimis eſſet a via regia remotus, adeoque non eſſet in conſpectu, celebrarique poſſet. Nam hanc ipſam ob cauſam ad vias celeberrimas monumenta ſolebant extruere Romani, ut eo facilius memoria hominum propagaretur ad poſteros, & a quam plurimis conſpicerentur: unde verba: *Siſte gradum viator:* quibus hodie uti non licet, cum monumenta hujusmodi locis clauſis & ſeptis, non in via ſint: ut merito rideatur etiam doctorum hominum in ea re indocta κακοζηλία.

Ἐκφώνησις, ὑπέρευ, *exclamatio, ſupra quam dici poſſit, recte, egregie,* ad Att. X. 1.

Ἔκχυσις, *effuſio,* ſc. *radiorum.* ad Att. II. 3. Veteres enim putabant viſionem fieri radiorum ex oculis emiſſione.

Ἐλάπιζεν, *falſo oſtentabat, inſolentius jactabat,* ad Att. IX. 13. in aliis edd. eſt ἐσάλπιζεν, quod defendit Victor. V. L. 37. 3. male. Nam, ut vere Lambinus monet, σαλπίζειν eſt *vera prædicare,* λαπίζειν falſa, quod huic loco convenit: non quo non & σαλπίζειν ſit hominis arrogantis & jactatoris, ſed quod σαλπίζοντες tantum ea, quæ vera ſunt, jactant, λαπίζοντες autem contra. Sic etiam latini *buccinatorem* appellant, qui veras laudes immoderatius jactat. Cic. ad Tiron. *quod polliceris, te buccinatorem fore exiſtimationis meæ* &c. XVI. 21. Eodem modo noſtri dicunt: *Etwas ausposaunen.* Ceterum ſubit hic memoria cogitationis ejus, cum putarem illud Matth. VI. 4. ὅταν ποιῇς ἐλεημοσύνην, ἃ μὴ σαλπίσῃς ἔμπροσθέν σε, non eſſe, ut plerique faciunt, proprie accipiendum, cum nulla idonea auctoritate confirmari conſuetudo tam abſurda poſſit, ſed de prædicatione liberalitatis immoderatiori. Videant Judaici ritus peritiores!

Ἐλάχιστον, *minimum.* Fat. 10.

Ἐλικτὰ καὶ ἀδὲν, Euripidis Andromacha ſic habet integrum locum: ἑλικτὰ κ' ἀδὲν ὑγιὲς, ἀπλᾶ πάντα πέριξ φρονοῦντες, *quorum mens eſt involucris circumtecta, quique minime ſincero & candido eſtis animo, ſed verſute omnia cogitatis,* ad Att. II. 25.

Ἐμβόλιον, *pars quædam operis, ab argumento propoſito ſejuncta,* ἔκθεσις, quam ſecundo libro de conſulatu ſuo inſerere cogitabat, ad Q. Fr. III. 1.

Ἐμετικὴ, ad Att. XIII. 52. male redditur h. l. *curatio per vomitum:* de qua Pantagathus accipiebat, qui & legendum conjiciebat *egerat,* probante Grævio & Corrado. Non venit doctis hominibus in memoriam locus ex Or. pro Dejot. c. 7. de eodem Cæſare, de quo hic ſermo, apud Dejotarum deverſante: *Cum vomere poſt cenam te velle dixiſſes, in balneum te ducere cœperunt.* Ex quo intelligitur, poſt cenam ad vomitum iſſe homines, ut cibo alvum exonerarent, ne large ſumtus noceret. Celſus I. 3. *Rejectum eſſe ab Aſclepiade vomitum video: nec reprehendo, ſi eorum offenſus eſt conſuetudine, qui quotidie ejiciendo vorandi facultatem moliuntur - - commoneo tamen, ne quis, qui valere & ſeneſcere volet, hoc quotidianum habeat. Qui vomere poſt cibum volet &c.* de hac igitur Cæſaris conſuetu-

dine

dine sermo: *accubuit*, ἐμετικὴν *agebat*, l. c. volebat vomere post cenam, ideoque largius edebat. adde Casaub. ad Sueton. Vitell. 13.

Ἐμπολιτεύομαί σοι, *tecum ago de republica*, ad Att. VII. 7.

Ἐμφατικώτερον, *luculentius, cum majori significatione*, ad Brut. 1.

Ἐμφιλοσοφῆσαι, *una philosophari*, ad Att. IV. 16.

Ἐν αἰνιγμοῖς, *obscure dictis*, ad Att. II. 19. VI. 7.

Ἐνάργεια, *perspicuitas, evidentia*, Acad. II. 6.

Ἐνγόνασιν, *genibus nixa*, Arat. fr. sidus prope draconem, exhibens speciem viri laborantis, εἴδωλον ἐοικὸς ἀνδρὶ μογέοντι, ut Aratus ait I. 63. aut, ut Scholiastes ait, ὀκλάζοντι: unde ἐν γόνασι dictum est, q. d. *qui genubus nixus conspicitur*.

Ἐνδόμυχον, *arcanum de re domestica*. ad Att. V. 14. & 21. nempe de conjugio Tulliæ filiæ. ἐνδόμυχον proprie est, quod in intimo recessu ac penetrali abditum est. Sic ἐνδόμυχον πῦρ urebat Leandrum ap. Musæum v. 246. Nam μυχὸς dicitur cujusque rei intimum. vid. Spanh. ad Julian. Or. I. p. 68.

Ἐν δυνάμει, *cum vi & efficacia*, ad Att. IX. 6. rogat me paucis quidem verbis, sed ἐν δυνάμει, sed iis, quæ magnam vim habent; adhibet πεῖθανάγκας, ut tyrannorum preces appellat, IX. 13. quibus non posum resistere. Idem ἐν δυνάμει aliquoties occurrit apud auctores sacros, sed alio sensu, Hebraico scilicet.

Ἐνεπερπερευσάμην, *venditavi me*, ad Att. I. 14. Unus omnino hic locus profani scriptoris est, in quo hoc verbum occurrat. Simplex est apud Paullum ad Corinth. I. c. 13. 5. Ex latino fonte ductum esse non omnes concedunt: quam vim habeat, ex hoc Ciceronis loco facile intelligitur. Dicit, *reduci Pompejo novo auditori me omni modo jactavi & venditavi, nullo genere præcipuo ornamentorum neglecto, quæ numquam ita se mihi obtulerunt, ut nunc*. Hic sensus loco Paullino egregie convenit, & plus apud nos valere debet Ciceronis, quam eorum auctoritas, qui diu post vixerunt.

Ἐν ἐπιτομῇ, *summatim*, ad Att. V. 20.

Ἐνεοευθέστερος, *rubicundior*, ad Att. XII. 4.

Ἐνθουσιασμὸς, *afflatus divinus*, ad Qu. Fr. III. 4.

Ἔννοια, *notio, intelligentia*, Top. 7. Acad. II. 7. Fin. III. 6. Tusc. I. 24. ἔννοιαι sunt primo *notiones rerum in animis natura insitæ & consignatæ*. Tusc. I. 24. unde κοιναὶ ἔννοιαι notiones, hanc ipsam ob causam communes, quia natura insitæ sunt, aliud genus est ἐννοιῶν, de quo Acad. II. 10. & 7. Top. 7. hæ sunt *notitiæ rerum e visis extrinsecus arreptis & inter se comparatis constitutæ, quæ & προλήψεις vocantur*. Iterum de Fin. III. 6. ἔννοια Stoica est *intelligentia vel notio*, qua videmus rerum agendarum ordinem & quasi concordiam, quam ubi homo cepit, multo, ut ajunt, pluris eam æstimat, quam, quæ primum dilexerat, &c.

Ἐν ὁμοπλοίᾳ, *in societate navigandi*, ad Att. XVI. 1.

Ἐν παρέργῳ, *obiter*, ad Qu. Fr. III. 9.

Ἐν

Ἐν παρόδῳ, *in transitu, obiter*, ad Att. V. 20.

Ἐν πολιτικῷ, *in eo genere, quod ad reipublicæ moderationem spectat*, ad Att. XVI. 15.

Ἐνοχολάζω σοι, *otium consumo in opera tibi navanda*, ad Att. VII. 11.

Ἐντάφιον, de hoc verbo vid. præter alios Periz. ad Ælian. V. H. I. 16. qui docet, ἐντάφιον esse quodcunque ornamentum mortui, quo in atrio exponitur, sepelitur: unde ἐνταφιάζειν dicitur tota illa cura, quæ ornando, condiendo condendoque mortuo adhibetur. v. Cuper. Observ. II. 9. Hoc loco ipse J. F. Gronovius interpretatur *sepultura*. Horti illi, inquit, erunt non modo requies senectutis, seu ἐγγήραμα, ut tu aliquando scripsisti, sed ἐντάφιον adeo, *requies mortui*. Non absurde, qua sensum; modo verbum Græcum eum pateretur. Constat, Græcorum more non mortuos solum magnificis vestibus ornatos, sed sæpe etiam *morituros*. Hinc Apollodorus Socratis discipulus Socrati offerebat magnificam vestem, qua induta demum cicutam biberet. ap. Ælian. V. H. I. 16. cf. III. 24. IV. 8. Itaque etiam ἐνταφιάζειν mihi videtur hanc vim habere Matth. XXVI. 12. honoris causa *moriturum ungere*. Nondum enim mortuus erat, etsi unctiones proprie post mortem fiebant. Hic ergo est loci hujus, mea sententia, sensus: *In his hortis ego non solum suaviter agere senectutem, sed etiam honeste jucundeque mori me posse confido.*

Ἐντελέχεια, Tusc. I. 10. de hujus vocabuli vi vehementer disputatum esse constat. Nos, quæ ex hoc loco potestas elici possit, videbimus & cum ipso Aristotele comparabimus. Cicero ait, Aristotelem vidisse, actiones animi esse eas, quæ in materiam cadere non possent, neque ab ullo genere elementorum proficisci, quæ nobis quidem nota essent. Atque id vere judicavit. Nam corporibus nihil præter motum, auctore ipso Aristotele, accidere potest, ut philosophi certis argumentis demonstrant. Inter cogitationes autem, ideas &c. & motum nulla similitudo est. Itaque L. I. de anima, in quo opiniones aliorum de anima enumerat, c. 3. init. diserte ait: ἕν τι τῶν ἀδυνάτων, τὸ ὑπάρχειν ψυχῇ κίνησιν. Hoc igitur constituto, ut, quoniam actiones animæ non essent corporeæ, nec ipsa corpus esset, efficiebatur, ut proprium genus substantiæ constitueret, sub quo animæ humanæ continerentur, quod esset ab corporeo genere sejunctum & plane discretum. Hoc novum genus, novo etiam vocabulo ἐντελέχειαν appellavit, h. e. *quasi quandam perennem & continuatam motionem*. Non dicit *motionem*, sed *quasi quandam motionem*. sic dicimus: *ratio est quasi quædam lux animi;* non quod lux sit, sed quod ita se habet ad animum ratio, ut lux ad oculos. Sic ut motio se habet ad corpus, ita ἐντελέχεια ad animam. Nam, ut jam Aristotelem veniamus, ἐντελέχεια ex ejus mente non est ipsa anima, sed ejus forma, subjectum autem ejus, & quasi materia, h. e. quod se ad ἐντελέχειαν habet, ut ad motum corpus, est

δύνα-

δύναμις, vis agendi, h. e. percipiendi, cogitandi. Videamus ejus verba L. II. de anima c. 1. In omni re tria esse dixerat, ὕλην, μορφὴν, ἢ εἶδος, & τὸ ἐκ τούτων. Hoc ad animam sic transfert: ἐστὶ δὲ ἡ μὲν ὕλη, δύναμις, τὸ δὲ εἶδος ἐντελέχεια. Aristoteles non diserte dicit: ψυχή ἐστιν ἐντελέχεια. Neque tamen Cicero peccat, ei hoc enunciatum tribuens. Nam res a forma sua, qua ab aliis rebus distinguuntur maxime, appellari in omnibus linguis, usitatum est. Hæc est mea de hoc verbo sententia, quam ex parte vidit etiam Leibnitius v. Theod. L. I. §. 87. Quod Davisius putat ad h. l. animam Aristoteli esse formam corporis, quæ eam animet, errat. Nam hæc Dicæarchi est sententia, non Aristotelis, quam Cicero ab illa distinguit. Veteres profecto eodem ac nos modo cepisse hoc verbum videntur. Sext. Empir. c. Math. X. 3. 40. pro *actu* posuit & potentiæ oppositum: Τὸ ὠὸν κατὰ δύναμιν μὲν νεοττός ἐστι, κατ' ἐντελέχειαν δὲ οὐκ ἔστιν. cf. quos laudat Fabric. ad h. l. §. 315. Est autem verbum, ἀπὸ τῶ ἐντελὲς ἔχειν. ἐντελὴς est perennis, perpetuus.

Ἔντεχνα, *artificialia.* ad Div. VII. 32.

Ἐν τοῖς ἐρωτικοῖς, *in rebus amatoriis.* ad Att. IX. 10.

Ἐν τοῖς πολιτικοῖς, *in rebus civilibus, vel quæ spectant ad rempublicam.* ad Att. I. 1.

Ἐντυραννεῖσθαι, *sub tyranno esse.* ad Att. II. 14.

Ἐξαιρέσιμοι: Verr. II. 52. ita dicebantur apud Græcos ceteros & Siculos dies, qui mensibus eximebantur interdum, ut cum solis lunæque ratione congruerent; iis opponuntur intercalares, ἐμβόλιμοι, de iis multa Scaliger, Petavius, quos, si lubet, vide.

Ἐξακανθίζειν. ad Att. VI. 6. est proprie *spinas vellere & colligere.* h. l. spinæ sunt Dolabellæ, cui Tulliam desponderat, vitia, quæ non vult ab Attico ex ejus vita superiori colligi sibique objici.

Ἐξ ἄστεως ἑπταλόφα τειχῶν παριδωκεν, &c. *Ex urbis septicollis mœnibus* (i. e. Roma) *Camillo edidit* (Philotimus libertus uxoris meæ) *rationes* XXIV. *minarum, &* XLVIII. *minarum æris alieni* (ab uxore sc. contracti) *seque debere* XXIV. *minas ex bonis Crotoniaticis* (h. e. Milonis) *& Chersoniticis* (h. e. in Chersoneso exactis) *& quamvis ex hæreditatibus, quas adierit, redegerit bis sexcentas & quadragenas, se tamen æris illius alieni ne obolum quidem dissolvisse, cum jam debeantur a Kal. secundi mensis: libertum autem ejus, qui idem, quod Cononis pater* (Timotheus: *nomen habebat, nihil curasse. Primum igitur hoc, omnia ut serventur: alterum, ut ne usuras quidem negligas, quæ debentur ex die supra posito. Per eos dies, quibus illum pertuli, magno in timore fui. Venerat enim explorandi causa, atque aliquid sperabat: qua frustratus abiit temere; sic fatus: Turpe est diu manere &c.* ex Hom. Iliad. B'. 298. ad Att. VI. 5.

Ἐξ ἀφαιρέσεως, ad Att. VI. 1. ἀφαίρεσις significat in re rustica & medica inutilium detractionem & ablationem. τῶν ὄνων ἀφαίρεσις, aridarum

darum frondium resectio, est apud Theophrastum & alios, vid. Salmas. ad Solin. p. m. 412. Sic medici ἀφαίρεσιν vocant, cum aliquid *materiæ demitur* corpori. Curationis genus est. *Omne enim auxilium*, ut Celsus ait II. 9. in fin. *aut demit aliquam materiam, aut adjicit, aut evocat, aut reprimit, aut refrigerat, aut calefacit, simulque aut durat aut mollit.* In eo autem genere, quod in detractione est, ponitur primo loco *sanguinis detractio*, a qua & Celsus initium facit. *sanguis* autem eleganter apud latinos dicitur *pecunia*, de quo aliquoties Grævius ad Ciceronem. Cicero ergo, cum dicere vellet, ab Appio provinciam exhaustam esse, eleganter & lepide dixit: *Appius ἐξ ἀφαιρέσεως provinciam curavit, sanguinem misit, quicquid potuit detraxit, mihi tradidit enectam. Itaque προσανατρεφομένην a me non libenter videt.* προσανατρέφειν est contrarium detractionis. plane huc pertinet locus Aristoph. in Ranis jam a Victorio ad h. l. allatus v. 972. de fabula sua:

Ἰσχναν μὲν πρῶτιστον αὐτὴν, καὶ τὸ βάρος ἀφεῖλον
Ἐπυλλίοις καὶ περιπάτοις, καὶ τευτλίοισι μικροῖς
Χυλὸν διδὰς στωμυλμάτων, ἀπὸ βιβλίων, ἀπ' ἠθῶν·
Εἶτ' ἀνέτρεφον μονῳδίαις, Κηφισοφῶντα μιγνύς.

Poëta jam ante Ranas produxerat in scenam, sed infelici successu, itaque eas a se dicit immutatas *demtis* (ἰσχναν) nonnullis, & contra aliis *additis* (ἀνέτρεφον).

Ἐξοχὴ, *excellentia.* ad Att. IV. 15.

Ἐξωτερικὸν, *populariter scriptum.* Fin. V. 5.

Ἐξωτερικοὶ, *rudes, qui philosophiam nondum didicere.* ad Att. IV. 16. vide supra in Ἀριστοτ. ἐξωτερ.

Ἐπαγγέλλομαι, ἄνδρ' ἀπαμύνασθαι, ὅτε τις πρότερος χαλεπήνῃ, *denuncio me eum virum ulturum, quicunque molestus mihi fuerit.* ad Att. II. 9. ἐπαγγέλλομαι est Ciceronis, versus Hom. Iliad. Ω'. 369.

Ἐπεὶ οὐχ ἱερήϊον, οὐδὲ βοείην, *quia non victimam, neque tergus bubulum* (sc. capto) ad Attic. I. 1. ex Hom. Iliad. Ψ. v. 159. prov. quo utuntur, qui, rem magnam agi, dicere volunt: *Non rem levem & inanem peto: non res levis agitur.*

Ἐπεῖχον ἀεὶ, *retinebam identidem,* ad Att. V. 11.

Ἐπέχειν, *assensum sustinere, hæsitare.* ad Att. VI. 6. & 9.

Ἐπιγεννηματικὸν, Fin. III. 9. ab ἐπιγέννημα, quo verbo dicunt omne id, quod ex primo consequitur, eique adjunctum est: tamquam πάθος, quod e morbo primario consequi solet, appellant medici ejus morbi ἐπιγέννημα. hoc verbum deinde ad philosophiam a Stoicis traductum est, hoc sensu. Ars v. c. pictoria, est tamquam caput & primarium quid: cum autem aliquid ex arte ea artificiose facimus, id demum ex primo, h. e. ex arte ea consequitur, & est ejus artis ἐπιγέννημα s. ἐπιγεννηματικὸν, *posterum quodam modo & consequens*, ut Cicero interpretatur. Id secus esse dicit in eo, cum quid sapienter dicitur; id enim non dici ἐπιγεννηματικὸν, sed primarium & caput rei.

Ἐπι-

Ἐπιδεικτικὸν, *demonstrativum dicendi genus, quasi ad inspiciendum, delectationis causa, comparatum.* Nam ἐπίδειξις est oratio ostentandæ eloquentiæ & artis causa conscripta. vid. Spanh. ad Julian. Or. I. p. 15. Unde deinde etiam ad alias res transfertur, in quibus artis ostentatio spectatur: εἰς ἐπίδειξιν *artis jactandæ causa.* Or. II. & 61.

Ἐπιδήμιον, *contagiosum.* ad Att. XII. 10.

Ἐπικεφάλια, *tributum in singula capita imperatum.* ad Att. V. 16. gravissimum iniquissimumque tributi genus, cujus causa sæpe seditiones ortæ sunt: *capitatio* sequioribus scriptoribus dicitur. Nam tributa fere dicuntur a re, propter quam exiguntur. sic *columnarium,* ad Att. XIII. 8. *ostiarium,* &c. vid. Lipsius de Magnit. Rom. L. II. c. 2. 3. Hujus generis fuit tributum, de quo Matth. XXII. 17. seqq. ut Harduinus vidit oper. sel. p. 615. Hinc Luc. XX. 22. dicitur φόρος, quod verbum de hoc genere dicitur, ut τέλος de portorio, scriptura & decimis. Permutantur a scriptoribus factis in ista re narranda κῆνσος, δηνάριον, φόρος. Hesychius: Κένσος, εἶδος νομίσματος, ἐπικεφάλαιον, quæ glossa locum illum Matth. XXII. 17. respicere videtur, quod facile concedent, & quale sit intelligent, qui rationem glossarum Hesychianarum perspectam habent. ἐπικεφάλαιον autem idem quod ἐπικεφάλιον, ut κεφάλαιον & κεφάλιον. Hinc glossa orta est Cod. Cantabr. qui ἐπικεφάλαιον habet pro κῆνσος. Marc. XII. 14. Syrus quoque in hunc modum interpretatus est.

Ἐπικόσιον, *Epicureum,* ad Div. III. 9.

Ἐπίκωπον, ad Att. V. 11. v. Ind. Lat. in *Epicopus.*

Ἐπίλογοι, *conclusiones orationum,* ad Her. II. 30. Dicuntur tamen etiam de conclusionibus disputationum. v. Tusc. I. extr.

Ἐπισημασία, *signa quibus animus & voluntas populi in theatris, prorostris &c. declaratur, plausus,* ad Att. I. 16. XIV. 3. de quibus v. Ferrar. de Acclam. Vet.

Ἐπίσκοπος, *speculator, custos,* ad Att. VII. 11.

Ἐπισκήμια, *hospitii procuratio,* ad Att. XIII. 52.

Ἐπὶ σχολῆς, *in otio,* ad Att. II. 5.

Ἐπίτευγμα, *expetitæ rei adeptio, prosper successus.* ad Att. XIII. 27. Opponitur ἀπότευγμα.

Ἐπίτηκτα, *fluxa, non diuturna, quæ facile intereunt aut interire possunt.* ad Att. VII. 1.

Ἐπιφωνήματα, *acclamationes, laudes,* ad Att. I. 9. v. ἐπισημασία.

Ἐπιχαρμεῖον, *Epicharmi scitum, dictum.* Pet. consol. 10.

Ἐπιχειρήματα, *argumentationes.* Rhetorum inprimis graves & ornatæ. ad Att. II. 2.

Ἐπιχρονία ἐποχή, *diuturna dubitatio,* ad Att. VI. 9.

Ἔπος, *carmen heroicum,* ad Qu. Fr. III. 9.

Ἐποχή, *assensionis retentio,* ad Att. VI. 6. VII. 9. XIII. 21. XV. 21. Acad. II. 18. & 48.

Ἑπταμηνιαῖος, *septimestris*, ad Att. X. 8.
Ἔρανος, *collatio, pecunia, quam ab amicis, propinquis, sumtus faciendi causa petimus.* ad Att. XII. 5. vid. præter alios de hoc verbo Casaubon. ad Theophrast. c. 15.
Ἔργον, *opus*, ad Att. XIII. 25.
Ἐργώδες, *laboriosum*, ad Att. XV. 19.
Ἑρδοί τις. *senarius integer*, sic apud Aristophanem in Vespis v. 1422.
Ἑρδοί τις ἦν ἕκαστος εἰδείη τέχνην,
Quam quisque norit artem, in ea se exerceat. ad Att. V. 10.
Ἑρμαῖον, *lucrum insperatum*, ad Att. XIII. 19. dictum a Mercurio, unde illud: Κοινὸς Ἑρμῆς usurpatum, cum quis in itinere reperisset, & comes ejus particeps esse vellet.
Ἐσοφίζετο, *cavillabatur, malitiose cogitabat*, ad Att. II. 16.
Ἑστία, *Vesta*, Nat. Deor. II. 27.
Ἔσπετε νῦν μοι μῶσαι, ὅπως δὴ πρῶτον πῦρ ἔμπεσε, *præite nunc mihi Musæ, quomodo ignis primum illapsus est*, ad Att. I. 16. ex Homer. Iliad. II. v. 113.
Ἔστω ὄψις μὲν, ἡ α. τὸ δὲ ὁρώμενον, β. γ. ἀκτῖνες δὲ δ' καὶ ε, *sit visus a. quod autem videtur b. g. radii vero d & e.* ad Att. II. 3. Sermo de fenestris, unde prospectus in viridarium patet. Eas angustiores fecerat architectus, reprehendente Attico, cui his verbis respondet. Cicero & architectus putabant visionem fieri radiorum ἐκχύσει ex oculis & cum re aspectabili conjunctione, Atticus autem εἰδώλων incursione (v. ad εἴδωλον) adeoque putabat, angustis fenestris εἴδωλα non posse commode ad oculos per fenestram venire. Cicero autem respondet, ita, ex architecti opinione de ἐκχύσει, meliorem prospectum effici. Nam ἔστω &c. *vides* cetera, i. e. intelligis, effici ita ab oculo ad objectum figuram coni, cujus fastigium in oculo spectantis sive ad fenestram terminetur: cujus fastigium quo est acutius, basis latior, eo jucundius spectaculum exhibebit.
Ἑταῖρος, *sodalis*, ad Att. IX. 5.
Ἔτι ἔσμεν; *adhucne sinimus?* ad Att. XVI. 1.
Ἐτυμολογία, *veriloquium*, Top. 8.
Ἔτυμον, *verum*. ad Div. XVI. 10.
Εὐαγώγως, *qua commodissima ratione poteris*, ad Att. XIII. 23.
Εὐαγγέλια, *boni seu læti nuncii, sive boni nuncii præmia*, ad Att. II. 3. & 12. XIII. 40.
Εὐανάτρεπτος, *qui facile potest everti*, ad Att. II. 14. sermo est ibi de actionibus, quæ quoniam vitiosæ sunt, v. c. contra auspicia, facile irritæ fieri possunt.
Εὐγένεια, *generis nobilitas*, ad Div. III. 7.
Εὐγενέστερος, *nobilior*, ad Att. XIII. 21.
Εὐγενῆ, *generosa, nobilia*, ad Att. VIII. 9.
Εὐδαίμων, *felix*, ad Att. IX. 11.

Εὐδοξία, *bona fama, gloria*, Fin. III. 13.
Εὐελπιστία, *bona spes.* ad Att. II. 17.
Εὐεργέτης, *benefactor, benemeritus*, ad Att. IX. 5.
Εὐήθεια, *fatua simplicitas*, ad Att. VI. 2. proprie de hominibus probis dicitur, qui alios ex ingenio suo metiuntur, adeoque facile & credunt & decipiuntur. Κακοηθεῖς contra, quia ipsi mali sunt, suspicioſi etiam sunt, v. Aristot. rhet. II. 13.
Εὐημέρημα, *prosper successus*, ad Att. V. 21.
Εὐημερία, *prosperitas, felix successus*, ad Att. IX. 12.
Εὐθανασία, *facilis mors*, ad Att. XVI. 7.
Εὐθυμία, *animi tranquillitas, securitas, animus terrore liber.* Fin. V. 8. & 29.
Εὐθυβρήμονέστερος, *liberior sive fortior in loquendo*, ad Div. XII. 16.
Εὐκαιρία, *occasio, opportunitas, tempus actionis opportunum*, ad Att. XVI. 8. Fin. III. 4.
Εὐκαιρότερον, *opportunius*, ad Att. IV. 7.
Εὐκαίρως, *opportune*, ad Att. XIII. 9. ad Qu. Fr. II. 3.
Εὐκόλως, *facile*, ad Att. XIII. 21.
Εὐλογία, *probabilis ratio*, ad Att. XIII. 22.
Εὔλογον, *consentaneum, probabile*, ad Att. XIII. 7. & 33. XIV. 22.
Εὐλογώτατον, *maxime consentaneum*, ad Att. XIII. 6.
Εὐμένεια, *benivolentia*, ad Att. XVI. 11.
Εὐμολπιδῶν πάτρια, *Eumolpidarum ritus patrii*, ad Att. I. 9. Eumolpidæ sunt Sacerdotes ex Eumolpi posteris, de quibus vid. Doctos Viros ad Nepotis Alcibiadem. c. 1. Falsterus in Amœnitatibus fœminas facere voluit, & auctores latinos ex hac opinione refingere, sed eum nos certis argumentis confutavimus in Actis Eruditorum Latinis. Unum illud poterat virum doctum ab errore revocare, quod & ibi monuimus; si fœminæ fuissent, *Eumolpides* dicendum fuisse, non *Eumolpidæ*.
Εὐπινὲς, *venustum, nitidum*, ad Att. XII. 6. forma quædam orationis, quæ & πῖνος & a Longino Sect. XXX. ἐυπίνεια vocatur (nam ita legendum esse mihi non dubium videtur, etsi Tollius retinet σαφήνειαν) proprie ἐυπινὲς & ἐυπίνεια, item πῖνος est palæstritarum, qui oleo, quo ungi solent, nitidum corpus sibi efficiunt: deinde ad alias res traducitur, ut, πιναροὶ λίθοι, lapides qui *cæsi* & *politi* sunt. Sic etiam πῖνος orationis & ἐυπινὲς nitor, elegantia, venustas est. de his verbis vide Salmas. ad Solin. p. m. 142. & multis aliis locis. Victorium ad l. c. Pearcium ad Longinum l. c.
Εὐπινῶς, *venuste, nitide, eleganter*, ad Att. XV. 17.
Εὔπιστος, *homo exploratæ fidei, cui tuto credi potest.* ad Att. XI. 25.
Εὐπολιν τὸν τῆς ἀρχαίας, *Eupolim illum, veteris scil. comœdiæ poëtam*, ad Att. VI. 1. de distinctione comœdiæ in veterem, mediam & novam egerunt scriptores de re Poëtica, tamquam *Scaliger*, ex

recentissimis *Brumoi* Theatre des Grecs Tom. V. p. 198. ed. Batav. item Interpretes ad illud Horatii:

Eupolis atque Cratinus, Aristophanesque Poëtæ
& quorum Comœdia prisca virorum est.

de Eupoli vid. Indic. Nominum.

Εὐπόριστος, *parabilis*, ad Att. VII. 1.

Εὐριπίδα· μισῶ σοφιστὴν, ὅστις ἐχ' αὑτῷ σοφός. *Euripidis: Sapientem odi, qui sibi ipse non sapit.* ad Div. XIII. 15. Manutio videtur esse e Medea.

Εὐρίπισα, *mobilia tamquam Euripus, vel facilia ad excitandum & impellendum*, ad Att. XIV. 5. notum proverbium: ἄνθρωπος Εὐριπος.

Εὐστομάχως, *bono stomacho, fortiter*, ad Att. IX. 5.

Εὐταξία, *ordinis conservatio.* Off. I. 40.

Εὐτραπελία, ad Div. VII. 32. Aristoteles in ethicis interpretatur: πεπαιδευμένην ὕβριν, cum conviciamur aut perstringimus homines ingeniosa aliqua ratione. Unde *Eutrapeli* dicti. Nam hic Volumnius, ad quem utitur hoc verbo Cicero, *Eutrapelus* dictus est propter εὐτραπελίαν. Sed hunc ipsum hominem Plutarchus in Bruto vocat μῖμον, quem locum Victorius ad h. l. attulit; ex quo intelligitur, εὐτραπελίαν esse urbanitatem in sensu deteriori, de qua v. Gronov. de Sestert. p. 318. 319. quæ mimicam facetiam, ridiculam illam quidem, sed non magni faciendam aut nimis ingeniosam. Itaque Cicero in hac epistola ad Volumnium, qui κατ' ἐξοχὴν, uti diximus, Eutrapelus dictus est, tamen ut parum argutum hominem ridet: *In possessione*, inquit, *salinarum mearum neminem timeo præter te. Putas te rideri? nunc demum intelligo te sapere.* Recte ergo Paullus prohibet εὐτραπελίαν, h. e. mimicam & scurrilem facetiam. Ceterum non dubito, quin hoc verbum interdum etiam bonum sensum habeat, inprimis apud veteres Atticos. vid. Vavassor de ludicra dictione p. 282. ed. Lips.

Εὐχρηστήματα, *commoda*, Fin. III. 21.

Ἔφοδος, *insinuatio, pars orationis*, qua nobis aditum vel ad animos audientium vel ad causam ipsam munimus, ad Her. I. 4.

Ἑωλος, *obsoletus, non recens.* ad Div. IX. 2. ad Att. XIII. 21.

Z.

Ζηλοτυπεῖ, *invide fert*, ad Att. XIII. 18.

Ζηλοτυπεῖν, *invide ferre, invidere. ibid.*

Ζηλοτυπεῖσθαι, *invideri, quod in meis libris loquens inducatur*, ad Att. XIII. 13.

Ζηλοτυπία, *obtrectatio, dolor ex eo, cum quis consequitur id, quod ipsi cupiebamus*, ad Att. X. 8. vid. Cic. Tusc. IV. 8. & ibi Davisius.

Ζήτημα, *quæstio*, sc. de qua disputatur. ad Div. IX. 26. ad Att. VII. 3.

Ζωδιακὸς, *orbis signifer.* Div. II. 42.

Ζώσης φωνῆς, *integer locus ita concipiendus:* Ζώσης φωνῆς μείζων ἐνέργεια

ἐνέργειά ἐστιν, ἢ ἀφώνων διδασκάλων, *vivæ vocis major est vis & efficacitas, quam mutorum doctorum*, ad Att. II. 12.

H.

Ἡγεμονικὸν, *principatus, id quod in quoque genere est præstantissimum.* sic in homine ratio est τὸ ἡγεμονικὸν, quod quasi principatum in homine obtinet. In universo autem Deus, auctor mundi. Stoici sic appellabant naturam, quæ universum continet, illudque tuetur, de Nat. D. II. 11.

Ἡ δεῦρ' ὁδός σοι τί δύναται νῦν, θεόπροπε, *inter huc susceptum cui tibi usui nunc est, age dic vates.* ad Att. XV. 11. XVI. 6. Senarius poëtæ veteris, nescio cujus.

Ἡδονὴ, *voluptas, item lætitia, quasi gestientis animi elatio voluptaria*, ad Div. XV. 19. Fin. II. 3. III. 10.

Ἠθικὸν, *ad mores accommodatum.* Or. 37.

Ἦθος. *mos.* Fat. 1.

Ἦθος διδαχῇ ἁλωτὸν, *ingenium, quod disciplina subigi & domari possit.* ad Att. X. 12.

Ἤθους ἐπιμελητέον, *moribus adhibenda est diligentia.* ad Att. X. 10.

Ἡλίου ἀνάθημα, *solis donum.* ad Att. I. 1. Si locus sanus est, hæc auctoribus doctis hominibus, sententia est; tua Hermathena gymnasio nostro tantum splendoris & ornamenti affert, ut gymnasium nostrum nobis pulcherrimum videatur. Sed non negabo, mihi *totum* illud huic interpretationi, atque adeo lectioni non satis consentire videri. Si dixisset: gymnasium mihi videtur pulcherrimum ἡλίου ἀνάθημα, concederem. Nunc cum dicit *totum*, manifestum mihi esse videtur, ludi in *totum gymnasium* & ἀνάθημα. Hermathena si ἀνάθημα appellaretur, nil mirum esset. Sed illius tantam pulchritudinem dicit, ut longe gymnasio ipsi præferenda sit, & totum potius gymnasium, quam statua illa, ἀνάθημα putandum sit. Itaque aut probandam censeo lectionem, quam in MSto invenit Grævius: *ejus* ἀνάθημα, aut, quæ propius accedit ad ἡλίου, Casauboni conjecturam: *illius* ἀνάθημα.

Ἤματ' ὀπωρινῷ, ὅτε λαβρότατον χέει ὕδωρ Ζεῦς, ὅτε δήγ' ἄνδρεσσι κοτεσσάμενος χαλεπήνῃ, Οἳ βίῃ ἐν ἀγορῇ σκολιὰς κρίνωσι θέμιστας, Ἐκ δὲ δίκην ἐλάσωσι, θεῶν ὄπιν οὐκ ἀλέγοντες, *die autumnali cum abundantissimam effundit aquam Jupiter hominibus iratus, qui per vim in foro obliquas pronunciant sententias, Justitiam autem expellunt, Deorum iram non curantes.* ad Qu. Fr. III. 7. ex Homer. Iliad. II. 385.

Ἡμερολεγδὸν, *ut quæque singulis diebus acciderunt.* ad Att. IV. 15.

Ἠπόρησας, *dubitasti.* ad Att. VI. 1.

Ἡρακλείδειον, *iis simile, quæ Heraclides Ponticus scripsit: præclarum aliquid de republica sc. quod quasi Heraclidis opus videatur.* ad Att. XV. 4. & 13. & 29. XVI. 2.

Ἥρως, *heros*, ad Att. VII. 13. XIV. 4. XV. 12.

Ἡρώδης, *Herodes*, philosophus Athenienſis, de quo vide Ind. Nomin. ad Att. II. 2.

Ἡσίτησας, *a cibo abſtinuiſti*, ad Att. XIV. 5.

Ἡ σκολιᾶς ἀπάτας, ſupple ex Platone L. II. de Republ. τεῖχος ἀναβάς. *an obliquæ & verſutæ fraudis conſcenſo muro.* ad Att. XIII. 38.

Ἡσυχάζειν, *quieſcere.* Hoc verbo utebantur Stoici, cum dicerent in ſorite eſſe in tempore ſubſiſtendum, v. c. ſi quæreretur: triane multa ſint? poſt, an quatuor, & ſic porro, deſinendum eſſe paullo ante, quam ad multa perventum ſit. Acad. II. 29.

Ἡυτόκησεν, *feliciter peperit.* ad Att. X. 18.

Θ.

Θεῖοι, *patrui.* ad Att. II. 2. *nimis ſeveri.* Horat: Ne ſis patruus mihi.

Θεοφάνης, *Theophanes*, ad Att. II. 5. vid. Indic. Nominum.

Θεοφράστα περὶ φιλοτιμίας, *Theophraſti ſcriptum de ſtudio honorum.* ad Att. II. 3. vid. Indic. Nom.

Θέρμος, *lupinus.* ad Att. I. 1. ſi locus eſt ſanus, de quo dubitant docti homines, ludit Cicero in nomine Thermi & ſuo. Ciceronis nomen eſt a cicere, & θέρμοι ſunt lupini, quæ ſunt duo genera leguminis.

Θέσεις, *propoſitiones, quæſtiones univerſales, de quibus cogitari diſputarique poteſt in utramque partem.* Exempla hujusmodi theſium vid. l. c. ad Att. IX. 4. & 9.

Θέσις, *univerſi generis quæſtio, infinita quæſtio, propoſitum.* Or. 36. Top. 21.

Θετικὰ, *quæſtionibus philoſophicis referta, apta*, Parad. præf.

Θετικώτερον, *philoſophicis quæſtionibus magis refertum, aptum*, ad Qu. Fr. III. 3.

Θεωρήματα, *percepta*, Fat. 6.

Θεωρία, *ſpeculatio*, ad Att. XII. 6. Eſt ſcriptio aut disputatio de re aliqua ſubtiliter. Tenuis θεωρία eſt libellus, qui exponit de re tenui, tamquam grammatica aut geographica, &c.

Θορυβοποιεῖ, *tumultum excitat*, ad Div. XVI. 23.

Θυμικώτερον, *ſtomachoſius, iracundius.* ad Att. X. 11.

Θύμωσις, *excandeſcentia.* Tuſc. IV. 9.

I.

Ἰδέαι, *formæ, ſpecies, quæ generibus ſubjiciuntur.* Top. 7.

Ἰλικὴς κόρδα. ad Att. XIII. 42. lectio eſt corrupta editionis Gruter. Græviana habet nihilo meliorem: μιᾶς κόρδα. Quæ interpretes dixere, inania omnia ſunt. Fr. Odinus ap. Olivetum ad h. l. conjiciebat: *Eatur:* μιᾶς ὁδῷ. *Videbimus te igitur.*

Ἰσοδυναμᾶσα, *idem valens, ejusdem poteſtatis.* ad Att. VI. 1.

Ἰσονομία, *æqualis tributio, æquilibritas.* Nat. Deor. I. 19. & 39. eſt vocabulum Epicureum, quo utebantur, cum hanc eſſe rerum naturam rationemque dicerent, ut omnia omnibus paribus paria reſponderent, hoc eſt, ut in paribus rebus par eſſet v. c. multitudo & copia.

pia. Sic cum mortalium tanta multitudo sit, esse immortalium non minorem, & cum intereuntes res innumerabiles sint, etiam eas, quæ conservarentur, infinitas esse debere.

Ἱστορικὰ, *rebus vere narrandis accommodata, historica.* ad Att. I. 19.

Ἱστορικὸν, *historicum.* ad Att. VI. 1.

Ἱστορικώτατος, *historiarum peritissimus.* ad Att. VI. 2.

Ἰτέον, *eundum.* ad Att. XIV. 12.

Ἴυγξ, *illecebra, desiderium, pellacia.* ad Att. VII. 8. vide nos ad Xenoph. Memorab. p. 149.

K.

Καθῆκον, *officium.* ad Att. XVI. 11. & 14. Fin. III. 6. Off. I. 3.

Καθολικὸν δεώρημα. *perceptum artis, quod in omnes conveniat, dogma generale*, ad Att. XV. 20.

Καὶ Κικέρων ὁ φιλόσοφος τὸν πολιτικὸν Τίτον ἀσπάζεται, *& Cicero philosophus Titum reipublicæ peritum salutat*, ad Att. II. 12.

Καὶ μάλα κατηφὴς, *& admodum tristis*, ad Att. XIII. 42.

Καὶ μάλα σεμνὸς, *& valde gravis*, ad Att. XV. 12.

Καὶ συναποθανεῖν, *& commori*, ad Att. VII. 20.

Καὶ τόδε φωκυλίδα, *& hoc Phocylidis*, ad Att. IV. 9.

Κακία, *vitium, vitiositas*, Fin. III. 11. & 19. Tusc. IV. 15.

Κακοστόμαχος, *imbecillum stomachum seu ventriculum habens*, ad Div. XVI. 4.

Καλλιπίδης, *Callipides*, ad Att. XIII. 12. vid. Sueton. Tib. 38.

Κἂν ὑπὸ στέγῃ πυκνᾶς ἀκοὰν ψεκάδος ἐυδάσῃ φρενὶ, *& utique sub tecto confertim labentem audire pluviam sopito & quieto animo*, ad Att. II. 7. Fragm. Sophoclis, quod est etiam apud Stobæum c. 57.

Κανὼν, *regula, norma*, ad Div. XVI. 17. Tiro dicitur *canon librorum Ciceronis*, h. e. quo Cicero utatur ad libros suos examinandos & emendandos.

Κατ' εἰδώλων ἐμπτώσεις, *per simulacrorum inlapsus*, ad Att. II. 3. vid. ἔτω ὄψις &c.

Κατ' εἰδώλων φαντασίας, *secundum spectrorum visiones*, ad Div. XV. 16. v. εἴδωλον.

Κατ' ὀπώρην τρύξ, *per autumnum fæx*, ad Att. II. 12. de re incerta & adhuc fluctuante dicitur; ducto proverbio a fece, quæ auctumnali tempore adhuc fluctuat & natat in vino, nec dum desedit. Hinc addit Cicero: *quæ si desederit, magis erunt judicata, quæ scribam.*

Καταβάσις, *descensus*, ad Att. XIII. 31. & 32. Est liber Dicæarchi, de descensu in antrum Trophonii.

Καταβίωσις, *vitæ ad exitum perductio, reliquus vitæ cursus vel decursus*, ad Att. XIII. 1.

Κατὰ Διόδωρον κρίνειν, *secundum Diodorum*, vel, *ex Diodori sententia judicare*, ad Div. IX. 4. vid. Diodorus in Indic. Nom.

Κατακλεὶς, *clausula*, sc. sermonis Cæsariani, ad Att. IX. 18.

Κατὰ λεπτὸν, *minutatim*, ad Att. II. 18.

Κατάληπτον, *comprehensibile*, Acad. I. 11.

Κατάληψις, *comprehensio, cognitio, perceptio*, Acad. II. 6. & 47. Fin. III. 5. dicitur, cum res ita cognoscimus, ut, quales sint, certo sciamus sine erroris periculo.

Κατὰ μίτον, *singula quæque, tamquam telæ licia, percurrendo*, ad Att. XIV. 16. idem quod κατὰ λεπτόν.

Κατάτασις, *contentio*, ad Att. II. 3. Tunstallus Epist. ad Midleton. p. 103. cum Turnebo legendum censet κατακλείς.

Κατὰ τὸ πρακτικὸν, quærere, est, cum non quærimus, ut sciamus, de quo quærimus, sed ut ex re cognita comparare actiones nostras possimus. Itaque addit: *non me abs te* κατὰ πρακτικὸν *quærere, quod gestiat animus aliquid agere in republica, &c.* ad Att. II. 7.

Κατὰ τὸ κηδεμονικὸν, *cum accuratione & sedulitate*, ad Att. II. 17.

Κατάχρησις, *abusio*, Or. 27. figura rhetorum.

Κατὰ Χρύσιππον δυνατὸν, *secundum Chrysippum fieri potest*, ad Div. IX. 4. vid. Chrysippus in Indic. Nomin.

Κατηγορήματα, *quæ dicuntur de quodam*, Tusc. IV. 9. est vocabulum Dialecticum, quod de iis rebus dicitur, quæ de aliquo dici possunt, ut, *habere divitias, capere honores.*

Κατήχησις, *institutio*, ad Att. XV. 12.

Κατόρθωμα, Fin. III. 14. κατορθώματα, *recta, recte facta.* Fin. III. 7. Off. I. 3. ubi κατορθωμάτων definitio traditur.

Κατόρθωσις, *recta effectio.* Fin. III. 14. ut κατόρθωμα, *rectum factum.*

Καχέκτης, ad Att. I. 14. medicis καχέκτης est, cujus corporis habitus vitiosus est, cujus corpus etsi plenum, tamen iners, pallidum, lividum est. Voluntate autem καχέκτης, qui prava amat, bona odit, qui pravo animo est.

Κεκύβικα, *in cubi & tesseræ modum me conformavi, firmissime sto, certum habeo & constitutum, quid scribam.* ad Att. XIII. 31. Sed rectius, eodem sensu, Græviana habet: κέκρικα, quod etiam probat Tunstallus l. c. p. 164. sed aliter, nec bene explicat.

Κέλευσις, *jussum.* ad Att. II. 24.

Κέλης ἄοκνος, *veredus impiger.* ad Att. X. 13. κέλης est equus, qui equite ab uno agitatur, ein Reit-Pferd, neque jungitur currui, cujus generis fuere equi veredi, ad cursus publicos certis locis dispositi. *Habes* κέλητα ἄοκνον, est: quoniam diploma nactus es, tibi licet ex Italia exire cursu publico. vid. Junius ad h. l.

Κενὸς, *vacuus, inanis.* ad Att. VII. 9.

Κενόσπουδα, *inanis studii plena.* ad Att. IX. 1.

Κέντρον, *punctum, medium circuli.* Tusc. I. 17.

Κεπφάομαι, *animo suspenso huc illuc impellor, fluctuo, volaticus sum.* ad Att. XIII. 40. v. de hac voce Spanhem. ad Aristoph. Plut. 913.

Κέρας, *cornu.* ad Att. V. 21. & VI. 1. Instrumentum musicum, de quo agit Salmas. ad Solinum p. 87.

Κεφάλαιον, *caput.* ad Att. V. 18.

Κινέ-

Κικέρων ἀριστοκρατικώτατος παῖς, *Cicero ſtatus optimatium ſtudioſiſſimus puer.* ad Att. II. 15.

Κικέρων ὁ μικρὸς ἀσπάζεται Τίτον Ἀθηναῖον, *Cicero parvulus ſalutat Titum Athenienſem.* ad Att. II. 9.

Κινδυνωδῶς, *periculoſe.* ad Att. IX. 17.

Κλέος, *gloria.* ad Quint. III. 6.

Κοινότερα, *communiora.* ad Att. XIII. 10.

Κολακία, *aſſentatio.* ad Att. XIII. 27. & XIII. 30.

Κόμματα, *inciſa orationis.* Or. 62.

Κορινθίων, *Corinthiorum* intell. πολιτεία, respublica, liber Dicæarchi. ad Att. II. 2.

Κόσμος, *mundus.* de Univ. 10.

Κρήνη, *fons.* ad Att. XII. 5.

Κρινόμενον, *judicatio, ſive judicii quæſtio: in quo quaſi certamen eſt controverſiæ.* ad Her. I. 16. Or. 36. Top. 25.

Κρίσις χρυσιππεία, *judicium ex Chryſippi ſententia.* ad Div. IX. 4.

Κρόνος, *Saturnus, dictus quaſi* χρόνος, Nat. D. II. 25.

Κτύπος, *plauſus.* ad Att. XII. 3. Popma autem ibi legi vult ἀτύπω, & intelligi Balbum. Nam balbi ſunt ἄτυποι. Probat Tunſtallus p. 160.

Κύκλος, *circulus, orbis.* Nat. D. II. 18.

Κυρία δόξα, *maxime rata ſententia.* Fin. II. 7. Nat. D. I. 30.

Κῦρος δ. ε. ad Att. XII. 38. i. e. *Cyrus ex quarto & quinto tomo Antiſthenis.* Nam ejus libri, ut Diogenes Laërtius auctor eſt, redacti erant in decem tomos, quibus ſingulis qui libri continerentur commemorat: τόμος δ', ἐν ᾧ κῦρος, Ἡρακλεῖς ὁ μείζων, ἢ περὶ ἰσχύος. τόμος ε, ἐν ᾧ κῦρος, ἢ περὶ βασιλείας. L. VI. §. 16.

Κύρου παιδεία, *Cyri inſtitutio.* ad Att. II. 3.

Κῶλα, *membra orationis,* ſenſu rhetorico. Brut. 44. Or. 62.

Κωμικὸς μάρτυς, *comicus teſtis, teſtis eo nomine occurrens ſæpe in comœdiis.* ad Div. II. 13.

Κωρυκαῖοι, *Corycæi.* ad Att. X. 18. Corycæi fuerunt populi Pamphyliæ, dicti a promontorio Coryco. Ad id cum appuliſſent piratæ, ne ab ipſis male tractarentur, in ceteras ſtationes navium portusque ſe mutatis veſtibus contulerunt, & quæ ibi audierant, ad piratas retulerunt, ut nomina navigantium, & quorſum navigare conſtituiſſent, ſcirent. Hinc proverbium in eos ductum, qui ſubauſcultant, quæ dicuntur, ut ea ad alios deferant. vid. Suidas in κωρυκαῖος, & proverbiorum collectores.

Κωφὸν πρόσωπον, *muta perſona.* ad Att. XIII. 19.

Λ.

Λακωνισμὸς, *Laconica brevitas.* ad Div. XI. 25.

Λαλαγεῦσα, *ſupple* ὄρνις, ſive χελιδών, *garriens avis, ſive hirundo.* ad Att. IX. 18. X. 2.

Λαμπρὰ, *ſplendida.* ad Att. V. 20.

Λάπισμα, *falſa quædam oſtentatio,* ad Att. IX. 13. vid. ἐλάπιζεν.

Λαχεῖν, *nanciſci, ſorte adipiſci.* ad Att. XV. 9.
Λελῃθότως, *ſenſim, latenter, clam.* ad Div. IX. 2. ad Att. VI. 5.
Λέσχη, *confabulatio.* ad Att. XII. 1. de λέσχαις vid. Græv. Lect. Heſiod. c. 11.
Λήκυθοι, *ampullæ, pigmenta, quibus ornatior fit oratio.* ad Att. I. 14. Λήκυθοι, quid ſint non conſentiunt docti homines. interpretatio ea, quæ *vas pictorium* facit, (vid. v. c. Geſner. ad Plin. Ep. I. 2.) vera illa quidem eſt, neque tamen propterea illa altera falſa, quæ vas unguentarium facit, μυροθήκιον, cum Pollux VI. 19. diſerte λήκυθον inter τὰ τῶν μύρων ἀγγεῖα referat. atque hoc ſenſu paſſim eſt apud Græcos auctores, ut ap. Ariſtophan. Plut. 811. vid. Conrad. ad h. l. & Eſchenb. de Unct. c. 4.
Λήμματα, *ſumtiones Dialectorum.* Div. II. 53.
Λῆρος πολύς, *nugæ multæ.* ad Att. XIV. 21. XVI. 1.
Λῆψις, *correptio, impetus.* ad Att. VII. 7. Verbum medicum, ut ἐπίληψις, ſignificatque *acceſſionem febris*, ut Cicero vocat, initiumque paroxyſmi. vid. Cuperi Obſerv. II. 15.
Λιτότης, *mediocritas, tenuitasve*, qua in cibo & potu utimur, cum pretioſos cibos, nimiamque copiam, a menſis amovemus; quod ex lege ſumtuaria fiebat. ad Div. VII. 26.
Λογικὴ, *philoſophiæ pars quærendi ac diſſerendi, quæ & Dialectica dicitur.* Fin. I. 7.
Λογικώτερα, ad Att. XIII. 19. ſunt disputationes ſubtiliores, quales ſunt eorum, qui cum philoſophiæ ſe pæne totos tradiderint, de philoſophia disputant. Subtilitas autem iſta cernitur in definiendo & argumentando, quarum rerum artem tradit λογικὴ ſeu διαλεκτικὴ. Sic Cicero Tuſc. IV. 14. cum παθῶν definitiones & distributiones in formas attuliſſet: *Habes ea, quæ de perturbationibus enucleate disputant Stoici, quæ* logica *appellant, quia diſſeruntur ſubtilius.*
Λόγοισιν Ἑρμόδωρος, *ad ſupplendum integrum ſenarium adde: ἐμπορεύεται. libris Hermodorus mercaturam facit*, ad Att. XIII. 21. vid. Indic. Hiſtor. in *Hermodorus.*
Λογοδαίδαλος, *artificioſi ſermonis fabricator.* Or. 12.
Λύπη, *ægritudo, quaſi ſolutio totius hominis.* Tuſc. III. 25.
Λυρικοὶ, *poëtæ, qui ad lyræ cantum carmina ſcripſere*, quales inter Græcos Pindarus, Alcæus, inter Latinos Horatius fuere. Orat. 55. Fragm. incert.

M.

Μακάρων νῆσοι, *beatorum inſulæ*, ad Att. XII. 3.
Μακροψυχία, *affectio animi longinqua ſpectantis*, ad Att. IX. 11. Sed Grævius vere judicat, nil certius eſſe emendatione Magnuti apud Manutium, quam & ipſe Manutius probabat: μικροψυχίαν. Nam μακροψυχία nusquam apud Græcos auctores occurrit, & locus neceſſario deſiderat μικροψυχίαν.

Μάλ' ἀριστοκρατικῶς, *plane ut optimatem decet.* ad Att. I. 14.
Μανία, *insania*, Tusc. III. 5.
Μαντική, *divinatio*, de Nat. D. I. 20. de Div. I. 1. Legg. II. 13.
Μάντις δ' ἄριστος: *supplendum, ut senarius integer habeatur:* ὅς τις εἰκάζει καλῶς, *vates is optimus fuerit, qui bene conjecerit*, ad Att. VII. 13. Est versus ex deperdita Euripidis tragœdia. Huic enim tribuit eum Plutarchus de defectu oraculorum &c. T. I. p. 768. ed. Steph.
Μεθαρμόζομαι, *commuto, ad alias personas transfero*, ad Att. XII. 12. Sermo est de Dialogis philosophicis, quos refingebat, & alias personas inducebat; ut in Academicis fecit. Dicitur quemadmodum μεταῤῥυθμίζειν de statuis, quæ in aliam faciem mutantur, ut alium, quam antea, referant. de quo vid. Casaub. ad Sueton. Tiber. c. 78.
Μείλιγμα, *lenimentum*, ad Att. XIII. 27. Catonis μείλιγμα est, quod facit, ut Cæsaris indignatio ex Ciceronis Catone, h. e. libro de laudibus Catonis Uticensis, concepta mitigetur & leniatur. Sic Longinus eleganter μειλίγματα hyperbolarum & omnium audacium locutionum vocat particulas illas & formulas, *quasi, tamquam, ut ita dicam.* &c. περὶ ὕψους, Sect. XXXII. 3.
Μελαγχολία, *furor*, Tusc. III. 5.
Μελέτη, *meditatio, cura*, ad Att. V. 10.
Μελήσει, *curæ erit*, ad Att. XII. 3. XIV. 17. XV. 4.
Μέμψις, *accusatio, reprehensio*, ad Att. XIII. 13.
Μέμψιν ἀναφέρει, *accusationem intendit*, ad Att. XII. 49.
Μέντορ πῶς τ' ἄρ' ἴω, πῶς τ' ἄρ προσπτύξομαι αὐτόν; *Mentor, quonam modo adeam, & quonam modo amplexabor ipsum*, ad Att. IX. 8. ex Homer. Odyss. Γ'. 22.
Μεσότης, *medietas, medium, quod quantum vincit alterum, tantum vincitur ab altero*, de Univ. 7.
Μετ' ἀμύμονα, ad Att. XVI. 5. respicitur Iliad. Β'. 674. ubi Nireus formosissimus dicitur, μετ' ἀμύμονα πηλειῶνα, h. e. *post Achillem pulchrum.* Atticus enim scripserat, Cornelium Nepotem esse optimum scriptorem, μετ' ἀμύμονα, sc. Ciceronem.
Μετέωρος, *incerti & dubii animi: ancipitis curæ*, ad Att. V. 11. XV. 14.
Μετεωρότερον, *suspensiore animo*, ad Att. XVI. 5.
Μὴ γὰρ αὐτοῖς, *neque enim ipsis* (sc. *credo*) ad Att. XIII. 20.
Μηδὲ σωθείην ὑπόγε τοιούτου, *ne salvus quidem fiam ab hoc*, ad Attic. XVI. 15.
Μηδὲ δίκην, *supplementum hoc integrum versum exhibebit:* δικάσῃς πρὶν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς: *neque causam judicaris prius, quam quid uterque dicat, audieris*, ad Attic. VII. 8. Versus, qui falso Hesiodo adscribebatur, Phocylidisque esse putabatur.
Μηδὲν αὐτοῖς, *supplendum:* μέλει, *nihil ipsis curæ est*, ad Att. VI. 1.
Μὴ μὰν ἀσπουδέι γε καὶ ἀκλειῶς ἀπολοίμην,

Ἀλλὰ

Ἀλλὰ μέγα ῥέξας τι καὶ ἐσσομένοισι πυθέσθαι,
Ne ignaviter & inglorie peream: sed magno aliquo facinore edito, quod audiatur a posteris. ad Div. XIII. 15. ad Att. X. 1. ex Hom. Iliad. X. v. 304. 305.

Μή μοι γοργείην κεφαλὴν δεινοῖο πελώρου, *ne mihi Gorgoneum caput horrendi & gravis monstri,* ad Att. IX. 7. ex Hom. Odyss. Λ'. v. 633.

Μὴ πολιτεύεσθαι, *abstinendum administratione reipublicæ,* ad Attic. XIV. 21.

Μήπω μέγαν εἴπῃς, πρὶν τελευτήσαντ' ἴδῃς. *neminem magnum dixeris, priusquam mortuum videris,* ad Att. IV. 8. Senarius Sophoclis apud Stobæum cap. 93.

Μιᾶς κόρδακ. ad Att. XIII. 42. vid. Ἰλιὰς κόρδακ.

Μισάνθρωπος, *osor generis humani,* Tusc. IV. 11.

Μισογυνεία, *odium mulierum,* Tusc. IV. 11.

Μνημονικὴ, *ars memoriæ,* de qua noti sunt Quinctiliani loci. ad Herenn. III. 17.

Μνημονικὸν ἁμάρτημα, *lapsus memoriæ,* ad Att. XIV. 5.

Μουσοπάρακτος, *a Musis percussus, Musarum amore captus, poëta.* ad Qu. Fr. II. 10.

Μυροθήκιον, *unguenti & pigmentorum arcula,* ad Att. II. 1.

Μυστικώτερα, *secretiora.* ad Att. IV. 2.

Μυστικώτερον, *secretius,* ad Att. VI. 4.

Μῶμος, ad Att. V. 20. Μώμῳ *satisfacere,* est talem se præstare, ut Momus, quod reprehendat, quamvis quærat, tamen non habeat.

N.

Νεκρομαντεία, *per mortuos divinatio.* Tusc. I. 16. v. Davis.

Νεκυία, Tusc. I. 16. ad Att. IX. 10. 11. & 18. Νεκυία Homeri, Tusc. I. 16. est Odyss. Λ'. qui liber sic etiam aliis vocatur, tamquam Longino περὶ ὕψους, Sect. IX. Nomen ab argumento traxit, quod in eo Ulysses commemoratur, quemadmodum inferos adierit, & cum umbris collocutus sit. De hac νεκυίᾳ quid acuti homines judicarint vid. ap. Victorium ad ep. 10. L. IX. ad Att. Ceterum ad hanc νεκυίαν respexit Atticus, cum Cæsaris comitatum νεκυίαν vocaret. Nam quemadmodum umbræ ad Ulyssem in νεκυίᾳ Homeri confluunt frequentes, sic homines flagitiosi, facinorosi, & ære alieno obruti, ad Cæsarem confluebant.

Νεόκτιστα, *nuper condita.* ad Att. VI. 2.

Νεωτερισμούς, *res novæ.* ad Att. XIV. 5.

Νᾶφε καὶ μέμνασ' ἀπιστεῖν, ἄρθρα ταῦτα τῶν φρενῶν. *Sobrius sis, & memineris non facile credere, hi sunt nervi sapientiæ,* ad Att. I. 9. Versus Epicharmi Poëtæ Siculi.

Νίκωνος περὶ πολυφαγίας, *Niconis de edacitate.* ad Div. VII. 20. vid. in Indic. Hist.

Νομανδρίαν excusationem ne acceperis. ad Att. V. 11. Alii habent νομανδρίαν. Adjiciemus utriusque verbi interpretationes, a doctis viris

viris propositas. Νομανδρίαν *excusationem* dicunt esse legitimam, ac viro honesto dignam, occupationem videlicet. Nam adversæ valetudinis excusatio mollior est. Hanc igitur (νομανδρίαν) excusationem non vult accipi, quod nulla occupatio tanta fit, ut se possit a scribendis ad Atticum literis avocare. Ita Manutius. Popma contra νομανδρίαν dicit esse constantiam Ciceronis in præfecturis conferendis; qua commotus non scripsisset ad Atticum, ne suam constantiam deferendis præfectis tentaret. Sed quomodo hæc excusatio dici possit, non video. Causa potuit esse omissarum litterarum, sed qua non facile ad excusandum se uteretur. Idem dici potest de interpretatione νομανανδρίας. Νομανανδρίαν Bosius interpretatur, *detrectationem præfecturarum, s. vacationem.* Eas cum Atticus a Cicerone quibusdam petiisset, noluisse Ciceronem respondere. Quomodo tandem rogare potest, ne accipiat hanc excusationem. Rustica esset illa excusatio, quam etiam rogatus non acciperet Atticus. Noli suspicari, debuisset scribere, me propter νομανανδρίαν scripsisse. Fortasse ne sanus quidem locus est.

Νομοφύλακες, *legum custodes.* de Leg. III. 20. Magistratus Athenienses, qui legum curam habebant, & facta hominum observabant, ad legesque revocabant, conf. Xenoph. Oeconom. 9. 14. ex quo repetiit Columell. R. R. XII. 3. ubi vide Interpp. cf. Potter. Archæol. Gr. I. 13. Sed adjiciemus locum ex Oeconomico Xenophontis latine: *Civitatibus primoribus atque optimis non satis est visum bonas leges habere, nisi custodes earum diligentissimos creassent, quos Græci* νομοφύλακας *appellant. Horum erat officium, eos, qui legibus parerent, laudibus prosequi, nec minus honoribus; eos autem, qui legibus non parerent, pœnis mulctare* &c.

Ξ.

Ξεστὸς, *politus.* ad Att. XII. 46.

Ξυνὸς ἐνυάλιος, *communis Mars.* ad Att. VII. 8. ex Hom. Iliad. Σ'. v. 309.

O.

Ὀβελίζειν, *veru notare.* ad Div. IX. 10. *est tamquam spurium rejicere. Obelus enim fuit signum Criticorum, quo spuria a genuinis discernerent.* vid. Menag. ad Laërt. III. 66. p. 162. Eschenbach. de Not. Crit. pag. 232. sqq. & alii.

Ὁ γναφεὺς ἀνθρακεύς, *fullo carbonarius*, ad Att. XV. 5. fullones e vestibus sordidis candidas faciunt; carbonarii autem nigri & sordidi sunt. Si igitur fullo idem sit carbonarius, frustra in vestibus purgandis laboravit. Hinc proverbium est γναφεὺς ἀνθρακεύς in eum, qui, quod melius reddere conatur, deterius facit.

Ὁ δὲ μαίνεται ἐκ ἔτ' ἀνεκτῶς, *hic autem insanit sic, ut ferri amplius non possit.* ad Qu. Fr. III. 9. versus Homeri de Cyclope Polyphemo Odyss. I'. 350.

Σὺ δὲ μαίνεαι ἐκ ἔτ' ἀνεκτῶς.

Ὁ δὲ

Ὁ δὲ ἐκ ἐμπάζετο μύθων, *hic vero non curabat, quæ dicebantur*, ad Att. IV. 7. ex Homer. Odyſſ. A'. 271. 305.

Ὁδὸς πάροργον, *præter propoſitum, obiter*, ad Att. V. 21. VII. 1.

Οἷα γ' ἡ δέσποινα; *hoc proverbium ap. Platonem, Polit. VIII. p. 723. eſt integrum:* οἷα γ' ἡ δέσποινα, τοῖα δὲ κὴ ἡ κύων: *qualis hera, talis & canis*, ad Att. V. 11.

Οἰκεῖον, *proprium, accommodatum ad naturam*, ad Att. I. 10. Acad. II. 12.

Οἰκοδεσποτικὰ, *patris familias officio convenientia*, ad Att. XII. 44.

Οἰκονομία, *diſpoſitio, ordo*, ad Att. VI. 1.

Οἶκος φίλος: *ſupple*, οἶκος ἄριστος, ad Attic. XV. 15. vid. ſupra ad εἰῆ μ. φ. οι.

Οἱ μὲν παρ' ἀδὲν εἰσιν, οἷς δὲ ἀδὲν μέλει, *alii quidem prope nihil ſunt; aliis autem nihil curæ eſt*, ad Att. I. 20. Verſus Rhintonis, de quo in Indice Hiſtor.

Οἱ περὶ αὐτὸν, *qui circa ipſum erant, ipſius familiares*, ad Att. XIII. 52.

Οἴχεται, *ratio quidem hercle apparet, argentum* οἴχεται, *diſparet, evaneſcit*, ad Att. VI. 1. in Piſ. 25.

Ὁμοειδὴς, *ejusdem generis & formæ*, ad Att. II. 6.

Ὁμολογία, *convenientia*, Fin. III. 6.

Ὁμολογεμένως τυραννίδα συγκινάζεται, *procul dubio tyrannidem affectat*, ad Att. II. 17.

Ὁμοπλοία, *ſocietas navigandi*, ad Att. XVI. 4.

Ὀξύστεινος, *famelicus, cibi aviditſimus*, ad Att. II. 12. IV. 13.

Ὀπαδοὶ, *aſſeclæ aliorum in militia*, ad Att. IV. 6. opponuntur ταγοῖς ducibus.

Ὁ πλοῦς ὡραῖος, *navigatio tempeſtiva*, ad Att. IX. 7. Corradus laudat Pollucem I. 9. περὶ ἐυπλοίας. de voce ὡραῖος, tempeſtivus, vid. Grævii Lect. Heſiod. c. 2.

Ὀπάντιοι, σιπάντιοι, *Opuntii, Sipuntii*, ad Att. VI. 2. vid. Indic. Geogr.

Ὄργανον, *inſtrumentum*, ad Div. XI. 14. Capio autem de inſtrumento muſico, ob verbum *frigere*, quod dicitur de muſicis, cum non audiuntur cum favore. Brut. 50.

Ὀρθὰν τὰν ναῦν, *rectam navem*, ad Qu. Fr. I. 2. hæc verba ſunt e Græca ſententia: ἓν τόδι, Ποσειδᾶν, ὅτι ὀρθὰν τὰν ναῦν καταδώσω, quæ latine eſt etiam apud Senecam, ep. 85. *Neptune, nunquam hanc navem, niſi rectam.* hæc Victorius. Lipſius autem ad Senec. l. c. laudat etiam veterem ſcriptorem Teleten, ex quo eſt ſententia eadem ap. Stobæum c. 106.

Ὁρίζοντες, *finientes*, de Divin. II. 44. intellige: circuli, qui ſcilicet finiunt proſpectum, *der Horizont.*

Ὁρμὴ, *impetus*: item *appetitio: appetitus*, ad Att. VII. 11. Fin. III. 7. V. 6. de Nat. Deor. II. 22. Off. II. 5.

Ὁ σοφὸς ἐυθυρρήμων ἔσῃ, *ſapiens libere loqueris*, ad Div. IX. 22. vid. ἐυθυρρήμονέστερος.

Ὅτι αὐτάρκης ἡ ἀρετὴ πρὸς εὐδαιμονίαν, *in quo virtus sit, ei nihil deesse ad beate vivendum*, Parad. 2.

Ὅτι ἴσα τὰ ἁμαρτήματα, καὶ τὰ κατορθώματα, *æqualia esse peccata & recte facta.* Parad. 3.

Ὅτι μόνον ἀγαθὸν, τὸ καλὸν, *quod honestum sit, id solum bonum esse.* Parad. 1.

Ὅτι μόνος ὁ σοφὸς πλέσιος, *solum sapientem esse divitem.* Parad. 6.

Ὅτι πάντες οἱ μωροὶ μαίνονται. *omnes stultos insanire.* Parad. 4.

Ὅτι πάντες οἱ σοφοὶ ἐλεύθεροι, πάντες δὲ μωροὶ δοῦλοι, *omnes sapientes liberos esse; & stultos omnes servos.* Parad. 5.

Οὐ γὰρ ἂν τόδε μεῖζον ἔπει κακὸν, *neque enim hoc majus est malum.* ad Att. VII. 6. Homer. Odyss. M. 209. ἔπει est ἐπέρχεται.

Οὔδε μοι ἦτορ Ἔμπεδον, ἀλλ' ἀλαλύκτημαι, *Neque mihi pectus firmum, sed consternato sum animo.* ad Att. IX. 6. Hom. Iliad. κ'. v. 93. & 94.

Οὐδὲν γλυκύτερον, ἢ πάντ' εἰδέναι, *nihil dulcius, quam omnia nosse.* ad Att. IV. 11. Est senarius uno pede truncatus, nescio cujus poëtæ.

Οὐδὲν ὑγιὲς, *nihil sincerum.* ad Att. XV. 1.

Οὐκ ἔλαθέ σε, *non te latuit*, ad Att. VI. 1.

Οὐκ ἔσ' ἔτυμος λόγος, *non est verus sermo.* ad Att. IX. 12. Est formula, qua utebantur in Palinodiis, cum aliquid retractare vellent. Sic orsus fuerat Stesichorus Palinodiam, auctore Platone in Phædro p. 243. unde post solennis inter doctos homines retractandi formula fuit.

Οὐκ ἔστιν ἡδέως ἄνευ τοῦ καλῶς καὶ δικαίως ζῆν, *non licet jucunde vivere, nisi honeste & juste vivatur.* ad Div. XV. 19. Epicuri placitum.

Οὐκ ἐπέτηνσεν, *non animadvertit, non satis cogitanter scripsit.* ad Att. XIII. 38.

Οὐ παρὰ τῶτον, *non apud illum.* ad Att. XV. 29.

Οὐ σ' οἶδ' ἄρης ἅμα παφίη, *nonne scio te, o Mars, consuesse cum Paphia, sive Venere.* ad Att. IV. 16. Videntur hæc verba esse e vetere Poëta, sed ex quo, aut quomodo explicanda sint, fateor, me ignorare. Nam doctorum hominum conjecturæ non satisfaciunt, nec melius aliquid ipse reperio.

Οὐ ταυτὸ ἐκ τᾶ αὐτᾶ, *non idem ex eodem.* ad Att. XV. 1.

Οὐ ταυτὸν εἶδος, *supplendum ex Euripidis Ione: φαίνεται τῶν πραγμάτων, πρόσωθεν ὄντων, ἐγγύθεν δ' ὁρωμένων: non eadem facies apparet, cum res procul sunt, & cum prope cernuntur.* ad Attic. XIII. 10.

Οὕτω που τῶν πρόσθεν ἐπευθόμεθα κλέα ἀνδρῶν, *sane eorum, qui ante nos vixerunt virorum, audiebamus laudes.* ad Att. VII. 11. Hom. Iliad. Γ'. v. 520.

Οὐχ ὁσίη φθιμένοισιν. *Hexameter integer sic se habet: ἐχ ὁσίη φθιμένοισιν ἐπ' ἀνδράσιν ἐυχετάασθαι, fas non est viris mortuis insultare.* ad Att. IV. 7. Homericus versus est ex Odyss. X. 412. Sed apud Home-

Homerum est κταμένοισιν, eodem sensu. Cum verba memoriter laudantur, facile hujusmodi quid mutatur. Laudavit hunc versum etiam Plin. Ep. IX. 1.

Ὀφιῦχος, *anguitenens*, Arat. fragm. Sidus.

Ὀψιμαθεῖς, *sero discentes. seri studiorum*, ut Horat. appellat. ad Div. IX. 10.

Π.

Πάθος, *affectus*. ad Att. XII. 3.

Πάθη, *perturbationes, motus animi turbati*. Fin. III. 20. Tusc. III. 4. IV. 5. Off. II. 5. &c.

Παθητικὸν, *ad animos commovendos accommodatum*. Or. 37.

Παῖδες παίδων, *nati natorum, posteri*, ad Att. XVI. 11.

Παιδεία Κύρα, *institutio Cyri*, ad Div. IX. 25. Opus notum Xenophontis.

Παλιγγενεσία, *status nostri instauratio*. ad Att. VI. 6. Ita appellat statum dignitatemque, quam revocatus ab exilio recuperarat, pro consulari etiam imperio suscepto. Sic Josepho XI. 3. 9. παλιγγενεσία τῆς πατρίδος dicta. Vix dubito, quin ita capienda sit hæc vox ap. Matth. XIX. 28. παλιγγενεσία Christi, quam ipse ita explicat: ὅταν καθίσῃ ὁ υἱὸς τ̃ ἀνθρώπ ἐπὶ θρόνε δόξης αὐτ̃, est instauratio & recuperatio pristinæ gloriæ, quæ ei contigit, cum a morte in vitam revocatus & in cœlum sublatus esset. Hoc igitur tempore discipuli Christi Spiritu S. repleti auctoritatem consecuti sunt, quid credendum sit nec ne, quid bonum, justum, Deo probatum, nec ne, decernendi. Qui huc παλιγγενεσίαν Pythag. aut Stoicam vocant, nil vident. De reditu tamen in vitam etiam dixit Philo de Cherubin. p. 127. ubi v. Mangeus.

Παλινῳδία, *retractatio*. ad Att. II. 9. IV. 5. VII. 7.

Πάλτος, *Paltus, Syriæ oppidum*. ad Div. XII. 13.

Πανατία περὶ προνοίας, *Panætii de providentia liber*. ad Att. XIII. 8. de Panætio vid. Indic. Hist.

Πανήγυρις, *conventus universæ gentis, civitatis &c. saltem admodum frequens, ut in spectaculis*. ad Att. I. 14.

Πανικὰ, *panici, sive subiti inanesque terrores*. ad Att. V. 20. ad Div. XVI. 23.

Πανικὸν, *inanis terror*, ad Att. XIV. 3. XVI. 1.

Πάντα περὶ πάντων, *omnia de omnibus*, ad Div. XII. 20. ad Att. XV. 17. i. e. accurate & copiose de omnibus.

Παντοίης ἀρετῆς μιμνήσκεο, *omnis virtutis memor sis, omnem virtutem exprome*. ad Att. I. 15. Homer. Iliad. X. v. 268.

Πάνυ φιλοστόργως, *valde amanter*. ad Att. XV. 27.

Παράγγελμα ἐνιαύσιον, *mandatum annuum*. ad Att. V. 14.

Παράγραμμα, *agnominatio, cum unius literæ, aut syllabæ mutatione alius sensus efficitur*. ad Div. VII. 32. Genus ridiculi, de quo L. II. de Orat. 63. ubi παρονομασία dicitur.

Παρα-

Παραγωγὴ, *inductio.* Top. 10. genus argumentationis Socraticum, de quo vide de Inv. I. 31. ubi egregium inductionis exemplum Æschinis Socratici profertur.

Παράδοξα, *mirabilia, admirabilia, quæque sunt contra opinionem omnium.* Acad. II. 44. Fin. IV. 27.

Παρακινδυνεύειν, *se temere periculo objicere.* ad Att. XIII. 27.

Παρὰ λέξιν, *contra proprie loquendi rationem.* ad Att. XVI. 4.

Παρὰ προσδοκίαν, *præter exspectationem.* ad Div. VII. 32. genus ridiculi, de quo L. II. de Oratore 63.

Παρὰ τὴν ἱστορίαν, *præter historiam.* ad Att. XIII. 10.

Παρὰ τὸ πρέπον, *præter decorum*, ad Att. XIII. 16.

Παραφύλαξον τὴν τῶ φυρατῶ φιλοτιμίαν αὐτότατα, *observa conturbatoris Philotimi actionem quam maxime.* ad Att. VI. 9. conf. ad Att. VII. 1. & vid. in φυράτης.

Παρεγχείρησις, *molitio in alieno opere*, cum falcem in alienam, ut ajunt, messem immittimus, ut, de quo est h. l. cum scribimus, de quo alius scripsit, quæ παρεγχείρησις recte contumeliosa dicitur, quod rem ab eo non accurate scriptam nobis videri significamus. ad Att. XV. 4.

Παρεμβεβλημένοι, *inserti, subdititii, interjecti.* ad Div. IX. 10.

Παρ' ἐμοίγε καὶ ἄλλοι, οἳ κέ με τιμήσασι μάλιστα δὲ μητίετα ζεὺς, *apud me sane & alii sunt, qui me honorabunt, maxime autem consiliarius, seu consilio valens Jupiter.* ad Div. III. 7. ex Hom. Iliad. A'. 174.

Παρ' ἠνεμόεντα μίμαντα Νήσῳ ἐπὶ ψυρίῃ, Appiam ἐπ' ἀρίστερ' ἔχοντα, *ad ventosum Mimantem in insula Psyria, Appiam sinistra habentem.* ad Att. XVI. 13. Alluditur ad locum Homeri Odyss. I'. v. 171. 172. Ulysses cum sociis deliberat de navigatione instituenda, utrum supra Chium dirigant cursum, ita ut parvam insulam Psyriam, quæ est non procul ab Chio, a sinistris habeant, an vero infra Chium, ut ventosum Mimantem prætervehantur. Suadebat Ciceroni Atticus, ut inter Apenninum montem (Mimanta), qui e Campania Romam proficiscentibus a dextris est & viam Appiam, quæ a sinistris jacet per Arpinum (Psyriam) proficiscatur, ne in Antonii manus incidat. quæ sit autem elegantia in eo, quod Arpinum cum insula Psyria comparetur, docet Bosius ad hunc locum. *Psyriæ* nomen etiam Ciceroni ad Q. Fr. II. 10. restituit Tunstallus ad Midlet. p. 110. *Philosophiam non ab Hymetto, sed ab arce ψυρίᾳ*, i.e. Arpino.

Παριστορῆσαι, *obiter scire* ad Att. VI. 1.

Παροινικῶς, *insolenter, contumeliose.* ad Att. X. 10. Victorius malebat τυραννικῶς. Sed illud eodem redit, & bene convenit in Antonium, cui vinolentiam in Philippicis exprobrat.

Παρονομασία, *verbi parva immutatio, in litera posita.* de Or. II. 63.

Παρρησία, *loquendi libertas.* ad Att. I. 16.

Πάρωρα πλευτέον, *intempestive navigandum.* ad Att. X. 12.

Πάσχω τι, *patior aliquid, angor.* ad Att. XV. 20.

Πατρίδα ἐμὴν μᾶλλον φιλῶν, *patriam meam magis amans.* ad Div. XII. 14.

Πειθανάγκη, *suasio violenta, dicitur de eorum consiliis precibusque, quibus necessario paremus.* ad Att. IX. 13. e Platone.

Πειθὼ, *Suada Dea.* Brut. 15.

Πειράζεσθαι παραλύσει, *tentari paralysi, infestari sideratione, seu resolutione nervorum.* ad Att. XVI. 7.

Πειρήνη, *Pirene, sive fons uberrimus, qualis fuit Pirene, prope Corinthum, Musis sacer.* ad Att. XII. 5.

Πελληνεῦσι, *Pellenæi, Dicæarchi liber de populis Pellenæis, qui nomen habent ab antiqua Achajæ civitate Pellene,* ad Att. II. 2.

Πεντέλειπος, *qui de quinis supereſt,* ad Att. XIV. 21. XV. 2. Ita vocare Hirtium videtur, qui de quinque Cæsarianis reſtabat unus, quem ad optimates traducere poſſet: quamquam alii aliter.

Πεπιτωμένως, *nitide & eleganter scriptæ.* ad Att. XIV. 7.

Πεπιτωμένως, *docte & perpolite.* ad Att. XV. 16. vid. εὐπινές.

Πεπλογραφία, *pepli descriptio,* ad Att. XVI. 11. Πεπλογραφία Varronis, eſt liber ejus, quo virorum illuſtrium laudes deſcripſerat. Occaſionem titulo dedit mos notus Athenienſium, peplum Minervæ conſecrandi, in quo, præter ipſius res fortiter geſtas, etiam virorum fortium acu pictæ eſſent, auctoribus Ariſtophane, Suida & aliis. Præter interpretes, vide inprimis Meurſium in Panathenaicis c. 17. nam in his peplum illud deferebatur in Minervæ ædem. Utrum vero liber hoc ipſo titulo extiterit, adeoque diverſus ſit a libro *hebdomadum,* qui doctorum virorum imagines continebat, (v. Voſſ. de Hiſt. Lat. I. 12.) nec ne, id quod Popmæ placebat, haud improbabili conjectura, nunc non definire licet. Ariſtoteles etiam *Peplum* inſcripſit libellum, qui epitaphia heroum continebat, cujus fragmentum a Cantero Baſil. 1564. in 4. primum editum habemus. In hoc peplo etiam genealogias Homericorum principum fuiſſe docet Canterus in præfatione. conf. Fabricii Biblioth. Græc. L. III. c. 6. Vol. II. p. 160. ſeqq.

Περὶ δυνατῶν, *de iis, quæ fieri posſunt.* ad Div. IX. 4. Fat. 9.

Περὶ κοιλιολυσίαν γίνεσθαι, *in alvo ſolvenda occupatum eſſe,* ad Att. X. 13.

Περὶ μικρὰ σπουδάζειν, *in parvis rebus multum laborare.* ad Attic. XIII. 21.

Περίοδοι ἢ καμπαὶ, ἐνθυμήματα, ἢ κατασκευαὶ, *ambitus verborum, aut flexus clauſularum, aut argumenta rhetorum, aut confirmationes.* ad Att. I. 14. περίοδοι quæ ſint, dicere nihil attinet. καμπαὶ ſunt, recte explicante I. F. Gronovio, clauſulæ, flexus molles orationis ab una parte in aliam, quibus uti licet in genere ἐπιδεικτικῷ magis, in laudando, ubi ingenium & eloquentiam jactare licet, quam in forenſibus orationibus, aut in ſententiis de re gravi dicendis, a quibus quippe iſta flexuum mollities, quamvis modica, tamen abeſſe debet, adhibita potius illa *judiciali aſperitate,* quam Cicero

Cicero vocat de Orat. I. ἐνθυμήματα non sunt, quæ recentioribus dialecticis dicuntur, parte quadam sua truncati syllogismi, sed antiquis rhetoribus celebratæ illæ sententiæ, e contrariis conclusæ, quæ propter brevitatem & contraria acumen aliquod habent, qualis est illa Horatii: *Cur optas quod habes?* Serm. I. 3. 126. alia exempla suppeditabit Cicero in Topicis c. 13. vide de hoc genere sententiarum in primis Facciolatum in Acroasi I. de Enthymemate. κατασκευὴ autem etsi non eandem semper apud rhetores vim habet, tamen non dubium mihi est, quin hoc loco dicatur *confirmatio alicujus rei*, (Quinctilian. II. 4.) quæ & amplificationem complectitur, cum alimus argumenta, quod Longino τρέφειν dicitur, cum dilatamus rem & augemus omni ratione, ut auditor vim rei aut argumenti capiat, in quo vel maxime summa eloquentia cernitur. Hæc κατασκευὴ etsi communis est omni orationis generi, tamen in primis in eo genere regnat, quod ἐπιδεικτικὸν dicitur, cum ingenium eloquentiamque probare volumus. Ex ea ubertas ingenii, ex ea copia, visque dicentis judicatur. Itaque in hoc genere orationis etiam modum hujus κατασκευῆς vix tenent summi oratores. Huc refer *illam redundantiam*, quam in Ciceronis oratione animadvertebat Apollonius Molo, & quæ in Rosciana adhibita seniori Ciceroni displicebat, ut est in Bruto. Vides igitur, omnia ista ornandi genera, quibus in laudando Pompejo usum se dicit Cicero, esse ἐπιδεικτικῷ generi propria. Nam τὸ περιοδικὸν etiam nuspiam copiosius adhiberi solet & potest, quam in hac dicendi ratione.

Περίοδος, *ambitus, circuitus, comprehensio, continuatio, circumscriptio verborum.* Or. 61.

Περὶ ὁμονοίας, *de concordia*, ad Att. VII. 11.

Περιοχαὶ, *verborum complexiones, periodi*, ad Att. XIII. 26.

Περιπατητικὰ, *peripatetica, partes peripateticorum*, ad Att. XIII. 19.

Περίστασις, *status & conditio*, ad Att. IV. 8.

Περὶ τελῶν σύνταξις, *de finibus opus*, ad Att. XIII. 12. & 19.

Περὶ τὰ κατὰ περίστασιν καθήκοντος, *de officio, cui quædam adjecta est circumstantia* v. c. temporis, ad Att. XVI. 11.

Περὶ τῶν ὅλων, *de summa rerum*, ad Att. II. 17.

Περὶ ψυχῆς, *de animo*, ad Att. XIII. 32.

Περσεφόνη, *Proserpina*, de Nat. D. II. 26.

Πεφυσίωμαι, *intumesco, superbia efferor*, ad Att. V. 20.

Πέψις, ἀκοπία, περίπατος σύμμετρος, τέρψις, εὐλυσία κοιλίας, *concoctio, vitatio lassitudinis, ambulatio moderata, delectatio, solutio alvi*, ad Div. XVI. 18.

Πιθανὰ, *apta ad persuadendum, probabilia*, ad Att. XIII. 19.

Πίνος, *venustas veteris sermonis*, ad Att. XIV. 7. v. ἐυπινές.

Πλοδοκῶν, *navigationem commodam exspectans*, ad Att. X. 8.

Πλοῦς, *navigatio*, ad Att. XV. 21.

Πλέτων, *Pluto, Dis.* Nat. Deor. II. 26.
Ποῖ ταῦτ' ἄρ' ἀποσκήψει; *quorsum hæc tandem erumpent?* ad Att. XII. 5.
Ποιητικαὶ, *efficientia*, Fin. III. 16.
Ποιότης, *qualitas*, Acad. I. 7. *ubi vid.* Nat. Deor. II. 37.
Πολίπορθος, *urbium eversor, sive vastator*, ad Div. X. 13. epitheton Ulyssis apud Homerum.
Πολιτεία, *respublica*, ad Att. II. 1.
Πολιτεία, *libri de republica*, ad Att. IV. 16.
Πολιτεῖαι, *civitatum gubernandarum rationes*, ad Div. IX. 2. scribere & legere πολιτείας, est libros de legibus, de republica, scribere & legere, ut ipse l. c. interpretatur Cicero.
Πολιτεύεσθαι, *administrare rempublicam, versari in republica*, ad Div. VII. 12. ad Att. XIV. 6.
Πολίτευμα, *factum in republica, actio publica*, ad Att. VI. 1. IX. 7.
Πολιτεύομαι, *reipublicæ operam navo*, ad Att. II. 6.
Πολιτευτέον, *reipublicæ danda opera: versandum in republica*, ad Att. II. 6. X. 1.
Πολιτικὰ, *de republica*, ad Qu. Fr. II. 13.
Πολιτικὴ, *de civium officio in rempublicam*, ad Att. IX. 18.
Πολιτικοὶ, *reipublicæ moderatores, reipublicæ dediti*, ad Att. XII. 23. & 51. II. 12. IX. 10.
Πολιτικὸν, *quod est ex usu reipublicæ*, ad Att. IX. 11.
Πολιτικὸν σκέμμα, *consideratio ad statum reipublicæ pertinens*, ad Att. VII. 8.
Πολιτικὸς σύλλογος, *conventus & sermo de ratione reipublicæ gerendæ*, ad Att. XIII. 30.
Πολιτικὸς, *civilis, reipublicæ deditus*, ad Att. IV. 6.
Πολιτικὸς ἀνὴρ ἀδ' ὄναρ, *reipublicæ deditus vir ne in somnio quidem*, ad Att. I. 18.
Πολιτικῶς, *ut virum reipublicæ deditum decet, convenienter statui reipublicæ*, ad Att. IV. 8. VII. 8. & 13.
Πολιτικώτερα, *ad reipublicæ administrationem magis pertinentia*, ad Att. XIII. 10. XIV. 6. & 14.
Πολιτικώτερος, *reipublicæ peritior.* ad Att. V. 12.
Πολιτικώτερον, *accommodatius ad rationem reipublicæ administrandæ*, ad Div. II. 8.
Πολλὰ δ' ἐν μεταιχμίῳ Νότος κυλίνδει κύματ' εὐρείης ἁλὸς, *multos autem in intermedio Auster volvit fluctus lati maris*, ad Att. VI. 3. hemistichium cum senario integro veteris tragici.
Πολλὰ χαίρειν τῷ καλῷ, *multam salutem honesto, vale dicere honesto*, ad Att. VIII. 8.
Πολλοὶ μαθηταὶ κρείττονες διδασκάλων, *multi discipuli præstantiores magistris*, ad Div. IX. 7. senarius notus.
Πολλά τε κἀγαθὰ δεῖ, *multum quidem abest*, ad Att. VI. 1. Verba, quibus crebro Demosthenes utitur.

Πολυγραφώτατος, *qui plurima scripsit*, ad Att. XIII. 18.

Πολυδεύκης, *Pollucis ædes*, ad Att. VI. 1.

Πομπεῦσαι τοῖς προσώποις, *magnis personis inducendis libro ornatum quærere.* ad Att. XIII. 32. Cicero non solum magnis rebus refertum cupiebat eum σύλλογον, quem habebat in manibus, sed etiam magnis hominibus uti, ut eo major libri dignitas & ornatus esset. Itaque Atticum rogat, ut, cum jam unam suppeditasset hujusmodi, plures suggereret.

Πονήμαι, *labore & molestia conficior.* ad Att. XVI. 12.

Πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον, supplendum ex Platone, qui hæc itidem refert, ἀναβὰς, *utrum excenso alto muro justitiæ.* ad Att. XIII. 38. Alludit Cicero ad locum Pindari ex libro deperdito, quo jam usus erat, sed alio, quam Cicero, sensu Plato L. II. de republ. p. 596. ed. Francof. Verba Pindari apud Platonem integra hæc sunt: Πότερον δίκας τεῖχος ὕψιον, ἢ σκολιᾶς ἀπάτας ἀναβάς: *utrum rectis & justis artibus, ad dolis fraudibusque utens &c.* Cicero ad aliam rem transtulit. Scire cupit ex Attico, quid sibi suadeat, utrum putet præ se ferendam esse justam iram in Quintum filium, quam objurgando patruum apud Cæsarem meruerat, an dissimulandam. Hinc ipse sic interpretatur prima verba: *utrum aperte hominem adsperner & respuam.* ad Att. XIII. 38.

Πολυδάμας μοι πρῶτος ἐλεγχείην ἀναθήσει, *Polydamas mihi primus probrum objiciet*, ad Att. II. 5. VII. 1. ex Homer. Iliad. X. v. 100. Polydamanta dicit Catonem.

Πᾶ σκάφος τὸ τῶν Ἀτρειδῶν, *ubi navigium Atridarum.* ad Att. VII. 3. e tragico veteri videntur hæc esse.

Πραγματικοί, Or. I. 5. qui sint, ipse Cicero satis docet.

Πραγματικῶς, *apte ad rem gerendam*, ad Qu. Fr. II. 14.

Πράξις, *factum*, ad Att. XIV. 19.

Πράξις πολιτικὴ, *factum cive dignum reip. dedito.* ad Att. X. 13.

Πραότατα, *lenissime*, ad Att. XI. 17.

Πρέπον, *decorum*, Or. 21. Off. I. 17.

Πρόβλημα, *quæstio*, ad Att. VII. 1. XII. 2.

Πρόβλημα Ἀρχιμήδειον, *quæstio Archimedea*, ad Att. XII. 4. XIII. 18. i. e. valde difficilis & obscura. Atticus volebat Ciceronem de Catone scribere.

Προβολὴ, ad Att. XIII. 21. est, interprete Budæo in Comm. Gr. L. p. 390. *status pugilis, in procinctu stantis, occasionique inferendæ plagæ imminentis, & agitatoris, in carceribus equos currumque sustinentis.* Inde etiam ad milites transfertur, qui in acie stant, projectis scutis impetum hostium expectantes, & excipientes, & tempus impetus faciendi idoneum speculantes. apud Plutarch. in Cæsare, quem locum idem ille attulit Budæus l. c. De militibus latini dicunt: *projicere scutum.* Quadrigarius ap. Gell. IX. 13. Græci Προβάλλεσθαι ἀσπίδα ap. Ælian. V. H. II. c. ult. & ab hac projectione

ctione scuti status ille gladiatorius & militaris appellatur. Adjicere placet locum e Gellio de hac re insignem: *Sicuti* (athletæ) *ad certandum vocati projectis alte brachiis consistunt, caputque & os suum manibus oppositis quasi vallo præmuniunt &c.* unde de ea re χεῖρας ἀείρας, χειρῶν ἀνάτασις, dicitur v. Cuper. Obs. I. 12. p. 88. qui etiam docet, hoc ipsum ἀνέχειν dici ap. Apollon. Rhod. L. II. v. 67. Ex his intelligi facile potest, quomodo Carneadi in mentem venerit, ut huic προβολῇ compararet ἐποχὴν suam, *retentionem assensus.*

Προηγμένον, *productum, promotum, remotum, præpositum, præcipuum.* Fin. III. 15. v. Argum. L. III. de Fin.

Προθεσπίζω, *præsagio,* ad Att. VIII. 11.

Προκοπὴ, *progressus in litteris,* ad Att. XV. 16. de verbo προκόπτειν v. Cellar. Diss. II. de Vigiliis & Lucubrat. Vett. §. 19.

Προλεγόμενα, *quæ præfari solemus, antequam disputationem aliquam explicandam suscipimus.* ad Div. IX. 18.

Προλήψεις, *notitiæ rerum insitæ,* Acad. II. 10.

Πρόληψις, *notio, anticipatio, antecepta animo rei quædam informatio, prænotio, præsumtio,* Top. 7. Nat. D. I. 17.

Πρόνοια, *providentia,* Nat. D. II. 22. & 29.

Προοίμιον, *principium, præfatio,* Her. I. 4.

Προπλασμα, *periculum elaborati operis, rudis informatio exacti operis; specimen, ex quo de toto opere, quale futurum sit, judicari potest.* ad Att. XII. 41.

Προπύλαιον, *vestibulum,* ad Att. VI. 1.

Πρόπυλον, *vestibulum.* ad Att. VI. 6.

Προσαναπαυόμενη, *recreata,* ad Att. VI. 1. proprie de eo, qui post morbum corpus recipit. v. ἐξ ἀφωρέσεως.

Πρόσθε λέων ὄπιθεν δὲ: Homericus versus integre sic habet: πρόσθε λέων, ὄπιθεν δὲ δράκων, μέσση δὲ χίμαιρα, *ante leo, a tergoque draco, medio ipsa capella,* ad Att. II. 16. Chimæræ descriptio ex Iliad. Z'. v. 181.

Πρὸς ἴσον ὅμοιονque, *ad æqualem similemque.* ad Att. XIII. 51.

Πρόσνευσις, *assensus,* ad Att. V. 4.

Πρὸς τὸ ἀσφαλὲς, *ad id quod tutum sit,* ad Att. VII. 13.

Πρὸς τὸ πρότερον, *ad prius,* ad Att. I. 16.

Πρὸς τἄδ' ὅτι χρὴ, καὶ παλαμᾶσθων, καὶ πάντ' ἐπ' ἐμοὶ τεκταινέσθων. τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ, *adversus hoc, quod oportet & decet facere, & machinentur & struant quidvis in me. Justitia enim a me stat.* ad Att. VIII. 8. Verba sunt Aristophanis Acharnensibus v. 659. sed paullum mutata.

Προσφώνησις, *nuncupatio,* ad Att. XIII. 12.

Προσφωνῶμεν, *nuncupamus, dicamus,* ad Att. XV. 13.

Προσφωνῶ, *nuncupo, dico,* ad Att. VI. 11.

Πρόσωπον πόλεως, *facies civitatis,* ad Div. XV. 17.

Προκονομησάμην, *procuravi, provīdi,* ad Qu. Fr. II. 3.
Πυρόεις, *Mars,* Nat. D. II. 20.
Πυροὶ εἰς δῆμον, *frumentaria largitio,* ad Att. VI. 6.
Πτῶσις, *prolapsio, casus,* ad Att. 17.

P.

Ραθυμώτερα, *segniora,* ad Q. frat. II. 15.
Ρητορεύσειν, *declamitant, quasi rhetorum more,* ad Att. XV. 16. de ranarum clamore facete dicit.
Ρήτωρ, *eloquens,* Or. 19.
Ρίψαι ποδὶ μάτην κεράσσειν εἰς ἠέρα θυμήναντα, *cum fureret multa frustra cornibus in aërem proruens, s. frustra cornua jactantem, aëra cornibus verberantem.* ad Att. VIII. 5. Versus poëtæ, non constat, cujus. Viri docti ad h. l. laudarunt Virgilianum illud, ex Georg. III. v. 233. 234.
Ροιζοθρεμὶς, *lis & tumultuosa controversia,* ad Att. XIV. 10.
Ροπὴ, *momentum, inclinatio,* ad Att. XVI. 5.
Ρυθμὸς, *numerus oratorius,* Or. 20.
Ῥωπογραφία, *descriptio, pictura cum virgultorum & plantarum ibi virentium repræsentatione.* ad Att. XV. 16. Salmas. ad Solin. p. 739. ῥωποπώλην *Græci vocarunt, qui omnia id genus promercalia haberet, quæ medicis, tinctoribus, pictoribus, & myrepsis conducerent. Nam* ῥωπὸν *ejusmodi merces omnes mixtas ac minutas appellabant.* Hesychius: ῥωπὸς, ὁ λεπτὸς φόρτος, ὅσα ζωγράφοις, βαφεῦσι, μυρεψοῖς χρησιμεύει. Idem ad Spartiani Hadrianum p. 88. b. *Qui belluas, arbores, homines, antra, portus, & alia id genus variaque & minuta opere topiario exprimebant,* ῥωπογράφοι *vulgo dicebantur. Nam* ῥωπὸς *est varia & minuta merces. Hinc* ῥωπογραφία *ripulæ apud Ciceronem in epistola ad Atticum L. XV. ep. 16. Quam vocem vulgo deducunt,* ἀπὸ τῶν ῥώπων i. e. *a virgultis, omnino male, cum* ἀπὸ ῥωπῶν *facta sit. Hinc* ῥωπικὸν *etiam* ἀντὶ τῶ ὡραίω *Græci ponunt, quod varietate ipsa pulchrum est. Hinc* ῥωπογράφος *pictor ille dictus apud Plinium, quod humilia tantum pingeret, ut asellos, obsonia & similia,* ῥωπικά. -- ῥωπογραφίᾳ *opponitur* μεγαλογραφία, *quæ in rebus magnis & nobilibus exprimendis versatur, ut sunt Deorum simulacra, ædes, heroës, bellorum historiæ &c.* cf. J. Gronov. ad Cic. l. c. Hinc intelligitur, quid sit ῥωπογραφία ripulæ, scilicet descriptio ripæ, virgultorum, graminis, florum in ripa. Virgilius de poëta Ecl. IX. 19.

Quis humum florentibus herbis
Spargeret aut viridi fontes induceret umbra?

Idem Ecl. VI. 62.

Dum Phaëtontiades musco circumdat amaræ
Corticis, atque solo proceras erigit alnos.

Hæ sunt ῥωπογραφίαι, & ripulæ adeo: *viridi fontes induceret umbra;* cujus modi descriptionibus pleni sunt poëtæ.

Σ.

Σεμνότερός τις καὶ πολιτικώτερος, *gravior auctoritateque pollentior, & rebus civilibus tractandis accommodatior.* ad Att. II. 1.

Σῆμα δέ τοι ἐρέω, *signum autem tibi dicam,* ad Att. IV. 15. Homer. Iliad. Ψ. v. 326.

Σηστιώδέστερον, *magis Sestiane,* ad Att. VII. 17. h. e. magis insulsum & frigidum, ut facile ex ipso loco intelligi potest. ad Divers. VII. 32. *ut ego disceſſerim omnia omnium dicta, in his etiam Sestiana, in me conferri.*

Σκάφος, *navigium,* ad Att. VII. 3.

Σκέμμα magnum, *res magna conſideratione digna, etiam atque etiam conſideranda.* ad Att. VII. 21.

Σκέψαι, *conſidera,* ad Att. XII. 3.

Σκήπτομαι, *tergiverſor, cauſas necto,* ad Att. XVI. 9.

Σκήψεις & ἀναβολάς, *excuſationes, atque dilationes,* ad Att. I. 12.

Σκιαμαχίαι, *umbratiles pugnæ, ſimulacra pugnarum,* ad Div. XI. 14.

Σκολιὰ, *obliqua, tortuoſa, h. e. fraudes, doli, ſimulationes,* ad Att. XIII. 39.

Σκολιᾶς ἁπάτας, *verſutæ fraudis:* ſupple: *murum adſcenſurum.* ad Att. XIII. 41. v. πότερον δίκας &c.

Σκοπὸς, *ſcopus, ultimum, finis,* ad Att. II. 18.

Σκοτεινὸς, *tenebroſus,* Fin. II. 5.

Σκυλμὸς, *vexatio, moleſtia,* ad Att. IV. 13.

Σκυτάλη λακωνική, *Scytale Laconica* (brevis epiſtola quales occultis gravibusque de rebus Lacedæmonii ad imperatores ſuos in loris ſcriptas mittere ſolebant.) ad Att. X. 10. Scytalæ deſcriptionem accuratam pete ex Gellio XVII. 9. conf. Schol. Thucyd. I. 131. &c.

Σόλοικα, *olentia ſolœciſmum,* ad Att. I. 19.

Σόλοικον, *abſurdum,* ad Att. XIV. 6.

Σοφία, *ſapientia.* Off. I. 43.

Σοφοὶ, *ſapientes,* Tuſc. V. 3.

Σοφιστεύειν, *rei oratoriæ operam dare,* libros oratorios ſcribere, ad Att. II. 9.

Σοφιστεύω, *fictas cauſas, θέσεις, commentor.*

Σπάρταν ἔλαχες, ταύταν κόσμει, *ſpartam ſortitus es, hanc orna.* ad Att. IV. 6.

Σπείσασθαι, *inducias facere, paciſci,* ad Attic. XV. 29. proprie eſt *libare.* ſed quia in fœderibus σπονδαὶ *libationes* adhibebantur, propterea ipſum *fœdus* & *fœdus facere* σπονδὴ & σπείσασθαι dicitur.

Σπονδειάζων, verſus ſpondaicus, h. e. *quinta ſede ſpondæum habens pro dactylo.* ad Att. VII. 2.

Σπουδάζειν, *ſerio agere,* ad Att. XV. 29.

Σπουδαῖον ἔδεν, *ſerium nihil,* ad Att. XIII. 52.

Σπουδαιότερον, *gravius & magis ſerium,* ad Att. V. 3.

Σπουδὴ, *ſtudium, propenſa voluntas* ad Div. XVI. 21. ad Att. XIII. 27.

Στάσις,

Στάσις, *status*, Top. 25. Refutatio accusationis, in qua est criminis depulsio, quod in ea insistit primum quasi ad repugnandum congressa defensio, ut ait ipse Cicero l. c.

Στερέμνια, *solida, firma*, Nat. D. I. 19. Sic appellabat Epicurus corpora, a quibus simulacra, quæ sensiones efficerent, defluerent continuo; ut distingueret scilicet ab his simulacris, quæ nil soliditatis & firmitatis haberent.

Στιρκτέον, *probandum, æqui bonique consulendum.* ad Att. IX. 10.

Στερητικὰ, *privantia*, Top. 11.

Στίλβων, *Mercurius planeta.* Nat. D. 20.

Στοργὴ, *amor & pietas inter parentes & liberos.* ad Att. X. 1.

Στρατήγημα, *consilium imperatorium*, Nat. D. III. 6.

Στρατύλαξ, *imperatorculus*, ad Att. XVI. 15.

Σύγγραμμα, ad Att. XVI. 6. *scriptum quodcunque & ex quocunque genere.* Nam etsi, ut συγγραφεὺς, sæpius de historicis, quam aliis scriptoribus, sic σύγγραμμα de historicis libris dicitur, tamen utrumque de omni genere reperitur.

Συγκατάθεσις, *assensio, approbatio*, Acad. IV. 12.

Συγκύρημα, *casus*, ad Att. II. 12.

Σύγχυσις, *confusio.* ad Att. VI. 9.

Σύγχυσις τῆς πολιτείας, *confusio reipublicæ*, ad Att. VII. 8.

Σὺ δὲ δὴ τί σύννους; *tu vero quid cogitabundus?* ad Att. XIII. 42. Videtur esse initium senarii.

Συζήτησις, *mutua quæstio, disputatio*, ad Div. XVI. 21.

Συζυγία, *conjugatio*, Top. 3. ubi vid.

Σύκῳ μὰ τὴν δήμητρα σῦκον ἥδε ἓν οὕτω ὅμοιον γέγονεν, *Ficui per Cererem ficus nulla umquam tam similis fuit.* ad Att. IV. 8. Senarius cum dimidio Comici, nescio cujus.

Σύλλαβοι, *indices*, ad Att. IV. 4. Hæc est lectio librorum, nisi quod ep. 5. & 8. legitur, *sittibæ*, σιττυβαι. qui sint σύλλαβοι, si lectio vera est, ipse docet Cicero, nempe *membranulæ, ex quibus indices fiant.* Jos. Scaliger & Vossius ad Catull. p. 22. legi volebant σιττύβας. nam hoc esse ep. 5. & octava putabant. Sed Grævius recte vidit, σιττύβας esse ab his locis alienos, non minus, quam σιττύβας. σιττύβας esse *ollas*, auctore Polluce, σιττύβας autem *vestes pelliceas*, auctore Hesychio. Pelliceas enim vestes involvendis libris accommodatas esse non titulis librorum. Itaque pro συλλάβας legit σιλλύβας, & *sillybis* pro *sittybis*. Hesychius σίλλυβον interpretatur τὸ τῶν βιβλίων δέρμα. Hujusmodi tituli, quibus auctorum nomina inscribebantur, & qui libris agglutinabantur, quemadmodum etiam hodie elegantiores libris suis hujusmodi membranulas agglutinandas a bibliopegis curant, quibus libri auctor & titulus aureis literis inuritur: cujusmodi tituli etiam πιττάκια dicuntur. de σιλλύβοις v. Salmas. ad Capitolini Pertin. pag. 549. b. Hæc Grævius. Ceterum facile intelligi potest, unde hæc mutatio

orta sit. Ex *sillybis* facilis mutatio in *sittybis*. Ex σιττύβες autem manifestum est, librarios fecisse συλλάβες, deceptos *indices* voce. Nam *indices* eos, quos vulgo vocamus, h. e. *Catalogos*, *Register*, συλλάβες dici posse, notissimum est. De his dici putabant, neque intelligebant, de longe aliis indicibus, h. e. de iis, qui indicarent libri auctorem atque adeo inscriptionem & argumentum, sermonem esse. Erat praeterea ignota iis vox σίλλυβος, ut corruptam lectionem, & in συλλάβες mutandam censerent.

Σύλλογος, *conventus*, ad Att. XIII. 32.

Συμβίωσις, *victus*, ad Att. XIII. 23.

Συμβιώτης, *victor*, *conviva*. ad Div. IX. 10.

Σύμβολον, *nota*. Top. 8.

Συμβουλευτικὸν, *consilii plenum*, *ad deliberationem aptum*. ad Att. XII. 40.

Συμπάθεια, *consensus naturæ*, *convenientia & conjunctio naturæ*, ad Att. IV. 17. Ea qualis sit, docetur de Divin. L. II. 6.

Συμπάθεια, *animi commotio ex commiseratione*, *doloris consensus*. ad Att. IV. 15. V. 18. X. 1. Nat. D. III. 11. Div. II. 60.

Συμπαθῶς, *cum animi commoti significatione*. ad Att. V. 11. XII. 44.

Συμπάσχω, *una afficior*, ad Att. XII. 11.

Συμπόσια, *compotationes*. ad Div. IX. 24. ad Att. II. 12.

Συμφιλοδοξᾶσιν, *simul gloriæ meæ serviunt*, ad Att. V. 17.

Συμφιλολογεῖν, *de literis disputare*. ad Div. XVI. 21. v. φιλολογεῖν.

Συναγωγὴ, *collectio*, *volumen*, ad Att. IX. 13. XVI. 5.

Σύνδειπνα, *concœnationes*, ad Div. IX. 24.

Σύνδειπνοι Σοφοκλεῖς, ad Q. fr. II. 15. Σύνδειπνοι σοφοκλεῖς, qui dicantur, non convenit inter interpretes. Alii fabulam Sophoclis συνδείπνας dictam intelligunt, a Quinto conversam latine, improbante Manutio, qui negat eam Ciceronem tam rustice improbaturum fuisse. Sed inprimis repugnat verbum *actam*: quod indicat, huic fabulæ, de qua dicitur, Quintum interfuisse. Itaque Manutius putat, capienda verba esse de convivio, perquam simili convivio in fabula aliqua Sophoclis, cui interfuerit Quintus, & in quo quid sibi acciderit, commemorarit fratri. Sed hujusmodi convivium non aptum videtur Sophocleæ tragœdiæ. Mihi in mentem venerunt σοφοκλεῖς Pliniani Ep. II. 16. *laudicœni*, parasiti, qui cœnulæ causa, quamvis indignos laudant, & ab iis acta & dicta omnia σοφῶς dicta & acta clamant. v. auctores laudatos Intt. ad Plinium. Fuisse ergo videtur in convivio, in eoque habuisse συνδείπνας parasitos, aut parasiticis certe moribus. Hos quemadmodum, quam lepide & festive vexarit, commemoraverat fratri. Itaque fatendum esse, respondet, lepide ab eo actam illam fabulam (frequentes enim occurrunt in Comicorum fabulis parasiti) sed rem sibi nihilo minus non probari, velle se, factum non esse aut dictum, quod factum dictumque scripsisset.

Συν-

Συνδιημερεύομεν, *simul diem conterimus*, ad Att. VIII. 9.

Σὺν θεῷ τοι λέγω, *diis juvantibus dico*, ad Att. X. 10. Manutius hæc distinguit sic: σὺν θεῷ. Τοὶ λέγω. ut illa cum superioribus conjungantur, hoc sit: *tibi dico*. Doricum illud τοι arguit esse particulam noti tum versiculi.

Συνηγωνίων, *cum illo mœrebam*. ad Att. V. 12.

Σύνναοι, *contubernales*. ad Att. XII. 45. Sic ipse hanc vocem interpretatur Cicero L. XIII. 28. Ceterum Dii σύνναοι sunt, qui templo communi coluntur, similes diis παρέδροις, de quibus diis παρέδροις, assessoribus, s. contubernalibus, est doctus libellus Cl. Arnaldi. Sunt etiam σύμβωμοι. v. Spanhem. de usu & præst. Num. Diss. X. p. 130. Dicti Ciceroniani, quo Cæsarem mavult Quirini, quam Salutis, σύνναον, hæc vis est: malle se Cæsarem propter tyrannidem, ut Romulum propter severiora imperia, interfici, quam salvum diu esse.

Συνοδία, *colloquium*, ad Att. X. 7.

Σύνταγμα, *opus*, *compositio*, ad Div. VIII. 3. ad Att. XVI. 3. ad Att. XII. 45.

Σύνταξις, *opus*, ad Att. XIII. 16. XV. 14.

Σύντε δύ' ἐρχομένω, complendum ex Homeri Iliad. K. 224. καί τε πρὸ ὃ τῶν ἐνόησεν Ὄππος κέρδος ἔῃ, *duobusque simul euntibus, alter alterum prævertisset cogitando, quod e re foret*. ad Div. IX. 7. ad Att. IX. 6.

Σύντηξις, *arcta animorum conjunctio, & quasi conglutinatio*, ad Attic. X. 8.

Σύντομα, *compendiose, paucis*, ad Att. VII. 3.

Σφαῖρα, *globus*, Nat. D. II. 18.

Σφαιροειδὲς, *globosum*, de Universo 6.

Σφάλμα, *erratum, lapsus*, ad Att. X. 12.

Σχεδιάζειν, *scribere, quod subito in mentem venit*, ad Att. VI. 1.

Σχέδιασμα, *subitum consilium & tumultuarium*, ad Att. XV. 19.

Σχήματα, *sententiarum orationisque formæ, sive verborum & sententiarum lumina, ornamenta*, Brut. 17. & 37.

Σχόλιον, *brevis explicatio*, ad Att. XVI. 7.

Σωκρατικῶς εἰς ἑκάτερον, *Socraticorum more in utramque partem* (scilicet disputare), ad Att. II. 3.

Σῶμα, *corpus*, ad Att. II 1. i. e. collectio s. volumen orationum.

Σώφρων, *temperans*, Tusc. III. 1.

Σωφροσύνη, *temperantia*. ibid.

T.

Ταγοὶ, *duces*, ad Att. IV. 6.

Τὰ κατὰ μέρος, *particularia, singula quæque particulatim*, ad Att. XIII. 22.

Τὰ κενὰ τᾶ πολέμα, *inanes terrores belli*, ad Att. V. 29.

Τὰ κεφάλαια, *capita*, ad Att. XVI. 11.

Τὰ μὲν διδόμενα, proverbium hoc ita expleri e Platonis Gorgia potest: τὰ μὲν διδόμενα ἀνάγκη δέχεσθαι, *quæ dantur necesse est accipere.* ad Att. VI. 5. XV. 17. sic objurgabat Philotimus Ciceronem, de rationibus turbatis querentem, volebatque Ciceronem, ex eo proverbio, rationibus editis contentum esse.

Τὰ μὲν δὴ καθ' ἡμᾶς τάδε, *quæ igitur ad nos pertinent, hæc sunt,* ad Div. XVI. 21.

Ταξιάρχης, *ordinis ductor, centurio,* ad Att. XVI. 11. v. Perizon. ad Ælian. V. H. II. 44. Spanhem. ad Julian. Or. I. p. 256. Cave autem pures proprie Mustelam sive centurionem, sive tribunum mil. dici. Ταξιάρχης dicitur, quia erat princeps gladiatorum Antonii, quod clarissime patet ex loco huic parallelo, Phil. II. 41. *præsertim cum duos secum Anagninos haberet, quorum alter gladiatorum est princeps, alter poculorum.*

Τὰ ὅλα, *tota, universa,* ad Att. XIII. 40.

Τὰ ὄνεια, *ea, quæ sunt ex usu,* ad Att. X. 18.

Τὰ περὶ τὰ καθήκοντος, *quæ de officiis sunt, libri de officiis,* ad Att. XV. 13. XVI. 11.

Τὰς τῶν κρατόντων. Euripidis versus integer sic habet: τὰς τῶν κρατόντων ἁμαρτίας φέρειν χρεών, *dominantium stultitias ferre oportet.* ad Att. II. 25. ex Phœnissis v. 396.

Τὰ τῶν φίλων κοινὰ, καὶ φιλίαν ἰσότητα, *amicorum communia omnia: & amicitiam esse æqualitatem.* Leg. I. 12.

Ταυτόματον ἡμῶν. versus integer sic habet: Ταυτόματον ἡμῶν κάλλιον βελεύεται, *casus melius, quam nos, consulit.* ad Att. I. 12. Versus Menandri ut placet Lambino. Et sunt persimiles Menandri de casu versus & sententiæ in fragm. p. 100. 106. ed. Cler.

Τέθριππα, *quadrigæ.* ad Att. V. 21. Inter divinos honores esse quadrigas satis constat. Itaque in numis consecratorum reperiuntur, & in aliorum quoque, interdum fornicibus impositæ. v. Menkenii Diss. de Consecratione Augustorum & Augustarum e numis. Cum ergo invaluissent, ut provinciales magistratibus divinos honores tribuerent, templaque ædificarent, etiam quadrigas æneas marmoreasve posuerunt, vel in fastigiis templorum, ut ap. Liv. XXXV. 41. vel in fornicibus.

Τεκμηριῶδες, *signum ejusmodi, ut dubitari non possit.* ad Att. VII. 4.

Τέκνον ἐμὸν, ἄτυ δέδοται πολεμήϊα ἔργα, Ἀλλὰ σύ γ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα λόγοιο, *non tibi, nata mea, data sunt opera bellica, verum tu placida persequere munera eloquentiæ.* ad Att. XIV. 13. Homer. Iliad. E. v. 428. pro γάμοιο Cicero scripsit λόγοιο, ut ad se accommodaret ῥῆσιν.

Τελικὰ, *ad ultimum pertinentia.* Fin. III. 16.

Τέλος, *summa rerum, finis; quod ad nullam aliam rem, ad ipsum autem omnia referuntur.* ad Att. XII. 6. Fin. I. 13. III. 7.

Τέμπη,

Τέμπη, *loca amœnissima Reatinorum*, ad Att. IV. 15. v. quæ ad h. l. e Luca Holstenio affert Grævius.

Τέρας, *monstrum, prodigium.* ad Att. VIII. 9.

Τεχνολογία, *tractatio artis, disputatio de præceptis artis.* ad Attic. IV. 16.

Τέτλα, κύντερον, supple ex Homero ἔτλης: *perfer, gravius tulisti.* ad Att. IX. 15. Odyss. Τ. v. 18.

Τετυφῶσθαι, ad Att. XII. 25. *inani gloriolæ studio duci*, qui scilicet cupio filiæ monumentum in horto celebri ponere. Itaque addit: *Obsequere huic errori meo.* confer v. τὸν τύφον &c.

Τεῦκρις. ad Att. I. 14. quis hoc nomine significetur, v. in Indice Historico *Teucris.* unde autem ita dictus sit C. Antonius, non liquet, nec vacat Interpretum conjecturas huc transscribere.

Τηλέπυλος λαστρυγονία, *Telepylus, urbs Læstrygonia.* ad Att. II. 13. Formias intelligit, antiquissimam Læstrygonum sedem. Plin. H. N. III. 5. Grævius laudavit Cluver. Ital. Antiqu. III. 10.

Τὴν ἔσω γραμμὴν tenere, *interiorem lineam*, ad Att. IV. 8. a stadio ducta dicendi ratio, in quo duæ lineæ, altera, ab qua incipit cursus, altera, in qua desinit, v. Salmas. ad Solin. p. 647. b. & alii, quos laudat Grævius. *Interiorem lineam* ergo *tenere*, idem est, ac *medium tenere.*

Τὴν θεῶν μεγίστην ὡς' ἔχειν τυραννίδα, *ut tyrannide potiatur, quæ inter Deos maxima; ut regno potiatur, quo nil majus inter Deos ipsos.* ad Attic. IV. 15. Est senarius Euripidis in Phœniss. 509.

Τὴν παροῦσαν κατάστασιν τυπωθῶς, *præsentem statum reip. subjecta rudi ejus forma.* ad Att. IV. 13.

Τῆς δαμαρτός μὲ ὁ ἀπελεύθερος (οἶδα ὃν λέγω) &c. *uxoris meæ libertus (nosti quem dico) visus est mihi dudum e verbis, quæ inconsiderate effutiebat, turbasse calculos, ex coëmtione bonorum Crotoniatæ tyrannicidæ:* (i. e. Milonis qui Clodium interfecit) *timeo ne id adhuc non intellexeris. unus nimirum hoc ubi consideraveris, reliqua in tuto pone.* ad Att. VI. 4. v. φυράτης.

Τῆς δ' ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν Ἀθάνατοι, *ante virtutem sudorem posuerunt Dii immortales.* ad Div. VI. 8. versus Hesiodi Opp. & Dier. v. 289.

Τῆς ξυναόρα τῆς ἐμῆς ὁ ἐξελεύθερος &c. *uxoris meæ libertus, visus est mihi sæpe garriens & errans in conciliabulis & circulis, quodam modo conturbasse rationes in bonis Crotoniatæ.* ad Attic. VI. 5. Crotoniatam appellat Milonem interfectorem Clodii, a celebri illo propter vires corporis Milone Crotoniata.

Τί γὰρ αὐτῷ μέλει; *quid enim illi curæ est?* ad Att. XII. 2.

Τί λοιπόν; *quid reliquum?* ad Att. VI. 2.

Τιμὴ, *honor.* ad Att. XII. 12.

Τίς δ' ἔστ' ἄλλος, τὰ θανεῖν ἄφροντις ὤν; *quisnam est servus, de morte securus*

securus qui sit? qui mortem non timeat? ad Att. IX. 2. Euripidis senarius, etiam Plutarcho memoratus de audiendis poëtis.

Τίς πατέρ' αἰνήσει, integer versus sic se habet, τίς πατέρ' αἰνήσει, εἰ μὴ κακοδαίμονες υἱοί; *quis patrem laudabit, nisi infelices filii?* ad Att. I. 19. majorum & parentum laudes solent inprimis commemorare, qui ipsi, quod laudem mereatur, non fecerunt. Itaque Cicero veretur, ne Atticus sibi laudanti superiorum temporum res gestas, in libro de Consulatu & aliis, occinat illud: Τίς πατέρ' αἰνήσει &c. Adeone ab ingenio & superiorum temporum consuetudine defecisti, ut sola illa, quæ olim gesseris, laudes, quasi nunc nihil laudabile facias.

Τὸ ἄμεινον καὶ τὸ χεῖρον ἐν ἀφανεῖ ἔτι πρότερα μάλιστα, *quid melius, & deterius, in obscuro adhuc providebat maxime.* ad Att. X. 1. Sunt verba Thucydidis de Themistocle I. 138.

Τὸ γὰρ εὖ μετ' ἐμοῦ, *justitia & veritas a me stat.* ad Att. VI. 1. ex Aristophanis Acharn. 660.

Τὸ ἐπὶ τῇ φακῇ μύρον *in lente unguentum.* ad Att. I. 19. proverbium de rebus bonis in re vili consumtis. μύρον est legatio, φακῇ lens, est Lentulus Clodianus. In eo ergo legationem male collocatam dicit.

Τοιαῦτα ὁ τλήμων πόλεμος ἐξεργάζεται, *talia ærumnosum bellum efficit.* ad Qu. Fr. II. 14. versus ex Euripidis Supplicibus v. 119.

Τοῖς ἀπαντῶσιν, *obviam prodeuntibus.* ad Att. VII. 5.

Τὸ καλὸν δι' αὐτὸ αἱρετὸν, *honestum propter se ipsum expetendum.* ad Div. XV. 17. & 19.

Τὸ καλὸν, *honestum.* ad Att. VIII. 8.

Τὸ μέλλον καραδοκήσεις, *quod futurum est, expectabis,* ad Att. IX. 10.

Τὸν θεωρητικὸν, *qui in rerum contemplatione occupatur.* ad Att. II. 16.

Τὸ νεμεσᾶν interest τῷ φθονεῖν, *indignatio differt ab invidia.* ad Att. V. 19.

Τὸν πρακτικὸν βίον, *vitam, quæ in rebus agendis versatur.* ad Att. II. 16.

Τὸν τύφον μὰ πρὸς θεῶν τρωποφόρησον, *insolenti & vanæ ambitioni meæ, per Deos, indulge.* ad Att. XIII. 29. v. τετυφῶσθαι.

Τὸ παραδοξότατον, *inopinatissimum.* ad Att. VI. 1.

Τοποθεσία, *loci descriptio.* ad Att. I. 13. & 16.

Τὸ συνέχον, *quod conjunctum est, proximum.* ad Att. IX. 7.

Τότε μοι χάνοι εὐρεῖα χθὼν, *tunc tellus mihi lata dehiscat.* ad Att. IX. 9. ad Qu. fr. III. 9. ex Homer. Iliad. Δ. v. 182.

Τἀμὸν ὄνειρον ἐμοὶ, supple: λέγεις. estque proverbium: *meum somnium mihi narras.* ad Att. VI. 9. h. e. rem narras, quam te melius novi. locos veterum, qui hoc proverbio usi sunt, vide ap. Erasm. in Adagiis.

Τοῦτο δὲ μυῖα ὅση; *hoc vero quantula musca?* ad Att. XII. 51. Si vera lectio

lectio esset, contemtum rei significarent ista verba, ut vidit Bosius. Sed fateor, mihi magis placere alteram lectionem, quam Victorius, Junius aliique probant, & servat Græviana: Τῦτο δὲ μηλώσῃ, *sed hoc tu videris;* quod proverbialiter dici videtur, cum ostendere quis vult, alium se melius rem explorare & dijudicare posse. μηλᾶν est a μήλη, quod est instrumentum chirurgicum, quo solent vulnera, quam profunda sint, & quid in iis lateat, quod extrahendum sit, perscrutari. Etym. M. μήλη ἰατρικὴ δι' ἧς ψηλαφῶνται τὰ πονάμενα· μηλᾶν γὰρ τὸ ψηλαφᾶν λέγεται. conf. Suidas in μήλη, μηλᾶν, μηλῶσαι & ibi Kusterus.

Τρηχεῖ', ἀπ' ἀγαθὴ κεροτρόφος, ἅτι ἔγωγε Ἧς γαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ἰδέσθαι, *aspera sed bona puerorum nutrix, nequaquam ego hac terra possum dulcius quidquam aspicere.* ad Att. II. 11. Hom. Odyss. I. v. 27.

Τριπολιτικὸς, *liber inscriptus Tripoliticus.* ad Att. XIII. 32. nempe Dicæarchi, cujus etiam apud Athenæum IV. p. 141. A. mentio.

Τρισαρειοπαγίτης, *eximius Areopagita,* severissimus judex. ad Att. IV. 15.

Τρόποι, *verborum immutationes,* Brut. 17.

Τυραννοκτόνοι, *tyrannicidæ,* ad Div. XII. 22. ad Att. XIV. 6.

Τυφλώττω, *cæcutio,* ad Att. II. 19.

Τῶν δ' αἰτίαν τῶν βρᾶτων τὶς εἶχεν, *horum culpam quis Brutorum sustinet? quis Brutorum harum rerum auctor fuit?* ad Att. XV. 12.

Τῶν μὲν παρόντων δὶ ἐλαχίστης βελτῆς πρᾶτισος γνώμων, τῶν δὲ μελλόντων ἐπὶ πλεῖστον τὰ γενησομένα ἄριστος εἰκαστὴς, *rerum quidem præsentium inito brevi & extemporali consilio optimus index: futurarum autem magna ex parte ejus, quod eventurum erat, certissimus conjector.* ad Att. X. 1. Sunt verba Thucydidis de Themistocle. I. 138.

Τῶν πολιτικωτάτων σκεμμάτων, *considerationum maxime ad remp. pertinentium.* ad Att. X. 1.

Τῶν πρᾶγά τι, *eorum, quæ sunt ex re, aliquid.* ad Att. IX. 4.

Τῷ καλῷ προσπέπονδα, *honesti sum amantissimus.* ad Att. II. 19. εὖ πάσχειν πρός τινα notum est esse *amare aliquem.*

Τῷ τῶν νεῶν καταλόγῳ, *navium enumeratione,* ad Att. VI. 2. sc. quæ est apud Homerum libro secundo Iliados.

Υ.

Ὑάδες, *hyades.* Nat. D. II. 43. Arat. frag. Sidus in tauri capite.

Ὑγιὲς, *sincerum, sanum.* ad Att. X. 12.

Ὕειν, *pluere.* Nat. D. II. 43.

Ὑλῶ, *celebro, pervulgo,* ad Att. XIII. 30. Sed Græviana habet: *volo.* Ita etiam Manutius & alii.

Ὑπεκθέμενος, *cum clam subduxero, & transportaro aliquo,* v. c. securitatis caussa. ad Att. VII. 17. Sic & ἐκθέσθαι dicitur..

Ὑπερ-

Ὑπερατλικὸς, *plus quam Atticus*, ad Att. XV. 1.
Ὑπερβολὴ, *sermonis exuperantia, superlatio.* ad Att. VII. 32.
Ὑπερβολικῶς, *supra veritatem, supra modum.* ad Att. V. 21. VI. 2. ad Qu. fr. II. 14.
Ὑπηνέμιος, ad Att. XIV. 10. Verba Ciceronis integra adjiciemus: *Hæc & alia ferre non possum. Itaque γῆν πρὸ γῆς cogito. Tua tamen ὑπηνέμιος nausea jamne plane abiit?* In hac verborum interpunctione, ὑπηνέμιος refertur ad *nausea*, quorsum referunt interpretes, & explicant de nausea levi & non durabili: v. Manutius; qualis hæc ipsa Attici nausea fuit, quam ep. 13. h. l. appellat *nauseolam.* ὑπηνέμιον dicitur, quicquid inane est & futile, cui tamquam ventus ineſt. Nota sunt *ova* ὑπηνέμια, de quibus vide Cerda ad Virgil. Georg. II. 273. Sed quidquid sit, mihi ὑπημένιος non videtur commode jungi *nauseæ.* Græci enim semper dicunt de iis rebus, quæ speciem aliquam habent, sed vi destituuntur, semperque in deteriorem partem adhibent. Itaque mihi videbatur interpungendum esse post ὑπηνέμιος, ita: *Tua tamen ὑπηνέμιος. Nausea jamne plane abiit?* Monebat etiam illud: *tamen*, quod ad antecedentia relationem habet, nempe ad hæc: *itaque γῆν πρὸ γῆς cogito. Tua tamen*, intellige *terra*, ὑπηνέμιος est. Atticus erat in Græcia, & habebat prædia in Epiro. Eo invitaverat Ciceronem, eo etiam ire Cicero cogitabat interdum. v. Phil. I. & II. & ep. 13. h. l. Sed dubitabat tamen. Cogito quidem de mutanda terra, sed tuam tamen ὑπηνέμιον esse arbitror. ὑπηνέμιος idem h. l. est, quod ὑπήνεμος, nisi fortasse ὑπήνεμος legendum, h. e. vento exposita, aperta, in loco aperto posita, quales sunt *nidi* ὑπήνεμοι, non in terra, aut cava arbore positi, sed in libero aëre, ubi non sunt pulli a vi tempestatis, ventorumque tuti. Itaque *tua tamen* ὑπηνέμιος, mihi videbatur hanc vim habere: sed etiam Græcia, in quam ire volebam, non esse mihi tuta satis videtur; ibi quoque obnoxius esse videor hostibus meis. Hæc mihi in mentem de hoc loco veniebant. Recte an secus, doctiores viderint.
Ὑπηρεσία, *ministerium, officiorum præstatio.* ad Att. XI. 13.
Ὑπόθεσις, *argumentum*, ad Att. IV. 5. XV. 1. ad Qu. Fr. III. 3. Top. 21. ad Att. I. 14. XII. 45. XV. 22. ad Qu. Fr. II. 15.
Ὑποθῆκαι, *pignora*, ad Div. XIII. 52. v. Græv. ad h. l. qui docet e Salmasio, hypothecas & pignora, inter quæ hodie JCti distinguunt, apud veteres eandem vim habuisse.
Ὑποθῆκαι, *præcepta, monita.* ad Att. II. 17.
Ὑποκορίζομαι, *leniori vocabulo appello*, ad Att. IX. 10.
Ὑπομειψίμοιρος, *subquerulus*, ad Att. VI. 1.
Ὑπόμνημα, *commentarius*, ad Att. II. 1. XV. 23. XVI. 14.
Ὑπομνηματισμὸς, ad Div. XIII. 1. ad Att. V. 11. Ita vocabant Areopagitæ decreta sua. Nomen inde ductum, quod in tabulas memoriæ causa referebantur.

Ὑποσόλοικα, *subabsurda*, ad Att. XIV. 21. II. 10.
Ὑπόστασις nostra, *status noster*, ad Att. II. 3.
Ὑπὸ τὴν διάληψιν, *sub ipsam accessionem febris.* ad Att. IX. 2.
Ὑπὸ τὴν λῆψιν, *sub accessionem febris.* ad Att. IX. 10. utrumque egregie illustravit Cuperus Obs. II. 15.
Ὕπελον, *subdolum*, ad Att. X. 11.
Ὑπώπιον, *macula.* ad Att. I. 20. proprie est *vulnus in facie.* Egregia est de hoc verbo & de ὑπωπιάζειν dissertatiuncula in L. Bosii Exercitationibus in N. T. in Ep. ad Corinth. cap. IX. 27.
Ὕστερον πρότερον, Ὁμηρικῶς, *ordine præposterο, cum primo loco, quod posterius est, secundo, quod prius, effertur, Homerice.* ad Att. I. 16.

Φ.

Φαέθων, *Jupiter planeta*, Nat. D. II. 20.
Φαίδρα περισσῶν & ἐλλάδος, ad Att. XIII. 39. Librorum titulos esse, contextus docet, sed manifeste corrupti sunt. Conjecturas eruditorum cui legere volupe est, adeat interpretes ad h. l. nam eas huc transferre non est instituti nostri.
Φανοπροσωπεῖν, *vultum ostendere, faciem aperire*, ad Att. VII. 22. de iis dicitur, qui nihil timent, nec conspectum cujusquam fugiunt.
Φανοπροσωπητέον, *retecto vultu & aperta facie procedendum*, ad Att. XIV. 22.
Φαίνων, *Saturnus planeta*, Nat. D. II. 20.
Φαλάκρωμα, ad Att. XIV. 7. Bis in eadem epistola hoc verbo usus est: *apud Madarum nullum est* φαλάκρωμα. post: *habes* φαλάκρωμα *inimicissimum otii.* In posteriori loco φαλάκρωμα esse ipsum Matium, quem propter calvitiem ita appellat, facile intelligitur. In priori autem non ita facile patere, vel doctorum de ea re disputationes demonstrant. Alludi ad Matii calvitiem, si vera est lectio, de quo non dubito, manifestum est. Atticus scripserat, apud eum φαλάκρωμα fore; id negat se Cicero reperisse. Ex quo intelligitur, non esse *calvitiem* h. l. φαλάκρωμα, & ludi ambiguitate verbi. Porro paullo post dicit φαλάκρωμα, h. e. Matium esse *inimicum otii.* Ex quo colligo, Atticum scripsisse, Matium pacis otiique amicum & studiosum fore. Recte igitur *nullum* φαλάκρωμα interpretantur *pacis otiique studium.* Calvorum capita similia cœlo sereno & tranquillo. Unde apud Suidam est φαλακρώτερος εὐδίας, quod jam e Pseudo-Demetrii Phalerei libello de elocutione attulit Bosius. Hinc φαλάκρωμα pro tranquillitate, otio dici potuit. J. Fr. Gronovii σαλακώνισμα non placet. Manifestum enim est, Ciceronem & Atticum pro more suo in Matii calvitie ludere voluisse.
Φαλαρισμός, *Phalaridis imitatio, sævitia*, ad Att. VII. 12.
Φαντασία, *visum*, Acad. II. 6. I. 2. est species rei quæcumque in animo informata.

Φιλαίτιον συμφορὰ, *querula res calamitas*, ad Att. XII. 41.
Φιλαίτιος, *accusandi & querendi cupidus*, ad Div. III. 7. ad Att. XIII. 20.
Φιλαλήθως, *ingenue, libere*, ad Qu. Fr. II. 15.
Φιλαυτία, *amor sui ipsius*, ad Att. XIII. 13.
Φιλέλληνες, *Græcorum amantes*, ad Att. I. 15.
Φιλένδοξος, *ambitiosus, amator illustrium virorum*, ad Att. XIII. 19.
Φιλήδονοι, *amatores voluptatis*, ad Div. XV. 19.
Φιλιππίζειν, *cum Philippo facere*, ad Div. II. 57.
Φιλογυνέια, *muliercositas*, Tusc. IV. 11.
Φιλόδημος, *popularis, qui vulgaria non spernit*, ad Att. XII. 6.
Φιλοθέωρος, *spectandi cupidus*, ad Div. VII. 16.
Φιλόκαλοι καὶ Φιλοδίκαιοι, *amatores honesti & studiosi justi*, ad Div. XV. 19.
Φιλόλογα, *erudita*, ad Att. XIII. 52. XV. 15.
Φιλολογώτερα, *eruditiora*, ad Att. XIII. 12. φιλόλογος est proprie studiosus disputationum de studiis doctrinæ. Unde φιλόλογα sunt ipsæ res de quibus disputatur, φιλολογία disputatio ipsa, quæ & συζήτησις dicitur. v. ad Div. XVI. 21. & συμφιλολογεῖν ibidem, una disputare, disputationi interesse. Sed insciti a nostrorum hominum, ita, ut humanitatis, humaniorum literarum, literarumque nomina, restrinxit ad certa quædam artium genera (v. Prolusionem nostram de finibus humaniorum literarum regundis) & a philologia sejunxit philosophiam, in quam vel maxime convenit, ut ex Ciceronis locis, in primis XIII. 12. intelligi potest. Sed XV. 15. *philologa* non sunt *erudita* verum *probabilia*.
Φιλόπατρις, *patriæ amans*. ad Att. II. 1. IX. 10.
Φιλοπροσηνέστατα, *studio benignissimo & suavissimo*, ad Att. V. 9.
Φιλορήτωρ, *studiosus artis dicendi*, ad Att. I. 13.
Φιλοσοφεῖν, *philosophari*, ad Att. II. 5.
Φιλοσοφητέον, *philosophandum*, ad Att. I. 16.
Φιλοσοφέμεθα, *philosophamur*, ad Att. XV. 13.
Φιλοσοφέμενα, *quæ a philosophis tractantur, libri philosophici*, ad Div. II. 27.
Φιλοσοφῶμεν, *philosophemur*, ad Att. II. 13.
Φιλοσόφως, *philosophice*, ad Att. XIII. 20.
Φιλοσοφώτερον διευκρανήσομεν, *magis philosophice examinabimus & discutiemus*, ad Att. VII. 8.
Φιλοστοργώτερον, *amantius*, ad Att. XIII. 9.
Φιλόστοργως, *peramanter*, ad Att. XV. 17.
Φιλοτέχνημα, *opus studiose elaboratum*, ad Att. XIII. 40.
Φιλοτιμία, hoc loco, *Philotimi actio*, ad Att. VII. 1.
Φιλοφρόνως, *humaniter, amanter*, ad Att. XV. 15.
Φλιῦς, ὄπης, σίπης. *Phlius, Opus, Sipus*, ad Att. VI. 2. nomina oppidorum.
Φλυαρὸς, *garrulus*, ad Div. XV. 18.

Φοβε-

Φοβερὸν ἦν, *formidabile erat*, ad Att. XIII. 37.
Φρόνησις, *prudentia*, Off. I. 43.
Φυράτης, *conturbator*, ad Att. VII. 1. Ita dicitur Philotimus libertus, qui ἐπεφυράκει in rationibus bonorum T. Milonis, h. e. qui rationes ita conturbaverat, ut facile intelligeretur, nequam esse hominem, & fraudibus uti.
Φυρμὸς πολὺς, *conturbatio multa*. ad Att. XIV. 5. Antonius aleator Phil. II. omnia nobis conturbat, cum Cæsarianis non resistit, sed iis potius favet.
Φυσᾷ γὰρ ἓ σμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι, ἄλλ' ἀγρίαις φύσαισι Φορβειᾶς ἄτερ, ad Att. II. 16. Horum Sophocleorum versuum, quos & Dionysius Longinus περὶ ὕψους Sect. 3. commemoravit, interpretatio non eadem est, neque omnes verum sensum adsecuti sunt. Φορβειὰ quid sit, docuere Salmas. ad Solin. p. m. 585. 586. ubi etiam de hoc loco disputavit, & Interpretes ad Longinum l. c. nempe capistrum, quo tibicines spiritum coërcent, ne nimius & immoderatus in tibiam irrumpat. Hinc ἄτερ Φορβειᾶς metaphorice est *sine modo*. Cæcilium, dicit Longinus, esse egregio spiritu, sed cum temperare eum non possit, nimium evehi, & inde tumorem, μετέωρα, existere. Sic cum Pompejus dicitur magnis tibiis uti, & vehementer eas inflare, sed sine capistro, hoc dicitur: Pompejum viribus suis, quæ magnæ sint, abuti, & cum cupiditatibus suis modum imponere non possit, nimis alte evolare velle, eaque cupere, quæ aut ferri non possint, aut ipse non possit consequi.
Φυσικοὶ, *Physici*, Or. I. 50.
Φυσικὴν τὴν πρὸς τὰ τέκνα, *naturalem amorem in liberos*, ad Att. VII. 2.
Φωσφόρος, *Lucifer*, *Venus*. Nat. D. II. 20.

X.

Χαῖρε, *salve*. Fin. I. 3.
Χαρακτὴρ, *forma rei*, *qua maxime agnoscitur res & judicatur*. Or. II.
Χαρακτὴρ, ad Qu. fr. II. 15. *est stilus s. forma orationis*, *genus dicendi*. nam opponitur res & χαρακτήρ.
Χολὴ ἄκρατος, *bilis mera*. ad Div. XIV. 7.
Χρεῶν ἀποκοπαὶ, φυγάδων κατόδοι, *tabulæ novæ*, *exulum reditus*. ad Att. VII. 11. *Tabulæ novæ* dicuntur χρεῶν ἀποκοπαὶ, quod propterea lege fiunt *novæ tabulæ*, ut nomina aliter, & resecta parte aliqua, in iis scribantur, tamquam argentum pro ære: h. e. 25. pro 100. ut est apud Sallustium in Bell. Catil.
Χρήσει μὲν tuus, κτήσει δὲ Attici nostri. *usu quidem tuus*, *possessione autem Attici*. ad Div. VII. 29.
Χρήσιμοι, *frugi homines*. Tusc. III. 8.
Χρησμὸς, *oraculum*. ad Att. IX. 10.
Χρησομαθὴς, *quæ sunt ex usu discens*; *qui ea didicit*, *quæ hominibus prosunt*. ad Att. I. 6.

Χρύσεα χαλκείων, *aurea pro æneis.* ad Att. VI. 1. *magna pro parvis*, proverbium ductum ex Homero. ubi Glaucus & Diomedes arma permutant, ut aurea alter pro æneis acciperet. Iliad. Z. 236.

Ψ.

Ψευδέγγραφος, *falsè perscriptus, suppositius*, ad Att. XV. 26. de SCto falso.

Ψευδησιόδειον, *quod falso Hesiodo adscribitur.* ad Att. VII. 18.

Ψευδόμενος, *mentiens*, ad Div. II. 4. genus sophismatis inexplicabilis a Dialecticis inventum. Formula ejus est apud Gellium XVIII. 2. *Cum mentior, & me mentiri dico, mentior, an verum dico?* Cicero Græcum ipse interpretatur: *mentiens.* de Divin. II. 4. Ejus rationem solus Cicero in Acad. IV. c. 29. & in libro de fato aperuit. Ceterum ipsum Ciceronem de mentiente, & ipsum hoc sophisma, omnium optime illustravit Facciolatus Acroas. III. de Pseudomeno.

Ψιλῶς, *nude, tenuiter.* ad Att. XII. 4.

Ψύχος δὲ λεπτῷ χρωτὶ πολεμιώτατον, *frigus autem tenui cuti inimicissimum.* ad Div. XVI. 8. Euripidis versus ex tragœdia deperdita.

Ω.

Ὦ ἀπεραντολογίας ἀηδῆς, *o loquacitatem insuavem.* ad Att. XII. 9.

Ὦ πραγμάτων ἀσυγκλώστων, *o res, quæ contexi non possunt, o perturbatum rerum ordinem.* ad Att. VI. 1.

Ὦ πράξεως καλῆς μὲν, ἀτελοῦς δὲ, *o factum pulcrum quidem, sed imperfectum.* ad Att. XIV. 12.

Ὦ πολλῆς ἀγεννείας, *o multam animi ignaviam.* ad Att. X. 15.

Ὠναὶ, *venditiones.* ad Att. V. 16.

Ὠφέλημα, *quod prodest.* Fin. III. 10. III. 21.



INDEX
SIGNORVM.

In indicibus digerendis commoditas postulavit, ut per omnia Ciceronis opera quibusdam uteremur notis, quæ ordine hæ sunt: ubi duo sunt numeri, primo signante librum, secundo caput Gruterianæ distinctionis; id quod & in præcedente indice observatum.

Her. I. 1. ad Herennium liber primus, caput primum.
Her. II. 1. ad Herennium liber secundus, caput primum.
Her. III. 1. ad Herennium liber tertius, caput primum.
Her. IV. 1. ad Herennium liber quartus, caput primum.
Inv. I. 1. de Inventione liber primus, caput primum.
Inv. II. 1. de Inventione liber secundus, caput primum.
Or. I. 1. de Oratore liber primus, caput primum.
Or. II. 1. de Oratore liber secundus, caput primum.
Or. III. 1. de Oratore liber tertius, caput primum.
Brut. Brutus seu de claris Oratoribus.
Or. cum uno numero. Orator ad M. Brutum.
Top. Topica.
Partit. Partitiones Oratoriæ.
Opt. gen. or. Fragmentum de optimo genere Oratorum.
Quint. Oratio pro Quintio.
Rosc. Amer. Oratio pro Roscio Amerino.
Div. cum uno numero. Divinatio in Q. Cæcilium, s. in Cæcil.
Act. I. Verr. Actio prima in Verrem.
Verr. I. Actionis secundæ in Verrem liber primus.
Verr. II. Actionis secundæ in Verrem liber secundus.
Verr. III. Actionis secundæ in Verrem liber tertius.
Verr. IV. Actionis secundæ in Verrem liber quartus.
Verr. V. Actionis secundæ in Verrem liber quintus.
Font. Oratio pro M. Fontejo.
Cæcin. Oratio pro Cæcina.
Manil. Oratio pro lege Manilia.
Cluent. Oratio pro Cluentio.
Cor. Frag. I. Orationis pro C. Cornelio fragmentum primum.
Tog. cand. Orationis in toga candida fragmentum.
Agr. I. Agraria prima in Rullum.
Agr. II. Agraria secunda in Rullum.
Agr. III. Agraria tertia in Rullum.
C. Rab. s. Rab. Perd. Oratio pro C. Rabirio perduellionis reo.
Cat. I. Oratio prima in Catilinam.
Cat. II. Oratio secunda in Catilinam.
Cat. III. Oratio tertia in Catilinam.

Cat. IV.	Oratio quarta in Catilinam.
Muren.	Orat. pro L. Murena.
Flacc.	Oratio pro L. Flacco.
Sull.	Oratio pro P. Sulla.
Arch.	Oratio pro P. Licinio Archia.
ad Quir. p. R.	Oratio poſt reditum ad Quirites.
in Sen. p. R.	Oratio poſt reditum in Senatu.
Dom.	Oratio pro Domo.
Har. reſp.	Oratio de Haruſpicum reſponſis.
Planc.	Oratio pro Plancio.
Sext.	Oratio pro Sextio.
Vat.	Oratio in Vatin.
Cœl.	Oratio pro Cœlio.
Prov. Conſ.	Oratio de provinciis conſularibus.
Balb.	Oratio pro L. Cornelio Balbo.
Piſ.	Oratio in Piſonem.
Scaur. fr.	Orationis pro M. Æmilio Scauro fragmen-
Mil.	Oratio pro T. Annio Milone. (tum.
Rab. Poſt.	Oratio pro Rabirio Poſthumo.
Marcell.	Oratio pro M. Marcello.
Ligar.	Oratio pro Q. Ligario.
Dejot.	Oratio pro rege Dejotaro.
Phil. I.	Oratio in Antonium Philippica prima.
Phil. II.	- - - - Philippica ſecunda.
Phil. III.	- - - - Philippica tertia.
Phil. IV.	- - - - Philippica quarta.
Phil. V.	- - - - Philippica quinta.
Phil. VI.	- - - - Philippica ſexta.
Phil. VII.	- - - - Philippica ſeptima.
Phil. VIII.	- - - - Philippica octava.
Phil. IX.	- - - - Philippica nona.
Phil. X.	- - - - Philippica decima.
Phil. XI.	- - - - Philippica undecima.
Phil. XII.	- - - - Philippica duodecima.
Phil. XIII.	- - - - Philippica tertia decima.
Phil. XIV.	- - - - Philippica quarta decima.
ad Div. I. ſ. ep. I.	Liber primus epiſtolarum, quæ vulgo ad familiares dicuntur.
ad Div. II. ſ. ep. II.	Liber ſecundus epiſtolarum, & ſic ad XVI.
Att. I.	Liber primus epiſtolarum ad Atticum.
Att. II.	Liber ſecundus epiſtolarum & ſic ad XVI.
Qu. Fr. I. r. r.	Liber primus epiſtolarum ad Quintum Fratrem, epiſtola prima, caput primum.
Qu. Fr. II.	Liber ſecundus epiſtolarum ad Quintum.
Qu. Fr. III.	Liber tertius epiſtolarum ad Quintum.

INDEX SIGNORVM.

Brut. ep. I.	Liber epistolarum ad Brutum epistola prima.
Brut. Ger. ep. I. I.	Liber epistolarum ad Brutum a Germanis inventus, epistola prima.
Acad. I. I.	Academicarum Quæstionum liber primus, caput primum.
Acad. IV. I.	Academicarum Quæstionum liber quartus, caput primum.
Fin. I. I.	Liber primus de Finibus, caput primum.
Fin. II. I.	Liber secundus de Finibus, caput primum.
Fin. III. I.	Liber tertius.
Fin. IV. I.	Liber quartus.
Fin. V. I.	Liber quintus.
Nat. D. I. I.	Liber primus de natura Deorum, caput primum.
Nat. D. II. I.	Liber secundus.
Nat. D. III. I.	Liber tertius.
Div. I. I.	Liber primus de Divinatione, caput primum.
Div. II. I.	Liber secundus.
Fat. I.	De Fato caput primum.
Leg. I. I.	Liber primus de Legibus caput primum.
Leg. II. I.	Liber secundus.
Off. I. I.	Liber primus de Officiis, caput primum.
Off. II. I.	Liber secundus.
Off. III. I.	Liber tertius.
Sen. I.	de Senectute caput primum.
Amic. I.	de Amicitia caput primum.
Parad. I. I.	Paradoxon primum, caput primum.
Somn. Sc.	Somnium Scipionis.
Univ.	de Universo.
Petit.	de Petitione Consulatus.

DEBRECENI EGYETEMI KÖNYVTÁR
1327/1952 gyarapodási naplószám.

ÁLLAMI KÖNYVTÁR DEBRECEN

720067